

# CONTROVERSIARUM JURIS ILLUSTRIORUM USUQUE FREQUENTIORUM.

Quas in arduis Causis, præsertim Feudalibus, in foro Regiae Cameræ  
Summaria, Sacri Consilii, ac Supremi Collateralis, cum  
Neapolitani, cum Italici, apud Invictissimum  
HISPANIARUM REGEM Residentis  
In questionem vocari, disci-  
ptarique usu venit,

Cum eorumdem Tribunalium Decisionibus, ac Notis  
serum judicatarum.

A U T H O R E  
FABIO CAPYCIO GALEOTA J.C.  
AC PATRICIO NEAPOLITANO;

Inter primos Advocatorum scritto: In Consilium primum assumpto: inde in Fiscalem  
Cameræ Advocatum, ac Regii Patrimonii vindicem.

TANDEM IN EJUSDEM CAMERÆ PRÆSIDENTEM DELECTO.

TOMUS PRIMUS  
*Monastici iacet.* *Wackerperhaag.*



NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Raillardi M. DCC. LXX

SUPERIORUM PERMISSU.



A U G U S T I S S I M O,  
POTENTISSIMOQUE MONARCHÆ  
**PHILIPPO III.**  
**HISPANIARUM REGI.**

FELICITATEM,



N lucem proditurus, lucem quærit liber hic; At quam  
lucem? nempè publicis syderis, & benefici. Cœlumque, terrasque con-  
spicatus omnes, unus tu occurristi PHILIPPE REX Humanissime, lucis


amplitudine , gloria munificentia , syderum aliorum facilè Princeps . Unus tu occurristi , cuius maximè imperio , exemplo , & armis , retinentur in orbe terrarum æquitas , & religio . Unus tu occurristi , qui non librum solum , sed authoris ingenium , ingeniique foetus omnes , tuo tibi jure vindices . Enim verò cuius , & ager , & arbor est ; fruges , & fructus esse debent . Tu me Rex humanissime non indignum putasti , quem inter magistratus regios referres , & velut in agro tuo consereres , cùm inter Patronos Filii , & inter Regios Consiliarios esse jussisti : at verò cùm eundem me Regiæ Camerae Præsidem renunciasti , velut in secretius , sacratiusque agelli tui pomarium translustisti . Nunc his tot , tantisque promeritis tuis , quibus me , ingeniumque meum ornasti , ac devinxisti , debetur à me peculiare aliquod , ac perpetuum observantia testimonium : Quid autem esse potest tam peculiare , ac perpetuum , quām monumenta literarum , quæ tuo illustrata Sole patrocini , vitamque tuis ingressa auspiciis , non temerè ævum sibi pollicentur immortale : quo ævo te parentem , te sunt habitura dominum , ac patrornum . Accipe igitur Rex humanissime has qualescunque ingenii nostri primitias , non tam ut à me genitas , quām ut in agro natas munificenter tuæ , tibique jure optimo debitas .

# CANDIDO LECTORI.



Andem pressæ apud me tandiū , prodeunt in lucem , hominumque conspectum lucebrationes meæ , non jam ad gloriae alicujus auctoripum , sed ad testamentum dignitatis meæ , ac publicæ rei commodum . Quotus enim famam sibi querat ex typis , ubi tam servent omnes , ac tantopere ferantur edendorum voluminum studio . Rarum sanè , ac difficile est iter ad gloriam . Sed legalium Controversiarum beneficis eam sibi comparare , multo difficultissimum ; cum ejusmodi librorum plena sint omnia , ac seculi gustus usque adeò delicatus , ac morosus , ut omnia , vel respuit aspernendo , vel in dubium revocando fastidiat . Et quamvis aliquando complures , scriptorum monumentis , decidua sua nomina aeternaverint , ac memoria seculorum inscrisperint : mibi certè alia mens est , alia ratio temporum meorum , qui multò maluerim ab hominum , quād temporum injuriis meum nomen afferere . Veram , ut rem omnem aliquantò altius repetam , multis superioribus annis tutatus sum causas , dum in fôro me tenuit alieni patrocinii ratio : multis inter tuendam , à jure petitas allegationes extuli , quæ stare pro clientibus meis videbantur ; neque quicquam per id temporis antiquius habui , quād ut nullis unquam laboribus , aut vigiliis parcerem , in iis pra virili parte tuendis , qui in meam clientelam , ac fidem , perfugium aliquod habuissent . Amplectebat illos et libentias , quod sive ductu quodam , instinctuque natura , sive efficacissimo advocationis bortatu , ad idera extimulari me quotidiè sentibam , ac tacita quādam voce identidem admoneri , ne quisquam esse eos , nè cum ipso quidem vita discriminare deserendos , qui se , suamque existimationem , ac fortunas omnes meæ tutela , ac patrocinio tradidissent . At extiterant deinde nonnulli adversarum partium Advocati , qui vel prava animi affectione non mediocriter allucinati , vel propinquorum , amicorumve aequo intemperantiis cupidi , infesterunt primò carpere meam quandam forensem illam quidem , sed ab omni procaciitate vacuam , omnis adulatioonis expertem , loquendi libertatem , mox etiam palam allatrare allegationum doctrinam , mordere clanculum patrocinii opem : perinde quasi aliquo iuris fuso , aut inanis doctrinæ præstigiis ; adversariis imposuerim potius , quād sacrarum legum sinceritate , atque allegationum veritate præstiterim . Atque eu fuit potissima ratio , quæ me maximè impulit ad has legales Controversias in lucem emitendas , nempe ut obreftatorum ora obstruerem , atque omnes simul intelligerent , mea doctrinæ firmitatem , neque aliorum dicacitate convelli , neque autoritate labefactari unquam potuisse . Accedit illa quoque causa , quid editæ tam pridem , aut prostituta potius , disperseque per manus vagabantur , nec defuere viorum doctissimi , qui cum Decisiones suas , ac de jure tractatus typis mandassent , ita meas quasdam juris commentationes , & acuta consiliorum probaverunt , ut non grave sibi duxerint , in suos libros inserere , isisque adaugere volumina sua . Fuitque non nemo , qui meas qualesunque allegationes , & quidem integras , cam saxis impremendas curaverit , quem ego hominem , neque furii damnaverim , neque quasi piliarium insimulaverim . Siquidem professus est publicè , eas esse labores ingenii mei , meumque illis nomen præscripsit , quocirca remunerandus potius à me esset , quid eas indicaveris non indignos , quæ in boninum conspectum , ac lucem venirent . Ea quoque de causa , ut cædem typis meo nomine excuderentur , in publicæ rei emolummentum , facile passus sum persuaderi mihi ab iis , qui & amicitia , & beneficiis , & dignitate plurimam apud me possunt : quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare , nec autoritatem aspernari , nec voluntatem negligere debeam . Earum igitur edendarum occasionem cum prætolarer aliquam ; opportunissima se mibi præbuit præsentis munieris occupatio , quæ quidem multò me mindat , quād superiorum annorum alia impeditum tenet . Etenim si respicere spatiū præteriti temporis tantisper velis , & juventutis meæ memoriam recordari ultimam ; invenies me jam inde à primis annis tum in meis , tum in alienis etiam causis defensandis occupatissimum . Postmodum anno bujus seculi VI. placitum fuit . Excellentissimo Bentuenti Comiti , creare me Judicem in magno Vicaria Tribunali , & inter ministros regios cum Collegis auctoritate , doctrinaque spectatissimis recensere . Porro Excellensissimus Oſuna Dux (quod fuit hominis erga me studium , ac beneficentia singularis ) suapte sponte , nemine extrinsecus suffragante , honorifice promovit in alios Magistratus Regios , dignitate præcipuos , Regni ritu perpetuos . Ac per id quidem temporis , negotiis propemodum innumerabilibus obruto , vix mibi fuit unquam respirandum . Sub utriusque Proregis abscessu revocanda mibi fuit aliquo intervallo dimissa advocationis cura , & ad tuendos clientes iterum , ac tertio contulit conatus meos , quanto cum utilitatis , atque existimationis compendio commemorare supersedeo , nè creare videar invidiam aliis , quibus non ita feliciter , aut ex sententia successit ea munerum commutatio . Equisdem semper delectatus mirifice sum glorioſa illa forenſium Advocatorum lucta , ac litigioso illo , eruditoque alieni patrocinii pulvere , quo esse me malueram decorè folidatum , quam amplissimi magistratus ambitiosè candidatum . In eo pulvere cum aliquandiā , nec sine laude populari , & honoris luce versata fuisset industria mea , Excellentissimus Alba Dux nunciari mihi de improviso jussit , relatum esse me ab Regia Majestate in Sacrum Consiliariorum ordinem , quem magistratum vix aliquot ibiveram dies , cum ipsum me Regia Dobana in Oppido Fogia novo more præfecit ; ea quippe præfectura alicui semper ex Regia Camera Presidentibus demandari quotannis antea consueverat . Nempe præludebam rerum imprudens ei munieri , quod brevi post inire jussus sum : vocabar ad tuendum Regium Patrimonium , ad quod dudum ille me destinaverat . Etenim interea temporis Dux Albanus , qui ex aliis Regiis Magistratibus accepérat ,

ceperat , quæcōpere utiles fuerint opera meæ tūm Regi tūm ejus Regno universo Advocacione illo Fiscali , administranda per turbulentia illo Proregis Ostunensis tempora . regit cum Majestate Regia , ut me Advocatum Fiscalem sui Patrimonii juberet . Et jam , simul atque ē Fogensi Dubana remigravi , iussus sum , non amissa Regii Consiliarii prærogativa . Hic in eo exercendo munere , quād ingens subeunda mibi fuerit , quād incumbentium , quād impendentium negotiorum moles , uoverint ii , qui in Regiæ Cameræ foro non sunt planè hospites , nimirum fuere tam multa , tam gravia , ut nibil planè otii privatis studiis suppeditaverint . Tandem anno ejusdem sacerdotii XXXI . eligor in unum ex Regiæ Cameræ Præsentibus . Hic me rerum fessum portus exceptit , ubi quamvis multis , variisque conciliis , ac rerum gravissimarum deliberationibus , præter legitimas , solemnesque occupationes , intereste mibi necesse fuerit ; noua tamen quicquam interpellarunt studia mea , quin aliquid subscisavorum temporum tribuerint colligendis scriptorum meorum fragmentis , collectis in ordinem dirigidis . Et jam conflata à me sunt Controversiarum legaliam pro diversarum causarum opportunitate scriptarum , volumina duo , quasi duo ē dispersis membris corpora , quibus animam inspirabit , ac vitam , quisquis ea probaverit , probabunt autem , uti spero , omnes , qui librorum editorum præstantiam utilitate metiuntur . Aliud porrò evalgaturum me brevi polliceor volumen , de Fiscaliibus materiis in patrocinium Regii Patrimonii intra sexennium elacubratis , unde multa depromi (nisi me fallit oratio) à posteris poterunt , nec dum à quopiam tractata , agitataque & defendendo Regio Patrimonio in primis apposita . Habet igitur , Candide Lector , quibus adductus sum causis , ut bas meas , hoc potissimum tempore , Controversias in lucem emitterem . Monitum te præterea velim , eas decisiones , quæ temporis angustia , dum bæ Controversia typis mandarentur , suis locis commode inferi non posuere , ad finem cuiuslibet voluminis esse rejectas ; quarum bujusc voluminis prima eam pulcherrimum contineret articulum , ejus gratia mibi visum fuit , eum examinando , materiam luculentius pertractare , aliquaque Controversiam addere non vulgarem , in qua plures circa idem Decisiones utilissimæ recensentur . Vale , & illis fruere .



IN

IN PARENTIS OPUS, ET ICONEM,  
JACOBI CAPYCHI GALEOTA J.C. FILII.

Dominico nono.

A mbigo ; dum librum aspicio , effigiemque Parentis :  
Ipsum num referant , ille , vel illa magis .

A. R. P. HORATII JOANNINI

E SOCIETATE IESU.

A D A U T H O R E M

EPIGRAMMA.

E xpresum docta Fabium quem cernis ab arte,  
Viratus arguto est tollere bella foro !

Tatis Aristida fuerat , seu forma Solonis :

Consilio at quantum noster utrumque praecepit.

Quin trahit & scriptis Lectorem quolibet : & dum


Quid legat , observat : nil nisi lecta legit ,

Solvat , & arcanos nodos , enigmata salvat ,

Juris , ab humano vix solvenda sono .

Unde rear , Fabium tanta hac didicisse ? Magistrum .

Huic ego crediderim , nempe fuisse Themist.



A.R.P.

A. R. P. JO: BAPTISTÆ MASCULI  
E' SOCIETATE JESU.

A D A U T H O R E M

E P I G R A M M A.

Solem ubi purpureis exceptit libra sub astris,  
Æquitas horas noxque, dieisque refert.  
Ingenio nova libra nitet, dum pondera legum.  
Pendit, & anticipi lance laborat onus.  
Obscuri nihil esse finit; sed luce tenebras  
Submovet; ambiguo mentis & umbra fugit.  
Pace tua dicaps, cœlestis libra, nitore  
Vinceris; hac solidas dat sine nocte dies.

A N O N Y M I.

Quod primus Illustrissimæ Familiæ decora ab armis  
ad Sapientiam traduxerit.

Facta tua repetam, si prisca ab origine gentis,  
Mars olim proavos egit in arma tuos.  
Hernestumque, Jacobumque, & quos gloria bello  
Milesie summum vexit ad Imperium.  
Te primum ipsa suis Pallas dedit amula Castris  
Ere Ducem, quanto hac gloria maior erit?  
Opponat Mars arma, sum fove nata clientem,  
Armatum pariter legibus esse jubet.  
Cedant arma toga: sic te mirabitur aras  
Postera, maiores vincere laude tuos.



IN.

# INDEX CONTROVERSIARUM LIBRI PRIMI

Et Articulorum, qui in eis continentur.

## CONTROVERSIA I.

**A**N refutatio feudorum facta per fidei-  
tarium suo Domino directo in testamento, possit acceptari  
per Dominum post mortem refutantis, in præjudi-  
cium successoris.

## CONTROVERSIA II.

Principe hærede instituto litis causa, an institutio va-  
leat. Multa notantur in materia alienationis, judi-  
cii mutandi causa factæ per contractum, vel ultimam  
voluntatem. Et explicitur *Titul. ff. de alienatione  
judic. mutandi causa facta. & C. de litigio. & Ne li-  
ceat. potentioribus.*

## CONTROVERSIA III.

Successor in feudo hæreditario, an valeat infringere  
dispositionem defuncti in ejus odium, & fraudem  
factam. Quomodo fraus probetur; Et declaratur  
*tex. in l. cum à Matre, C. de rei vindicatione.*

## CONTROVERSIA IV.

Testamentum uxoris, ad viri beneficium conditum,  
an reddatur nullum, si ultrà blandum sermonem,  
alias concurrent conjecturæ, ex quibus dolus ar-  
guitur; ad intellectum *l. ultima, C. si quis aliquem  
testori prohibuerit.*

## CONTROVERSIA V.

Refutatio feudi, quod habet determinatum servitium,  
prout in Regno, sine consensu Domini fieri non  
potest. Et ultrà consensum, an requiratur retro-  
traditio per actum verum, nec sufficiat fictus.  
Princeps institutus litis causa, num præsumatur  
in dubio, vel ex eventu.

## CONTROVERSIA VI.

Alimenta, ut debeantur actori, lite pendente, que  
requirantur. *Quid in Descendentibus. Collatera-  
libus, & Extraneis, tam in judicio immisionis,*  
quām in aliis. Et an exceptio bōdie constat, bōdie  
sgatur, obstat petenti alimenta: declaratur ex-  
ātē materia. expensis *DD. sententiis.*

## CONTROVERSIA VII.

Feudum in dubio, an præsumatur quaternatum, vel

planum, & de tabula. *Quid possidente Ecclesia.*  
Multa notantur ad probandam qualitatem feudalem.  
Et an concessa simul cum feudo, habeant eandem  
qualitatem feudi quaternati.

## CONTROVERSIA VIII.

Castrum concessum cum pertinentiis, & integro statu,  
an omnia cohærentia, & jurisdictio, contineantur  
sub eadem forma, qua erant apud concedentem.

## CONTROVERSIA IX.

Agens interdicto retinendæ, que debeat probare.  
Hæres an propria autoritate possit apprehendere  
possessionem feudi, si dominium non remansit in  
hæreditate, sed simplex tenuta, & desit iſſensus.  
An possessio in feudis, continuetur in filium hære-  
dem sine apprehensione, si pro feudo solverit re-  
levium, vel defunctus possidebat per constitutum.  
Et quando possessio civilis attrahat ad se naturalem,  
vel è contraria.

## CONTROVERSIA X.

Prohibitio disponendi, aut testandi equiparantur  
quoad inducendum fideicommissum, & an proxi-  
mores testatoris magis quam gravati, censeatur in  
fideicommisso vocati.

## CONTROVERSIA XI.

In fideicommissis potius proximitatem testatoris, quam  
gravati attendi debere, latissime probatur, à con-  
trariis defenditur, & declaratur.

## CONTROVERSIA XII.

Dotans, nisi sibi præcisè de dote restituenda, caverit,  
donasse præsumitur, etiam si restitutio alternativè  
dotanti, vel dotatæ promittatur ubi latè de intel-  
lectu *l. Caius 45. ff. solut. matr.* Nec per secundum  
instrumentum derogari potest primo, circa dotis  
restitutionem. Dotans non potest apponere pa-  
etum, dotis sibi restituendæ, si de suo non dota-  
vit, ut præsumitur in Administratore. Et an actio  
dotis sit communis Matri, & filiæ. *Quid in eman-  
cipata respectu Patriæ.*

## CONTROVERSIA XIII.

Mulier extra nupta Neapolitano, an efficiatur origi-  
naria

naria etiam Civitatis viri , ita quod gaudeat eadem immunitate viri , nec dicatur forensis . Et si vidua fiat , an retineat eandem immunitatem : & requiriatur habitatio in patria viri .

#### CONTROVERSIA XIV.

In adipiscenda possessione Regalium , titulus requiritur . Dispensatio Regis quomodo intelligatur circa præjudicium tertii , præter quoad expressa . Si Privilegium Regis non sit exequoriatum intrà annum , an possit per Proregem , vel Collaterale Consilium dispensari , quod exequatur , lapsu temporis non obstante . Et utrum in hac dispensatione præjudicium Fisci , vel etiam partium veretur .

#### CONTROVERSIA XV.

Immissio , an detur in feudis proximiori vigore investitur , excluso hærede scripto remotoire: Renunciatio successionis in feudis an valeat sine assensu . Et facta à matre quæ præmoritur an obstat filiis . Et de effectu clausulae decreti irritantis .

#### CONTROVERSIA XVI.

Renunciatio facta à filia dotata successioni feudorum patris , requirit assensum , & ipsa præcedente non obstat ejus filiis , licet hæredibus .

#### CONTROVERSIA XVII.

An ultrà anni tempus statutum ab immortalis memoria Carolo V. Cesare , in executoriandis Privilegiis regiis , dispensari possit à Prorege ad intellectum Pragmaticæ unicæ de Privilegiis infra annum exhibendis .

#### CONTROVERSIA XVIII.

Ad observantiam ejusdem Pragmaticæ unicæ de Privilegiis infra annum exhibendis multæ decisiones aferuntur , & in contrarium adductæ resolvuntur .

#### CONTROVERSIA XIX.

Reclamatio , quando dicatur deserta , juxta stylum Sacri Cons. & Regis Cameræ . Et agitur de intellectu , & observantia Pragmat. 1. de appellation. & Pragmat. 53. de offic. Sacr. Cons.

#### CONTROVERSIA XX.

Variae , vel contrariae decisiones supremorum Tribunaliū , in materia reclamationis deserta distinguntur , & concordantur .

#### CONTROVERSIA XXI.

Mutuans ad rem emendam , an privilegium prælatonis , quod habet pro forte , habeat etiam pro intellectu . Quid inter plures mutuantes . Et super augmento rei emptæ ; ad intellectum l. licet 7. C. qui potior. in pignor. habentur ; & l. Lusius 19. ff. eodem sit .

#### CONTROVERSIA XXII.

Concessio Dohanæ certi loci , an comprehendat jurisdictionem ejusdem dohanæ , extra districtum loci concessi , dum iurisdictio illa extra districtum prius exercebatur , & includitur sub unica appellatione Dohanæ concessæ illius loci .

#### CONTROVERSIA XXIII.

Concessio proventuum Actuarie Dohanæ Menepecudum Apulez , an comprehendat etiam proventus Actuarie Dohanellæ Civitatis Aquilæ , quæ est subordinata dictæ Dohanæ Apulez , regitur per eundem Dohanerium , & habetur tanquam unitum corpus dictæ Dohanæ majori .

#### CONTROVERSIA XXIV.

Cognitio si sit feudum , vel allodium ; & si sit feudum , an illud sit quaternatum simpliciter , vel secundum quid , aut planum , & de tabula , an ad Regiam Cameram spectet . Et si de possessorio inter successores dubitatur , & qualitas feudorum alteretur , an cognitio spectet ad Sacr. Cons. vel Ipotius ad Regiam Cameram .

#### CONTROVERSIA XXV.

Immissio in possessionem feudorum , an sit concedenda masculo remotiori , concurrente foemina proximiore , si concessio Regis est pro hæredibus masculis , & his deficiens foeminis . Quæ exceptiones impediunt immissionem . Et an contractus subsequens , censeatur factus cum autoritate assensus præcedentis ; vel dum de assensu nulla fit mentio in contractu , videantur partes illi renunciasse ,

#### CONTROVERSIA XXVI.

Legitime , an censeatur renunciatum , per renunciationem hæreditatis paternæ , factam vivente Patre . Quando tempore jus petendi legitimam , vel ejus supplementum præscribatur , & multa explicantur notabilia circa effectum clausulae constituti , & clausula ex nunc præsumpta .

#### CONTROVERSIA XXVII.

Affensus , contractus , & ultimæ voluntates , quando dicantur conditionales , vel modales , & quomodo id cognoscatur . Clausula affensus disponendi in personam idoneam , & ad Regis satisfactionem , an inducat modum , vel conditionem , & quid importet . Et habilitas personæ quando præsumatur , aut sit probanda .

#### CONTROVERSIA XXVIII.

Feudum emptum pecunia alterius , an fiat ementia , vel Domini pecunia . Hypotheca , vel actio super feudis , an sit feudalis . An in emolumento hujus actionis , succedat solus hæres in feudalibus , aut etiam hæres in burgensis ; legato feudo num debeatur extimatio . Quid in hæredis institutione , & si concurrat fraus disponentis ex odio .

CON-

## CONTROVERSIA XXIX.

egatum factum à marito uxori , an compensetur cum dote , antefato , & interesse . Et quod dicatur debitum voluntarium , vel necessarium .

## CONTROVERSIA XXX.

interesse dotis , & antefati utrum dicatur debitum voluntarium , aut necessarium , dum etiam per consuetudinem Neapolit. debetur , atque taxatur .

## CONTROVERSIA XXXI.

nmissio , & manutentio num detur in feudis hæredi scripto , si agnatus contradicitor non probet in promptu , claro jure se proximiorem , ad intellectum s. inter filiam , si de feudo defuncti militis . Et quid si hæres scriptus , probet etiam in promptu contra agnatum , justitiam tituli , ut feudum esse alienabile , aut francum , vel potuisse disponi in remotiorem comprehensum in investitura , quæ non sit facta secundum jus francorum .

## CONTROVERSIA XXXII.

Iominis venditi periculum , an sit vendentis , si tempore contractus inexigibile erat , ignorante emptore . Quid si fuerit datum pro dote , aut ejus interesse , ad intellectum s. si nomen ff. de hæreditate , vel actione vendit . Quando per dationem insolutum extinguantur primæva jura , aut reviviscant in causa evictionis , & qua forma contrahentium indemnitat consuli possit in præmissis .

## CONTROVERSIA XXXIII.

Tutor num possit retrovendere sine decreto . Solutio facta tutori quando liberet solventem , ita quod minor non possit restituiri adversus solutionem .

## CONTROVERSIA XXXIV.

Immissio ex l. final. C. de edit. div. datur hæredi substituto , irritato primo gradu institutionis , sed non datur immissio ex codicillis . An in codicillis dari , vel adimi possit hæreditas , saltim in vim fideicommissi , si verba sunt directa , & an hæres institutus , in primo testamento revocato , quod postea testator per codicilos declaravit velle valere , habeat actionem de jure prætorio , vel solam exceptionem , si possideat .

## CONTROVERSIA XXXV.

Si testator coram septem testibus , revocat primum gradum institutionis , in testamento contentæ , & nunc actum revocationis vocat codicillum , an hæc revocatio testamentum dicatur , dum habuit solemnitatem testamenti , maximè adiecta clausula , & omni alia meliori via , & possit incipere à secundo gradu institutionis in primo testamento contentæ . An testamentum revocatum reconvalescat , si testator coram quinque testibus declaravit velle valere .

## CONTROVERSIA XXXVI.

Possessio civilis , quo casu attrahat ad se naturalem , & è contra . An possessio transmittatur in filios hæredes in feudis , & immissio quando concedatur in feudis , etiam non proximiore successuro , quoad simplicem tenutam .

## CONTROVERSIA XXXVII.

Testes quando recipientur ante litem contestatam , ad futuram rei memoriam , nè per eant probationes tam ad instantiam rei , quam actoris .

## CONTROVERSIA XXXVIII.

Substituto , vel fideicommissario , quando competit immissio ex l. fin. C. de edit. div. Quid si substitutio , aut fideicommissum sit in codicillis . Et num codicilli dicantur ii , in quibus adhibetur solemnitas testamenti i sed tamen appellantur à testatore codicilli . An primum testamentum revocatur per secundum , reconvalescat , si testator in codicillis declaravit , velle valere primum , ad intellectum l. penult. s. testamento , ff. de bonor. possess. secund. tabul. qui latissimè explicatur .

## CONTROVERSIA XXXIX.

Recusandi Judicem , Arbitrum & Arbitratorem causæ recensentur . Et an in Arbitris , & Arbitratoriis recusandis , servetur dispositio Pragmaticarum Regni de suspicion. Official.

## CONTROVERSIA XL.

Transactio , & liberatio generalis restringitur ad causam , de qua actum est , licet adiecta sit clausula quocunque alio modo ; nec comprehendit dolum , & reliqua debita ex causa administrationis .

## CONTROVERSIA XLI.

Partitæ debiti liquidæ , & acceptatæ , an exequantur , non discussa tota rationum editione . Num retestatio detur , ubi compensatio non admittitur , & quibus casibus fiat compensatio , etiam adversus debitum juratum .

## CONTROVERSIA XLII.

Liberatio generalis cum clausulis etiam generalibus , an restringatur ad causam expressam , vel extendatur ad alia negotia , & comprehendat dolum , & reliquorum restitutionem .

## CONTROVERSIA XLIII.

Tertius veniens ad coadjuvandum , quando audiatur , & in quibus terminis , & quæ debeat probare . An comprehensus in fideicommisso , scilicet majoratu , de cuius validitate inter alios proximores litigatur , debeat audiri , vel solum ei licebit assistere .

## CONTROVERSIA XLIV.

Donatio feudi cum assensu facta primo , aut secundo geni-

genito, an valeat, si esset generalis, & non respectu certae personæ. An requirat registrationem infra quindecim dies in quinternioibus Regiae Cameræ, tanquam esset refutatio, ad intellectum Pragmatit. 20. de feudi. Et donatio feudi quando dicatur realis, vel personalis.

### CONTROVERSIA XLV.

Tertius veniens ad infringendum, an debeat audiri, & supercedere faciat judicium, & exequitionem, ad intellectum l. is à quo 58. ff. de rei vindicatione. Et quando causa fiscalis tractatur junctis Tribunalibus Regiae Cameræ, & Sacri Consilii, cui ex Judicibus est committenda.

### CONTROVERSIA XLVI.

Navi, ventorum vi Portum aliquem appulsa, si Dominus propter tempestatem exoneret merces, an solvat jus fundaci; ad intellectum Ritus Regiae Cameræ de fundico flagelli, §. si vexillum.

### CONTROVERSIA XLVII.

Jus fundaci, an solvatur ex appulso navis necessario, facta exoneratione, vel venditione mercium, necessitate tempestatis. An solvatur ex appulso voluntario, si non exoneravit, aut merces non sunt venditæ. Quid in jure anchoragii, vel si venit ad refriscandum, ad intellectum prædicti Ritus Regiae Cameræ, §. si vexillum de fundico flagelli, & cap. 85. Consulatus maris.

### CONTROVERSIA XLVIII.

Majoratu constituto pro filio majore superstite, an Secundogenitus superstes, excludatur à Nepote Primo geniti prædefuncti, ad intellectum l. 40. Tauri, & l. 2. titul. 15. part. 2. legum Hispaniarum.

### CONTROVERSIA XLIX.

Jus congrui, an excludatur, per donationem rei emptæ, eodem die emptionis factam, vel per præsentiam, & tacitoritatem vicini, tempore emptionis.

### CONTROVERSIA L.

Monte erecto, ex quibusdam redditibus, per testatorem, pro personis suæ familiæ, in certa aetate vocatis, cum onere etiam hæredi scripto, solvendi annuam quantitatem, quo usque Mons perveniret ad summam taxatam, si ex iis redditibus Mons potest devenire ad illam summam, antequam personæ de familia possint aspirare ad fructus Montis, & frui redditibus summae taxate, an teneatur hæres subire onus dictæ solutionis.

### CONTROVERSIA LI.

Possidens tempore litis motæ, conservandus est in possessione, etiam in privilegiis: an privilegium à Rege concessum possit revocari, si incipiat esse damnosum. Quid si concessio futurit aliquo dato, vel recepto. Et late tractatur, quod forma Docto-

tandi Alni Collegii Neapolitanæ sit strictior ceteris, & observanda, prout antiquitus servata fuit.

### CONTROVERSIA LII.

Laudatur, probatur, atque defenditur forma doctrandi Celeberrimi Collegii Neapolitani. Quando Princeps possit revocate gratiam, aut jus rectio quæsumum ex proprio contractu oneroso, nova superveniente causa, & favore publico: Et an tali casu teneatur damnum reficere.

### CONTROVERSIA LIII.

Baro, qui habet primas, & secundas causas, subinfeudans Casale suæ Baronie. cum jurisdictione causarum, an retineat cognitionem appellationum.

### CONTROVERSIA LIV.

In possessorio summarissimo obtinet, qui tempore litis possidebat; An in pari probatione possessionis vel si neuter possideat, vincat is, qui titulum exhibet. Et utrum causa liquidationis instrumenti, dicatur civilis, aut criminalis,

### CONTROVERSIA LV.

Privatus dueens uxorem Principissam, an Princeps nominari possit. Quid in ducente uxorem Reginam, & quando uxor gaudeat dignitatibus viti.

### CONTROVERSIA LVI.

Si pro debito ex causa dotis fiat contractus mutui (ut in dies fit) ab his contractus mutui retineat privilegia dotalia, tam pro capitali, quam tertii. Interesse dotalis debetur etiam non convenitum. Quæ requirantur, ut secundus creditor succedat in locum primi, in actione reali, vel personali. Et quando secundus creditor succedit in locum primi, prævio jure ibendi, cesso per debitorem, an habeat anterioritatem pro capitali, & tertii decursis, vel etiam decurrentis, si tertii debentur ex conventione, aut legis dispositione ante rescissionem contractus, vel post.

### CONTROVERSIA LVII.

Evictio an debeatur, si denunciatio litis non fuit facta venditori, quia se ebatur litem, vel quia facta denunciatione, eodem modo res veniebat evincenda. Assistentia præstata super bonis venditis, num detur evictio, vel actio exemptio; Et stipulatio pro se, & filiis quando intelligatur de filiis hæredibus, aut filiis simpliciter.

### CONTROVERSIA LVIII.

Bonis Ecclesiæ alienatis, an ex lapsu temporis annorum 30. præsumatur assensus apostolicus. Quibus præsumptionibus tollatur hæc præsumptio assensus, maximè si Ecclesia ipsa, vel illius pars fuerit alienata. Et quid servet sacra Religio Equitum Hierosolymitanorum in alienationibus bonorum, & jurium ad illam spectantium.

CON.

## CONTROVERSIA LIX.

Legatum, quod colligitur relictum pro descendenti-  
bus, an extendatur ad collaterales. Fructus pen-  
dentes num sint legatarii, vel hereditis in legato mo-  
bilium. Terragia an sint fructus vel nomina debi-  
torum. Legitima præcedit legata, & pro ea sup-  
plenda fit diminutio legatorum. Legitima in feudis  
quanta sit, an totum feudum. Et quando deduca-  
tur in corpore, vel in estimatione, habita ratione  
utriusque Patrimonii feudalium, & burgensatici. An  
credatur heredi afferenti, non esse alia bona in her-  
editate. Legatum factum famulis, ut cum solito  
salario non possint amoveri à servitiis domus, an  
adhuc amoveri possint, si illis heredes non indi-  
geant.

## CONTROVERSIA LX.

Procurator constitutus cum promissione jurata non  
revocandi, an adhuc revocari possit ex sola volun-  
tate. An revocans incidat in perjurium. Quid in  
herede, vel tutore, an possint revocare procura-  
torem constitutum à defuncto, sine causa, vel cum  
causa; Et quae sint istæ causæ.

## CONTROVERSIA LXI.

Emptor, qui habet nudum nomen quia verè pro alio  
emitt, an obligetur ad pretium, si id sciat vendi-


ter; tamen in contractu nihil de hoc sit dictum  
Duo rei quomodo obligentur, si ad unum nego-  
tium pertinet, Sententia lata pro correto, an alteri  
correto proposit. Jus congrui num habeat locum con-  
tra Ecclesiam. An emp̄or sit liberatus à solutione  
pretii rei emp̄e, quæ per retractum sibi auferitur.  
Quid si retractus injustè sit obrentus, vel per ne-  
gligentiam emptoris, Interesse pretii non soluti  
an possit excedere fructus rei venditæ, vel à princi-  
pio taxari. Aut de prædicto pretio constitui cen-  
sus excessivus fructuum, ad intellectum l. curabit  
*C. de action, emp̄.*

## CONTROVERSIA LXII.

In annuis præstationibus personalibus, & ex solutio-  
ne difformi, vel facta à tute, aut unica solutio-  
ne, an dentur interdicta possessoria, Quando mi-  
nor restituatur adversus solutionem tutoris, vel  
tertii, & solutio num cedat in causam capitalis, si  
sit expressè in causam usurarum, quæ tamen sunt  
indebitæ, aut illiquidæ.

## CONTROVERSIA LXIII.

Statutum prohibens compromissum quando agitur  
vigore instrumenti, an intelligatur, si agitur ex-  
equitivè, vel ordinariè. Quid si ex exceptionibus  
adversus instrumentum oppositis, res efficitur ali-  
qualiter dubia. In alimentis, dote, & paragio  
super feudis, an fiat compromissum,



1 N

# INDEX INTELLECTUUM

Tum Jurium, quæ in hoc Lib. I. Controversiarum explicantur, tum  
Doctorum, quorum sententiaz recipiuntur, impugnantur,  
& declarantur,

## Ex iure Canonico;

- C** Ap. Constitutus de in integr. refit. controv. 61. nn.  
A 29. & 40.  
Cap. cum persona de privit. in 6. controvers. 51. num. 3.  
Clementin. 1. de probation. controv. 51. num. 59.  
Regul. Canceller. de infirm. benefic. resignant. controv.  
3. num. 22. & 23.  
Bella Pii V. de censib. controvers. 61. num. 53.

## Ex Jure Civil.

### Digest.

- L** Eg. cum bis flatus §. ait oratio ff. de donation. con-  
trover. 1. num. 117. & in addition.  
Titul. ff. de alienation. judic. mus. caus. contr. 2. num. 2.  
11. 12. 13. & 20.  
Leg. Proculus ff. de damno infect. controvers. 3. num. 34.  
& 35.  
Leg. 1. §. final. ff. de offic. procur. Cæsar. controvers. 4.  
num. 4. 5. & 6. & in addit.  
Leg. Imperatrices ff. de tare. & ration. distractabend. con-  
trover. 6. num. 8. & 10.  
Leg. si instituta §. de inofficioff. ff. de inofficiis. testam.  
controver. 6. n. 12. 14. 15. 16. 17. 33. & 34.  
Leg. qui filium ff. ad Trebellian. controv. 10. n. 24.  
25. & 26. & controvers. 11. num. 20. 21. 23. & 28.  
Leg. ex facto, ff. ad Trebellian. controv. 10. num. 24.  
& seqq. & controvers. 11. num. 9.  
Leg. Caius ff. solut. matrim. controvers. 12. num. 3. 25.  
26. & 27.  
Leg. item si servus §. fin. ff. de stipulation. servor. con-  
trover. 12. num. 5. & seqq.  
Leg. Lurius, ff. qui potior. in pignor. babeatur, con-  
trover. 21. num. 18. & seq. & controv. 56. num. 14.  
35. & 38.  
Leg. si nomen, ff. de hered. vel action. vendit. controv.  
32. num. 20. 21. & 22. & n. 65. 66. & 80. & n. 72. 73.  
77. 78. & 79.  
Leg. Scavola ff. ad Trebellian. controv. 34. num. 11.  
12. 13. 17. & 18.  
Leg. qui liberis, §. testamento, ff. de bonor. possession.  
secund. tabul. controv. 35. n. 19. & 22. & con-  
trover. 38. n. 35. 37. 39. 40. 41. 43. & 44.  
Leg. qui universas §. quæ per colonum ff. de acquir.  
possession. controv. 36. num. 20.  
Leg. cum haeredes, ff. de acquir. possession. contr. 36. nu.  
21. 25. 26. & seqq.  
Leg. qu. res, §. aream, ff. de solution. controv. 38.  
num. 52.  
Leg. is à quo ff. de rei vindicatione, controv. 45. n. 5.  
6. 16. 18. & seqq.  
Leg. sicut §. non videatur, ff. quibus mod. pign. vel by-

potbec. silvitur, controvers. 49. num. 38.  
Leg. si quis mancipiis, §. si quis impubes, ff. de institutis.  
controv. 60. num. 8.

## Codic.

- L** Eg. fin. C. de edit. diu. Hadr. controvers. 1. n. 20.  
controver. 9. n. 11. codirov. 15. n. 25. controvers. 36.  
num. 29. controvers. 37. num. 27. controvers. 38. num. 5.  
Titul. C. de litigios. & Nō licet potentior. controv. 2.  
num. 5. 6. 16. & 17.  
Leg. quod scitis C. de bon. qua liber. controvers. 2. n. 29.  
Leg. 4. C. de commerc. & mercator. controvers. 2. num. 42.  
Leg. unic. C. ob cbyrographar. pecun. controvers. 3. num. 63.  
Leg. cum à matre C. de rei vindication. contr. 3. n. 3. 4. 5.  
18. 45. & 49.  
Leg. final. C. si quis aliquem testari prohibuer. controv. 4.  
num. 1. & 2. & in addition.  
Leg. final. C. de ordin. cognition. controvers. 6. num. 11.  
Leg. siue possidetis C. de probationib. controv. 9. num. 2.  
Leg. 3. C. de verbor. signification. controvers. 12. num. 6.  
Leg. licet C. qui potior. in pignor. hab. controvers. 21.  
Leg. si quando §. & generaliter C. de inofficiis. testam.  
controver. 26. num. 1.  
Leg. final. C. de novation. controvers. 32. num. 13.  
Leg. 1. C. quando decreto opus non est. controv. 33. n. 22.  
Leg. 1. C. de codicill. controv. 28. num. 54.  
Leg. si de certa C. de transaction. controv. 40. n. 8. & 9.  
& controvers. 42. num. 13.  
Titul. C. plus valere, quod agitur, controvers. 61. n. 5.  
Leg. curabit C. de action. empti, controv. 61. num. 5.  
Leg. curabit C. de action. empti, controv. 61. num. 27.  
& num. 44. & sequentibus.

## Authent.

- A** Vibea. sed, & lis C. de tempor. appellation. controv.  
A 19. num. 6.

## Feudor.

- C** Ap. 1. §. inter filiam, si de feud. defunct. milit. con-  
trover. 25. num. 9. & controvers. 31. n. 2. 3. & 4.  
Cap. 1. de succession. feud. controvers. 31. num. 1. 2. 3. & 40.  
cum seqq.

## Constitution. Regni.

- C** Onflit. Licentiam, controvers. 1. num. 64. & seqq.  
Conflit. Si quando, controvers. 7. num. 34.  
Conflit. Puritatem, controvers. 12. num. 39. & seqq.  
Conflit. In aliquibus, controvers. 25. num. 5. & 6. & con-  
trover. 63. num. 48.

Con-

**Conflit.** Probacionum incurribus, contr. 37. n. 20. & 21.  
**Conflit.** Consuetudinem, controvers. 51. num. 47.

### Capitul. Regni.

**C** Ap. ex presumptuosa, controver. 24. n. 44. & 57.  
Cap. 21. Regis Catholicci, controvers. 56. num. 25.

### Pragmatic. Regni.

**P** Ragn. 62. & 65. de offic. procuras. Cæsar. controvers.  
24. num. 5. & seqq. & num. 20.  
Pragm. unic. de privileg. infra annum exhibend. con-  
trover. 17. & controvers. 18.  
Pragm. 1. de appellationibus controvers. 19. & contro-  
ver. 20.  
Pragm. 53. de offic. Sacr. Cons. controvers. 19. & con-  
trover. 20.  
Pragm. 1. & seqq. de suspicionibus official. controvers. 39.  
Pragm. 20. de feud. controvers. 44. num. 7. & seqq.  
Pragm. 4. de arbitr. controvers. 63.

### Consuetud. Neap.

**C** Onsuetud. Et si testator, controvers. 3. num. 23.  
Consuetud. si de aës Capane, & Nidi, controver.  
10. num. 6,

### Rit. Reg. Cameræ.

**R** I. in §. si vexillum de fundico flagelli, controvers.  
46. & controvers. 47.

### Consulat. Maris.

**C** Apit. 85. controvers. 47.

### Leg. Hispaniar.

**L** Eg. 40. Tauri, controvers. 48. num. 44. 45. 48. 49.  
50. & 51. & num. 54-55. 56. 58. 59. & 60.  
Leg. 2. titul. 15. partit. 2. controvers. 48. n. 67. 68. & 69.

### Doctor.

**A** Ndreas de Ifern. in cap. 1. §. & si libellum de aliena-  
tion. feud. patern. à n. 6. ad 8. controvers. 1. num. 33.  
In cap. 1. §. donare, qualiter olim, controver. 1. n. 64. ad 72.  
In cap. 1. §. bujus autem generis. num. 12. ex quibus can-  
feud. amittatur, controvers. 1. num. 118.  
In cap. 1. num. 9. de cap. Corradi, controver. 5. n. 32. & 37.  
In conflit. si quis Baro, controver. 7. num. 18.  
In cap. Imperiale. §. insuper de probibit. feud. aliena-  
tio. controvers. 31. num. 21. & 22.  
In cap. 1. num. 5. de feudi cognitione, controver. 36. n. 25.  
26. & 27.  
In §. si vexillum de fundico flagelli, super Ritib. Regie  
Cameræ, controvers. 47. num. 33.  
Angel. in l. pen. §. testamento ff. de bonor. possession. secund.  
tabul. controvers. 38. num. 53.

In l. item si verberium. §. 1. ff. de rei vindicatione, con-

trover. 52. num. 30.

Alex. conf. 83. n. 6. lib. 2. controver. 26. num. 15. & 24.

Afflct. in cap. 1. §. donarc, num. 49. qualiter olim, contro-  
ver. 1. num. 75.

In decis. 119. controver. 1. num. 84.

In decis. 11. controver. 6. num. 16. 19. 20. & 21.

In decis. 395. controver. 62. num. 4.

Anton. Capyc. decis. 183. controver. 56. num. 19. & 20.

In decis. 48. controver. 63. num. 48.

Bart. in l. ab emptione num. 6. ff. de paci. controver. 5.  
num. 24. & 25.

In l. universa num. 7. C. de precibas Imperator. offerend.  
controver. 17. num. 16.

In l. si quis filium C. de inofficio festam. contr. 26. n. 5.  
Bal. in cap. 1. §. hoc quoque nu. 11. de success. feud. con-  
trover. 1. n. 53. & 54.

In cap. 1. §. donare num. 2. qualiter olim. controver. 1.  
num. 93. & 99.

In cap. 1. de milit. vassall. qui contumax est controver.  
26. num. 17.

In Autb. contra cum rogatus nu. 1. & 2. C. ad Trebell.  
controver. 26. num. 17.

In Autb. præterea num. 5. C. unde vir. & uxor, contro-  
ver. 30. num. 9.

Comerar. in cap. Imperiale. cart. 69. col. 2. contr. 7. n. 17.  
18. & seqq.

Capbal. conf. 393. controvers. 3. num. 42. & seqq.

Ia-conf. 30. controvers. 36. num. 25. & 26.

Fab. de Anna conf. 1. controvers. 27. num. 23.

Francis. de Amic. de bis, qui feudum dare possunt,  
§. facit iste discursus col. 2. controver. 24. num. 28.

Glos. in l. si quis à liberis §. vel si partus ff. de liber. agno-  
scend. controvers. 6. num. 13.

In l. origine C. de municipib. & originar. lib. 10. contro-  
ver. 13. num. 22. 25. & 33.

Imol. in cap. fin. n. 24. de emption. & vend. contr. 57. n. 5.  
6. & 8.

Jo. Thom. Minadus conf. 24. controvers. 53. num. 5.

Jo: Vinc. de Anna allegation. 59. controvers. 1. num. 110.  
& 111. & 120.

Jacob. Menocb. conf. 488. n. 8. controvers. 45. num. 5.

In conf. 176. controvers. 38. num. 45. & 49.

Jo: Francisc. de Ponte decis. 34. post num. 54. controvers.  
21. in appendice.

In conf. 153. lib. 2. contra quem scribitur Apologia, con-  
trover. 61. à num. 27. vers. lungè post bac scripta.

Loffred. conf. 10. num. 24. controvers. 3. num. 16.

In conf. 46. n. 23. controvers. 3. n. 37. 38. & seqq.

Marant. disputation. 9. num. 23. controvers. 49. n. 7. 8. 9.  
11. & 12.

Paul. de Castr. conf. 445. lib. 2. controver. 11. num. 24.

In conf. 35. lib. 2. controver. 29. num. 18.

Peregrin. de fideicommiss. articul. 5. num. 10. controver.  
11. num. 18.

Thom. Grammatic. dec. 13. controver. 19. n. 16. & contr. 20.

Vinc. de Francb. decis. 646. controver. 19. num. 18. & 22.  
& controver. 20. n. pm. 10. & 3.

In decis. 213. controver. 26. num. 22.

In decis. 261. n. 5. & 13. controver. 45. num. 11. & 12.

**IMPRIMATVR.**

**FELIX TAMBURELLVS VICARIUS GENERALIS NEAP.**

Reverendiss. Dominus Aloysius Riccius Episcopus Vici Aequensis vidit,

D. Vincentius Juvenis Canon. Deput. vidit.

---

**EXCELLENTISSIME DOMINE.**

**V**idi Excellentiae Tuæ jussu, ac avidissimè perlegi duo volumina Controversiarum Juris Illustrorum, cum decisionibus, & notis rerum iudicatarum, eruditissimi, ac doctissimi Regii Consiliarii, & Præsidentis Regiæ Cameræ Summariaz Fabii Capycii Galeota. Viri non minus Avito splendore præclari, quam propriis virtutibus, & doctrina insignis, in quibus nodosissimi juris articuli, adeò eruditè, nervosè concinnè, & exactissimè enodantur, ut non modo nihil in eis animadvertendum reperi, sed opus omnibus Jusdicentibus, Advocatis, omnibusque Studiosis, ac in foro versantibus adeò utile, & necessarium existimo, ut quamprimum ad communem utilitatem Typis mandandum puto, nisi aliter Excellentiae Tuæ videbitur, cujus purgatissimo iudicio omnia sunt subjicienda. Vale 4. Kalendas Septembri 1634.

Excellentia Tuæ

*Deditissimus servus*

Hector Capycius Latro.


**IMPRIMATVR.**

Tapia Regens Rovitus Regens Januarius Regens Zufia Regens;

Provisum per Suam Excellentiam Neapoli die 7. Novembris 1635:

De Amico;

CON-



# CONTROVERSIARUM JURIS ILLUSTRIORUM,

Quas in questionem vocari sapissimè usu venit, cum Decisionibus,  
ac Notis rerum judicatarum.

A U C T O R E

FABIO CAPYCIO GALEOTA J.C.  
AC PATRICIO NEAPOLITANO,

Regio primum Consiliario, ac Fisci Patrono Regii Patrimonii, juriumque regalium;  
nunc vero Regia Camera Presidente.

## LIBER PRIMUS

### S U M M A R I U M:

- 1 **P**otestate absoluta Rex noster ut non consuevit; nec in Principe justo illam considerari posse alii qui dixerunt, & num.5.
- 2 Potestate absoluta Romani nunquam usi solebant.
- 3 Potestatis absoluta usus in Principe non presumitur, & quare.
- 4 Principis gesta qualia esse debeant.
- 5 Alienationis inhibitus à Principe efficax, & cum Proceram consilio efficacior, praesertim favore successorum, & num.12.
- 6 Alienatio etiam à Judice ordinario interdici potest maximè late pendente.
- 7 Alienatione familie favore prohibita, & hereditis institutio comprehenditur.
- 8 Alienationis prohibitionis in feudis causa quadam exponitur.
- 9 Verbum disponere, regulariter ad supremam iudicium adaptatur, & quando praeceps, num.11.
- 10 Alienationis verbo ex subjecta materia hereditis institutio includitur.
- 11 Testamenti factio quo iure sit inventa, remissive.
- 12 Testamenti factio à Superiore prohibita effectus civiles tolluntur.
- 13 Princeps à Fisco quomodo differat.
- 14 Sermone generali personam loquentis excludi declaratur.
- 15 Alienationis hominis, & legis inhibitus etiam causum permisum includit.
- 16 Hæres in feudo etiam hereditario, nemo nisi descendens à primo acquirente, & idem iure fendorum,

- 20 Remedium l. fin. C. de edict. Div. Adr. in feudis locum sibi vendicat, si institutus à lege vocetur.
- 21 Hæres extraneus directus Dominus judicatur, si & Fiscus, & num.23.
- 22 Hæredes extranei qui.
- 23 Alienatio prohibita in extraneos, prohibetur, & in fiscum.
- 24 Fisci, & Principis in acquirendis aequalis ratio est.
- 25 Feudum hereditarium directo Domino etiam in filiorum prejudicium refutari potest, & num.58. sed aliqui contrarium, & de communi testantur, num.28.
- 26 Assensus in contractu cum Principe initio non requiritur.
- 27 Refutatio ab hereditis institutione valde differt, idem que omni iure.
- 28 Fiscus, ubi non est privilegiatus, iure visitur.
- 29 Principis dispositio actiue omnem tollit obstaculum, sed passiue in omnibus leges servandæ.
- 30 Imperii nihil tam proprium, quam legibus vivere.
- 31 Princeps in aliquibus deterioris conditionis, quam privatus.
- 32 Proximiorum exclusionem lex suis improbat.
- 33 Imperatores privatorum hereditates propinquis debitas abhorrebat, de quo plura exempla Svetonii, & Taciti subiectantur.
- 34 Resumptionem species diversa remissive.
- 35 Ifern. locus in capit.1. §. & si libellum, à num.6. ad 8. latè explanatur.
- 36 Refutatio in speciale nomen contractus non cadit.

## FABII CAPYCII GALEOTA CONTROVERSIARUM:

- 39 Refutatio in nuda voluntate refutantis tantum consistens nullius effectus, & probatur, num.42.
- 40 Refutatio denegatur ei, cui alienatio denegatur, & probatur, num.56.
- 41 Refutatio nihil speciale in se continet, & num.57.
- 42 Contractus ut resolutus inducetur, qua requirantur, pro quibus plurimum iurium ponderationes subnectuntur.
- 43 Contractus emptionis non dissolvitur, si actus retro agens fitte intercedat, ut per precarium, sed vere, & realiter requiritur.
- 44 Contractus ubi est resolutus ex intervallo, duo dicuntur contractus, & pro quolibet debetur gallina.
- 45 Distractus uti contractus judicatur, remissive.
- 46 Voluntas magis ex facto, quam ex verbis demonstratur.
- 47 Refutatio ad ejus esse qua requirat.
- 48 Refutationis diffinitio.
- 49 Refutatio feudi ad certum servitiam concessa, Dominino non acceptante, nihil operatur.
- 50 Feudis omnibus in Regno servitia militaria sunt annexa.
- 51 Feudum à Domini assensu vires recipit.
- 52 Contractus, qui consensu perficiantur, consensum simultaneum, & eodem tempore adhibitum requirunt, aliis vitiantur.
- 53 Baldi dictum in c.1. §.hoc quoque, num.11, de successo feud. autoritate Isern. impugnatur.
- 54 Anna in Rubr. de vasal. decrepit. etat. num.136. & 137. non fideliter Baldi dicta refert.
- 55 Dominium utile directo praefertur.
- 59 Dominus directus contrahendo satis assentire videtur.
- 60 Assensus non est contractus.
- 61 Genus à quo removetur, removetur, & species, non è contra.
- 62 Testamentum à solius testantis voluntate dependet, nec partis praesentia, cui ex eo acquiri debet, requiritur.
- 63 Differentia inter testamentum, & contractus per Iserniam.
- 64 Constitutio Regni licentiam, an in testamento sibi locum vendicet, & Isern. theorica in c.1. §.donare, qualiter olim elucidatur usque ad num.72.
- 66 Verbi constituere, & relinquere efficacia.
- 67 Contractus etiam in testamento fieri possunt.
- 68 Feudum post mortem feudatarii, est filii beneficia eius, qui dedit.
- 69 Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates non semper efficax.
- 70 Feudum non queritur filio iure successionis.
- 71 Assensus post mortem feudatarii, & jus alteri quantum etiam in feudo hereditario interponi non potest ex pluribus, num.74. 86. cum leq. de communi etiam super contractu per hereditis patientiam comprobato, cum novus hereditis assensus requiratur, num.87. & 112.
- 72 Confutatio aliquorum aliter intelligentium Amandam.
- 73 Lex concedens feudi alienationem per viam contractus, negot illam in ultima voluntate etiam in feudo hereditario absque assensu.
- 75 Afflict. in cap.1. §.donare, num.49. in fin. vers. sed ego dubito, qualiter olim Iserniæ mentera non bene percepit.
- 76 Alienandi potestate concessa id etiam in ultima voluntate permititur, sed aliqui contrarium, n.77.
- 78 Verbum contrahere actus inter vivos tantum ampliatur.
- 79 Donandi potestas concessa ad donationem inter vivos tantum arctatur.
- 80 Permissum quod est maius in dispensationibus, quod est minus denegatur.
- 81 In assensu rigor, non aequitas spectatur.
- 82 Alienandi potestas de feudo, sive ex pacto, sive hereditario per actus inter vivos concessa, per testamentum absque novo assensu denegatur.
- 83 Refutatio in successorum in ultima voluntate fieri non potest, ut sit tanquam ultima voluntas.
- 84 Afflict. decis. 119. impugnatur.
- 85 Refutatio in proximè successorum ex sanguine, non autem ex privilegio est permissa.
- 88 Hæres, & defunctus quomodo una, & eadem centur personam, ex Isern. declaratur, & num.104.
- 89 Feudatario male alienante, ipso mortuo lex de per se alienationem revocat.
- 90 Testamentum in feudalibus absque assensu à principio nullum, & maximè de jure Regni.
- 91 Ratificatio eo tempore fieri debet, quo principalis dispositio fieri posset, & quid quando in odium ratificantis, num.92.
- 93 Baldi doct. in §.donare, c.1. qualiter olim, n.2. reprobatur indistincte intellecta, declaratur tamen, num.99.
- 94 Testamentum de feudo contra legem, sive consuetudinem feudalem esse probatur.
- 95 Lex prohibens actum licet ulterius non procedat annulando, attamen redditur nullus.
- 96 Consensus partium ad convalidationem actus prohibiti, cum clausula decreti irritantis nihil operatur.
- 97 Statutum aliquid ultra jus commune operari debet.
- 98 Contractus de feudo absque assensu in pendentia est, & quomodo.
- 100 Dominus deterioris conditionis est, quam agnatus in redimento feudo etiam hereditario, quamvis aliqui contrarium dixerint.
- 101 Retroactio per viam fictionis fit.
- 102 Lex fingendo, tertio nocere non intendit.
- 103 Retroactio in feudo etiam hereditario in prædictum tertii denegatur, & num.116.
- 105 Feuda ob interesse Domini, & Agnatorum alienare prohibentur.
- 106 Assensus in alienatione feudi pro forma requiritur.
- 107 Juris patronatus alienatio post mortem alienantis confirmari non potest, & in similibus, idem n.122.
- 108 Hæres extraneus cum assensu institutus alienacionem feudi invalidam à defuncto factam impugnat.
- 109 Assensus ( vendito feudo sub hasta ) post mortem debitoris inutiliter interponitur.
- 110 Anna in alleg.69. confutatur.
- 111 Andreas defenditur ab impugnationibus Annæ in alleg.69. & secundum Andream plures decisum, num.120.
- 113 Conditiones in ultimis voluntatibus non retroabunduntur sicut in contractibus.
- 114 Assensus præstatio à Principis voluntate dependet, licet interdum assentire teneatur.
- 115 Conditiō potestativa nec in contractibus retroabitur.
- 117 Lex cum hic, s.ait oratio, ff. de donat. explicatur.
- 118 Isern. dictum in §.hujus autem generis, num.12. declaratur.
- 119 Doctor pro opinione, quam firmat, non facit numerum, si non disputat.

- 121 *Testamentum in præjudicium alterius nec per Principem convalidari potest.*  
 123 *Constitutum post mortem nisbil operatur.*  
 124 *Paria sunt aliqua in probibito tempore fieri, vel conferri.*  
 125 *Princeps nec ius sive agnatis quæstum tollere potest.*

Pro Duce Gravinae D. Antonio Ursino legitimo successore D. Juliane Ursinæ Amitæ in Principatu Bisignani;

#### ARGUMENTUM:

Princeps supremus an possit capere ex testamento invalido, & ibi aliqua de potestate absoluta. De nullitate testamenti ex prohibitione supremi Principis, & legis. Utrum Dominus directus in feudo habeatur ad instar extranei successoris, & quomodo possit ipsi fieri refutatio, vel haeres institui existentibus agnatis in feudo hereditario. Alienatione feudi prohibita, an censeatur prohibita refutatio, & de refutatione plura, ipsaque concessa per viam contraetus, non permittitur in ultima voluntate, etiam in feudo hereditario, & generaliter longè distare alienationem feudi per contractum, & testamenrum. Assensus post mortem alienantis, & jus quæsumum agnato vocato ex lege investituræ nulliter post mortem impetratur, & de prohibita retroactione in feudis in tertii præjudicium, & aliis, &c.

#### CONTROVERSIA I.



E FENSIO NEM aggredior ejus cause, quæ omnibus ferè Tribunalibus controversa non solum à doctissimis viciis summa ingenii laude disceptata semper est, atque in variis quæstiones distracta, sed, quod longè pluris mihi semper fuit ex eo valde periculosa censeri possit, quod cum Fisci dispendio, ac detimento conjuncta videatur, quod cum accidit, timeri facile potest, ne quæ vix ab adversariis objici possunt, illico indubitate censeantur ex quo factum aliquando est, ut spem omnem abjecerim ea multis probandi, quæ in medium allaturus sum. Quoniam verò hujus temporis æquitati, ac fœlicitati diffidere nefas esse omnino arbitratus sum; cum sub tanto Principe sentire quæ velimus; & quæ iure quisque sentiat, effari sine metu liceat, nihil esse existimavi, cur à defensione justissimæ cause discederem. Accessit eodem veluti illicium, atque incitamentum non exiguum ejus laudis assequendæ cupiditas, si potentissimum, & que ac justissimum Regem, æquitatis, ac moderationis gloriam omni compendio, ac lucro, quod è privatorum hereditatibus accedere illi potest potiorem semper habuisse hoc veluti præjudicio demonstrarem. Sapientissime enim ille pronunciavit ceteris mortalibus, in eo stare consilia, quod sibi conducere putant, Principum diversam esse sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda. Hoc igitur demum fuit, quod mecum animo præcepsem meo ad justissimæ causæ coram justissimo Princeps

cipe patrocinium impulsu, & si victoriae minime securum, bona certè spei plenissimum. Itaque ut rem aggrediar, ita statuo.

Non posse Fiscum, neque Regem nostrum potestate ordinaria adire hereditatem feudalem, quam ei reliqtam ferunt in testamento D. Juliane Ursinæ neptis succedentis ultimo Bisigniani Principi ex familia Sanseverina, neque pariter ratas habere cessiones jurium, sive potius litium oblatas à D. Tiberio Carrafa eodemque viro D. Juliane, & prætentio herede in allodialibus instituto, & à Comite Saponariæ ex subscriptis juris articulis clarissimè demonstrabitur brevi quodam facti themate præmisso.

Nonnullas scilicet fuisse lites motas super patrimonio Principis ad instantiam diversorum conjunctorum, prætententium majorem partem, quin potius ipsum integrum Statum, & bona ex diversis causis, & titulis ad eos spectare.

Primus enim omnium Dux Gravinae Ferdinandus Ursinus ab anno 1578. petiit declarari post mortem Principis Bisigniani sine filiis masculis ad ipsum spectare Statum Lucaniæ promissum in capitulis matrimonialibus in augmentum dotis D. Felici Sanseverinæ filiæ secundogenitæ D. Principis nuptæ Duci D. Antonio Ursino ejus patris.

Et in supplicatione in specie instetit inhiberi alienationem, & exhibitis capituloq; cum assensu obtinuit decretum Sacri Consilii, ut lite pendente nihil innovetur quodam alienationem.

Secundus fuit Comes Saponariæ Joann. Jacobus, qui anno 1579. petiit posthabito Duce Gravinae integrum Statum ad se pertinere vigore conventionum, & fideicommissi Procerum ex gente Sanseverina ab illis originem ducere contendens.

Tertio, licet longo post tempore, in medium prodidit Marchio Vallis, qui anno 604. ut excluderet refutationes factas Suae Majestati à novissimo Principe, petiit integrum Statum Calabriæ, bonaque burgenstica uti promissa in augmentum dotis Donæ Elionoræ Sanseverinæ filiæ primogenitæ Principis Petri Antonii nuptui traditæ eidem Marchioni.

Et cum deinde mortuo Principe fuisse decreto supremorum Tribunalium spretis à Rego ipsius refutationibus concessus terminus super omnibus hinc inde prætensis, & interim immissa D. Juliane Ursina neptis in possessionem omnium bonorum, Dux modernus Gravinae, qui us. nepos D. Juliane ei-que gradu eodem conjunctus, quo ipsa fuerat Principi, certò sperare poterat amitæ gravi morbo affectæ successionem; dubitans tamen ne odio, quo maximè eum insequebatur aliquid moliretur, ut vel à successione ipsum amoveret, vel saltim duriorum adversarium objiceret, petiit à supremo Principe, coram quo junctis Tribunalibus causa agebatur, eidem omnino omnem alienationis speciem, propositis suis apertis juribus interdicti, cui fuit ita exprefse injunctum id ei significante Regente Valcarcel ex mandato Regio, & rursus decreto perstricta possessio ad certam annuam percepcionem pro ejus alimentis integro Statu sub sequistro remanente.

Ex hoc igitur facto insurgit juris dispositio, testamentum nullum, cessionesque haud acceptas habendas. Resistit enim primò Principis, & Judicis inhibitio, secundò legis authoritas, eaque ex pluribus articulis.

Unde merito dicimus non posse Regem ex tali nullo, & invalido testamento hæreditatem adire, ut dixi, potestate ordinaria, nam altera scilicet absolute Rex noster religiosissimus non utitur, sicut de Rege Siciliæ, & aliis Regibus sanctis testatur post Guglielm. Persum, Cannet. in extrav. si aliquem, c. incip. ( & quia offert ) num. 111. quia illa non dicitur plenitudo potestatis, sed tempestatis, ut ex Card. & Soccin. firmat Salam. in rep. l. Princeps, ff. de leg. gib. & Surd. conf. 419. n. 49. lib. 3. sicut neque Romani unquam illa usi fuerunt, Bald. in §. libellarie de pace Constantiæ, Alciat. resp. 201. & 208. qua Princeps in dubio non præsumitur uti, Innoc. in cap. iusnotuit de elect. Dec. in l. quanquam, C. de testam. sed ejus intentio præsumitur qualis est legis, & rationis, Glos. in cap. paratus 23. q. 1. & justitiæ plenus Princeps dicitur, §. omnes, in autb. de judic. Bald. Ripa, & alii in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. Et proinde ipsius actus ita regulari debent, ut non mereantur à sapientibus reprehendi, l. Salvius Aristo, ff. de leg. præst. Roland. conf. 34. num. 100. lib. 4. & ut congruant justitiæ, & prudentiæ, Menoch. conf. 55. num. 22. lib. 1. & fulgeant liberalitate, & munificencia, l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. quæ propria dicitur esse animi dos in Principe, ut testantur citati per Tiraquell. de nobilit. cap. ult. à n. 41. & alii à Burzato conf. 420. n. 29. lib. 4. & plura in proposito à D. de Ponte conf. 55. in princ. & conf. 70. num. 60. Surd. conf. 203. num. 33. lib. 2. Quinimo nullo modo considerari potestatem absolutam in justo Principe ex infinitis contendunt, Covar. lib. 3. var. resolut. cap. 6. & Arius Pinellus in repes. rubr. C. de rescind. vend. p. 1. cap. 2. num. 24. Fortun. Garz. Vajq. Tbes. Molin. Cales. & alii apud Font. de paſt. nupt. claus. 4. gl. 14. num. 40. tom. I.

Primo igitur principaliter dicitur testamentum, sive testamenta ( si testamenta dici possunt, quæ asseruntur condita per D. Julianum ) ex quibus prætenfa Jura Regii Fiscii, & D. Tiberii ortum ducere fingunt, esse nulla, & invalida, præcedente expressa prohibitione alienationis supremi Principis, & Judicium cum cause partibus instantibus, causaque cognita de consilio Procerum, quæ ob id majorem firmitatem dicitur habere, l. humanum ubi, Bald. C. de legib. ex quo de certa scientia facta fuit, & non in forma communni, Dec. in rub. de confir. utili, vel inutili in fine, & plura, Morotius responsu 45. num. 14. quam alienationem interdici posse à quolibet ordinario Judice non ambigitur, & ex ea impediri dominii translationem, Bar. num. 16. Jas. in l. leſt. num. 97. & in 2. num. 130. Ripa num. 95. Aquenf. n. 30. & 31. in l. filius familias, §. Divi Severus, ff. de leg. 1. ubi inter alias justas causas interdicendi alienationem adnectunt litis pendentiam ex text. in l. diuers. ff. de peſtit. bared. sicut enim cum timetur de rei mobilis alienatione admittitur sequestratio, ita de alienatione rei immobilis Judex ne alienetur præcipere potest, Bar. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. cum innuum. concord. per Ann. sen. singul. 412. & Ann. filium lib. sing. præt. observ. cap. 9. ubi in fine ita teſtatur judicatum.

Et quamvis satis esset, ut etiam prohibita sola alienatione simpliciter nihil addito censeretur quoque prohibita hæreditis institutio, cum prohibitio est facta favore familie, vel certarum personarum, Bar. num. 7. Jas. n. 44. & alii in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Jac. de Are. Alex. Curt. jun. Ruyn. Crot. & alii relati per Surd. dec. 124. n. 3. Ann. in rep. Conf.

Conſit. n. 124. quo casu folus hæres legitimus successurus ab intestato posset institui, & non alius secundum glos. in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. quam esse communem testatur, Add. ad Bar. in d. §. eo lege, quod ultimum procedit etiam cum est expreſſe prohibita hæreditis institutio, Surd. dec. 254. n. 9. cui propriè locus est in praesenti casu quando favore certarum personarum, & præcipue Ducis legitimi successoris fuit facta prohibitio, quæ praesertim in feudiſ dicitur fieri favore familie agnitorum in honorem successorum, ut inquit Bald. in cap. 1. §. boc quoque, num. 3. vers. in contrarium, de succell. feud. tamen ad tollendum omne dubium ne dum fuit inhibitum, ne possit alienare, sed etiam disponere, quod 10 verbum suapte natura refertur ad actum ultimæ voluntatis, ut ex §. 1. in autb. ut liceat matri, & aviæ, Napod. in glos. consuetud. & si testator, in verbo disponere, & Afflitt. decif. 370. num. 12. quod maximè procedit, cum interponitur ad differentiam verbi 11 alienare, ut in simili bene advertit Andr. in cap. 1. §. donare, in addit. n. 9. vers. hæc jura qualiter olim, cum aliis generaliter verbum disponere, simpliciter prolatum possit referri ad omnem actum etiam inter vivos, cap. 2. & c. cum illis de præb. in 6. cum aliis ab Alex. in rubr. ff. sol. matr. n. 16. & Surd. d. dec. 272. num. 13. Pinell. super rub. C. de resc. vend. p. 1. cap. 2. num. 30. Ozasch. dec. 49. num. 9. & 10.

Et potissimum in hoc ubi eadem erat ratio in dispositione, & alienatione per modum ultimæ voluntatis, quæ inter vivos, ne legitimi successores, & jus prætendentes privarentur successione, vel constiſtueretur eis saltim durior adversarius, imò multò plus erat metuendum de ultima voluntate stante sexus avaritia, mala valetudine D. Juliae, odio erga Ducem, & Blanditiis maritalibus, prout eventus declaravit, qua identitate rationis stante, & subjecta 12 materia ex solo verbo alienare, comprehensa fuisset prohibito testandi, ut ex eodem Surd. d. decif. 273. num. 13. quanto fortius ubi expreſſe est prohibita dispositio, & sic in ultima voluntate, quam prohiberi posse per Principem ex causa, eamque justam causam esse favore primogeniti, vel successoris probatur in cap. grandi, ubi DD. de supplenda neglig. Prælatorum, & circumscripta disputa 13 tione, an testamentum sit de jure gentium, vel civili, de qua latè Guttier. Menchiaca, & alii relati per Hieronymum Ceval. in tract. comm. contra comm. 14 cap. 512. ex dicta prohibitione saltim tolluntur effectus civiles, ut notant omnes in l. si testamen- tum, C. de testam. & in specie Anna alleg. 25. num. 6. & 8.

Nec obstat prohibita à Principe alienatione non censiſi prohibitam dispositionem in eundem Principem collatam, ejusque rei causa sit, quod in generali sermone non comprehendatur persona loquentis argumento, l. inquisitio, C. de solution.

Objicitur enim primo prohibitionem fuisse factam ab Excellentissimo Prorege tanguam Judice, sive potius ab ipsiusmet judicibus supremorum Tribunalium in forma iudicij instantibus partibus, & causa cognita licet præſente, & authoritatem ipso Principe præstante, qui adeo hoc modo differt à Fisco, ut tunc temporis judicaverit quemadmodum etiam in hac causa iudicat inter Partes, & Fisicum, ut bene probat tex. in l. ad Fisicum 5. juncto sum. Bart. C. ubi causa fisc. & sic dum prohibitio non fuit facta à Fisco, nec à Principe ut Fisco, non obstat.

## regula legis inquisitio:

Quæ etiam secundò non procedit ubi eadem ratione prohibitionis militat in persona loquentis, ut videtur innuere *Glos.* in *d.l. inquisitio*, cum tamen in praesenti casu major ratio concurrit in Fisco, quam in aliis, ut colligitur ex *glos.* in *rub. C. ne Fiscus, vel Respub.* cum difficultius sit è manibus Fisci repeteret bona, quam ab aliis, ut exitus causæ ostendere capitur, cessat idcirco reg. *I. inquisitio*, etiam si Fiscus prohibuisset,

**17** Unde stante predicta prohibitione hominis, cui quoque accedit legis prohibitio pluribus ex causis inferius expressis, sequitur, ut potentius, & efficacius simul junctæ operentur, quia ne dum impeditur translatio dominii, sed censetur alienatio prohibita etiam in casu alias permisso, & specialiter non prohibito, *Roland. conf. 481. nu. 6. & 20. lib. 2. Natta conf. 481. num. 17. Magon. decis. Flor. 5. nu. 4. & decis. 149. n. 20. Morotius conf. 45. num. 22. latissime post D. Capyc. in cap. Imper. fol. 34. col. 2. verf. prima conclusio.*

Secundo principaliter accedit expressa legis prohibitio, illaque multiplex. Primo, ratione personæ Principis, in quem fit dispositio dupli causa, quia extraneus, & quia litis causa institutus, eademque ratione in patrocinium advocatur à cedentibus. Secundò, ratione personæ contra quam seù quæ remanet exclusa, & fraudata. Tertio, & ultimo, ratione personæ propterquam, seù qua mediante hæc fiunt, machinatione scilicet, & circumventione viri.

**18** Ad primum igitur articulum, & sic quoad institutionem feudalium in Regem, certum est tam de jure communi feudorum, quam ex tenore investituræ pro se, & hæredibus ex corpore necessarium esse, ut hæres in feudo sit descendens à primo acquirente, alioquin fieri non posse, ut successor is sit, qui non est hæres sanguinis etiam in feudo hæreditario, nec testamentum valet in feudis, *cap. 1. de gradibus success. in feudo. cap. 1. de eo qui sibi, & hæred. suis, c. 1. de natura success. feud. cap. 1. de success. feudi*, cuius text. dispositio habet locum etiam in feudo hæreditario, ut bene probant *Affl. decis. 385. num. 5. Anna in repet. rub. de vasall. decrep. etat. num. 183. Cannet. in Extr. si aligem, verf. est præterea, n. 6. cum multis concord. per D. Præsidem de Curte in 1. par. divers. feud. cap. 1. num. 16. 18. usque ad 21. & hoc*

**19** præsertim de jure *Conf. Regni, ut de successionibus*, ubi *Glos. in ver. ex utroque parente*, docuit personam vocatam per illam constitutionem posse feudum obtinere etiam si testator alium instituisset hæredem, ex quadam necessaria restitutione, *Affl. decis. 385. num. 5. quod pluribus exornat Dom. Conf. de Georgio alleg. 19. num. 13. ad 19. post Cannet. in Extrav. Volentes, in c. at non erit, num. 41. & posse hæredem revocare hujusmodi institutionem, idem Cannet. ibi num. 77. nisi fuerit facta cum assensu, Cannet. in §. annotandum, nu. 30.*

Et sic institutio feudorum facta in alium, quam à l. vocatum in præjudicium Ducis nepotis in tertio gradu expresse facta contra tenorem investituræ, consuetudines, leges feudales, & municipales Regni nullam potest omnino obtinere firmitatem adeo ut voluerint, quod licet regulariter etiam in feudis habeat locum remedium, *l. fin. C. de edit. Divi Andr.* quando scilicet testator se conformat dispositioni juris instituendo à l. vocatum, non ex eo quod testamentum operetur aliquid in feudis, sed quia feuda veniunt in petitionem hæreditatis quæ-

ad possessionem, ut post *Frecciam* in 8. differen: *inter feud. ex pacto, & hæred.* refert in specie *D. de Georg. alleg. 12. num. 28.* tamen cum aliter disponit, coucludunt communiter testamentum continere vitium visibile, & consequenter omnino cessare remedium, *l. ultima, C. de edit. divi*, ex eo solum, quod constet in promptu bona esse feudalia, ut post *Andr. in cap. inter filium*, tradit *Affl. decis. 119. declarando ipsius dicta*, ut facit *Duc. conf. 588. in fin. & probat Alvar. Præpos. Jas. Zaccar. Campeg. Natta, Rolan. Cacher. Put. Cavalc.* & ex nostris *Frecc. Camer.* & alii congesti à *Menoch. de adipiscen. posses. remed. 4. num. 381. fol. 56.* & latius *D. de Georg. d. allegat. 12. nu. 42.* ubi refert plures decisiones, & testatur nunquam fuisse decisum contrarium,

**21** Quod autem Dominus directus non sit hæres ex corpore, sive sanguinis, sed extraneus, patet de se, & probat *Andr. in Conf. Conf. div. mem.* ubi docet, quod extranei sunt omnes illi, qui non sunt proximè successuri de jure, videlicet, si vivitur jure Francorum,

**22** omnis præter primogenitum dicitur extraneus, si vero jure communi omnis etiam filius, vel agnatus, qui instituit ultra suam portionem dicitur extraneus, idem *Andr. in cap. omnes filii, col. 2. si de feud. defunct. militis*, refert, & sequitur *Anna in d. repet. d. Conf. num. 123. concor. citat Surdus conf. 305. n. 17. lib. 3.* & idem *Anna in repet. rub. de vasal. decr. etat. num. 172. 287. & 293.* ubi quod in feudi successione sanguis consideratur; unde quantò fortius

**23** Dominus directus, seu Fiscus, qui in omni materia in jure reputatur extraneus hæres, ut per *Glos. Bart.* & omnes in *l. 1. C. de bon. libert. in l. eum qui, ff. da interdict. & releg. & in terminis*, quod bona pro-

**24** habitæ alienari in extraneum non transeant in fiscum ullo casu, sive sint emphiteutica, sive feudalia, tradunt latè ex *l. Imperator*, *ff. de fideicom. liber. Ale. conf. 23. lib. 1. Berous conf. 78. num. 12. lib. 1.* & alii infiniti congesti per *Surd. decis. 254. nu. 22.* qui loquitur in specie de fisco eodemque Domino diresto, & latissime agit *Peregr. in tract. de jure fisci. lib. 5. cap. 1. num. 68. & 98. & in feudis num. 106.*

**25** *Lanar. conf. 9. num. 1.* sicut & generaliter cum agit Princeps de acquirendo tanquam Princeps, aequalis est ratio Principis, & Fisci, *l. fiscus 6. ff. de jure fisci, l. fin. C. de quadrienn. præscr.* quinimò idem fuit, cum fiscus nihil aliud sit nisi bursa Principis, *l. sed Celsus, ff. de contrab. emp. Bart. in rub. C. de jur. fisci. lib. 10.* cum aliis per *Lucam in l. quæcumque la se. 2. C. de omni agro defer.* *lib. 11.*

Neque adversatur, si forte objiceretur iterum has regulas limitari cum feuda refutantur, seu retroceduntur Domino directo, tam per contractum,

**26** quæ per ultimam voluntatem, quia sicut feudum hæreditarium potest refutari inter vivos Domino directo, ne dum in præjudicium agnitorum, sed etiam filiorum, ut notatur in *cap. 1. §. rursum si fidelis, quibus modis feendum amitt.* & in *cap. 1. de vasal. decrep. etat.* cum aliis, quæ citant ad hoc *Frec. in 12. differ. feud. hæred. & Surdus conf. 382. nu. 91. lib. 3.* sic etiam poterit retrocedi, ac refutari in ultima voluntate, idque sine assensu,

**27** quia contractus initi cum ipso Principe, eo non egent, *Camer. in cap. Imper. fol. 12. litera P. de prohib. feud. alien. per Feder.* cum validum sit argumentum à contractu ad ultimas voluntates vulgatis iuri bus.

**28** Dicimus enim, quidquid sit in refutatione, & sic in contractu inter vivos, in quo non est absolute illa opinio, quinimo contrariam opinionem, ut in-

## 6 FABII CAPYCII GALEOTA CONTROVERSIARUM

- distincte nequeant feuda refutari Domino in præjudicium agnatorum, tenent *Glos. Belvis. Bal. Laud. & Alvar.*, in s. & si libellum, ubi *Affl. n. 65.* dicens esse communem, *Ardiz. Curt. Jacob. & alii*, quos congerit *Schrader. de fœd. par. 8. cap. 7.*
- 29** Sit tamen vera opinio contrafacta, quæ plus arredit, ex aliis clarissimè demonstrabitur non recte posse inferri in hoc casu à contrafactu refutationis ad institutionem hæredis obstante maxima diversitatis ratione, idque fundabo de jure Romano, tam ff. quam C. de jure feudorum, & de jure Constit. Regni. De jure Romano incipiendo à generalibus versus est conclusio, *Fiscum in dubio semper uti jure privati, nisi in casibus, in quibus expressa habet privilegia l. idem, ff. de corpon. l. cum virtiose, ff. de pignor. Peregr. de jure fisci lib. 6. cap. 1. & in negotiis, & causis Principis ita servari debet ordo juris, sicut in causis privatorum, ut latè à *Bossio de Principe n. 75.**
- Sed in propriis terminis: in testamento scilicet, in quo Princeps hæres instituitur, vel ei fit legatum,
- 31** habemus iura expressa, ut licet Princeps donando, vel aliter in alterius beneficium disponendo scilicet activè censeatur omnem defectum supplere, iuriumque tollere obstaculum ejus dispositioni; repugnantium; unde ex solo titulo transfert dominium, ubi constat de ipsius mente, *Jacob. in verb. Princeps, vers. sed quæro, Anna alleg. 53. n. 32.* contrarium tamen est, cum subditus, vel alius in Principem disponit, quia tunc sunt omnino leges servandæ, ac si in quilibet alium privatum fieret dispositio, & in specie in legato facto Principi, & hæredis institutione loquuntur *l. ex imperfecto 23. ff. de leg. 3. ex imperfecto*, inquit, testamento legata, vel fideicommissa Imperatorem vendicare verecundum est, decet enim tanta Majestati eas servare leges, quibus ipse solitus esse videtur, idem in *l. ex imperfecto 3. C. de testam.* ubi idem disponitur in hæredis institutione, eademque assertur ratio, licet enim lex Imperii solemnibus Juris Imper. solverit, nihil tamen tam proprium Imperii est, quam legibus vivere, idem in *l. si quis Imperatorem 6. C. qui testam.* facere possunt, ubi qui Imperatorem instituit non ideo minus habet mutandi judicii facultatem, & in *l. cum hæredes 7. eod. tit.* ubi generaliter quoad omnia dicitur, cum hæredes instituuntur Imperator, seu *Augusta ius commune* cum ceteris habent, quod & in codicillis, & fideicommissariis epistolis iure scriptis observandum est, ex quo tex. in his verbis iure scriptis evidenter probatur hoc generaliter procedere nendum circa solemnitates, sed etiam circa substantia, in quibus major viget ratio, ex quo licet relictum Principi non efficiatur caducum, ut in *l. quod Principi 58. ff. de leg. 2.* illud non est speciale in Principi, sed in omni legato facto sub nomine dignitatis, quæ nunquam moritur, ut ibi summat *Bar.* & sequuntur *DD.* & comprobatur ex latissimè congestis per Ozasch. dec. Pedem. 139. n. 11. Morot. respons. 45. num. 9. vers. & quod successor, quem sensum ad d. *l. quod Principi* in specie probavit *D. Turam. in l. Princeps, in ultimis verbis, ff. de legibus, ubi latè agit, quomodo dicatur Princeps legibus alligari quoad vim directivam, licet non quoad coactivam, sic concilians iura contrafacta ex Aristot. D. Thom. & aliis.*
- Et haec distinctionem inter dispositionem, quæ sit à Principi, & in Principem probat *Jas. de cum. sent.* distinguendo quatuor casus in d. *l. 3. C. de testam.* citans *Bald. in l. Sancinus 35. n. 5. C. de donat.* qui refert *Bar.* consulusse super testamento facto à
- quodam Domino de Ursinis, & sequitur *Peregr. de jure fisci lib. 4. tit. 1. in principio, & tit. 7. num. 3. & lib. 6. tit. 1.* per totum maximè num. 20. 23. & 30.
- 33** Quin etiam Imperator hæres institutus nedum ius commune cum ceteris habet, sed quod est mirabile in aliquibus & præcipue respicientibus substantia est satis deterioris conditionis, quam privatus.
- Et prijmo quamvis de jure primum testamentum, licet in scriptis conditum per secundum tollatur, etiam sine scriptis, quando secundum habet solemnitates à jure requisitas; tamen ex secundo testamento sine scriptis, in quo sit institutus Princeps, non tollitur primum testamentum *l. volumus 20. C. de testamen. juxta intellectum Cyri, Bal. Salic.* quem ibi dicit *com. Jas.* & rationem colligunt ex eo tex. quia de facili presumitur, testes ad aucupandam gratiam Principis, aut Magistratum falsum adstruere, licet hoc ipsi nolint,
- 34** Secundò adeò lex abhorret, ut quis exclusis nendum filiis, sed etiam quibuslibet propinquis, qui ad intestati successionem venire possunt, quos constat vocari ex iuri expressa dispositione, adeò ut dicantur habere titulum expressum à lege, & à defuncto tacitum *Bald. in l. si emancipi. num. 11. C. de collat. Surd. dec. 272. num. 2. 4. & 9.* Principem instituat, quod licet regulariter permittatur cuilibet de bonis suis testari in scriptis, vel sine, vocando etiam extraneos exclusis omnino agnatis, quinimò & filiis relicta solum eis legitima, tamen secus in eo, qui, et si non habeat filios, in testamento nuncupativo ad exclusionem agnatorum. Principem instituere non potest, sed debet illud facere in scriptis, ut concludunt *Cyn. Jacob. de Are. Alber. Fulg. & Paul.* quos refert, & eorum opin. defendit *Jas. in d. l. volumus 20. vers. quid autem esset, licet contra Bald. & Salic.*
- 35** In quo, licet antiquorum plura exempla advocate possem, & præcipue illud Svetonii in Augusto, dum ait: *Augustus quamvis minimè appeteret hæreditates, ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sublinuerit, amicorum tamen supremo iudicia morosissime pensavat, &c. legata, vel portes hæreditatum, & à quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut si in pupilli: ætate essent, die virilis roga, vel nupiarum cum incremento restituere consueverat, & aliud, quod refert Joseph lib. 17. antiquit. c. 13. tamen omnibus melius ad rem nostram est, quod legitur in Tacito Annal. lib. 2. magnificam in publicum largitionem auxit Cæsar haud minus gratia liberalitate, quod Emilia Musæ locupletis intestata petita in Fiscum Emilio Lepulo cuius è domo videbatur, & Patre diuītis Equitis Romani hæreditatem ( quamquam ipse bares in parte legererat) tradidit M. Servilio, quæ prioribus, neque suspectis tabulis scriptura competet, nobilitatem utriusque pecunia juvandam præfatus, neque hæreditatem cuiusquam adiit, nisi cum amicitia meruisset, ignotos, & aliis infensos, eoque Principem nuncupantes procul arcebas. Ex quo satis apercè comprobatur ne dum in gratiam, filiorum, sed & eorum, qui sub colore aliquo se conjunctos morientium quoquo modo contendebant, antiquos Imper. aliorum hæreditates sprevisse, & maximè eorum, qui per amicitiam non erant noti, & potissimum illorum, qui in agnatorum odium ipsis legabant.*
- 36** De jure feudorum omisis diversis refutationum speciebus, quas sigillatim recenset *Anna in repitit. tit. rub. de vasal. decrepit. atar. vers. refutavit, num. 128.*

128. loquendo de refutatione feudi hereditarii, quam facit vasallus habens filios, vel agnatos, non dubito illum de jure permitti in vita tamen per contractum sincerè bona fidè, & sine fraude, non autem per testamentum, sive per quamlibet ultimam voluntatem, nisi directo Domino expressè assentiente, acceptanteque testamentum ante mortem feudatarii hoc modo in ipsum Dominum disponentis. Non enim loquor de feudatio non habente filios, vel agnatos, non enim illum casum non habere dubitationem, quandoquidem cum non agatur tunc de tertii prajudicio in vita omnino refutare Domino, fortiori ratione indistinctè erit permisum, cum fraus considerari nequeat, in morte autem parum utilis esset disputatio, cum feudum in omnem casum sit ad Domini preventurum resoluto contractu.

Hoc autem discrimen inter refutationem, & testamentum probabitur juxta veros terminos Andreae, & ferè omnium Feudistarum opin. vivis quoque rationibus, ex quibus quæ in contrarium ferè afferri possent, facili negotio resoluta apparebunt.

Et in primis conjungendo theoreticam Andr. in cap. i. §. & si libellum, à num. 6. ad 8. de alien. feudi pater, in cap. i. §. donare, in add. à num. 6. vers. non videtur autem pluries in discursu usque ad nu. 11. qualiter olim feud. alien. pot. & in cap. Imperiale, num. 15. 16. & in add. sequen. de probib. feudi alien. per Federicum.

327 In d. §. & si libellum, cum dubitaverit, Andr. nu. 5. vers. numquid bac cap. utrum per Constitut. Regni, indistinctè prohibentem alienationem fuerit correcta dispositio d. §. & si libellum, & sic etiam prohibita refutatio in proximè successorum, postquam firmavit non includi refutationem, quærit nu. 6. in quod nomen contractus cadat refutatio, nam infeudatio est contractus nominatus. sicut alii inventi de jure civili, & hinc ut probaret Andr. refutationem non cadere in speciale nomen contractus, idque per transundo, nam cœpit verba facere de refutatione, quæ fit directo Domino, eam non habere speciale nomen affirmavit, cum plura sint negotia, quam vocabula, & illam non posse fieri nuda voluntate refutantis, cuius rei reddit rationem, quia non receditur à contractu perfecto, & infeudatione completa, sed actus priori infeudationi similis, retro agens infeudationem necesse est, ut intercedat renunciando feendum, quod erat acquisitum possessionem feudi restituendo, & hæc resignatio inquit Andr. cadit in nomen restitutionis, quæ dicitur refutatio, & cum restitutione possessionis feudi, ut legit Liparulus ipso jure, vel secundum alios quantum ad effectum resolvit primum contractum infeudationis, ut C. Quando licet ab emptio. diffed. l. 1. in fin. & l. 2. in Glos. Nec aliud nomen habet refutatio, seu restitutio, quæ alienatio est, quia sic transit in feendum dantem illud dominium utile, seu jus, quod erat in feudatario, & hoc est, quod dicitur per hujusmodi actus quasdam novas obligationes constitui, ff. de pac. l. ab emptione in fin. Ex quibus infert Ifern. qui ergo non potest alienare sine consensu alicuius, non poterit refutare, quia refutatio alienatio est, nisi quando posset alienare, ut inter agnatos, & deinde querit, nunquid ergo existente filio refutabit feendum Domino, dic idem, quod in alienatione, &c.

Et, ut ostenderet se hactenus loquutum fuisse de feudo hereditario, subdit inferiorius, si verò esset ex pacto, & providentia, &c. usque ad num. 8. ubi rediit ad refutationem, quæ fit agnato, ibi, sed hoc de

refutatione, quæ fit Domino, &c.

328 Ex qua theoria quatuor elicuntur conclusiones enixe firmatæ per Andr. Prima, refutationem, quæ fit Domino, non habere elegans nomen contractus, sicut habet feendum.

329 Secunda, refutationem, quæ fit contractu feudi perfecto per traditionem, non posse fieri nuda voluntate refutantis, etiam accidente consensu Domini directi, ut probant jura, quæ citat Andr. quæ max pondarabimus, nisi actus omnino priori infeudationi similis, mutuus scilicet consensus cum restitutione possessionis intercedat,

330 Tertia, eum, qui non potest alienare sine consensu alicuius, non posse etiam refutare, quia refutatio alienatio est, & ideo permitti vasallum refutare posse feendum Domino, cum sibi etiam concedatur alienare, scilicet cum consensu Domini, ex quo, &c.

331 Quarta elicetur conclusio, nihil speciale esse à jure inductum circa refutationem, se in ea spectari jus commune, ut permittatur refutatio Domino, quoniam feudi hereditarii alienatio permittitur cum ejus assensu.

Et quoniam de prima conclusione nihil ad rem nostram, cum sive refutatio cadat in speciale nomen contractus, sive non; attamen non ideo minus distinetur conventi, dependens à voluntate duorum, cum tam nominati, quam innominati contractus, cum causa subest, firmitatem habeant, & actionem patient, l. 1. §. fin. & l. juris gentium, ff. de pac.

332 Secunda conclusio probatur evidenter in l. 1. in fin. citata per Andr. C. quando licet ab emp. diffed. ibi. Etenim post traditionem interpositam nuda voluntas non resolvit emptionem, si non actus quoque priori similis retro agens venditionem, intercesserit, ubi Glos. pen. in vers. non actus, dicit hunc actum, & si non est secunda venditio pro eodem pretio, ut dicebant quidam, esse tamen secundam resolventem primam, & actum primo similem, quia hic retardet rem, ille verò præsumi, id est traditio rei, & retraditio pretii, quo facto ipso jure resolvitur, licet quidam quoad effectum tantum, ut ex Glos. resultat Andr. & idem in l. 2. ubi cum dixerit Imperator perfectam emptionem re integrâ tantum pacto, & consensu posse dissolvi, secus verò re non integrâ, quod erit etiam ubi solæ arrha datæ sint in partem pretii, quia tunc ut res tradatur agitur, subdit Glos. 2. declarans verba pacto, & consensu, id est, patrimoniali consensu mutuo interposito, ut neuter alium conveniat, & glos. 3. in fin. interpretando text. ibi secundum fidem pacti, subdit, item fidem pacti dicit ideo; quia ex quo conveniunt de dissolvendo contractu, & de arrbis reddendis conveniisse videntur, & sic claram patet, distractum ipsum contractum dici posse, cum ex mutuo consensu, & conventione dependeat, licet ab ea non perficiatur, ex quo non solum non proficit ad agendum, ut dissolvatur, sed nec etiam exceptionem parit, si actus prædictus facit retro agens ad invicem non intercedat, ut in causa relata per Glos. fin. d. l. 2. quem dicit esse mirabilem, ut interdum nudum pactum, conventionemque exceptionem pariat.

Idemque aperte habetur in l. ab emptione 59. ff. de pac. ubi in distractu præter conventionem mutuam contrahentium, quæ pluries à J. C. repetitum in ipso text. exigunt ad distractus validitatem actus ipse facti, nam alias dicitur ipsa conventione, quæ pertinet ad resolvendum id, quod actum est, non sufficere ad distractum, & redditur ratio, qua utitur Ifern.

*Isern.* quia eo modo non tam hoc agitur , ut à pristino negotio discedamus , quam ut novæ obli-  
gationes constituantur, ubi *Glos. magna fin. ampliat.*,  
ut nec per precarium possit ipso jure ab emptione  
recedi, sed quod verus actus , & naturalis fit necessa-  
rius in triplici virtute, secundum *Bald.* ibi *nu.7. in*  
*fin.* scilicet dominii translationis, possessionis tradi-  
tæ, & liberationis quæsitæ , dicens hanc esse verita-  
tem, & sequitur ibi *Paulus in summ.* & *nu.4.* dicens,  
quod, ubi res non est integra , conventio resolutiva  
nihil operatur , nisi fiat reintegratio sponte ab ultra-  
que parte per actum retrosimilem, ut per eum latius  
super *Glos. fin. nu.17. vers. hic est effectus,* & sequun-  
tur omnes *DD.* tam in *præd.* II. quam alii innumeris  
congesti à *Tiraq. de retrahit. convent.* §.6. *glos. 2. nu.8.*  
9. usque ad 21. qui in effectu concludit, contractum,  
cum resolvitur ex pacto resolutivo initio ex inter-  
vallo non adjecto ab initio tempore contractus,  
dici duplē venditionem , & duos esse contra-  
etus, ac proinde duplex laudem , vel gabellam  
deberi, citans inter alia jura *cap. 1. quid juris,* si post  
alien. ubi *Isern.* annuit *præd.* in *vers.* aliis distin-  
guunt hoc *cap.* & latius idem *Tiraquell.* postea visus  
ad II. *connub. glos. 5. à num. 5. ad 31.* ubi infinitis ju-  
ribus , & autoritatibus probat distractum esse con-  
tractum , & eandem sollemnitatem undique requiri  
in renunciationibus , & distractibus, quæ in con-  
tractibus etiam in exorbitantibus .

Quin potius sola retraditio , & sic actus retrosi-  
milis quamvis sit actus facti , ex quo regulariter so-  
let magis ostendi voluntas , quam ex verbis argu-  
mento *I. Paulus, ff. rem ras. habe.* non tamen resolvit  
contractum feudi perfectum, scilicet infeudationem  
primam, imò effet novas obligationes contrahere,  
juxta §. illad. d. l. ab emptione ; sed requiritur renun-  
ciatio juris, quod habet ex infeudatione , cum resti-  
tutione possessionis tertio, quibus conjunctim adhi-  
bitis potius quantum ad effectum , quam ipso jure  
resolvitur, & enervatur prima infeudatio, & sic cum  
eandem sollemnitate, argumento *I. nibil tam naturale,*  
*ff. de reg. iur.* quam in id citat *glos. fin.* in *d.l. ab em-*  
*ptione,* cum aliis per *Tiraq. d. gl. 5. ad II. connub. n. 18.*  
quo sit, ut refutatio feudi requirat utrumque , scilicet  
renunciationem feudi , seu novam conventionem  
inter partes de resolvendo contractum, & retra-  
ditionem facti , ut clarissime docet idem *Isern.* in  
*cap. 1. num. 7. de controv. invest.*

48 Et ob id refutatio diffinitur, ut sit resignatio feu-  
di in manibus Domini, ut probatur in c. 1. de *vasal.*  
*decrep. atat.* ubi *glos. an.* refutationem ipsam vocat  
paktionem , & ita illam diffinivit *Bald.* in c. 1. *vers.*  
*pro ulteriori,* de alien. feu. quem sequuntur *Lofft.* &  
*Ann. pater,* qui eum citat in *d. rub. de vasal. decrep. atat.*  
*vers. refutavit. n. 129.* fecit *tex. in L. nuda rati,* cum  
*gl. 1. ff. de donat. cum aliis, per Mascar. concl. 627. n. 33.*

49 Nec aliter potest fieri refutatio, nisi consentiente,  
& acceptante Domino, cum sit actus duorum, &  
sumat vires à consensu Domini acceptantis , quo re-  
nuente nulla est refutatio in feudo dato ad certum  
servitium suum, opin. *GL. & Marini,* quem sequitur  
*And.* & cum eo ferè omnes in c. 1. in *add. nu. 24. de*  
*Capitaneo,* qui *Curiam vend. cum concord. per Lipar.*  
ibi *lit. B. ver.* sed quando datur , & in c. 1. *vers. post*  
*refutationem de vasal.* qui *contra Conf. Lotbar.* ibi,  
item in Regno Sicilia , si est quaternatum , non re-  
futabit sine consensu Regis, & hoc præsertim in Re-  
gno, ubi cuiilibet feudo sunt annexa servitia milita-  
ria, ut per *Capyc.* in c. *Imp. §. callidis, col. 6. ver. secunda*

*concl.* & proinde non sit refutatio sine voluntate ip-  
51 sius Domini, ut latè per *Annam in d. repet. rub. de va-*  
*sal. de crep. atat. nu. 147.* & latius *nu. 325.* & *sing. 196.*  
assensus enim, sive consensus est ille, à quo in feudis  
actus sumit vires, ut tradit *Anna in d. rub. nu. 219.*

52 Et generale est, ut in contractibus , qui consensu  
perficiuntur, non sufficiat simpliciter consensus; sed  
debet eodem tempore adhiberi , & esse simultaneus,  
*l. 1. ff. de pac. l. consensu, ff. de att. & oblig.* quod proce-  
dit tam in contractibus nominatis , quam etiam in  
nominatis, & correspœctivis , qui per mediū temporis  
intervallum vitiantur , *l. 1. §. qui præsens,* ubi *Jason.*  
*Crot. Galia. Paris.* & aliis congesti per *Aquit.* *nu. 17.*  
*cum seq. ff. de verb. oblig.* *Surd. conf. 157. n. 12.* & *conf.* 298.  
*n. 39. lib. 2.* & in distractibns quoque in spe-  
cie probat idem *Surd. conf. 136. num. 17. lib. 1.* de-  
clarando, ut per *Rom. conf. 295.*

53 Et ex his, quæ tradit *And. in dd. locis,* apparet, *Bal.*  
minus recte lensisse, dum in o. i. §. *boc quoq;* n. 11. de  
*success. feud.* scriptum reliquit, vasallum refutantem  
feudum à se abdicando in Dominum, nihil transfe-  
re, sed ex ipsa proprietate Dominum jus metiri , ar-  
gumento *l. si bares, ff. ad T' rebett.* & cum eo *Ann. sen.*  
54 in *d. rub. de vasal. decrep. ata. n. 136.* & 137. licet pa-  
rūm fideliter referat dictum *Bal.* addens plura ver-  
ba, quæ *Bal.* non dixit , de quo alias fiscus in priori  
causa refutationis ultimi Principis fecit magnum  
festum , satis enim superque ex *prædictis* apparet  
fundatum contrarium .

55 Eo maxime cum certum sit, utile dominium . va-  
salli præferri directo velut potentius , & majoris  
aestimationis, *Isern. in c. 1. n. 2. de controv. inter vasal.*  
& *alium,* ubi *Lipar. in vers. directo citat concord.*

56 Ex quibus satis apertè comprobatae remanent re-  
liquæ due conclusiones excerptæ ex theorica *Isern.*  
in d. §. & *si libellum,* cum enim in distractu, & resolu-  
tione contractus feudalis in primis requiratur omni-  
no mutuus consensus Feudatarii, & Domini directi  
de priori contractu resolvendo , ex hoc per necesse  
infertur, ut Feudarius, qui non potest alienare si-  
ne consensu Domini, nequeat & refutare, scilicet sine  
ejusdem Domini consensu , ea ratione ; quia refuta-  
57 tio alienatio est , & sic nihil speciale est in refutatio-  
ne, quod infra latius probatur ; sed sicut etiam exi-  
stente agnato , vel filio , qui proximus est agnatus,  
58 *I. filius, ff. de suis,* & legit. potest vasallus feudum  
hæreditarium distractare in quemlibet extraneum  
cum assensu Domini, modò sine dolo , & fraude , ut  
notat *Afflict. in c. 1. col. 4. vers. quæro modò de alien.*  
*feud. pater. cum concor. per Surd. confil.* 382. *nu. 90.*  
*lib. 3.* haud mirum si Domino quoque volenti , &  
consentienti refutare queat similiter sincerè , & bona  
fide , siquidem cum permittatur alienatio cum as-  
sensu tempore habilli, ut infra, ergo & refutatio, cui  
Dominus illam acceptando assentitur .

Et hinc oritur, contractus initios cum Domino di-  
recte non egere assensu , & ut vulgo dicitur facien-  
tem actum cum Domino esse tutum etiam si sine as-  
sensu, scilicet alio assensu præter illum, qui necesse ib  
59 infertur ex consensu præstito in eodem contractu,  
ut in feudo Domino directo pignorato loquitur *tex.*  
in c. 1. ext. de *feud.* & similiter juxta limites *tex.* *præ-*  
*dicti,* quem omnes in id citant , de contractibus si-  
militer loquuntur *Ardiz. Bald. Curt. & Jacob.* citati  
per *Camer. c. Imper. car. 12. lit. P.* qui omnes dicunt  
contrahendo satis consentire videri Dominum , imò  
60 fortius , quam in assensu , qui non est contractus,  
61 ut tenet *Anna Conf. Constit.* *diva memoria, nu. 65.*  
Per;

permisso igitur pignore; vel alio contractu, & sic specie, non videtur permisum genus, & contra prohibito pignore, non censetur prohibitum, ut per alium modum alienet, nam à quo removetur genus, removetur species, non è contra, ut in terminis de pignore ad alienationem in genere ar-  
guit *Isern.* in cap. i. num. 2. per quos fiat investit. ob-  
que id *Camer.* dicta carta 12. infert ad contractus, qui sunt cum Prorege super bonis feudalibus, & ultra requirit, ut is sit Dominus, qui, si fieret actus cum extraneo, possit consentire, & sic totum regu-  
latur à mutuo consensu.

62 Qui cum in contractibus tantum intercedat, se-  
cundus verò in testamento, quod dependet à nuda vo-  
luntate solius testantis, ignorante Domino, in quo  
proinde non requiritur partis præsentia, neque  
consensus ex regula tradita per *Bart.* in *Lcertum,*  
*Si quis absente,* ff. de confess. cum concor. per *Ma-*  
*schar.* de probat. c. 47. n. 3. ubi assensus non præcedit,  
vel saltim nec subsequitur ante mortem ipsius dis-  
ponentis, cum cesset causa, quaé validat refutatio-  
nem, & omnem contractum, qui fit cum Princi-  
pe, remanet inconcussa regula prohibitiva, quaé  
dum in jure feudorum non reperitur limitata in  
Principe; sed contrarium expresse, ut infra pate-  
bit, merito *Isern.* in cap. i. §. donare in addit. qua-  
63 liter oīm, expressam constituit differentiam inter  
contractum, & testamentum.

64 Loquens enim in terminis *Constit. Regni,* lice-  
tiam, qua fuit concessa licentia Baronibus consti-  
tuere dotarium suis uxoribus in feudis sub certa di-  
stinctione dicit post n. 6. col. 8. in vers. non videtur  
estem, quod possit in testamento relinquiri; quia di-  
65 cit constituere, quod est inter vivos, sicut verbum  
concedere, aliud est in verbo relinquere, quod re-  
fertur ad ultimas voluntates, licet ratione adjuncti  
omnia hæc verba immutent propriam naturam, ci-  
tans in id plura jura; sed simpliciter dicendo consti-  
tuit, intelligitur inter vivos: quia dum dicimus  
constituere, intelligimus nudo pacto sine stipula-  
tione, §. de constituta de action. ergo necessariò re-  
fertur ad actum inter vivos, ut bene supplet *ibid.*  
*Lipar.* concedit tamen *Isern.* posse constitui quo-  
66 que dotarium in testamento, si id fiat verbis aptis.  
ad contractum inter vivos, *I. Seja in fine,* ff. de don.  
caus. mor. ubi probatur, contractus posse fieri in te-  
stamento non minus, quam in alio actu juxta nota-  
ta per *Glos.* in *L. bæredes palam*, §. fin. ff. de testam. in  
*I. cum quis decedens,* §. codicillis, ff. de leg. 3.

Et licet possit constitui servitus, inquit *Andr.* ju-  
re legati in testamento, id est: quia erat suum præ-  
dictum, at feudum non est suum, nisi dum vivit, post  
mortem suam est filii, non beneficio patris; sed ejus,  
qui dedit, & ideo non valet ordinatio testantis in  
eo, cum conferat constitutionem dotarii in tem-  
pus, quo aliis erit Dominus non beneficio relin-  
quentis dotarium, & sic non valet.

Et responderet tacitæ objectioni, regulariter pos-  
se fieri in ultima voluntate, quod potest fieri inter  
vivos, cum valeat argumentum de contractibus ad  
69 ultimas voluntates, ut latissime per *Everor.* in sua  
*Topica*, dicit *Andr.* si ratio hæc non repugnaret,  
quod potest fieri inter vivos, posset in ultima vo-  
luntate, sed quia repugnat alia ratio, aliud jus in-  
ducit, sufficit dare instantiam vulgatis iuribus.

Et cum ad alia divertisset, redeundo ad idem  
num. 8. vers. quod autem, aliter probat, diversum  
esse constituere inter vivos, quam relinquere: quia

constituens se solutum non tenetur, nisi appa-  
reat de debito, secus in legante.

Et ut plenius explicaret rationem diversitatis,  
subdit, in testamento relictum dotarium etiam cum  
consensu Domini non valere, quia relicta in testa-  
mento capiunt vires non statim; sed post mortem  
defunctorum ab aditione hæreditatis inspecta veritate;  
sed statim eo mortuo defertur feudum filiis, vel  
agnatis, non jure successionis; sed ex vi contra-  
70 ctus, unde non sumit vires illo tempore, quo mor-  
tuus scilicet feudatario per *I.* providentiam alii dela-  
tum est; sicut enim, quando donatur cum non po-  
test, & excurrat in tempus, quo potest, valet quod  
quis agit, ita cum fit, quando potest, & excurrat  
in tempus, quo non potest, non valet actus, quod  
enim potuit scilicet constituere inter vivos, & sta-  
tim transferre, noluit, quod voluit scilicet dare  
in tempus, quo alius erat futurus Dominus per le-  
gis, vel donatoris providentiam, non potuit, & sic  
locus erit regulæ *I. multum interest.* *C. si quis alteri,*  
*vel sibi*, quod repetit inferius post num. 10. vers.  
quando ergo inter vivos.

Et ne quis crederet, *Isern.* loqui tantum in feudo  
ex pacto, de quo verè loquutus fuerat supra num. 8.  
in vers. item si in testamento, ut bene advertit *Lipar.*  
post num. 10. vers. nisi in ultima voluntate, post *Loffred.*  
*conf. I. n. 16.* & *conf. 9. num. 23.* dubitat in vers.  
*Si ergo:* quid si esset feudum hæreditarium, & filius  
in eo esset hæres patris relinquens dotarium, &  
arguit primò valere dispositionem etiam in re sua pro-  
pria hæredis, & etiam ex regula *I. cum à matre,* *C. de*  
*rei vend.* sed decidit *Isern.* contrarium in vers. nisi  
dicas, scilicet esse idem in feudo hæreditario, quod  
in feudo ex pacto: quia tunc valet dispositio etiam  
in re hæredis, quando voluntas legitimè disponit:  
quia de constitutive dotarium loquitur constitu-  
tio, quo casu scilicet dat consensum, sive licen-  
tiam, non de legante, quod repetit etiam post  
num. 9. vers. bac jara non faciunt.

Et ut perfectè ostenderet idem esse in feudo hæ-  
reditario, quod in feudo ex pacto, ad hoc ut licen-  
tia, sive assensus concessus alienationi per contra-  
ctum non extenderetur ad dispositionem in ultima  
voluntate, quamvis hæc feudorum species inter se  
valde differant, subjicit, non est invalidum nunc ra-  
tione rei, id est feudi hujus, eo quia post mortem  
non est, seu non erit feudum ipsius disponentis,  
quando incipiet habere vires legatum, qua ratione  
supra num. 8. dixerat non posse constitui dotarium  
in testamento in feudo ex pacto etiam cum consen-  
su Regis, aliud enim est in feudo hæreditario: nam  
est ejus hæreditatis, sive hæredis, quod tantundem  
est, scilicet esse rem defuncti, vel hæredis ad hoc, ut  
valeat dispositio, modò tamen voluntas fuerit legiti-  
mè ordinata, & sic modò concurrent termini ha-  
biles, quando scilicet cum consensu Domini aliena-  
tum est, ut optimè interpretatur *Loffred.* in sua  
*parapbrai* ad d. §. donare ibi, sub vers. si ergo, qui  
veram habuit mentem *Isern.* alias enim, si non con-  
stituit dotarium in vita, quod sibi erat permisum,  
sed legavit, quod non erat concessum disponere in  
morte, eveniet pariter in feudo hæreditario, ut su-  
pra dixerat in feudo ex pacto, per regulam d. *I. mul-*  
*tum interest*, non quidem ex eo quod repugnat na-  
tura rei, quia feudum hæreditarium potest in vita,  
& in morte alienari cum assensu, sed quia consti-  
tuere, quod potuit, non fecit, legavit autem, quod  
non potuit sine assensu.

Et

Et quod iste fit germanus sensus verborum *Isern.* patet ex sequentibus ibi, maximè si fieret sine consensu Regis hodie per præd. confit. novam, quæ in constitutive loquitur, non in legante, ex quibus fatis aperte ostendit non alia ratione firmasse non valere legatum dotarii in feudo hæreditario, nisi quis debet adhiberi assensus; nec negotium facit dictio illa maxime, quæ sui natura exprimit casum minus dubitabilem, quia ut *Loffred.* d. loco in fine advertit, illud adverbium maxime, refertur ad dictiōnem hodie, ut colligitur quoque ex *Isern.* inferius n. 12. in fine, ibi hodie sine consensu Domini, & alibi etiam utitur *Isern.* dicta dictio maxime, quæ vacat, ut in cap. *Imp.* n. 15. ibi maxime quando non est hæres.

71 Quem assensum subjicit *Isern.* non posse à Rege interponi postquam alii est delatum, ut ex præmissis, & sequentibus dicit apparet, in quo se remittit ad ea, quæ dixit in c. *Imp.* circa principium, ubi claris, firmavit, assensum non posse concedi post mortem in præjudicium filii, vel agnati, cui medio tempore est jus quæsumum, etiam in feudo hæreditario, ut per eum ibi num. 15. 16. & in addit. usque ad num. 17. quam remissionem *Andr.* ad loca, ubi loquitur de feudo hæreditario, in specie ponderavit *Lipar.* in c. *Imp.* num. 15. in add. quid si *Titus.*

Et ut evidenter pateat, ipsum *Isern.* in d. vers. nec Rex posset, loqui in feudo hæreditario, & pariter sensum *Loffredi* ad ea verba, quod tantumdem est feendum esse defuncti, vel hæredis, quasho scilicet cum consensu Domini alienatum est, esse verissimum, subjicit aurea verba in vers. & hoc videtur verum, in effectu concludens, non posse legari dotarium in feudo hæreditario sine assensu, iisdem rationibus, quibus supra dixerat, id non posse fieri in feudo ex pacto scilicet, quia futura erat res alterius post mortem, & quia de jure non subnixa est hæc voluntas, quo casu nec hæres tenetur implere, quod defunctus voluit, nisi sciens invalidam coepisset implere, quod nec haberet locum, ubi oporteret consensum Regis adesse, nam si ipse, qui fecit actum, posset revocare jure proprio per Constitutionem Regni, multo fortius hæres, ex quibus sicuti apparet verus sensus *Loffred.* & comprobatur, easdem rationes militare in feudo hæreditario deficiente assensu, quas consideravit *Isern.* in feudo ex pacto, sic etiam rejicitur opinio eorum (si qui sunt) qui dicunt *Iser.* loqui in d. vers. in feudo ex pacto, quorum opinio præterquam repugnat verbis *Andr.* maxime dum se remittit ad dicta per eum in c. *Imperialera*, ubi n. 15. 16. expressè firmavit non posse Regem dare assensum post mortem in feudo hæreditario, ubidem comprobavit *Lipar.* in addit. incipiente, idem enim si esset hæres, ante finem, post n. 15. esset præterea de indubitate, cum supra n. 8. vers. item si in testamento, firmaverit in feudo ex pacto non confirmari testamentum nullo modo etiam ex assensu ante mortem, & habetur per *Isern.* in §. *Titus*, si de feudo fuerit controversia, *Camer.* in cap. *Imperialera*, car. 88. col. 4. lit. R. & ita in feudo hæreditario dicta verba *Isern.* intelligit Anna in speciali alleg. 66. n. 4. & *Lipar.* in cap. *Imp.* in add. facta per *Isern.* ad num. 16. in verb. *novus consensus*, lit. N. ubi loquens secundum terminos *Isern.* expressè in feudo hæreditario citat dictum ver. *Iser.* in d. §. *donare*, versusculo nec Rex posset consentire.

73 Ex qua theorica resultant subscriptæ conclusiones, & Prima ut concessa potestate à lege alienandi feudū per viam contractus non possit id fieri in ult. volunt.

Secunda, permitta dicta alienatione per contratum, non licere in ultima voluntate etiam in feudo hæreditario sine assensu.

Tertia, diversam considerari rationem inter alienationem feudi per viam contractus, quam in ultima voluntate pluribus modis supra ex *Isern.* relatis, & proinde permesso contractu non censi permisum testamentum.

74 Quarta conclusio, assensum super testamento non posse concedi à Rege, mortuo testatore in feudo hæreditario, postquam feendum aliis delatum est.

Quæ confirmantur ex his, quæ *Iser.* docet eodem loco, qui ut omnino ostenderet totum discrimen, quod in hac materia fit inter contractus, & ultimas voluntates, pendere ab ea ratione diversitatis, quod contractus dependant à mutuo consensu duorum, plurimum in idem consentientium, & perficiantur in vita eorumdem contrahentium, quod non est in testamentis, subjicit illa verba verè aurea ante n. 8. ibi, quod enim potius constituere inter vivos, & statim trasferre, notuit, quæ verba ostendunt perfectionem, & efficaciam contractus, quæ non est in ultima voluntate. Et postquam num. 11. dixit posse feudatarium in testamento constituere dotarium per verbum constituo, quod intelligitur inter vivos, juxta supra dicta, subjicit num. 12. oportere tamen esse præsentem mulierem, cui acquiritur per se, vel alium legitimè loco sui, vel si esset facta donatio per nuntium, necessaria esset ratihabitio donatarii ante mortem donantis rem feudalem cum consensu Domini, vel Dotarium constituentis post mortem, & postquam feendum est devolutum ratificando nihil ageret, quod similiter intelligi debet de feudo hæreditario, in quo certum est considerari pactum acquirentis, & providentiam dantis quamvis cum qualitate hæreditaria secundum *Andr.* in cap. 1. col. 2. de alien. feud. pater, *Camer.* in §. præterea ducatus car. 95. list. C. cum aliis à Dom. Conf. de Georgio alleg. 18. num. 28. nam in feudo ex pacto jam supra num. 8. determinaverat, nihil in hoc operari assensum Regis, & sic appareret, *Afflīt.* in d. §. *donare* num. 49. in fin. vers. sed ega dubito, dum dicit *Isern.* firmare non posse feudatarium relinquere dotarium in feudo hæreditario cum consensu Domini malè percipisse mentem *Andr.* qui contrarium aperte dicit secundum *Loffred.* & *Camer.* fol. 48. litera E.

Unde cum concedatur à jure feudatario contrahere cum Domino super feudo hæreditario, quia textus expressus, quem de hoc habemus in cap. 1. de feud. loquitur de pignore, & refutatio quoque permittatur eidem, quam constat perfici ex mutuo consensu, & conventionem, sive contractum dici licet ad distrahendum, non bene infertur, ut idem licet in ultima voluntate.

75 76 Et hoc est, quod propriè voluit *Frec.* in terminis lib. 12. quæst. 38. ubi postquam n. 9. vers. sed si Rex, constituit regulam, ut concessa potestate alienandi, consecutur permitta etiam dispositio in ultima voluntate ex regula l. si quis prior, §. certum, C. de secund. nupt. cum in fin. congestis per Conf. de Anna conf. 53.

77 & 86. cujus tamen contrarium voluerunt graves DD. prout sunt *Ang.* & *Alex.* quos refert, & sequitur *Socin.* jux. conf. 97. num. 55. lib. 2. qui bene probat debere intelligi tantum de alienatione propriè, id est de ea, per quam quis à se vivente rem transfert in alium, & videtur pro hac opinione stare *Isern.* in cap. 1. qui juris sit, si vasal. post alie. ante vers. profecto, dum citat l. l. C. de fun. dola.

78 Limitat tamen idem Frecc. num. 11. non procedere, cum Rex concessit, ut possit contrahere super feudo, vel de feudo; nam ex tali licentia non poterit in testamento feudum relinquere, & reddit rationem ex l. verba contraxerunt, ff. de verb. signif. quia aliud est contrabere, in quo consideratur ultro citroque obligatio, aliud testari, & non nihil faciunt superius dicta per eum n. 5. dum considerat concessa potestate donandi non posse quem donare causa mortis: quia prima firmior, & potentior, cum per eam transeat dominium in donatarium irrevocabiliter, & n. 7. & 9. addit: *Dum erat utrumque probibitum, concessu una non venit aliud praesertim in dispensationibus ubi etiam cui licet quod maius est, non permittitur minus: quia cortex verborum spectatur, & in assensa rigorem sequimur non aequitatem*; optimè Loffred. conf. 9. num. 22. cum seq.

Et plura alia ad rem pulchre considerat Camer. omnino legendus in repet. cap. Imper. fol. 48. col. 1. litera E. ubi concluditur concessa tanta ab homine, 82 quam à lege alienatione per viam contractus inter vivos, non posse fieri testamentum tamen in feudo ex pacto, quam feudo hæreditario sine alio assensu ex dictis per And. in d. §. donare, & aliis, quæ subjicit idem Camer. col. 3. lit. M. usque ad finem, qui in omnibus confirmat sensum supra traditum verbis Ifern.

83 Hinc fit, ut refutatio in proximè successorum omni jure permissa inter vivos, non tamen possit fieri in ultima voluntate, ut sit tanquam ultima voluntas, ut ex Ifern. Oldrado, Bal. & Rom. probat Camer. d. c. Imp. car. 24. lit. S. car. 30. lit. P. & car. 32. lit. E. adeo, ut si contingat fieri legatum feudi immediate successuro sine assensu, illud minimè tunc capiat occasione legati, sed ex prima concessione.

84 contra Affl. decis. 119. sicut etiam dicta refutatio, non potest fieri sine assensu speciali, etiam illi, qui ex privilegio est proximè successurus non ex sanguine, ut probat Anna d. rub. de vasal. decrep. etat. 85 num. 292. ex mente Andreæ.

Qui tandem cop. Imper. num. 15. 16. & in addit. 86 usque ad n. 17. satis prædicta confirmat, dum format questionem de alienante feudum, & non tradente ob mortem subsecutam, concluditque assensum post mortem concedi non posse ex regula l. bonorum, ff. rem ratam haberi, etiam in feudo hæreditario in vers. idem enim si esset heres, ubi Lipar. in add. magna ante finem, citat Affl. Capyc. & Camer. & testatur de communi, & iterum in vers. confirmatio. lit. I. & supèr addit. Andreæ, in vers. confirmaretur litera K. & in vers. post mortem lit. M. Et approbat magis exprefse Ifern. etiam in feudo hæreditario illam rationem, qua uetus erat in §. donare, quia tempore assensus res est alterius quamvis hæredis, quia dominium illud utile statim translatum est in quemlibet hæredem, & in add. subjungit aliam 87 rationem, quia heres non tenetur servare contractum defuncti nullum, & ampliat, ut non possit præstari assensus post mortem super contractu defuncti per hæredis patientiam comprobato; sed novum hæredis consensum fore necessarium; quia spes, quæ erat, ut convalesceret per confirmationem, evanuit per mortem, dominio translato in hæredem.

88 ante confirmationem sequutam; qui amplius, ut resolveret objectum, hæredem esse eandem personam cum defuncto, dicit non esse tantam identitatem hæredis, & defuncti, ut dicatur eadem omnino persona, & eadem voluntas, ad quæ censerunt dicta a Dec. & Cagn. in h. bæredem 59. in princ. ff. de reg. jur.

& alia verba mirabilia in proposito usque ad num. 17; & ejus dicta explicat bene Camer. car. 89. col. 2.

Cujus doctrinam sequuntur, & extollunt tam regnicolæ, quam exteri, ut Affl. ibi q. 28. n. 26. D. Capyc. car. 18. vers. querit successivè Andr. & quæstione sequenti, vers. querit rursus Andr. & car. 19. vers. subsequenter, quoniam, & car. sequent. vers. Additioes, ubi hoc ampliat pluribus modis, Affl. in Constit. Const. Divæ memoriae, n. 11. juncto num. 6. vers. sed iuxta hoc queritur, & in decis. 286. num. 3. ubi Adden. & præsertim D. Pisanellus, dicit se teneare cum illa decisione, & decis. 335. post n. 12, ubi Affl. sequitur in hoc doctr. Andrea tam in d. §. donare, quam in cap. Imperiale in principia, & ibi Ursill. num. 9. nonnullos congerit ad id, quod assensus, fœratihabitio non potest fieri in præjudicium eorum, quibus medio tempore est jus quæsitum, & idem Pisanell. tradit multa in prima add. in medio, & in fine, ubi sequitur Ifern. in dictis locis, & dicit idem consuluisse, idem Affl. decis. 385. num. 4. Lanar. conf. 17. num. 10. & melius conf. 73. num. 16. Frecc. de subfeud. lib. 2. in limit. ad d. Constit. n. 22. vers. 89 nond non posset, ubi dicit per mortem induci à lege revocationem, quamvis eam non faciat defunctus, cum bona, & dominium feudorum sint alterius, quod est notabile verbum in proposito, ut non sit necessaria revocatio hæredis, quod etiam omnes presupponunt, dum simul cum Ifern. exigunt novum, & expressum consensum hæredis, idemque tradit Anna pater alleg. 66. d. num. 21. ad 4. & latius in Constit. Const. divæ memoriae n. 114. 131. & 135. cum sequen. ubi non solum sequitur, & bene explicat theoreticam Andr. in d. §. donare, & in cap. Imper. in addit. in feudo hære in ario, de quo loquitur dicta constitutio, sed amplius subtiliter ponderando verba Ifern. d. §. donare firmavit, testamentum sine assensu non stare in suspense ob spem reconvallidationis ob supervenientem assensum, sed esse ab initio nullum contra leges feudales, & expressam Constitutionem Regni, quæ includit in specie testamentum, secundum Affl. ibi col. 1. & tradit idem Anna in d. Constit. n. 8. 5. & 88. & bene comprobatur dictum Bald. in d. §. donare num. 2. dicentis testamentum in feudis esse præter legem, quod non subsistat maximè de jure Regni.

Et ex externis sequuntur doct. Ifern. in d. cap. Imp. Bald. Alvar. Præpos. Alexand. Dec. Ruy. Paris. Nata. Cephal. & alii congesi ab Ozasch. dec. Pedem. 119. n. 26. Hartman. Pistor. qq. juris lib. 2. par. 1. cap. 4. n. 87. ubi addit Socin. jun. Gozad. Rolan. & Menoch.

91 Et in terminis generalibus ratificationis, debere eam fieri eo tempore, quo principalis dispositio fieri posset, alias non permitti deficiente extremo, à quo, quia in fictionibus, quæ ad principium trahi debent, oportet eandem causam, & essentiam perseverare, alias nunquam operatur ratihabitio. re non integra in eo statu, in quo erat ab initio actus gesti, citat Cagn. Tiraqu. & alios congerentes innumeros DD. Idem Ozasch. dec. 166. n. 10. & 11. cui addo Dec. in 92 alio loco, scilicet in l. semper qui non probibet, n. 13. ff. de reg. jur. ubi in secunda limitatione ad l. bonorum dicit illam habere locum in ratificatione, quæ respicit favorē ratificantis, ut non possit fieri, seclusus vero si esset in odium, & præjudicium ipsius, & num. 13. in 3. fall. bene probat, numquam posse fieri in præjudicium tertii.

93 Nec obstat prædicta doctrina Bald. in d. §. donare, n. 2. dum querit, quid si Dominus mortuo va-

fallo

*Bald* approbat ejus testamentum, nunquid confirmetur, & dicit videri, quod sic: nam istud testamentum est præter legem, & sic stat in eo statu, in quo stant testamenta de jure gentium citans *not. per Jac. de Are. in d. non dubium, C. de legibus*, secus si esset contra legem: quia non possit confirmari, omitto enim *Bald*, id non firmare: quia loquitur per verbum videtur, & sic non figit pedes.

Ratio, quam affert, ne dum aperte ejus dictum confundit, verum etiam eundem contra retorquetur.

94 Primo, dicimus testamentum prædictum non esse præter legem; sed contra expressam legem, sive consuetudinem feudalem, quæ vim habet in cap. 1, de suscess. feud. ibi, nulla defuncti dispositione valente, vel manente, qui text. licet secundum aliquos

95 procedat tantum in feudo ex pacto, tamen verior, & magis communis opin. est, ut procedat etiam in feudo hæreditario, ut est supra dictum, si igitur cum Lex, vel Statutum prohibet fieri actum, vel contractum, licet non procedat ulterius annullando, tamen actus est nullus: quia lex prohibitia simpliciter loquens semper intelligitur habere clausulam annullativam actus, & notat idem *Bald. in d. l. non dubium in 4. notab. ubi Jas. testatur de comm. num. 17.* quanto fortius, quando lex ulterius procedit annullando actum cum expressa clausula decreti irritantis, quod si secus fiat sit irritum, & inane, ut clarè dicitur in d. cap. 1. quo casu consensus partium nihil operatur contra hujusmodi prohibitionem, *Glos. in cap. statutum, verb. committatur de rescript. in 6. cum concor. per Jas. loc. cit.*

Et hoc maximè, ubi concurret duplex prohibitoio, scilicet communis, sive consuetudinis generalis feudorum, & statuti, sive constit. Regni nostri, quæ cum includat in specie prohibitionem in ultima voluntate, secundum *Affl. & alios sup. citatos*, sequitur, ut cum statutum non beat esse sine virtute aliquid operandi, fortius debet censeri prohibitum testamentum in feudi de Jure Regni, stante duplo vinculo, & prohibitione, & proinde *Anna in d. Consist. n. 137. in fin. vers. nec obstat*, optimè dixit, quod *Bald.* non fuit loquutus de sure hujus Constit.

Secundo, tametsi concederemus testamentum suum per feudo non esse omnino nullum, id non alia ratione contingere posset, nisi quia esset in pendentia, donec scilicet superveniret Regis assensus, sicut dicit *Isern. de contractu super feudo*, qui tenet medium locum inter contractum omnino validum, & penitus nullum, ut declarat *Camer. car. 87. lit. N. & car. 89. lit. S.* Unde oum per mortem feudatarii testantis spes illa reconvalescere funditus evanescat, ut dicit *Isern. ad literam in locis ante citatis*, præsertim in d. cap. Imperiale in add. ubi *Camer. cap. 89. col. 2. lit. F. & car. 90. vers. secunda conclusio*, sequitur, ut per mortem testamentum efficiatur penitus nullum, si igitur est nullum omnino tempore, quo supervenit assensus Regis nihil poterit operari, & sic cessat ratio, super qua *Bald.* fundat suum dictum præsertim, quia non potest retrotrahi in præjudicium tertii, ut *scip. Camer. ex Isernia adnotavit*, & optimè probat *Surdus conf. 382. num. 93. lib. 3.*

99 Tertiò, dicimus esta sit vera opin. *Bald.* illius dictum debet declarari, & limitari, ut possit Dominus convalidare testamentum post mortem feudatarii in præjudicium, & damnnum ipsiusmet, non autem agnatorum, & sic non poterit Dominus convalidare testamentum post mortem feudatarii factum in sui beneficium ad præjudicium agnatorum.

quibus interim per mortem est dominium quæsumum, quæ doctrina in individuo determinat casum nostrum pro Duce Gravina contra Fiscum, & optimè probat principale assumptum, quod non solum non inducit aliquod speciale in Domino; sed ipsum deterioris esse conditionis, quæ agnatus, sicut, & 100 aliæ quoque deterioris est conditionis Dominus, quæ agnati, ubi agitur de redimento feudo, ut per *Isern. in d. §. donare in ultimo vers. ubi Bald. n. 3. & not. in §. sed etiam res, per quos fiat investit.* Ita enim dixerunt *Cardinal. Prapos. Mart. Laudens. in d. §. donare, Curt. tract. feud. 4. par. vers. retenta igitur, col. 2. vers. stat ergo firmata Jacob. in vers. & cum pacto de non alienando num. 3. quos generatè, & indistinctè nulla habita restrictione potius in feudo ex pacto, quæ hæreditario refert, & sequitur D. Capyc. in cap. Imper. col. pes. vers. limita di. etiam conclus. & L. par. in add. ad *Isern.* in cap. Imper. num. 15. in add. incip. cap. inter dilectos.*

Et licet *Jacob. & Cur.* videantur loqui in feudo paterno, quod censetur ex pacto secundum *Isern.* in §. *Titius, si de feudo def. mil. & in cap. 1. ubi Add. de alien. feud. pater, tamen Camer.* optimè relatis prædict. *DD.* ex clara doctrina *Isern.* firmat hoc procedere indistinctè, & sic etiam in feudo hæreditario cert. 90. lit. T. vers. in quantum verd., & vers. vos teneite, & sequuntur pluribus relatis, *Paris. conf. 18. per tot. lib. 1. Menoch. conf. 89. nu. 29. lib. 1. & conf. 161. n. 53. lib. 2.* Et verè hoc expreßè voluit *Isern.* loquens de assensu concedendo super testamento, in quo fuit dispositum de feudo hæreditario, ut non possit concedi post mortem testatoris in d. §. *donare*, post num. 8. vers. nec *Rex posset consentire*, ut est supra probatum, etiam ex expressa declaratione *Lafredi, Anna, & L. par.* præter *Camer.* qui hoc idem cum *Isern.* latè firmat car. 87. col. 1. lit. D. & col. 4. lit. S. T. ubi reddit eam quoque rationem, quia 101 nunquam retrotrahit in præjudicium tertii, cum fiat per viam fictionis, in qua fictione nunquam 102 lex intendit nocere tertio juxta theor. *Bart. in Ise. 103. n. 1. qui pro emptore, n. 4. ff. de usucap.* ubi post *Repet. Aqui. n. 57. & 58. & docet Camer.* appellatione tertii comprehendit hæredem, dum se remittit ad dicenda in proximo articulo, prout latè hoc probavit 104 *car. 88.* ubi postquam firmavit non dari retrotrahitionem in feudo ex pacto, col. 1. & 2. lit. F. hoc idem dixit in hæreditario, col. 4. lit. H. vers. quid in hæreditario, respondens ad *I. cum à matre*, ut non sit tantæ potentia, quod obliget hæredem ad servandam obligationem illam realem causatam super 105 se, quæ est nulla, quod iterum latius explicat *d. car. 88. col. 4. lit. S. & car. 89. col. 2. per totum*, ubi bene probat non esse tantam conjunctionem inter hæredem, & defunctum, ut persona mutata non dicatur res alterius quædam dominium, & latius tradit *d. car. 90. col. 1. vers. secunda conclusio lit. B. & col. 3. vers. quart. conclusio, & col. 4. & voluit idem *And. in cap. Imper. num. 14.* dum in ea quæstione, an assensus possit præcedere, & subsequi, de qua latè disputat *Camer. car. 87. in principio* per tres columnas, licet firmet posse subsequi, reddens rationem, subjicit, quia agitur de præjudicio consentientis, secus si de præjudicio alterius: quia *Principes agit*, & debet hoc agere sine cuiusque injuria, unde cum hic agatur de notorio interessu agnitorum maximè post acquisitum dominium, ut supra, assensus non poterit subsequi, nec retrotrahi, ut *Camer.* subjicit *d. car. 87. col. 4. vers. limita et quæmen. Lazar. conf.**

105 *conf.73. n.16.* Quinimò feuda non solum sunt prohibita alienari ob interesse Domini ; sed etiam signatorum , ut plura jura citans rectè explicat *Camer. car.31. col.3. per totum*; sed quando feudum eis est apertum antequam Dominus dispositioni consentiat , error gravissimus est dicere non tractari de præjudicio agnatorum, qui sunt in investitura vocati , ut his verbis dixit *Surd.conf.382. n.88.* & 93. in fin.vers. Et error , maximè in Regno , ubi per prag. 5. sub tit. de feudis , vulgo dictam novem capitum , in 4. cap. inhibetur Excellen. Proregibus assensum præstare , ubi natura feudi mutatur , successorem extra terminos Constitutionum Regni vocando , quam ad hoc ponderavit in specie *Dominus Regens de Curte in 1. par. diver. feud. cap. 14. n.99. in fin.* & iterum in fin. cap. vers. bac non ad alium , & *D. Bambac. in rep. cap. 1. si de feud. defun. mili. quæst.4. n.106.* Ex quo & illud sequitur , cùm assensus nos possit subsequi actum , sed debeat præcedere , vel in ipso actu adhiberi , ut exigatur pro forma , & solennitate , quæ si non intercedat in ipso actu , omnino corruit , ut latè *Ozafcb. d. decif. 166.* Et *Surd. d. conf.382. n.104. ad fin.* & faciunt omnia , quæ contra decif. *Rota Ramana* , ut alienatio facta per patrem juris patronatus non possit in præjudicium filii per assensum superioris post mortem confirmari , subtiliter de more consideravit idem *Camer. d. car.89. col.3.* cuius considerationes extollit *Surd. d. conf.382. n.73. lib.3.*

Et idem cum *Isern.* firmavit *Paris de Puseo de re-integratione feud. cap. incip. on si aliquis emit fecundum* , & quatuor cap. sequent. fol. mibi 146. à ter.

Quem ad hoc citat. b.m. *D. Camillas de Medicis meus sacer in addit. ad Isern. in d. cap. Imper. qui in §. donare , hæc verba subjicit , quæ non nihil supra dicta confirmant , assensus legis , vel bonis per viam contractus inter vivos non extenditur ad testamensem tam in feudo ex pacto , quam hereditorio , ut hic discurrit And. & per Camer. in cap. Imperiale , car. 48. litera E. & H. ex mente Andreæ hic ultima col. verf. item quid si in testamento reliquit , & si dispositio in testamento non valebit , vales tamen confessio facta in testamento , in quo confitetur inter vivos illud fecisse. Hæc ille.*

Et sequitur *Gram.* dicens communiter recipi do-  
ctr. *Andr. in locis prædictis decisione 103. n.120.*  
*184. & 209.*

108 Quod ampliatur procedere in feudo hereditario non solum in filio , vel agnato , sed etiam in herede extraneo , instituto cum assensu valido , ut valeat etiam ipse impugnare alienationem feudi invalidè factam à defuncto , ut ex verbis *Isern.* colligit *Camer. d. car. 90. col.4. litera S. vers. & in quantum* , quem sequitur *Lipar. ante n.16. in addit. incip. quemlibet in heredem.*

109 Quinimò nullum esse assensum impetratum post mortem debitoris etiam in venditione facta sub hasta ad instantiam creditorum fuisse decisum in S.C. refert *D. Praef. de Franch. decif. 620. n.2. & 3. juncto fin. decif.* qui citat etiam *D. Capyc. decif. 115.*

Et hanc opin. juxta theoreticam *And.* & *Camer.* in prædictis locis , & veros terminos DD. Regni latis , eomprobant pluribus aliis relati , *Rolan. conf.71. n.16. lib.2. Surd. in d. conf.382. lib.3.* quia rectè ponderatus loquitur in individuo in terminis nostris , scilicet stante Confuetudine Mantuana , qua permittitur alienari feuda hereditaria per contractum cum assensu Domini , sicut hic licet refutare , & sic per

contractum feuda Domino ipso consentientia , scilicet & recipiente , & præsertim est videndum *Surdus d. n.71. vers. ad ea verò usque ad n.100.* & 101. vers. ex præd. & n.103. ubi tandem in fine dicit hanc esse commun. opin. quæ non reperitur à DD. limitata , ubi extat pactum , & facultas alienandi , vel etiam quando extat consuetudo .

Quæ commun. Feudistarum opinio præter jura suprà allegata probatur in *I. fin. ff. com. præd.* quem *Camer. fol. 90. in fin.* dicit esse tex. formalem ad literam de omnibus supradictis , & ego addo *Bart. in citata lege* , qui habuisse videtur eundem spiritum cum *Iser.* dum ex eo tex. qui disponit actum dependentem à voluntate plurium , ex novissimo consensu perinde confirmari , atque si eodem tempore omnes consenserint , nisi qui primus consensit , vel defunctus sit , vel alia mutatio inter cesserit in personam constituentis , vel acquirentis , adnotat *Bart. ex ult. verbis* , non posse eo modo actus defunctorum suspendi , sicut actus viventium , nec si aliquid est receptum , vel factum in contractibus inter vivos , ex hoc sequitur , ut idem sit in ultimis voluntatibus , ut per eum *num. 3.* & 4. & melius *n.5. in ult. oppos.* ubi concludit , ultimas voluntates non posse esse in pendentia , postquam dies legati cessit , quod *And.* per alia verba dixit , spem reconvallationis per mortem evanescere , ubi amplius *n.4. vers. venio ad secundum resolvit objectum* , non videri posse mortem unius ex contentientibus impetrare actum , cum supersit hæres repræsentans defunctum , dicens heredem repræsentare defunctum ex fictione , ipsum autem videri hodie concedere , esse timenter ex fictione , ut quod fit uno tempore trahatur ad aliud , in quo *sup. n.2.* dixerat requiri extrema habilia , ut eo tempore , quo fingitur , possit fieri sed duas fictiones non possunt concurrere circa idem &c.

Et in *solut. 3. oppos.* bene probat per mortem , & mutationem personæ deficere extrema : quia non sunt omnes consentire debentes habiles ad transfrendum dominium , & tandem *num. 5. in fine* & 6. resolutum argumentum de contractibus ad ultimas voluntates dupliciter . Et Primò , contractus posse stare in pendentia receptum esse jure singulari : ergo non debere extendi ad ultimas voluntates argumento *leg. ius singulare, ff. de legib.*

Secundò , argumentum non procedere , cum subest diversitatis ratio , quam fundat ex mutatione status contingente per mortem , & ex diversitaté inter defunctum , & heredem , cuius heredis personam repræsentat hereditas adita , & latius , ut per eum , ut etiam facit *Iser. tam in d. §. donare* , quam in *d. c. Imp.*

110 Ex quibus appetet quoque secundò non obstare quæ *Anna.* sibi aperte contrarius a prædictis recendens , ut clieti satisfacere , tradit *all. 69. a n.58. ad 66.*

Siquidem possem uno verbo dicere , ipsummet *Annam* declarare ejus opin. scilicet assensum posse concedi post mortem super testamento , non procedere , cum hæres testamentum defuncti revocaret vigore Constitutionis Regni : quia tunc apertissime fatetur , esse veram opin. quam ipse tribuit Regnicolis , ut impetrari non possit assensus post mortem , alias revocatione non sequuta dicit ipse non esse recedendum ab opin. *Bald.* & aliorum exterritorum , quam dicit *com. ut per eum n.62. in fin. vers. quia si hæres* , & sic stante revocatione toties facta à Duce Gravina , dum repetitis precibus Ecclesiastissimo Proregi porrectis , petiti investituram Status , non obstantibus quibusvis dispositionibus velut nullis ,

nullis, & invalidis, esset omnis disputatio.

**111** Sed ut defendam *Andr.* quem sicuti non minus exteri, quam Regnicolæ venerantur, & ad sydera extollunt, ita quoque in hoc articulo non minus illi, quam nostrates sunt sequuti, ut ex supra citatis patet, quidquid comminiscatur *Anna* audens dicere rationem *Isern.* nihil valere, & esse contra casum legis, quinimo *Isern.* allucinatum.

In primis dico, plures ex *DD.* citatis per *Annam* in *d.alleg.69.num.60.* generaliter loqui, nihil distinguentes inter feudum ex pacto, & hereditarium, ut inter alios facit *Præpos.* in *d.s.donare in fin. vers. po-*  
*ne, vasallus,* & ita generaliter loquitur *D.Capyc.* in *fin. cap. Imperial. vers. limitatur dicta conclusio,* dum ipse intelligit in præjudicium Domini, non legitimorum successorum, qui sic dici possunt tam in feudo hereditario, quam in feudo ex pacto, in quo licebit uti testimonio Episcopi Bovinensis ejusdem *Annae* fratri, qui firmat hanc opin. contra fratrems in suo *resp. sing. impresso post addit. Conf. Fab.* de *Anna* in *3.fundam.n.29.* ubi recte explicat opin. *Præpos.* addens *D.Capyc. decisi, 115.*

Se secundò, *Curtius.* & *Jacob.* & si qui sunt alii, licet loquantur in feudo ex pacto, non tamen negant, quin idem sit in hereditario: ab aliis igitur hoc erit expetendum.

Tertio, non expedit confutare rationes *Annae* num 61. & 62. contra *Isern.* quod heres, & defunctus sint una, & eadem persona, quod assensus possit præcedere, & subsequi, ut valde fragiles, & resolutas per *Isern.* sicuti nec oportet fundare assumptum, assensum non operari post mortem, dominio translato in aliam personam, scilicet heredem: siquidem loquitur contra jura aperta in *d.fin. ff.com. præd.* & in *I.servus si heredi, ff. de statu liberis, & rationes,* quas ponderant ex *Isern.* *Afflct. in cap. Imper. quæst.* 28. *num. 28.* & latè *Surd.d.conf.382.n.92.93.98. 101. & 103.* quas *Anna* silentio præteriit.

Quartò. dum facit differentiam, an heres revocet, ut tunc assensus reddatur nullus, secus si taceat, 112 convincitur ex eo quod cum actus jam sit nullus extincta spe per mortem: ergo tractu temporis sine novo factio heredis expresso non convalescit, ut optimè fundat *Andr.* in *d.cap. Imperial. in addit. vers. in contrarium videtur, & verius, ubi Lipar. ci-*  
*tat* alios, & addit *Isern.* heredem non censeri tacite consentire, cum de suo agatur præjudicio, idemque ex *Bald.* & *Loffred.* tradit *Surd. ubi supra n.95.*

**113** Quinto, non obstat *tex.* in *I. necessarij 8. vers. quod si pendente, ff. de per. & com. rei vend. ubi probatur,* conditionem in contractibus retrotrahi ad tempus actus gesti non obstante morte unius ex contractibus in præjudicium heredis, ut ipse quoque teneatur.

Primò, enim non meruit ille *tex.* in proposito canticari, cum loquatur in contractibus, in quibus conditio retrotrahitur, secus verò in legatis, & ultimis voluntatibus *§. ex conditionali iustit. de verb. oblig.* cum aliis per *Bart. comm. probatum in I. si is, qui pro emptore, num. 47. & 49. & iterum num. 55. vers. dices tu,* ubi ita respondet in individuo, add. *§. quod si pendente.*

**114** Secundò, conditio impetrandi assensum, cum Princeps non soleat illum denegare; sed facilis sit ad concedendum, ita ut denegando, faceret iniuriam, & in pluribus casibus præcisè teneatur, reputatur potestativa, cum pendeat à sola potentis potestate per ea, quæ scribit *Camer. car. 27. col. 2. &*

latè discurrit *Surd.d.conf.382. n. 74. cum sequent.* qui loquitur non solùm in casibus, ubi Dominus cogitatur assentire, in quibus, si requisitus neget, habetur 115 pro consentiente; sed etiam ubi solet id facere *n. 77. in fin.* Quod si est potestativa, nullo modo retrotrahi potest, etiam in contractibus *I. qui balneum, & I. posterior ff. qui pot. in pign. Bald. in d. l. si is, qui pro empore, n. 46. in fin.*

Tertiò, etiam si concederemus, conditionem impetrandi assensum esse casualem, vel mixtam, non possent retrotrahi in præjudicium tertii, scilicet heredes, cui medio tempore statim per mortem fuit jus quæsumum, ita *Bart. in I. quoties in fin. ff. de novat.* 116 dicens ita ligitari jura concedentia retrotractio nem *Negus. de pignor. 2. memb. 5. par. num. 41. Salyc. Burfa.* & alii loquentes nuncupatim in assentu relati per *Surd. d.conf.382. n. 79. & 80.*

Quarto, dum *Anna* concedit facultatem heredi revocandi alienationem virtute Constit. Regni, quo modo potest applicare *§. quod si pendente*, ubi disponitur, heredes quoque teneri, & sic ex diversis, quinimò contrariis non recte infertur.

Quintò, ad *d.s. quod si pendente responderi potest* eodem modo, quod idem *Anna* respondet ad *d. l. si ego, §. 1. ff. de jur. dot.* dum nititur ostendere illum *tex.* non probare illud, ad quod post *Bart. de Capua induxerunt omnes nostri Regnicolæ, speciale esse in dote ipsius favore,* ut necessitas imponatur heredi contentire ei, quod defunctus fecit, ex quo per locum & speciali (ut hoc obiter dicam) non nihil superiora confirmantur, cum hæc sit commun. opin. dicit enim *Anna* illum *tex.* hoc non probare: quia loquitur de re, quæ libertè potest tradi à concedente, & super qua potest contrahiri, nos autem super feudo, quod et si hodie tradatur sine Regio assensu, amittitur, ut per eum *alleg. 66. num. 6.* quæ fuit consideratio *Isern.* licet ad aliud, quem is non citat in dicto *s. donare*, post *num. 6. ante finem*, ibi, in testamento constituebat servitutem jure legati; quia erat suum prædium, in quo constituebat usum-fructum, & poterat de re sua facere quod volebat, *C. mand. l. in re mandata, at feudum non est suum, nisi dum vivit, &c.*

Sexto, non obstat argumentum *Annae num. 64.* dum dicit per mortem non revocari voluntatem; sed confirmari *I. cum bic status 33. §. ait oratio, ff. de donat. in ter vir. & uxor, & in I. cum tacitura, ff. de probatio.*

Miror enim quomodo *Anna* fixxit non vidisse resolutionem *Andr.* ad hoc, sicut & ad alia objecta, is enim prævidit optime contrarium, & soluit in dicto *cap. Imperial. in addit. in vers. in I. minorum,* & *I. quæsumum,* dicens quod in contrariis erat eadem persona, quæ consenserat invalidè, puta quia erat defectus in ætate, superveniente propterea tempore valido, & remanente in eadem voluntate confirmatur per prius invalidè gestum, ut in *cap. literas de respons. impub.* at hic est persona diversa, & in novum Dominum scilicet heredem res illa transivit re integra confirmatione non sequuta, idest non habita congruo tempore, & alia pulchra verba subjicit, quæ ut clara, & latius explícata, per *Camer. car. 89. col. 2. litera I.* ulterius non prosequor.

**117** Sed hoc tantum adverto, quod licet *Isern.* non allegat in specie *dict. I. cum bic status, optimè tamen relolvit vim illius *tex.* præfertim dum subjicit, quod in contrariis confirmatione venit tempore valido:*

quia

qui perficitur cursu temporis sine novo labore, ut in d. s. ait oratio, ex eo solum, quod idem donator in eadem voluntate perseveraverit, nec eam per contrarium actum positivum revocaverit, & sic recipit confirmationem ab ipsomet disponente adhuc vivo, licet in ultimo vita spiritu, argumento l. ult. ubi *Glos. ff. quando dies legati cedit. cum aliis per T'raquell. de jure consit. par. 3. limit. 2. nu. 11. & 12.* & sic remanet obligatus haeres, in quem transit dispositio perfecta, at in habenda confirmatione intervenit labor hominis extrinsecus, & requiritur novum factum alterius, quod non potest supervenire post jus alteri quæsumum.

Comprobatur motivum, aliud est enim, quod desideretur in actu perfectio, & confirmatio voluntatis solius actum gerentis, ut quia deficiat acta legitima in exemplo *Isern.* in dicto cap. literas, vel obstat lex prohibens donationem inter virum, & uxorem, ea ratione, ne mutuo amore se invicem spolient, quæ ratio cum cesset in morte, ob id cessante prohibitione legis, de facili hujusmodi donationes transfunduntur in ultimam voluntatem, ut probat idemmet text. in dicto §. ait ratio leg. *Cum bic status, ibi, donationem valere, ut supremum ejus spectemus judicium, quemadmodum civica fideicommissa solemus, vel in legatis, &c. subjicit, Ut ambulatoria sit voluntas ejus usque ad extremum vita spiritum, melior text. in leg. in donationibus 12. C. ad leg. falcid. ibi, quando fideicommissi partibus funguntur, quæ voluntas morte perficitur, siquidem licet morte finiatur, & extinguitur, text. clarus in leg. 4. ff. locatis, cum non sit possibile mortuum velle leg. centesimis, §. prima, ubi DD. ff. de verbis. obligat. tamen mors sola sine pœnitentia non inducit revocationem, leg. mandatum, C. mand. quæ actum positivum contrarium requirit, cap. si delegatus de officio delegat. in sexto, & optimè distinguit Rayn. consil. 115. nu. 5. & 7. lib. 1. quem sequitur *Mascard.* conclus. 187. num. 9. Et consequenter deficiente revocatione de facili perficitur voluntas solius actum gerentis in ultimo spiritu.*

Cujus diversum est, quando præter consensum facientis actum de per se invalidum, alterius quoque consensus requiritur, consentiendo enim feudatarius solus nihil agit, sicuti nec Dominus solus, & licet consensus unus trahatur ad tempus alterius, primus tamen consensus non est de per se validus, nisi jungatur cum alio, conjungi autem non potest re non integra per mortem, quæ tametsi voluntatem non revocavit, ipsam tamen extinxit, & terminavit, & hoc est, quod volunt Camer. car. 90. litera D. *Surd.* dicto consil. 382. post num. 92. licet non ita plene. Et dum *Anna* objicit quædam posse revocari à principali, quæ non possunt revocari ab haerede, contrarium in terminis nostris probat *Gloss.* in leg. 2. verbo revocare, C. si in franz. pat. quam exornat *Grav.* consil. 200. num. 7. *Affl. dec. 233.*

Et tandem non obstat consil. *Parisi* 14. volum. 1. citatum per *Ann.* nam quatenus citat *Parisi*. pro interpretatione verborum *Isern.* illa sunt aded clara in hoc, ut alia declaratione non egeant, & quatenus esset opus, suppeditunt nobis meliores testes DD. Regni peritiores nautæ in hac materia feudalii, quibus esse magis credendum fatetur ex externis *Hart. Pistor.* lib. 1. qq. jur. c. 4. num. 63.

Quatenus vero dicit, *Parisi* sentire, cum ipso

in articulo principali, *Parisi*. se fundat in *Mantua*. *na Consuetudine*, qua testatur aded latè patere facultatem alienandi feuda, ut sit sublatum penitus ex toto interesse agnatorum, & proinde fundat se potissimum in *Consuetudine*, & fatetur aliud esse de jure communi num. 4. & 8. & ob id dicit licuisse id facere Domino in sui ipsius præjudicium.

Et in consil. 18. eodem libro *Parisi*. concurred cum nostra, & communis sententia intelligens *Isern.* prout *Camer.* & alii docent, ex quibus alii videant, quisnam *Isern.* vel *Anna* fuerit allucinatus, nec etiam est curandum de verbis *DD.* qui perfunctorie de alio disputantes presupponunt posse institui directum Dominum in feudo, quo modo loquutus fuit *Isern.* in §. bujas autem generis, num. 12. ante finem, ibi, vel dicas per successiosem, semper enim habilitas terminorum in reliquis est supponenda, scilicet cum assensu Domini præstito tempore congruò.

119 Quinimò opinio Doctoris, qui non disputat, quamvis firmet, non facit numerum pro ea opinione *D. Lanar.* consil. 24. num. 2. & consil. 59. num. 25.

120 Et secundum hanc opinionem *Isern.* ut supra defensam pluries est in Regno judicatum iá utroque capite in arduis causis per Regem Ferdinandum Primum, & Catholicum, ut refert *Loffred.* in dicto §. donare, ubi cum in versiculo vidi aliquando dubitari, disputasset latè articulum, utrum concessio feudo cum expressa potestate alienandi tam inter vivos, quam in ultima voluntate cui vellet, Regio tamen assensu interveniente, cogeretur Rex præcisè assensum præstare, & an ille validè concedi posset post mortem ipsius vassalli disponentis, cum post longam disputacionem per quinque columnas. in primo articulo firmasset in fine, assensum denegari non posse, cum ad id Rex suam fidem adstrinxerit. Ad secundum refert decisiones, quod cum accidisset hic casus tempore Regis Ferdinandi Primi in Oppido Gambatesia; quia agebatur de solo præjudicio Regis directi Domini, fuit concessus assensus in favorem Andreæ de Capua; sed tempore Regis Catholicus cum his similis casus accidisset in Comitatu Symbatis familie de Ayerbo, & Comitatu Avellini de Riccafentiis, ex quo agebatur de præjudicio haeredum, qui succeſſerant in dictis Comitatibus, quibus erat jus quæsumum, denegavit justissimus Rex assensum post mortem testatorum de consilio magni viri Regentis Malferiti Hispani Vicecancelaria Aragonum, dicentis in utroque casu sanctissime dictum, & sic dignoscitur, assensus, etiam ubi ex pacto initio ab initio in erectione feudi necessario est præstandus, quinimò etiam ubi non solum est concessa generaliter alienandi facultas, sub qua comprehenditur testamentum; sed etiam ubi specialiter est concessum testari; non tamen posse concedi post mortem in præjudicium agnatorum; sed bene in præjudicium ipsiusmet Regis directi Domini, quæ decisiones reddunt casum nostrum indubitabilem.

Quibus non obstant tradita à Gram. dec. 66. is enim non recedit à præd. comm. distin. dum eam limitat, ut possit Rex tollere dominium alteri quæsumum in remunerationem servitorum, quod nos concedimus refuso pretio, & non aliter juxta not. in l. 2. C. quib. ex cauf. serv. proprie. lib. accip. cum concor. à T'raq. in l. si unquam, ver. donatione, n. 40. C. de revocanda donat.

- dons.** *Sard. conf. 203.* ubi *nām. 38.* loquitur de artellariis privati *lib. 2.* & in reliquis non est authoritati *Loff.* detrahendum ex his, quae Gram. contra ipsum de more obloquitur.
- 121** Et tandem si licet configere ad civilia aurea, est in proposito decisio Senatus Pedemontani relata per *Ant. Fab.* ut licet Princeps possit prescribere minus solemnem formam testandi, sed aliud dispensare circa testamenta ab initio, non tamen potest facere, ut testamentum nulliter consecutum convalescat post mortem testatoris in odium agnati, cui interim etiam in bonis allodialibus fuit quæsitus jus succedendi ab intestato, nec si maxima æquitas id suaderet, *diffin. 22.* super *tit. C. de testamen.* Idemque ante *Fabrum* probavit optimè *Arius Pinell.* in *6. par. rub. C. de rescind. vend. cap. 2. num. 15.* verfinfertur etiam, reddens rationem: quia Princeps non potest frangere jus positivum etiam cum pro se habet defuncti voluntatem.
- 122** Nec minus est *singul. conf. Castr. 438.* in *1. dub. lib. 2.* quod refert, & comprobando sequitur *Tiraquell.* ad *ll. connub. glof. 6. num. 18.* & utroque citato extollit *Menoch.* de *præf. lib. 6. cap. 34. num. 16.* qui *DD.* concludunt filio, vel uxore, qui sine consensu patris, vel viri requisito à statuto contraxerunt, decedentibus, antequam pater, vel maritus consentiant, non posse post mortem ipsorum adhiberi consensum ad hoc, ut valeant contractus, & moventur iisdem rationibus, quibus *Camer.* & alii *Fendite* hoc decidunt in alienatione feudi, quas apud eos videre licet, idem non repeto.
- 123** Et his adnecti possunt, quæ dicuntur de constituto, cum quis constituerit, se possessum post mortem suam, nullius esse momenti, cum in tempus conferatur, quo ipse constituens non est futurus possessor, *l. universas, §. quod per cologum, l. cum bæredes, ff. de acquir. possess.* non enim inspicitur initium actus, qui confertur in aliud tempus, sed illud ipsum tempus, in quod confertur,
- 124** ita ut paria sint aliquid fieri in tempore prohibito, vel id ipsum conferri in tempus prohibitum. *l. in tempas, ff. de bæred. institu.* ut latè scribit *Tiraquell.* de jure constitut. possess. *par. 3. limitat. 2.* Qua ratione *Glof.* in *leg. illa institutio*, in verbo pendere, *ff. de bæredib. instituend.* scriptum reliquit, fuisse concessam hominibus testamenti factionem gratiosè, & dispensatum ex quadam æquitate contra juris rigorem, quo atento, nemo posset facere testamentum, sequitur *Jason.* in *rubrica C. qui testament. facere possunt*, post *Panormitan.* in *rubrica extr. de testament.*
- Ex quibus satis superque romanet fundatum tam de jure civili, quam de jure feudorum non posse institui Principem, vel ditecum Dominum nisi exhibita juris solemnitate, & assensu tempore habili, & discrimen inter refutationem, & testamentum.
- De jure Constitutionem Regni (ut è semita in viam redeamus) clarum est per *Constitutionem Divæ memorie*, ubi *glof.* in specie in verbo super feudis probiberi omnem alienationem, & consequenter testamentum in omnem personam extraneam, non immediatè successoram vocatam per Constitutionem Regni, ut de successionibus, iex regula *l. p. 10, §. fratre, ff. de leg. 2.* quam *Glof.* sequuntur comm. omnes, ut notant in specie in *d. Constitut. Afflit.* *1. notab. num. 4.* *Anno num. 84. 88. 121.* vers. *super prima, & num. 127.* & sic nihil prohibet, quin & ipse Princeps comprehendatur, quem constat

non posse de potestate regulata tollere jus certum non solum re; sed etiam in spe quæsitus agnatis, licet ex ejusdem Principis contractu, & investitiris; sed bene id posse in sui ipsius præjudicium, ut bene probat *Vasquez de success. 1. par. lib. 1. §. 1. n. 30.* cum aliis per *Bursa. confil. 129. nām. 93. lib. 2.* juxta quorum traditiones sunt declaranda tradita per *Gabriel.* de jure quæsito non tollen. conclus. 1. ut bene colligitur ex doctiss. traditis per *Arius Pinell.* in *1. par. rubrica, C. de rescind. vend. cap. 2. præser-* tim *num. 20, 27, 29. & 30.*

### S V M M A R I U M.

- 1** *Alienationis materia in Principem causa mandandi judicis latè tractatur.*
- 2** *Titulus de alienat. mut. jud. & tit. C. ne liceat potent. & de borum potent. nomine plura, num. 11. & 12. de omnibus plenissimè, num. 13. cum seq. & num. 26.*
- 3** *Fiscus formidolosus dicitur.*
- 4** *Fisci privilegium considerabile notatur.*
- 5** *Titulus de alien. jud. mut. in bæredis institutione fibi locum. non vendicat; sed in Principe fallit. num. 6.*
- 7** *Princeps qualis esse debeat.*
- 8** *Alienare in potentiorum litis causa delictum est.*
- 9** *Princeps de re litigiosa institutus; litis causa institutus præsumitar, licet non dicatur.*
- 10** *Princeps nèdum non capit ex testamento de re litigiosa: sed nec ex contractu.*
- 14** *Alienationis causa mut. jud. pena diverse notatur.*
- 15** *Potestoris patrocinium advocans causa privatetur.*
- 16** *Tituli, de quibus jam jam est facta mentio, tam in reo, quam in actore loquantur.*
- 17** *Pena omnes in his titulis posse concurrere possunt.*
- 18** *Fiscus à debitore rem litigiosam, vel actionem dampnam insolutum recipere prohibetur.*
- 20** *Litigiosi vitium quas penas post se trahat.*
- 21** *Litigiosas actiones in quavis personas; licet conjunctas transferri non licet.*
- 22** *Litigiosi vitium non ligare Regem, quo modo ineligi debeat.*
- 23** *Rationes prohibitionis de re litigiosa plures.*
- 24** *Rationes diversitatis intercedere inter legatum factum à Regina Polonia Regi nostro, & casum presentis institutionis diversis ex causis latè ostenditur.*
- 25** *Isubella Albonis Secundi Regis filia nupsit Daci Mediolani; ex qua nota fuit Bona Sforzia Regina Polonia.*
- 26** *Dots contractus in stipulationem deduci debet juxta consuetudinem loci domicilii viri; non autem juxta consuetudinem loci, ubi fit contractus, si vè capitula, & ubi est solvens dōs.*
- 27** *Fæminæ secundum consuetudinem feudorum, & usum Mediolanensis à feudorum successione repelluntur.*
- 28** *Regina Polonia Bona Sforzia justa ratione legavit Regi nostro invictissimo Civitates Bari, & Rosiani insignes Urbes Regni, num. 30.*
- 29** *L. quod scitis, C. de bonis, quæ lib. non est correta per Consuetud. Neapol.*
- 31** *Alienatio insignium Civitatum Regni, separando illas à Corona, non omnino valida.*
- 32** *Urbes Castris manu necessariò retinende pro Regni tutela.*

- 33 Retentio facilius conceditur , quam petitio .  
 34 Petitione exclusa , non excluditur retentio .  
 35 Spoliatus Castro , vel Oppido non sic de facili restituatur , nisi discussa iustitia ob difficultatem recuperationis etiam si Castro non sint multum munita , & etiam si is , cui facienda est restitutio , sit debilior , num.37.  
 36 Restitutio denegatur , cum scandalum aliquod ori potest .  
 38 Appellatio admittitur etiam quodad effectum suspensum à decreto continere damnum irreparabile in possessorio .  
 39 Prohibitus Testatoris alienandi nulla à causa , vel persona , valida redditur , cum prohibet alienari Castrum , vel Turrim .  
 40 Faciturnitas interdum inducit aetus approbationem , & maximè accedente acta positivo .  
 41 Rex invictissimus , & sapientissimus Philippus II. retentis Civitatibus Bari ,& Rossani , sibi jure restituendis , reliquam hereditatem Reginae Poloniae acceptare renuit , cuius exemplum fortiori ratione imitaturum Regem nostrum probubiliter sperari potest , num.43.  
 42 L.4. C.de commerc. & mercat. exornatur .  
 44 Exemplis non est judicandum , nisi cum constat , causus omnino esse pares , vel jus in totum deficit , & num.45.

## ARGUMENTUM.

De alienatione , vel hæreditis institutione litis causa , vel mutandi judicii facta . Princeps litis causa institutus præsumitur in re litigiosa , & respuere solet institutionem , & commodum sibi obveniens etiam ex donatione litis causa , & plura ad declarationem titulorum C. de alien.jud.mutand.causa facta , ne licet potentior de his qui potentior nomine , & de litigiosis . Et quam justè invictiss. Rex Philippus II. sapientissime acceptaverit legatum sibi factum à Serrissima Regina Poloniae Civitatum Bari ,& Rossani , quarum redimendarum jus multis ex causis habebat ; qui utique casus est longè dissimilis à casu praesenti ; Civitates enim insignes Castris praesertim munitas à Regno , & demanio Coronæ difficiliter separare licet . Spoliatus Castro , seu Arce munita , vel loco , cuius esset difficilis recuperatio , non antea restituitur , nisi cognita iustitia , & ad similia interficitur .

## CONTROVERSIA II.

**S**ecunda ratio , ex qua corruit institutio , est ratione personæ , in quam confertur dispositio : quia institutio fuit facta in Principem litis causa , eodemque iure excluduntur omnino assertæ cessiones .

Probatur primò ex text. claro in l. Imperatorem pen. ff. de hæred. insti. ibi , Imperatorem litis causa hæredem institui invidiosum est : nec enim calumnia facultatem ex principali Majestate capi oportet , ubi Glos. 1. intelligit text. nendum procedere , quando lis erat jam mota ; sed etiam si fiat causa litis movenda , scilicet contra alium , vel sibi non movenda , & sic causa mutandi judicii , quo casu propriè habet locum titulus de alienatione judicii mutandi causa facta , qui ideo intelligitur procedere solum in judicio futuro , non autem in judicio jam moto , l. ex hoc editio 9. §.1. cuius verba sunt , ait Prætor , quæve alienatio judicii mutandi causa facta fuerit , id est , si futuri judicij causa , non ejus , quod jam sit , ff.

cod. tit. quia , ut subdit ibi Glos. in verbo , quod jam , alioquin res esset litigiosa , & non valeret alienatio , l.2.fin. & toto tit. C. de litigio . & ideo ne ille titulus sit superfluus , intelligitur de judicio futuro ; sed habet locum etiam in judicio inchoato , multò magis in casibus , in quibus non plenè providet titulus de litigiosis , ut dicit eadem Glos. in d. verbo , quod jam in fine , quam ibi sequuntur omnes DD.

Et idem pleniùs explicat Glos. Bern. in cap.1. in ver. commutationem , ibi item nota , quod tria extra de litigio . ubi Canon. & J.C. in l.1. de alien.jud.mut. cuius verba , id enim Proconsul agit , ne cuius deterior fiat causa ex alieno factio , & cum intelligeret judiciorum exitum interdum duriorum nobis constitui , opposita nobis alio adversario , in eam quoque rem prospexit , ut si quis alienando reua , alium nobis adversarium suo loco substituerit , idque data opera in fraudem nostram fecerit , tanti nobis in factum actione teneatur , quanti nostra interstet , alium nos adversarium non habuisse . Itaque si alterius Provinciae hominem , aut potentiores nobis oposuerit adversarium , tenebitur , & additur in l.2. aut alium , qui vexasurus sit adversarium , & in l.3. & potentiores pares esse non possumus , quod manifestè contingere ex alienatione facta in fiscum ex eo patet , quod utrumque concurreat in fisco ; fiscus enim dicitur formidolosus , ut probat Alciatus conf. 12. num. 11. lib.8. quem sequitur Peregrin. de jure fisci , lib.7. in princip. num.1. in fine , & potentior : si enim dicitur alienatio in potentiores , quando fit in Magistratum , ut probat Glos. in d.l.3. verbo possumus , citatque sex. in l.nam Magistratus , qæ est lex 4. ff. de arbitr. ibi , nam Magistratus superiores , aut pari Imperio nullo modo possunt cogi , quanto fortius , quando fit in fiscum , qui inter alia innumerabilia privilegia illud habet maxima consideratione dignum , ut Judex causæ suæ , qui Procurator Cæsarialis nuncupatur , toto tit. C. ubi causæ fisc. ab eo eligitur , & judicat praesente Advocato Fisci , in quo non mediocre fisci privilegium versatur contra regulam ne quis in sua causa , prout advertunt Alciat. & Peregr. locis citatis .

Et si fiscus replicaret titulum de alien.jud.mutand. causa facta non habere locum in hæreditis institutione d. l.ex hoc editio 9. §.2. per hæc verba : Alienare intelligitur , & qui alienam rem vendiderit ; sed bæudem instituendo , vel legando , si quis alienet , hucus editio locus non erit , ff. cod. tit. ubi Glos. in ver. non erit , dicit notabile verbum , ut licet quis alienare dicatur , dum hæredem instituit , ex tex. in l. si quis prioris 8. §. certum , C. de secund.nupt. ubi Glos. alleg. concord. in l. peto , §. fratre , ff. de leg. 2. cum aliis citatis à Menocb. de præsumpt. lib.4. c. 189. n.46. ignoscatur tamen ei in hæreditis institutione , neque sit locus editio : quia ex necessitate facit , ut d. Glos. subdit , & refert Anna senior alleg. 106. num. 1. & in Constit. Constitutionem Divæ mem. num. 84.

6. Huic tamen objectioni respondet Glos. aurea in ult. verbis , in d.l. Imperator. ff. de hæred. insti. ut speciale sit in Principe , & sic , etsi prohibita alienatione in materia tit. de alienas. judicii mut. causa facta , non censeatur prohibita hæreditis institutione , tamen speciale est in Principe , ut prohibita quoque censeatur ipsius institutio , quinimò & ipsi legari , de quo expreßè loquitur d. §. alienare , redditque prædicta Glos. rationem : quia plus sibi cavere debet , ad quod inter alia citat texti . in l. meminerint 6. in illis verbis , ne inde injuriarum nascatur occasio , unde iura

*nascuntur, C. unde vi, ubi glof. in verb. nascuntur, al-*  
*legans concord. dicit eum, à quo jura nascuntur,*  
*est principem, Lomnium, C. de tertia. & cap. 2. 16.*  
*qu. 6. & insuper ultimo loco Glof. fin. in d.l. Imper-*  
*ator citat l. nolumus 20. C. de tertia. de qua supra.*  
*Nec mirum: quia major dignitas, & eminentior qua-*  
*litas personæ minorem licentiam præstat: quia cui*  
*plus creditur (ut ait *Dives Ambrosius*) plus ab eo*  
*exigitur, quod pluribus comprobatur *Pinel.* in rep.*  
*rub. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 2. num. 25. & 30.*  
*expendens in id in specie Glof. in d.l. pen. ff. de bæred.*  
*inst. & ut ait quidam gravis Poeta.*

*Non eadem vulgusq; decens, & culmina Regnum,*  
*& plura discurrunt Cagnol. de Principis liberalitate,*  
*& munificentia, in trax. de vita, & regimin Principi-*  
*cipis, à nu. 38. ad 41. & 101. & Cannet. in extrav.*  
*Sicilia si aliquem, in cap. incip. & quia assert se, ubi*  
*num. 18. inquit, oportere Principem cunctis præ-*  
*minere liberalitate, qua debet esse affectus erga Ci-*  
*ves, & subditis sic consulere, ac pater propriis fi-*  
*liis, juxta illud *Claudiani ad Honorium*:*

*Tu Patrem Civemque geras, tu Consule multis,*  
*& à nu. 57. ad 64. debere legem sicut verbo, sic ope-*  
*re compiere, concilians l. Princeps, ff. de legib, cum*  
*l. digna vox, C. eod. ut sit Princeps solitus legibus*  
*ex privilegio, quo tamen non utitur; sed confite-*  
*tur se legibus alligatum, cum alias non posset rectè*  
*gubernare, nec boni Principis munus explere, &*  
*num. 72. non quod potest, sed quod decet, teneri*  
*facere juxta illud ejusdem *Claud.**

*Non tibi quad liceat; sed quod fecisse decebit.*

*Occurrat, menteque domet respectus honesti.*  
*qui ut ait *Ar. floretis* est Tyranno voluptas propo-*  
*sita, & Regi honestas, & Salustius, in maxima*  
*fortuna minima debet esse licentia, & glof. in d. l.*  
*pen. sequuntur *Odoctr. & Alber.* qui summat tex.*  
*quod Imperatoris Majestas delictorum non debet*  
*esse authoritas, & sic delictum esse existimat *Alber.**  
*duriorem objicere adversarium, citans concor. l. i.*  
*in fin. C. si advers. vend. ubi Imperator, neque per-*  
*fidia, neque perjurii præbere se velle alicui authore*  
*profitetur, *Bart.* simpliciter transit cum *Gl. Bald.* qui*  
*addit, talen institutionem nullius esse momenti, &*  
*notat contra illos, qui instituunt Ecclesiam Roma-*  
*nam, inde sperantes, Ecclesiam moturam lites con-*  
*sortibus, subditque, item nota, quod Principes de-*  
*bent sibi magis cavere ab omni re illicita, quam alii,*  
*& plura sunt licita aliis quam ipsi Principi, &*  
*addit, quæ verba debereat scribi literis auris, &*  
*sequitur *Angel.* narrans tristem eventum cuiusdam*  
*Romei de Pepulis, *Cuman.* qui adiicit illud *Senecæ**  
*in Octavio, probibebor minus facere, quod cunctis*  
*habet, majora populus semper exigit à Principe, &*  
*omnium optimè *Jo. de Imola* dicens opin. *Glof.* esse*  
*communiter approbatam quicquid *Dynus* dixerit in*  
*ultima voluntate non præsumi in dubio fieri frau-*  
*dem, nisi expressis verbis causa litis fieret institu-*  
*tio, & dicit *Glof.* esse valde notabilem.*

*Quæ opinio *Glof.* & communis fulcitur, maximè*  
*verbis *Justin.* in §. ultimo inst. quibus mod. testam.*  
*insfr. eadem oratione expressit, non admitturum se bæ-*  
*reditatem ejus, qui litis causa Principem reliquerit*  
*bæredem, neque tabulas non legitimè factas, in qui-*  
*bus ipse ob eum causam bæres institutus erat, proba-*  
*turum, neque ex nuda voce bæredis nomen admitturum,*  
*neq; ex ulta scriptura, cui juris authoritas defit*  
*aliquid adepturum, secundum hoc divi fratres fac-*  
*pissimè rescripserunt, licet enim inquirunt, legibus so-*

*9 litis simus attamen legibus vivimus: non enim ibi re-*  
*quiritur, ut in institutione, quæ fit in personam Imper.*  
*specialiter exprimatur à testatore, quod litis cau-*  
*la scilicet movendæ, vel non movendæ ipsum insti-*  
*tuat, dum enim ibi dicit Imper. non esse probatu-*  
*rū tabulas non legitimè factas ob eam causam, ut*  
*Glof. declarat, scilicet litis, & addit, nam si legitimi-*  
*mas non probat scilicet Princeps, multò minus pro-*  
*babit non legitimas, aperte declarat tex. comprehen-*  
*dere casum, etiam ubi Imperator non est institutus,*  
*specialiter expressa causa litis; nam ubi id expre-*  
*sæ caveretur, certum esset non censi Princepem*  
*legitimè institutum sub tam turpi conditione; Qui-*  
*nimo *Jo. Fab.* & *Aret.* dum in d. §. fin. sequentes*  
*Glof. dicunt, hoc esse speciale in Princepe, qui dete-*  
*rioris conditionis est in hoc, quam privatus, ut in*  
*ipso presumatur institutio litis causa facta ob ejus*  
*supremam potestatem, & sequitur *Viglius* referens*  
*verba *Capitolini*, quæ velut nota non transcribo;*  
*sed illud tantum advero, quod *Imperator Pertinax**  
*aliquin non liberalis, non contentus hoc ser-*  
*vare, voluit etiam per viam legis oratione habita*  
*in Senatu hōc statuere.*

*10 Nedum autem ex testamento Princeps litis cau-*  
*sa institutus capere non potest; sed neque ex contra-*  
*etu, donatione scilicet, vel cessione, neque jura, ne-*  
*que etiam bona, l. 2. cum allegas, C. ne fiscus, vel Resp.*  
*procurationem alicui patrocinii, causa in lito præstet,*  
*his verbis: Cum allegas partem rerum, vel actionum*  
*dimidiam Fisco, quod magis ejus juribus protegaris,*  
*welle te donare, buj; finas litiū donationem admit-*  
*ti temporum meorum disciplina non patitur; unde*  
*ius tuum, si quod tibi competit, circa invidiam fisci*  
*mei tueri solemniter cura, ubi glof. interpretatur in-*  
*vidiam, id est, blasphemam, idemque statutum est in d.*  
*11 l. i. C. ne liceat potentioribus patrocinium litigan-*  
*tibus præstare, vel actiones in se transferre, ibi: *Divi-**

*nè admodum constituit *Dives Claudio* Consultissi-*  
*mus Princeps parentis noster, ut iactura causa office-*  
*rentur i, qui sibi potentiorum patrocinium advoca-*  
*fent, ut hoc proposito metu judiciaria lites pue-*us* iux-*  
*to Marte decurrent, quam potentiorum domorum op-*  
*ibus nitentur, & paulo post jubet hujusmodi deli-*  
*ctum severa sententia vindicari, quibus accedunt,*  
*l. un. C. de iis, qui potentiorum norant titulos prædiis*  
*affigunt, vel eorum nomina in lito pratendunt, cuius*  
*tituli secunda pars satis ad casum nostrum aptatur,*  
*ut etiam textus met in vers. quisquis igitur lito pul-*  
*satus (cum ipse & res sit possessio, & juris, & titu-*  
*lii illatæ solemniter pulsationis exceperit) conradi-*  
*ctoris libellis, aut titulis alterius nomen crediderit*  
*ingerendum, ejus possessionis, aut causa, quam sub bac*  
*fraude, aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione*  
*multetur, nec repetenda actionis habeat facultatem.*

*Ex quibus nedum legibus, sed etiam titulis haben-*  
*tibus orationem perfectam, quos ad decisionem*  
*causarum asserti posse constat, clarissimè sequitur,*  
*D. Tiberium Catrafa, & alios, qui ex obiatis cef-*  
*tionibus iurium in Fiscum nihil aliud intendunt,*  
*nisi fisci patrocinium advocate ad exclusionem Du-*  
*cis Gravinæ, esse saltim procul arcendos, aut pœnis*  
*à jure statutis subjiciendos.*

*Non enim lex fuit contenta singulari remedio,*  
*nec unica pœna adversus hujusmodi tam exosas*  
*fraudes, & machinationes; sed plura voluit adhibere*  
*remedia, pluresque pœnas statuere, ut hinc intel-*  
*ligi posset, quanto odio inseparatur hujusmodi li-*  
*tiuum translatores: Titulus enim de alienatione judi-*  
*cii*

*cii mutandi causa facta, loquitur propriè de alienatione in potentiores non ratione officii; sed divitiarum, vel nobilitatis, aut ratione loci, ut dicit Glos.*  
 13 *in l. i. in verbo potentiorum, C. ne liceat potentio. Cyn. in l. 2. in 1. opposit. C. eod. tit. & afficitur pluribus poenitatis notatis ibidem à Cyn. & DD. in d. l. 1. & 2. Affl. in rubr. Conſt. Reg. de alienat. rer. in jud. deduc.*

*Titulus vero ne liceat potentioribus, loquitur propriè de alienatione in potentiores ratione officii cii, & sic de eo, qui minacem potest fervorem ostendere intuitu officii, ut not. Glos. in d. verbo potentiorum, in d. l. 1. C. ne liceat potentio. ubi citat ad id plura jura, & ut ibi explicat Cyn. num. 2. vers. item differt ille titulus de alien. judic. non habet locum, nisi dolo malo fiat alienatio, hic vero ne liceat potentio. qualitercumque fiat etiam sine dolo, & in illo non semper amittitur actio; sed distinguitur inter actorem, & reum, & inter judicia, ut in d. l. pen. & fin. illo titulo; in hoc vero non valet cessio, & punitur cedens amissione actionis, & crediti, l. 2. ibi: si cujuscumque modi actiones ad potentiorum fuerint delatae personas, debiti creditoris jactura multetur: aperta enim credencium videtur esse voracitas, quae alios actionum suarum redimunt exactores, C. d. tit. ne liceat potentio. quæ poena applicatur parti; non Fisco, ut docet Glos. in d. l. 1. C. de iis, qui potentio. in vers. multetur, quam ibi signat inter alios Salyce. quinam potentes recipientes hujusmodi cessiones gravi poena corporali etiam sunt puniendi scilicet arbitrio Judicis, licet non desint DD. antiqui, inter quos Bulg. qui dixit, ultimo supplicio afficiens, quem refert Glos. in verbo severa, in d. l. 1. C. ne liceat potentio. & clarissim Cyn. in ultimis verbis.*

15 *Cujus legis poena nedum locum habet, si actio cedatur, sed etiam si potentior solum in patrocinium advocetur; unde infert Bart. in d. l. 1. nu. 1. ut si actor iret ad Piores, & faceret, quod ipsi intercederent pro eo coram aliis Officialibus, jus suum perderet, & amissione causæ puniri deberet, quin etiam si advocaret patrocinium familiaris potentis, ut pura Notarii prioris, idem esset, Bart. in d. l. 1. num. 8. ubi eum sequuntur Angel. & Salyce. & Alex. num. 4. ubi ejus opin. defendit a Fulgos. & Cast.*

*Idque procedere tam in actore, quam reo, cum lex loquatur de litigantibus, & sic generaliter, Bart. ibid. num. 5. quem ceteri sequuntur, ut notat Jan. ibi. num. 1. ampliat. item prima,*

*Et licet in aliquo differat titulus ne liceat potentio. qui loquitur, quando potentiores patrocinium advocatur, ut illud praeter dicto, vel facto. Titulus vero sequens de iis, qui potentio. nom. loquitur, quando quis per se potentiorum titulos assumit, ut notat Angel. in d. l. 1. in vers. d. ff. erit, autem bac. C. lex ne liceat potentio. & iterum cum Bart. in rubr. & l. 1. de iis, qui potentio. Tamen non contentus Imperator generali prohibitione assumendi patrocinium, vel cedendi rem, aut actionem potentioribus in genere, voluit in specie id cavere in Fisco, quem merito existimat potentissimum, & ideo ne videatur negligere, quod erat speciali expressione dignum, subjecit titulum ne Fiscus, ne Respub. procriptionem, &c. ut avertit Glos. singul. super rub. d. tit. ab omnibus commendata.*

16 *Sed in hoc omnes tituli predicti convenient, ut habeant locum tam in actore, quam in reo, ut dicit Cyn. esse communem opinionem DD. in d. l. 1. in vers. quare quareatur, C. ne liceat potentio. ubi etiam Bart. num. 5. & in l. 1. de iis, qui potentio. num. 1.*

*Alex. in d. l. 1. ne liceat potentio. num. 5. ubi Jas. nu. 1. in prima ampliatione, quidquid aliter senserit Glos. in l. 1. in ver. tenebitur, ff. de alien. jud.*

17 *Et quando qualitates requisitæ a dd. titulis in facto concurrunt, omnes poenæ a dictis titulis impositæ simul concurrent posunt, ubi scilicet judicio modo fiat alienatio in potentiores ratione officii, & causa mutandi judicium, argumento tit. in l. quis sepulchra, C. de sepulchro violato, & concord. docuit in specie Cyn. in d. l. 1. vers. tertio, juxta præmissa, C. ne liceat potentio. quem sequitur in specie Afflict. in Constit. eorum fraudibus nu. 4. quod propriè accedit in casu nostro, ubi omnia prædicta, immo plura alia concurrunt.*

*Et propterea DD. varia exempla tradiderunt circa prædictis cessiones nullas, quæ omnia soctioni ratione applicantur ad casum nostrum, Bart. enim ex hoc infert ad fratrem expulsum de Castro, qui se cognoscens impotentem velit cedere jus suum aliqui Civitati, talis cessio est nulla, ut per eum in d. l. 2. C. ne Fiscus, vel Respub. ubi Caſtreſ. addit se vidisse quandam litigantem cum fratre, qui volebat dare Communi Florentiæ omnia sua jura, & non fuit auditus; quia contra illam l. quæ exempla exornat Jas. super rub. d. tit. C. ne Fiscus, vel Respub. & in l. servi electione, §. 1. ff. de leg. 1. & Jacob. de seu. ver. de Caſtro num. 14.*

18 *Sed omnia potissima sunt exempla posita ab ipsomet Imper. qui in l. 1. C. ne Fiscus, vel Respub. ampliat etiam existente justa, & quasi necessaria causa, scilicet ut non possit Fiscus accipere in solutum à proprio debitore, actionem dubiam, vel litigiosam, nec præstare patrocinium debitori suo in lite contra eum mota à privato, quamvis debitore suo succumbente dubium esset, quod bona non sufficerent, & creditum amitteret, ibi: R. i publica legibus adiuvari te sub obtentu quantitatis, quam eidem Respub. debes contra juris rationem desideras; sed solum valeat in subsidium accipere nomen debitoris ipsius debitoris sui in solutum; quando tamen actio competens debitori Fisci contra debitem suum est liquida, alias secus l. 2. & 3. C. quando Fiscus, vel privatius, & bene declarat Paulus, & Alex. in d. l. 1. sicut neque è contra Fiscus potest recipere liberacionem à suo creditore sub spe patrocinii sibi præstandi in causa contra tertium mota, vel alium debitorem, ipsius Fisci creditoris: dicitur enim in l. 3. eod. tit. ne Fiscus, &c. abborret à ſeculo noſtra ſub praetextu debiti procriptionem contra privatum Fiscum præſtare, quod verbum abborret, ſatis apte indicat, quantum hoc grave, & ignominioſum à jure reputetur.*

*Et pro coronide nullitatis harum in Fiscum translationum notable est rescriptum D. vii. P. ſ. relatum in l. res, que 22. §. lites donatas, ff. de jure fisci, ubi tam donatio, ſive cedatio litium inter vivos, quam dispositio supremi judicij in fiscum, licet bona ſe quis relietur profiteatur, reputatur turpe, atque invidiosum commentum, lite prius cœpta, vel etiam movenda, ut declarat Glos. in ver. ſe quis, & refert Peregr. de jure fisci lib. 4. tit. 6. qui activè, & passivè docet id prohiberi in fisco, num. 19. & 42.*

19 *Sed ubi non una, ſed plures lites ſunt nedum ceptæ per ſolam libelli oblationem, quæ ſufficit, ut contrahatur vitium litigiosi, aut b. litigiosi, C. de litigiosi. 20 vel per citationem de jure Canonico, Clemens. 1. ut lites pend. ſed prosequuntur, ut propriè eit in caſu nostro, tunc multo fortius annullatur omnis dispositio obvitum*

vitium litigiosi formatum, pro quo multo graviores poenæ sunt impositæ, ultra cujuscunque alienationis nullitatem ipso jure, de quibus habetur in *I. ultima*, ubi *DD. omnes C. de litigiosi per Affict. in Conf. Regn. eorum fraudibus, & dec. 331. Guid. Pap. quæst. 337. Boffas tit. de poenit., n. 48. Peregr. latè d. lib. 4. tit. 6. per totum, & habetur in *II. Fori Hispaniæ. it. da las cosas, que son en contienda, ubi doctiss. Glossator Montalvus, & in quo illud est peculiare, ut eo ipso quod fit alienatio rei litigiosæ, dolus probatur alio non apparente Bart. in *I. qui petitorio in fine ff. de rei vend. Cephal. Bars. & Riminal. jun. citat. à Jo. Baptista Botta conf. 89. n. 2. & infinita per Lancelotum tract. de attenta. cap. 4. illatione 3. n. 451. cum sequent. Surd. conf. 374. num. 3. lib. 3.***

*¶ 1. Et in specie actiones in judicium deductas nullo modo cedi, donari, vel alio quævis modo transferri, non dico, in potentiores; sed in alias quasvis personas non potentiores etiam conjunctas est tex. celebris in *I. lite pendente, quæ est lex 2. C. de litigiosi, ibi: Lite pendente actiones, qua in judicium deductæ sunt, vel res pro quibus auctor à reo detentis intendit in conjunctam personam, vel extraneam donationibus vel emptionibus, vel quibuslibet aliis contractibus minimè transferri ab eodem actore liceat, tanquam si nihil factum sit, lite nihilominus peragenda, ubi glos. I. subdit procedere lite contestata, vel non dummodo causa sit mota in reali; ergo manifestum est, D. Tiberium Carrara, & Comitem Saponariæ frustra nitidere eorum actiones lite pendente, qui text. licet secundum opinionem Alberici, & aliquorum non procedat in juribus, & actionibus de jure novo authenticorum; cum restrictione tamen quando non sit alienatio in potentiores, quod conatur defendere D. de Ponte conf. 6, n. 14. nihilominus fatetur opin. contrariam esse communem, quam veram quoque supponit n. 24. Nec legum correctio est inducenda, præsertim contra communem opin. DD, quam veram, & indubitatem in casu præsenti fatentur plures relati per Lancel. de attenti. cap. 4. illatione 3. num. 451.**

Et hoc ed maximè, quia, ut dicit Jacob. in *I. n. 14. C. ne liceat potentior. post Panor. quem citat in c. ult. num. 4. extr. de alien. jud. muta. cauf. fact.* Titulus prædictus, qui, ut supra dixi, loquitur de lite movenda, posset eo casu tantum limitari, quando omnino appareret de bona fide cedentis, puta quia actio, quæ competenter cedenti, esset omnino indubitate, ut quia adversarius aperte fateretur debitum, & cessionarius esset amicus, vel conjunctus cedentis, qui cedens esset multum dives; ex his dicunt, posse colligi bonam fidem in cessione litis futuræ. Quæ limitatio licet non aptetur, ubi alienatio sit in potentiores ratione officii: quia titulus ne liceat potentior, procedit in alienatione qualitercumque facta, ut supra dixi ex *Cyno*, & multò minus ubi lis est mota ex vitio litigiosi, attamen ex dicta limitatione satis roboratur casus noster, ubi contrarium factum in omnibus concurrere satis patet.

*¶ 2. Ex quibus liquet non obstat id, quod tradit D. Reg. de Ponte conf. 55. num. 20. dum dicit, vitium litigiosi non ligare Regem: quia expressè loquitur in Rege ipso disponente, & ex certa scientia alienante non obstante lite, ut loquitur text. in *I. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. citatus per Isern. in cap. 1. n. 3, de controv. invest. quem allegat D. de Ponte, qui text. loquitur de donatione, quam facit Rex Reginæ, & alibi idem Isern, dixit, quod Rex hoc non consue-**

vit; sed perraro: quia Princeps potest tollere cœlia, quando vult, dummodò non offendat legem Dei, vel naturalem, maximè in jure alteri quæsito, ut per eum in *§. naturales in princ. si de feudo defunct. militis*, & sic aliud est, cum in ipsum Principem disponitur ex distin. com. tradita à Jas. in præd. *I. 3. C. de testament.*

Nec rationes, quibus movetur *D. de Ponte* videtur tutæ. Dum enim primò dicit, id est cessare vitium litigiosi in Rege: quia est solutus legibus, jam ex præd. patet, id non tam latè patere, quibus addo discursum *Isern.* de Curia Capuana in *tit. de Capit. qui cur. vend. à n. 25. ad fin. præsertim n. 29.* ubi bene probat, Regem subjici legi quodad vim directivam,

*¶ 3. Nec sola ratione fraudis est prohibita rei litigiosæ alienatio; sed ne elusoria reddatur sententia, & effectus rei judicatae, & quod magis est, ne deterior efficiatur conditio litigantis, quæ rationes ita comprehendunt Regem, sicuti privatum, cuius intentio est, ut nunquam juri tertii derogetur, *I. nec avus C. de emancip. liber. quam sepius citat Isern. in locis not. à Lipar. in cap. 1. num. 5. de vasal. decrep. etat. ut præd.* & alias considerant rationes DD. qui de litigiosi vitio pertractarunt, & præsertim *Covarr. c. 15. præt. qq. ubi illud contrahi etiam in actione personali, qua res aliqua petatur litè contestata, admittit. de com. sent.**

Et ex his tollitur etiam simile legati facti per Sereniss. Reginam Bonam Sforziam Invictiss. Regi nostro Civitatum Bari, & Rossani, quod fuit acceptatum, quamvis superesset Sereniss. Filius Poloniæ Rex.

Non enim fuit Rex noster in universa institutus hæreditate; sed ipsi factum particulare legatum dictarum Civitatum, relicto filio universo, & amplissimo patrimonio nedum bonorum Poloniæ; sed Regni, in quo inter alia possidebat quatuor centena millia scutorum super dohana Apuliæ, & sic legatum prædictum hahito respectu ad universum patrimonium fuit quid modicum argum. eorum, quæ dicit *Loffr. conf. 46.*

Nec ex lite, vel odio commotam fuisse Reginam ad eam dispositionem faciendam, cuique persuaderi potest, quando nullam, sive litis, sive odii causam in filium habebat. Rursus legatum haud à privato factum; sed à Regina maximo, optimoque Regi, eidemque sanguine Aragoneo juncta, cui per Isabellam Alphonsi secundi Regis Neapolitani Filiam, & Ferdinandi Primi neptem, matrem Bonæ Sforziæ. quæ postea fuit Regina Poloniæ, præclaræ Civitates obvenerant, & forte sub restitutionis lege concessæ, quod mihi ab insigni, & versatissimo ex his, qui sunt in supremo magistratu perlatum, confirmat quoque relata ab *Affict. decif. 226.* qui nuncupatim loquens *de contractu dotali ejusdem Isabellæ Aragoniæ, refert fuisse à S.C. Regi consilium expetenti relatum esse de jure stipulandum instru-*

*26 mentum illud restitutionis dotium juxta Consuetudinem Mediolanensem loci domicilii Ducis Mediolani viri, & non juxta Consuetudinem Neapolis loci contractus, & ita exequutum, ubi cum serventur consuetudines scriptæ feudorum, quæ illic constat ortum habuisse, ut not. in *tit. feud. de usu Mediolanensem*, quibus fæminæ à feudi successione*

*27 repelluntur, ut incapaces c. 1. §. hoc autem notandum de his, qui feudum dare possunt, c. 1. de natura success. feud. cap. 1. de eo, qui sibi, & hered. suis, Menoc. conf.*

391. n.17. & conf.443. n.40. cum concord. à H. ero-  
nym. Garzonio in peculiari tract. de fam. ad feui. non  
28 recip. verisimile est ita quoque cautum fuisse quidam  
prædictas Urbes Regni, quo sit, ut Regi invictissi-  
mo, de quo erat maximè benemerita eas Urbes re-  
29 stituere, quam legare maluisse credendum sit, ar-  
gumento text. in l. quod scitis, C. de bon. qua liber.  
quam non esse correctam, ut hoc obiter dicam, testa-  
tur fuisse resolutum in S.C. D. Presi. de Franch. de-  
cis.59. n.5. & referunt plures alii congesti per Consi-  
liarium de Anno conf. i. in fin. lib. 1. quarum Urbium  
30 altera est Apulia, Provincia quidem illustris, & ex  
qua Regni Reges regium nomen sumpsisse constat,  
de cuius amplitudine, situ, & antiquitate plura re-  
censet Vincentius Maxilla in proemio ad Consuetu-  
dines Barenses, num.5. cum sequensib. altera vero  
inter primas Calabriæ Urbes fortissima, antiquissi-  
ma, & quæ multos Cæsari nostro fidos, teste, Fre-  
cchia de subfeu, lib. 1. §. Regnum, num.57. continebat,  
utraque Metropolis, illam in Adriatico, hæc in Jo-  
nico sinu constituta.

31 Hinc satis immodica videri poterat esse concessio,  
& hac de causa forte invalida ex text. in cap. istel-  
lectio de iur. iur. in cap. grandi, de suppl. negl. Prælat.  
& in c. Abbate de re jud. in 6. Cast. conf.70. lib. 1. quem  
sequitur Gregorius Lopez par. 15. l.5. vers. que nun-  
ca à su vita, cum aliis congestis à D. Lanar. conf. 1.  
n.15. unde nihil mirum, si ultra redditæ potuerunt  
acceptari, & retinensi.

32 Idque eo maximè, cum prædictis Urbibus mun-  
tissima castra non nihil ad totius Regni defensionem  
necessaria adnecterentur, quæ dum sibi restitui do-  
bere Rex noster ex prædictis justè prætendere po-  
tuisset, multò magis retentio sibi de jure fuit per-  
33 missa, tūm quia facilitas illa conceditur, quam pe-  
nitio, l. per retensionem, C. de usuris, l. Paulus, ff. de  
doli execp. Decias in l. diem functo, nam. 19. ff. de of-  
ficio affessor. in l. diuers., num.5. ff. de reg. iur. & con-  
34 fil. 298. n.4. adeò, ut exclusa petitione non exclu-  
datur retentio, Bald. in l.2. in 3. notab. C. de fidei aff-  
for. Socin. junior conf. 1. num. 21. volum. 1. cum mul-  
titis concordantibus à Surdo decif. 277. num. 13. tum  
etiam quia ex restituzione irreparabile damnum se-  
35 qui potuisset, adeò ut quamvis alijs spoliatus sit  
ante omnia restituendus; non tamen restituitur  
spoliatus Castro, vel Oppido: sed permittitur etiam  
invasori retentio, ne si postmodum pro eo ferri sen-  
tentia contingat in petitorio, non sine maximo di-  
scrimine illa exequutioni demandari posse, ut post  
Castr. in l.2. C. de edit. Div. Adrian. UD. in cap. li-  
teras de restituzione spoliatorum, Alexand. Ripam,  
& alios in l. naturaliter, §. nibil commune, ff. de ac-  
quir. possess. Afflit. in constitutione violentias, n.58.  
vers. certius casus, tradit de communè infinitis rela-  
tis, Menoch. de recuper. possess. Remed. 1. quest. 28.  
num.308. cum seq. & quest. seq. num.319. dum fir-  
36 mat, id generaliter procedere, ut restitutio de-  
negetur, cum scandalum aliquod ex restitutione  
37 oriri potest, & etiam si Castra non sint adeò muni-  
ta, nec minus quando contra potentiores cogere-  
tur contendere debiliors, quam è contra; sed suffi-  
cere, ut commode recuperari non possit: quia tunc  
recuperari non posse, adhuc dicitur ex l. nepos Pro-  
calo, ff. de verb. signif. ut has, & alias ampliationes  
subneicit idem Menoch. in 2. respons. caus. Finarien-  
sis art. 3. à num. 19. ad 36. ubi plura ad propositum  
& faciunt, quæ ad limitationem sens. in l. unic. C. si  
38 de moment. poss. fuerit appell. ut admittatur appelle-

tio etiam quidam effectum suspensivum à decreto la-  
to super possessorio, quando assertur damnum in-  
reparabile, tradit idem Menoch. latissimè ad adipisc.  
possess. remed. 4. n.863. autoritate ejusdem Castr. in  
d. l.2. Jas. in conf.38. col.2. vers. sec. obsta; lib.3. &  
39 aliorum, sic & alijs nudam prohibitionem Testa-  
toris à causa, & persona, quæ alioquin invalida  
existimatur, vestiri, & effici validam constat, cum  
prohibetur alienari Castrum, vel Turris, quæ con-  
sueverant esse tutela, vel defensio familiaris, Gluf. Cys.  
Bal. Caſt. & alii in l. quod scitis, C. de fidei. Card. Maxima  
de conject. ult. volant. lib.6. tit. 12. num.7. cum aliis  
a Surdo decif. 125. num.3. & 4. post DD. omnes in  
vulg. §. Divi Severus.

Nec de prædictarum Urbium retentione velut ju-  
stissima fama est fuisse conquestum Sereniss. Regem  
Poloniæ, qui potuit etiam dissimulare ex his, quæ  
tradit Isern. in cap. 1. §. si quis decesserit in addit. post  
num.4. si de fœd. defunct. militis, cuius dicta refert  
D. Bammac. in §. qui clericus, quest. 9. num. 160. eod.  
40 tit. ex qua partis taciturnitate induci plerumque  
actus approbationem ex pluribus probant, Cravet.  
de antiq. tempor. par. 1. §. queritur etiam, num. 23.  
præsertim quando cum taciturnitate concurrit actus  
aliquis positivus, Panor. in cap. cum virum, 3. notab.  
de regularibus, Isa. in l. qua dossis in fin. ff. solas.  
matr. Menoch. de arbitrariis judicium, casu 21. n.3.  
in fin. Surdus optimè decif. 199. num.8. Quinimodo  
eundem Regem repudiasset Reginæ Bonæ matris he-  
41reditatem fertur, quam repudiationem constantissi-  
mè respuit ille verus Monarcha Philippus II. ut qui  
ea non obstante, retentis solum suis Civitatibus,  
42 quas alioquin redimere omni modo coactus fuisset  
ea ratione, quam reddit Imperator, in l.41 in princ.  
C. de commerc. & marcot. quam citat Isern. in c. 1.  
vers. porrd., num. 31. in fin. que sit prima causa be-  
neficii amittendi, ut ibi notat Afflit. n. 15. à Fisco  
solvi mandaverit annuos introitus Regi filio, & si  
non hæredi.

43 O summi Regis munificentia, quid externa exem-  
pla congerimus? si Regio, & paterno exemplo Phi-  
lippum filium Regnum maximum ab hujus fœmi-  
nae privatæ, & odio commotæ, cumque fraude di-  
sponentis hæreditate omnino abstenturum certo sci-  
mus? Hinc juvare Ducis causam magis, quam no-  
cere hujusmodi exemplum compertum est, atque  
44 ad alia exempla, quæ afferri possent, uno verbo  
dicam, non esse, cur exemplis nunc judicetur &  
cum ignoretur, quomodo calus illi se habuerint.  
& tamen certum est ex facto jus oriri, l. si ex plagis,  
§. in clivo, ff. ad l. Aquil. l. Aretbusa, ff. de statu bo-  
minis. Et proinde exemplis non est judicandum, nisi  
cum constaret, casus in universum esse pares, quod  
penè impossibile est nobis constare posse, l. nemo,  
Codic. de Jensen. & interloqu. omb. judic. Noviz.  
lib.6. Sylv. nupt. num.62.

45 Vel tunc solum exempla est judicandum, cum  
controversum negotium, nullo jure definitur, alias  
jura non exempla spectanda. Boer. in tract. de am-  
bitur. magni Consil. num. 170. Hinc Alberic. in l. 1.  
de consil. Princip. alleverat advocationis indoctos  
censi ab exemplis opem petere, cum jura non  
suppetant, ut sic judicatum esse dicant, sequitur  
Cravet. consil. 592. num. 91. Sed hoc in casu nedum  
summorum jure consultorum aperte sententias, ve-  
rum clarissima, & aperta sunt jura, & rationes,  
quibus hæc controversia pro Duce Gravina est ter-  
minanda. .

SUM.

## S U M M A R I U M.

- 1 **F**raus ex conjecturis probatur.
- 2 **F**raus in excludendo quem à successione quando augeatur.
- 3 Text. l. cum à matre, C. de reivindic. limitatio, ejusdem limitationis ampliatio, num.4. text. illius declaratio, num.18. 45. & 49.
- 5 Successor in feudo hæreditario defuncti factum in eius fraudem impugnat; at in feudo ex pacto etiam si fraus absit, num.7.
- 6 Filius in materia ratificationis deterioris conditionis, quād agnatus.
- 7 Feuda in Regno qualia.
- 8 Fraus non insertur, si quis jure suo utatur, declaratur tamen num.19.
- 9 Feudum hæreditarium agnato præcisè debetur.
- 10 Fraudis considerationes quād Domini, vel Agnati exclusionem equiparantur; & ad hoc decit. n.12.
- 11 Feudum hæreditarium quibus debitum.
- 12 Feuda hæreditaria etiam ex pacto, & providentia remanent, & quomodo.
- 13 Feudum ad instar legitimæ debitum; ita tamen est legitima successionis secundum aliquos.
- 14 Loffredi consilium in materia ponderatur.
- 15 Feudi ex pacto in agnati detrimentum etiam Principe assidente nulla est dispositio.
- 16 Legis permisso semper intelligitur seclusa fraude, idque exemplis illustratur, & num.20.
- 17 Beneficii renunciatione in fraudem nulla, & quando in fraudem censetur fieri.
- 18 Actus à graviter infirmo gestus aliquem à jure competenti excludens, fraudulentus censetur; & binc regulam Cancellaria de infirm. benef. resign. oratum duxisse probatur.
- 19 Alienatio etiam in vita si in fraudem consuetudinis fias, inanis est: ad hoc decit. Afflict. & Pres. de Franch. num.25.
- 20 Portio vigore consuetudinis ad instar legitimæ debetur, & titulo universali, num.27.
- 21 Alius tollere malo animo non licet.
- 22 Anchæ, cons.430. extollitur.
- 23 Acquisitionem proximam alteri debitam impedire nefas est.
- 24 Mortuus de proximo pro mortuo habetur, & num.52,
- 25 Testamenti factio in feudis tenore investiture, & omni jure prohibita.
- 26 Dispositio in feudis in extraneos magis prohibita, quād privare filios legitimam.
- 27 Text. l. Proculus, ff. de damn. infecto, cum concord. quando procedat, declaratur num.35.
- 28 Statuti dispositionem quando evitare licet.
- 29 Loffr. in cons.46. num.23. declaratur, & num.38. & discrimina inter casum Loffred. & praesentem notantur.
- 30 Loffr. in d. cons. fraudem, in dispositione feudi hæreditarii posse committi concedit; sed ipsara præmissi negat, num.40.
- 31 Reconciliatio non de recenti omne odium tollit.
- 32 Feudum secundum jus feudorum ex concessione pro se, & hæreditibus ex corpore, hæreditarium esse non definit.
- 33 Cephal. cons. 393. in materia feudali non loquitur, nec etiam obest.
- 34 Alienatio rei subjectæ fideicomisso conditionali pendente conditione nullo jure prohibetur.
- 35 Hæres quando defuncti factum impugnare potest.
- 36 Feudarius, quando præcisè agnato feudum ciascun

- 37 hæreditarium relinquere cogatur.
- 38 Cephalus in alleg. cons. probata fraude fallentias ad l. cum à matre traditas amplectuntur.
- 39 Odii causa varia adversus Ducem Gravine.
- 40 Fraus ex mortis vicinitate praesumitur.
- 41 Fraus major judicatur, cum quis sic actum facit; ne fraudem fecisse videatur.
- 42 Aliceatio in fraudem nullæ, & plures hædis species.
- 43 Inimicitia ex odii causa probantur.
- 44 Inimicitia causam justam, vel injustam non requiriunt.
- 45 Filiorum procreatio in juvenibus speratar, secus in senibus, num.58.
- 46 Feudo hæreditario alteri, quād proximè successor legato, astimatio non debetur, & ad hoc decisiones referuntur, num.60.
- 47 Ubi concederetur deberi astimacionem legato feudo; non deberetur tamen existente fraude.
- 48 Terminis omnes bables praesumuntur, cum de uno disputatur.
- 49 Text. l. unicæ, C. ob chirograph. pecun. declaratio.
- 50 Possessio vitiosa non confirmanda.

## A R G U M E N T U M.

Successor in feudo etiam hæreditario quando valeat infringere dispositionem defuncti feudatarii velut in odium ipsius, & in fraudem factam; ex eo quod generaliter lex prohibeat quid in fraudem fieri, etiam si alias sit quid permisum, & an sufficiat solus eventus, vel etiam animus fraudandi, & dolus ab initio exigatur, declaratur sexi. in l. cum à matre, C. de reivindic. de discrimine quād hoc inter feudum ex pacto cum qualitate hæreditaria, & feudum, quod simpliciter ex pacto appellatur. Fraus, & dolus ad privandum hæredem jure sibi competenti ex legis, vel statuti dispositione ex quibus praesumatur, & conjecturæ, ut dispositio dicatur in fraudem facta; etiam in materia Consuetud. Neapul. ad declarationem text. in l. filia mea emancipata, ff. soluto matrim. l. Proculus, ff. de damno infecta: & legato feudo utrum debeatur astimatio, decisiones novissime recentiuntur.

## C O N T R O V E R S I A III.

**S**ecunda legis prohibitio est, ratione personæ Dicis, contra quam, sive ob quam privanda est facta dispositio tam feudorum in Fiscum, quam allodialium in D. Tiberium vitrum in ejus odium, & fraudem, quæ cum ex conjecturis probentur, l. colum, C. de dolo, cum concor. per Cravett. consil. 100. & aliis per Card. Manicam de conjectur. ult. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 9. Hinc nedum conjecturas; sed evidentissimas probationes concurrere paucis ostendam.

Omnis enim ferè DD. qui hunc articulum tractant, satis esse dicunt eventum fraudis, cum ita disponitur, ut in beneficium illius, qui succedere debet, tanquam vocatus à lege, vel statuto, nihil remaneat ex text. notab. in l. si libertas, ff. de jure patron. & voluit Corver. in cap. Imperiale, car. 21. col. 1. & 3. litera M. dum dicit vasallo etiam in debito per eum contracto relinquendum esse; ut vivat, & militet, & ad hoc respexit Sacr. Conf. dum in casu 1. decif. D. de Franch. mandavit feudum testimari, ut videret, si remaneret saltim tertiapars li-

libera, ut optimè advertunt, & firmant Dom. Praef. de Curte in 1. parte divers. cap. 14. num. 114. & in fine cap. vers. 6. quis etiam Dom. Confil. Georg. allegat. 20. num. 38. & 43. Hart. Pistor. lib. 2. qq. juris. quæst. 9. n. 42. qui loquitur de fraude ex eventu.

Sed longè fortius hoc procedit, quando ultra eventum concurrit consilium, & animus liberatus fraudandi, sive dolus ex proposito, & machinatione; tunc enim quilibet successor venire potest contra factura defuncti, quod tendit ad fraudandum hæreditario jure aliquo sibi competenti ex legis, vel statuti dispositione, aut permissione aliqua, & ita limitatur tex. in L. cum à matre cum concord. C. de reis. vend. à Petr. & Cyn. in l. 1. oppos. 1. C. si in fraud. patr. l. 2. ubi Bart. Bald. Castren. & omnes C. eodem titul. idem Bart. Bald. Salic. & alii in l. 2. C. de inoff. donat.

Quæ limitatio ad text. in l. cum à matre, ampliaatur procedere non solum in filio, & patrono, qui bus debetur legitima; sed in omni persona vocata ad aliqua bona, vel successionem beneficio legis, vel statuti, ut concludunt D. P. congesti a Tiraq. in 1. retract. §. 1. glof. 9. num. 58. Ant. Gabriel. tit. de reg. jur. conc. 1. à num. 25. ad. 30. quod esse receptius, & verius optimè probat Pinel. Lusit. in repet. l. 1. post num. 83. in 1. 2. limitat. versic. ex quibus patet, C. de bon. mater.

Et consequenter idem quoque in successore sanguinis vocato ad successionem feudi hæreditarii eriam transversali, nedum filio, qui proximus est agnatus, quem constat in hac materia, dum tenetur habere ratum factum defuncti, esse deterioris conditionis, quam agnatum cap. 1. cum ibi not. an agnat. & ob id in his indistinctè habere locum limitationem l. cum à matre, ut non teneantur habere ratum factum defuncti getum in eorum fraudem, tradunt in individuo Bald. conf. 215. col. 2. vers. 3. respon. lib. 2. post Alberic. in l. filie mæc. ff. solut. matrim. cuius doctrinam ad feudum hæreditarium applicat Anna in alleg. 55. num. 8. nam in feudo ex pacto constat, successorem non teneri habere ratum factum defuncti circumscripta fraude, & plures refert, & sequitur Hartman. Pistor. lib. 2. qq. juris cap. 9. num. 41. Curt. jun. optimè confil. 171. materia presentis, qui non solum loquitur in feudo hæreditario num. 9. versic. non etiam obstat; sed quod fortius est, loquitur etiam in terminis Consuetudinis Mantuanæ, qua supponitur concedi feudorum alienationem, & tamen probat vassallum, qui morti proximus alienat inter vivos ad exclusionem agnatorum, quamvis ad beneficium proprietarum filiarum, ut pretium in earum utilitatem cederet, ex qua causa motiva paterni amoris videbatur omnino fraudem cessare argum. l. nec in eo, ff. de adul. junctis, que tradit bis, Cravett. conf. 44. n. 4. adhuc tamen consuluit, alienationem centeri in fraudem, & sequitur Hieronym. Gabr. consilio 83. n. 58. lib. 1. etiam multis relatis Tiber. Dec. conf. 117. num. 38. vers. 5. regula lib. 3. & hanc sententiam latissime tenuuntur quibus. Glos. Isern. Bald. Alvar. Afflct. Barbatæ, Ruyn. Jacobin. Camer. Alex. Dec. & aliorum disputando articulum, & resolvendo, omnia objecta Menoch. conf. 104. num. 59. lib. 1. sed melius conf. 226. à num. 31. ad 53. lib. 3. Surd. dict. conf. 382. num. 45. 61. & 100. & iterum conf. 384. n. 66. lib. 3. & infinitos alios cumulat Cacher. dec. 67. num. 1. qui n. 8. in vers. idem dicendum, loqui etiam videtur in feudo hæreditario, ut magis se declarat num. 11. dum citat Jul. Clar. in ff. feudum, quæst. 42.

nam. 14. ubi post Socin. jun. conf. 122. nam. 13. lib. 2. expresse firmat, hanc opinionem veriorem, & magis communem approbatam in fendo non omnino hæreditario, sed mixto, cujusmodi sunt feuda hæreditaria, de quibus agimus in Regno, quæ adhuc esse ex pacto, & providentia supra, & infra probavimus, adeo ut non simpliciter hæreditaria; sed secundum quid appellantur à Doctoribus relatis à D. Confil. Georgio alleg. 19. num. 59. & secundum hanc opinionem refert Cacher. in fin. dictæ decis. fuisse in eo Senatu pronunciatum, quam esse veram tandem non solum de Jure Regni sed jure communi feudorum probat D. de Curte in d. cap. 14. 1. part. divers. feud. num. 144.

Et si quispiam forte instet, non posse considerari fraudem ad exclusionem agnatorum in feudo hæreditario, cum successio illis non debeat omnino ex præcisa necessitate, cum possit huiusmodi feudum alienari etiam in præjudicium ipsorum, quibus cum non debeat legitima, proinde non videtur alienans fraudem inferre, dum jure suo utitur, sicuti à l. permittitur l. 2. §. denique, ff. de aqua plu. arce. l. Proculus, ff. de damp. inf. l. servus dotalis, ff. sol. matrim. cum multis concord. ad id congestis per Tiraq. iu. præf. 1. retract. num. 67. 72. & 78.

Dicimus primò, fallum esse non deberi agnato ex præcisa necessitate successionem feudi hæreditarii: quia contrarium expressè dicit Glos. illa sing. in Constit. ut de successionibus, ver. ex utroque parente, quæ non solum probat deberi feudum hæreditarium, de quo loquitur illa constitutio, certis personis aliis exclusis, quæ non possunt iustitui in ipso feudo, quas dicit habere potius à se ipsis, ita ut eis non possit auferri, idque beneficio illius constitutionis, non beneficio testatoris ad instar quartæ arrogati, de qua in l. si arrogator, ff. de adopt. sed subdit verba aurea in proposito, nam aliis semper committeretur talis fraus, ita quod nunquam pervenires feudum ad personas vocatas, vel ad fiscum, & sic habemus in specie Glos. quæ probat necessitatem succedendi in tali feudo, & simul considerari fraudem in exclusione agnati, idque ad instar fraudis, quæ consideratur in exclusione domini, Ide qua in cap. 1. §. sed & res, prout novissimè equiparari fraudem adhibitam ad exclusionem agnatorum in feudo, cum illa, quæ solet considerari ad exclusionem domini dicitur, referens ita decisum in Senatu Montisferrati Presid. Rolan. à Valle Sard. conf. 382. n. 51. lib. 3. sed Glos. in prædicta Constit. ut loquentem in feudo hæreditario extollunt Anna pater alleg. 126. num. 6. D. Praef. de Curte in 1. part. divers. cap. 14. num. 62. in fin.

Et feuda hæreditaria debere relinquiri filio, & agnato successuro in investitura inclusu ex cap. 1. §. & si clientulus de feud. pater. cap. 1. de success. feud. & aliis juribus probat D. Loffred. in consil. 1. num. 15. & 16. vers. claram namque.

Et ratio est: quia feuda etiam hæreditaria non desinunt tamen esse ex pacto, & providentia, in quibus adhuc consideratur illud pactum acquirentis, & providentia dantis, ut ex Iscr. in cap. 1. in fin. prin. de alien. feud. pat. tradit Camer. in cap. Imper. §. præterea cart. 94. col. 3. 95. col. 1. & 102. lit. E. bene probans etiam in illis inspecta primordiali natura considerari pactum, & providentiam.

Quinimò pluribus placuit, feudum totum esse legitimam primogeniti, vel successoris in feuda, ubi vivitur jure Francorum, ut cum Conon. in cap. licet.

*Licet de voto tenerit Iser. incip. 1. col. 6. quae sit prima caus. ben. et amit. & cumulati per Annam frag. 197. vel saltim debetur ad instar legitimæ ex quadam necessaria restitutione, licet cum qualitate hæreditaria juxta opinionem Camer. in d. §. præterea, part. 99. & ter. lit. M. junctis traditis car. 102. col. 2. lit. F.*

*Et quamvis successio in feudo hæreditario non deberetur, prout verè debetur ex præcisa necessitate juris præsertim in feudatario constituto prope mortem, qui non alienavit in vita cum assensu, nec illum obtinere curat, aut sperat ante mortem, non id est cessat fraudis præsumptio, & probatio, quod recte expensus bene consideravit D. Loffred. qui optime quoque fundat hanc opinionem in principali articulo fraudis in dispositione fœudi hæreditarii; is enim cons. 10. n. 24. dicit habere locum limit. ad l. cum à matre, quando quis succedit non ex mera voluntate defuncti: sed ex legis, vel alterius dispositione ex d. l. 2. dicens ob id in feudo non posse aliquid novari illicitè, idest sine consensu, & voluntate Principis, loquendo in feudo, ut is dicit, hæreditario, in quo potest venire hæres contra factum defuncti; nam in altero, quod est ex pacto, & providentia rectum, id non licet etiam cum consensu domini, si non adsit quoque consensus agnati, citans in id plura jura, & subdit, quomodo probetur fraus, & alia, in quo licet ponderare illa verbæ Loff. ex mera voluntate, quasi succedere ex voluntate, licet non ex mera defuncti non excludat limit. d. leg. cum à matre, quod clariss probavit Cravet. consil. 200. n. 7. ubi dicit regula cum à matre, procedere, 18 quando defunctus poterat de hæreditate pro libito disponere, & relinquere, quibus voluisse, alias fecus, unde cum certum sit, non posse valendum ad libitum de feudo disponere, cœslabit reg. leg. cum à matre.*

*Secundò dicimus, illam collectionem, in qua omnis vis argumenti consistere videtur, scilicet aliquid de jure permittitur, ergo in eo actu non potest argui fraus, non esse veram, nec concludere de necessitate.*

*Siquidem contrarium in terminis probatur in ipsomet Imper. in vers. sub colore investitura, sicuti ad hoc illud inducit Camer. car. 6. col. 4. vers. in text. ibi litera S. cuius inductionem non refero, inferens ex hoc minimè, aliquid a lege permisum est, licere illud in fraudem facere, in id citans l. Titius, ff. ad Trebell. cap. beneficium si de feud. fue. contr. & cap. 1, qualiter olim feud. alien. pot. ubi Bald. & Alvar. & rex. cum Glof. & Ifern. in cap. 1. §. sed & res per quos fiat investit. ubi cum permittetur cuilibet dari in feudum, statim subjicitur, nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis, & glof. inter exempla fraudis illud expressit præciputum, cum quis id est subinfeudat, ut eum privet a sua successione, qui in ea succedere debet, & sic quamvis infeudando possit privare successorem: non licet tamen id fieri in fraudem ipsius successoris, & sequitur Lipar. in add. num. 5. vers. 1, dicitur fieri, ubi advertit esse summè notandum, quod si aliquid est permisum, non licet in fraudem facere post Joan. Rain. Dec. Jacob. & alios, quos citat, facit in simili doctr. Ifern. in §. b. ius autem generis, in addit. ante num. 14. ubi add. litera G. Et hoc modo omnino destrui hoc objectum consideratum, licet in alia materia à Dec. Gozad. Paris. & Bursa. tradit Surd. d. cons. 383. num. 53.*

*. Et de jure Civili, & Canonico sunt texti clari in l. filia mea 60. ff. sol. matr. ubi patre stipulante dotem sibi reddi in casu mortis filiæ, quamvis soluto ma-*

*trimonio per divorium actio de jure quesita fuisset filiae, & ejus hæredi, cum eo casu tantum sibi pater prospexit, l. si cum dotem in princ. ff. sol. matr. si tamen vir, ut patrem fraudaret in hoc, repudium misit, ut potius hæredibus mulieris, quam patri redderet, dotem, adhuc patri datur actio, idem in l. si filia 5. ff. de divor. ubi si id est mulier divertat, ut maritum lucro dotis afficiat, patrem fraudet, qui profectitam dotem sibi in eum casum dumtaxat reddi caverat, si constante matrimonio dececessisset filia, ex quo maritus dotem lucratus esset, si filia soluto matrimonio obijset, ut Glof. explicat; tamen dabitur patri dotis exactio, ac si matrimonio constante dececessisset filia, quamvis igitur tam vir in primo rect. quam uxor in altero jure proprio uti licet repudium miserint, ex quo de jure pariter excludatur pater ab actione, vel etiam à dote; non licet tamen id in fraudem facere, & idem in l. liberto octoginta, ff. de bon. liber. sicuti idem quoque aperte improbat renunciatio beneficis alias regulariter permitta ab eo, qui morti erat proximus, qui ex hoc dicitur fraude facere cap. 2. de renunciat. in 6. simile in cap. de bis de se pulsi.*

*Quæ jura extendi debere non immerit ad omnes calus, in quibus eadem ratio viget. docuit Cast. cons. 339. lib. 2. adeò ut DD. pro regula statuerint, actum gestum a graviter infirmo ad exclusionem juris alicui competentis præsumi animo fraudandi gestum, & proinde esse nullum, ex qua infinitos determinaverunt casus, quos cum referre non expediat, remicho me ad latè tradita per Tiraq. in 1. registrat §. 3. gloss. unica. n. 17. & §. 34. gloss. 1. n. 8. aliquid à Cam. in cap. Imp. car. 7. lit. D. Soc. cons. 5. lib. 3. Jo. Vinc. Hond. cons. 32. n. 38. & 39. lib. 1. Nast. cons. 162. lib. 1. Cephal. cons. 179. lib. 2. Cannet. in materia feudali in Exti av. volentes, in cap. incip. sed an constitutus. D. Cons. de Geor. alleg. 22. n. 12. Surd. cons. 382. n. 46. ubi n. 62. bene resolvit contrarium, fraudem non præsumi in moriente, & cons. 384. n. 58. lib. 3. Menoch. de præsump. lib. 5. cap. 3. 4. 5. & 37. & lib. 6. 23 cap. 8. & 12. unde est orta regula Cancel. de infirmis beneficiis resign. ubi latè Gomes. Rebus. & alii. & Mafard. conclus. 8. 15. n. 19. cum aliis per Cons. de Anna in collect. num. 409.*

*Sed quid moror, nonne Confuetudo Neap. incip. & si testator, permisit alienationem bonorum antiquorum in districtu Civitatis in vita, nolens interdicere liberis hominibus alienationem rerum suarum. Et quamvis agnatis nihil debeatur in vita de necessitate, & alienatio licito jure fieri possit lege permittente, quam consuetudo non restrinxit; sed tantum in morte; nihilominus receptissima est opin. 24 Napod. quad si alienatio etiam in vita fiat in fraudem, non valet, ut tradit in vers. disponere, num. 14. & advocat text. loquentem in successione feudi in d. c. 1. §. sed & res recitans verba Glof. supra relata ibi, vel si id est facit, & c. & ita est pluries decisum Affl. decisi. 370. in 3. dubio, & de donatione facta in fraudem successorum ab intestato, quibus non debetur legitima D. de Franc. decisi. 157. n. 10. & decisi. 180. in fin. decisi. 318. & iterum decisi. 435. n. 35. 39. & 43. ubi dicit, ita judicatum, Ursil. ad Affl. decisi. 338. & 347. D. Cons. de Geor. allegat. 19. num. 60. ubi tam in portione debita ex consuetudine, quam in legitima debita filio, & quarta debita arrogato considerat, non id est minus deberi ex providentia juris, licet permissa sit alienatio in vita, quam portionem deberi quoque jure successionis, & sic titulo universali,*

sali; non autem singulari probat, *Napod.* in *consuetud.* & *si testator*, in *ver.* *perveniat*, & in *vers. di sponere in fin.* *D.de Francb.* *decis.* 89. *num. 2.* & 7.

Sic etiam licet permittatur à jure in proprio alii tollere parietem usque ad cœlum, vel in eo facere specula; non tamen id licet malo animo in alterius damnum, vel ad simulationem, ut traditur à *Salyc.* & aliis in *l. altiās*, *C. de serv.* & *aqua*, cum aliis per *Menoch.* *de arbitr.* *lib. 2.* *cent. 2.* *casu* 156.

Et ratio predicatorum est illa, quam reddit *Anchar.* in suo *confil.* 430. *incip.* *fuisse expediens*, ubi cum probasset, emancipationem filiæ propè mortem factam ab avo in fraudem succedere debentium nepti ab intestato esse nullam, opponit, quod non videtur fraudem committere, qui jure suo utitur, & quia emancipavit filiam, ut sibi prodebet; licet ergo ex hoc impediatur acquisitionis in alium, non potest redargui: quia licet facere rem suam, quæ sibi prodebet, licet alteri noceat in consequentiam, & proinde querela tertii aspirantis ad successionem videtur improba: quia in re sua quilibet est moderator, & odiosa est sollicitudo hæreditatis viventis, contra quem urget etiam favor ultimarum voluntatum, & libertas disponendi de rebus suis. Resolutio vens *Anchar.* oppositionem ponderat *d.l. filia mea*, ubi quis non potest disponere, quod acquisitionis ex eventu proximo debetur, & speratur derivari in unum, derivetur in alium, nec quis potest ad proprium commodum hanc spem acquisitionis proximæ impedire; & addit subscripta verba verè aurea: *Item de bonis propriis perdit quis administrastrationem, & potest statem disponendi, si de proxima subest spes devolutionis in alium, l. si maritus ad fin. ff. qui, & a quibus, l. post contractum, ff. de donat. quia habetur pro mortuo, qui est de proximo moriturus, & habet tractum quandoque retro ad tempus infirmitatis, ut habetur ad literam in dict. cap. 2. de renunt. in 6. concludit in fin. ob id non potuisse indirecte minui jus succedendi, & sic privare venientes ab intestato ipsi infanti, idemque probavit latissime Jo: *Vinc. Handed.* respondens in simili casu in *confil.* 32. *per totum*, *volum. 1.**

Quæ si procedunt in bonis allodialibus, & in successore ab intestato, ut is in fraudem excludi nequeat, fortius in feudis, quorum ex tenore inventur, lege feudorum, & municipali prohibita est alienatio, & testamenti factio, potissimum in agnitorum favorem per jura, quæ citat *Surd.* *d.conf.* 382. *num. 31.* Quo casu fortior dicitur esse prohibitio, quam illa, quæ prohibet tolli legitimam filio, ut bene probat *Ant. de Alex.* in *addit. ad consuet.* & *aliquis moriens*, *num. 22.* in *add. incip. imd. videtur, quod pupillaris*, *fol. 167. in noviss.*

Ex quibus omnibus colligitur prima solutio ad regul. *l. Proculus*, *ff. de damn. infec.* *l. nullus*, *ff. de reg. jur. cum simil.* non procedere, ubi ex conjecturis, & indicis fraus ipsa deprehenditur: quia constito de fraude, vel odio, ut alteri noceat, cessat omnino dictorum iurium dispositio, ut notant *Dec.* & *Cagnol.* in *d. reg. nullus*, & optimè *Tiraquell.* declarat, tradens quasdam ex conjecturis, quæ hic concurrunt ad probationem fraudis in *præf. retract.* *consang.* *num. 80.* *vers. si dque verissimum arbitror*, quæ conjecturæ sunt liquidissimæ probations.

Secundò dispositio dict. iurium declaratur procedere, cum quis ita jure suo utitur, ut cautela aliqua evitit damnum absque tamen ullius præjudicio, ut in *l. servus dotalis*, *ff. fol. matr.* ubi permittitur illa

cautio ad evitandum damnum, & ad nullius præjudicium, & proinde ob eam non fit fratus verbis, aut menti legis; sed ut consulatur mariti sollicitudini, & indemnitat, secus verò ubi quis vult evitare legis, vel statuti dispositionem, qua vel non insertur damnum, vel ex cautela alteri generatur præjudicium, ita in terminis *Corn. conf.* 29. in præsenti post *num. 23.* *vers. nec obstat*, *l. servus dotalis*, & latius idem *Tiraquell.* ita declarans alia iura concord, in dict. *præf. retract.* *num. 74.* *ver. ex quo dicit Bald.*

Et tandem tertio tunc licet evitare statuti, vel consuetudinis dispositionem, cum his iniquè, & contra rationem alicui damnum imminet: hoc enim facere potius est damnum injuriosum à se depellere, quam fraudem committere, quod dolo non est adscribendum; sed prudentiæ *l. cum pater*, §. *7. Titio*, ibi, *prudentiæ autem fecerit*, junctis ult. verbis, ibi, *nec videbitur dolo fecisse, cum fraudem*, *id est* *damnum excluserit*, *ff. de leg. 2.* ut tradit *Castr. confil.* 388. *plus quatuor in fin. lib. 1.* secùs verò cum quis conatur eludere legis, aut statuti providentiam justa, & rationabili causa inductam, ut jus suum cuique tribuatur, prout in dubio præsumendum est pro legis justitia, ut per *Bald.* & alios in *l. de quibus*, *ff. de legib.* & in *cap. 1. de constit.* ut idem *Tiraquell.* explicat ibid. à n. 67. ad 72. 75. & 77. hujusmodi constat esse legem, quæ successionem feudalem ad proximiores sanguine conjunctos defert naturali æquitate, & ex his patet, sublata esse fundamenta, quibus innititur *D. Præf. de Francb.* *decis.* 1. *num. 38.*

Nec obstant, quæ tradit *D. Loffred.* *conf.* 46. *n. 23.* *vers. secundò non obstat*, ubi videtur innuere non esse considerabilem fraudem in dispositione feudi hæreditarii, quamvis in casu *Loffr.* præcessissent minus disponentis, velle gravare successorem, ut is supponit, *num. 9. vers. ad quod fortius*.

Primo enim dicimus, *Loffr.* aperte velle contrarium, prout rectè intelligit, dum pro hac parte ipsum citat *Cacher. dec. Pedemont.* 67. *n. 9. in fin.* dum *Loffr.* dicit, quod si vasallus per aliquam circumventionem, & collusionem aliquid ficeret, per quod filius, vel agnatus privaretur integro feudo, ut rectè considerando dicit ipse, loqui *Isera.* & *Bald.* in locis per 37 eum superiùs n. 9. & 10. *citat*, tunc videri; patrem, vel alium in fraudem alienare, quando totum patrimonium, vel majorem ejus partem alienavit, fecus verò in casu suo, ubi habito respectu ad Comitatum legatum alteri factum erat quid minimum.

Secondò, ut patet ex verbis *Loffr.* ipse loquitur, ubi testator reliquit successori magnum Comitatum bonorum feudalium, & bona burgensisatica, ipsum verò gravavit in aliqua modica quantitate in pecunia, de qua in themate consilii in casu autem præsenti disponens privavit agnatum feidis ipsis, & burgensisaticis in ipsis odium alios instituens, inter quos casus longa est differentia.

Nec *Loffr.* unquam somniavit dicere, non posse in genere considerari fraudem, etiam si quis in odium agnati ipsum privet successione feudi hæreditarii, nec dari fraudem in exclusione transversali, nam aliis se in continentia correxisset, quod non est dicendum de tanto viro.

Sed perstrictè loquens juxta terminos facti de quo loquebatur, dicit; *sed in hoc casu non potest considerari, quod fraus sit commissa*, & sic non negat, quia fraus possit committi, & considerari; sed dicit in illo casu non esse commissam, & intendens hoc

C pro.

probare in illa dispositione facta per Comitem Palenæ tam quodad feuda, quam quodad burgenfatiæ, subjicit hæc verba, respectu feudorum, vel legitimæ scilicet in burgenfaticis, quod incipit probare à posteriori parte, dum subjicit, quæ in burgenfaticis, cum simus in collaterali, non esset cogitabilis, neque fratri datur querela, nisi turpi persona instituta; meritò *fraus aliqua allegari non potest*; illa enim solum consideratur respectu creditoris, patroni, & filii, &c. hucusque *Loffr.* nixus fuit probare non considerari fraudem in burgenfaticis, sive illa dictio, quæ referatur ad legitimam, & sic ad proximiota, prout de jure est facienda relatio, sive referatur ad fraudem, & sic ad magis remota, utcumque illa accipiatur, erit idem tensus, quæ legitima in burgenfaticis, cum simus in collaterali, &c. vel quæ *fraus in burgenfaticis cum simus in collaterali*, non esset cogitabilis, hucusque igitur, sive bene, sive male loquitur *Loffr.* nihil ad nos: quia loquutus fuit in dispositione bonorum allodialium, &c. quod in specie voluisse videatur *D. de Curte* in *d. cap. 14.* post n. 1 14. vers. & propteræ cum nibil. Et ut probaret deinde alterum caput fraudis quodad feuda, subjicit; sed dictus *Dominus Julius* non posset conqueri de onere respectu feudorum, ut supra, ubi dixerat, gravamen esse quid minimum: sed solum est onus in ejus personam, quæ ut hæres potuit gravari, & ex hoc concludit in illa suo casu cessare fraudem, quia non poterat dici indebitè gravatus: quia non solum fratrem non excluderat; sed ipse solus fuerat hæres institutus ab ipso Comite, & in Codicillis iterum vocatus, ut mox subjicit num. 27. in fin.

Et sic non defendit *Loffred.* in feidis non considerari fraudem; sed in suo casu non jus; sed probationem deficere, ut declarat etiam num. 26. vers. *præterea Bal.* dum explicat, quomodo *Bal.* considerat fraudem in exclusione transversali, quod dicit cessare in illo casu, & melius in vers. & si promiscue, ad idem respiciens, in ea verba prorupit, quod si promiscue, idest generaliter, & indifferenter *fraus præsumetur, colleretur feudatariis potestas testandi idest gravandi*, ut necessariò debet intelligi: nam de hoc 40 loquitur, quod esset absurdum, & inhumanum, negat igitur *Loffred.* præsumi in dubio fraudem in hujusmodi dispositione: sed exigit, ut illa probetur.

Et ut in totum ostenderet se nisquam negasse, posse dari fraudem; sed non esse probatam in illo casu ad excludendum odium, & inimicitias ponderat reconciliationem non recentem inter fratres; sed 41 jam diu factam annis ab hinc quindecim antea, & usque ad mortem continuatam, qua omne odium ex eom. *D. D. sententia* censetur obliteratum; & antiquam causam odii fuisse levissimam, rixam inter fratres extinctam longinquitate temporis, & ex actu contrario emolumenti integræ hæreditatis sibi honorabili titulo institutionis relictæ, ex quo maxima apparebat dilectio, ut subjicit num. 27. 28. & 29. addit legatum factum fuisse in exagerationem conscientiæ, & compensationem alterius debiti, ad quod defunctus legatario tenebatur: unde his attentis in casu contrario, ubi conjecturæ fraudis urgerent, & multò plures, & fortiores, ut in casu, de quo agimus infra probabitur, certè confilium *Loffredi* valde pro nobis urget.

Sicut verè urgent, quæ idem *Loffred.* pro hac opin. consideravit, quam tenuit etiam in *conf. 1. n. 15. 16. & seq.* qui licet in principali articulo bene con- 42 cludat, concessionem pro se, & hæredibus ex corpore

secundum jus Francorum non efficere: quin feudum sit hæreditarium contra opinionem *Cann.* in cap. *volentes* relatam per *D. Conf. de Georgio* alleg. 91. num. 55. nihilominus rationes prædictas non reprobant; sed potius confirmat, quod iterum expresse firmat *conf. 10. n. 24. & n. 25. vers. & pro hoc etiam facit.*

Pariter non obstat *conf. Cephal.* 393. num. 110. & 172. Cum sequent. citatum per *Conf. de Anna* in suis collectaneis ad l. cum à matre, *C. de revend.* sub n. 11. ubi citat quoque *D. de Pont.* in quodam suo *conf. imprimendo*, quod credo, sit consilium, quod audivi factum in hac eadem causa pro Comite Saponariæ jam impresso 147. & 148. lib. 2. quamvis enim *Cepb.* non loquatur in materia feudali, ex aliis non obest: quo- 43 niam in themate *Cephalis* agitur de alienatione rei subiectæ fideicommissio conditionali, quam probat nullo jure esse prohibitam alienari, nec expresse, 44 nec tacitè pendente conditione num. 31. & 80. maximè cum alienans ignorat fideicommissum, n. 78. & 87. & licet fideicommissarius eveniente conditione possit alienationem revocare, tamen probat in casu suo filios alienantis, eodemque fideicommissarios non potuisse revocare, tūm quia mediante instrumento venditioni expresse consenserant, tūm etiam quia adiverant hæreditatem patris, & sic duplice jure erant prohibiti revocare tanquam alienationi consentientes quos probat perinde haberi, ac si vendidissent, & tanquam patris hæredes, n. 41. 42. 46. & 50. & quod magis est sine beneficio legis n. 68. & 70.

Præterea *Cephal.* dum vult declarare limitationem, quam comm. tradunt *Scrib.* ad l. cum à matre, per ipsum bene fundatam n. 10. & 13. subdit n. 110. 45 illam procedere, quando alienatio est facta in fraudem legis, idest ne id al' cui detur, quod lex mandat sibi dari, & id recognoscit à l. non ab homine, & iterum se magis declarat num. 124. & fatetur, hæredem posse venire contra factum defuncti, quando ab eo solum habet, quod defunctus sibi hæredi tenebatur relinquere ex doctrina clara *Bart.* in leg. 2. num. 5. *C. de inoff. donat. Castr. conf. 446. num. 3. Gabriel. conf. 125. num. 8.* & licet subjiciat exempla de legitima debita filiis, & patrono, ut supra etiam dixerat num. 112. exempla tamen non restringunt ipsius dictum, quod intelligi debet juxta doctrinas, quas citat; quæ passim intelliguntur in omni eo, cui defunctus reliquit, quod relinquere debebat; unde cum negari non possit, feudatarium præsertim non habentem à Regé facultatem disponendi, & prope mortem constitutum, & supra est dictum, teneri omnino ex forma investituræ, & dispositione juris relinquere feudum etiam hæreditarium agnato proximiiori nulla dispositione valente juxta cumulata per *Roland. conf. 71. n. 8.* qui optimè in eo *conf. 47. pugnat pro nobis etiam in articulo assensus post mortem*, ut supra cum adduximus lib. 2. ex his sequitur ut *Cephal.* quoque nobiscum sentiat.

Et hoc clarus voluit *Cephal.* dum num. 123. dicit in casu suo emptorem molestari non posse sub prætextu venditionis sibi in fraudem factæ, nisi fraus 48 rē, & concilio probetur juxta *Glos.* & *Castr.* in d. leg. 1. C. si in frau. patr. de qua fraude dicit nihil constare in illa casu, quod iterum repetit num. 173. dum fatetur veras esse fallentias, quas *D. tradunt ad d. l. cum à matre*; sed ut is inquit, in illis casibus nos non versamur.

Quinidum dum supra probavimus in articulo assensus post mortem, quod testamentum de feudo hæreditario

ditario per mortem testantis efficitur omnino nullum, & invalidum velut extincta spe reconvalscientiae juxta ferè omnium DD. sententiam, & Cephal. sepius in d. conf. amplectitur com. illam limitationem, quam tradunt DD. ad d. l. c. m. à matre, quod hæres possit venire contra factum defuneti nullum, 49 & invalidum num. 129. & 186. ubi ita dicit procedere decif. Gram. 93. quæ limitatio est ab omnibus commendata, ut videre est ex Pinet. in d. l. i. par. 3. post num. 83. limit. 10. Gabriel. tit. de reg. jar. conclus. 11. n. 13. limit. 14. in specie in alienatione feudi probant Loff. conf. 10. n. 24. & ex infinitis deducunt Hart. Pistor. lib. 2. qq. juris. quæst. 4. num. 85. Cacher. decif. 67. num. 1. & 2. cum aliis per Annam sing. verbo bæres. D. de Franc. decif. 83. Vulsc. consult. 52. n. 44. Vivi. decif. 56. igitur ex his clariss. patet Cephal. respondisse pro hac opin.

Ex quibus cum sati remaneat defensa opinio in jure; in feudi successione omnino posse considerari fraudem; in quolibet successore etiam transversali, ex serie facti clare patebit concurrere copulativè omnes conjecturas, sive potius evidentes fraudis probationes non solum re ipsa; sed consilio quæ ex cogitari possunt, siquidem præcedebat odium erga Ducem, qui dispar conjugium oppugnaverat, in cuius 50 jus sententiam juere cœteri Vrbinorum Romani Proceres, quippe qui D. Julianum dudum viduam, senio, variisque morbis confectam cognoverant. Auxit odium falsus rumor, Ducem scilicet beneficio, & malis noxiis D. Julianus necem prætentans, idque Præregi insinuatum, non defuit diligentia, neque unius ex Regentibus opera, ut veritas eliceretur, mortis igitur metu ad testamentum condendum fuit inducta ad beneficium Fisci, non enim hucusque blandimenta maritaria majorem vim accipere poterant in Civitate.

Sed qui exclusione Ducis haud satiatus, ne quoque in sui ipsius commodum dispositio verteretur, tentavit blandis verbis, cum quibus à jure adhuc dicitur vis inferri feminam agitudine oppressam in Calabriam ducere, quæ dominicalis, atque obsequii gloria cupiditate, violentisque precibus cum Statum petiisset, illico additur aliud commentum, ad inventio propinati scilicet veneni à longè absente Duce prætentatum, idque ei faciliter persuaderi potuit ægræ feminæ, quæ Ducem non nepotem; sed apertum hostem, quia sic erat viro sibi dilecto, existimabat, & quia semel malus &c. tantam hujusmodi commentis fidem præstitit, ut precibus Præsidi Provinciæ oblatis contra veneni propinatores gravem querelam exposuerit, ubi selecto inter Auditores Pecorello causæ Judge, ac vindice, nihil credendum est, quod attentare neglexerit contra Ducem, & ut vix conservatori, & liberatori viro gratias referret, sicut priori testamento irritato secundum condidisse in ejus integrè beneficium, vel mortus, ut Dux contendit, vel momento temporis ante, ob cujus mortis vicinitatem non idem minus cessat fraus ut ex Bal. & aliis tradunt Ale. tract. præ- 51 semp. reg. 3. cap. 4. n. 4. Gram. decif. 42. n. 5. Masc. latissime conscl. 179. in f. etiam si assertio sit justa Menoch. de arbitr. casu 89. n. 30. sed insurgit 52 præsumptio, ut mortis cogitatione perturbata proxima jam habita fuerit, argumento l. bac. consulf. §. at en. humana, C. qui testim. facer. poss. l. jubemus, C. de testim. Bal. in l. extraneum, C. de bared. inst. in quo testamento licet visa fuerit testatrix Fiscum instituere in feudalibus; tamen effectus di-

spositionis illuc tendebat, ut viri commodo cederet, quidquid ex universa hæreditate superfluisset: sciebat enim ad eam hæreditatem exhaustam, ut premium feudorum non sufficeret creditoribus, à quorum onere exemit omnino virum hæredem allodium, & quia Fiscus poterat obseratam contemnere, ut tegeret odium in Ducem, illum in eum casum in feudis substituit, ita tamen ut nunquam feuda apprehenderet, nisi integrè personato sere alieno, ut eum saltim commodo possessionis medii temporis, quod solitum sperari poterat, privaret, nec veritas fuit Fiscum etiam onerare prosequitione litis Civitatis Strongoli, ut vir intra decem menses de illa investiretur ultra alia prælegata, quæ omnia indicant maiorem fraudem, cum quis ita actum facit 53 ne fraudem fecisse videatur, l. ita fides ff. de jar. fisci cum concord. per Tiraquell. in præfat. 1. retrah. n. 18.

Et sic multò plures, & fortiores urgent hic conjecturæ fraudis simul junctæ, quam sint illæ, quarum alteram tantum alternativè sufficere tradit Napod. in d. confus. & si Testator, verb. disponere, ubi multa cumulant Add. n. 14. ut actus reddatur nullus, & fere omnes concurrunt illæ, quæ sparsim à DD. converguntur, inter quos latè Menoch. de arb. censur. 5. casu 470. lib. 2. Muscard. de probas. cap. 815. & in materia fraudis resultantis ex vicinitate mortis latè Cassan. in conf. Burgun. rub. 4. §. 3. Des heritages, n. 2. & d. §. 3. in princ. ver. par. donation, Tiraquell. 1. se 54 nequam, verb. donatione largitus, num. 134. Cotta in ver. extremo, & in ver. mortis extremo, Dec. conf. 235. 245. 525. & 659. & de fraude in casu Confueludinis nostræ optimè D. Conf. Georg. alleg. 22. per totam, & in terminis in alienatione feudi in fraudem successoris idem alleg. 20. n. 38. & in hac eadem causa circa nullitatem refutationis ultimi Principis Bisiniani alleg. 2. num. 45. & abundantiss. Menoch. d. conf. 26. à num. 53. ad 140. lib. 3. Surd. d. conf. 382. à num. 46. ad 71. & conf. 384. à n. 56. ad 66. lib. 3. omnino legendi, quibus dum dicunt fraudem probari ex inimiciis præcedentibus, &c. ausis odii illud tantum addo, sufficere adesse causam 55 odii, ut censeatur contræ inimicitiæ, ut per Pan. in cap. acciden. 172. l. i. vers. quid autem, at lite non contestata, licet inimicus ostenderet diligere, cap. 2. cum sequenti 3. q. 5. Felin. in c. cum opereat, post n. 5. de accusa quia non attenditur justitia, vel iniquitia cause inimicitarum; sed sufficit factum 56 præcessisse l. i. ubi Bar. ff. de bis. quibus ut indi Pan. in cap. repellantur, n. 4. de accus. ubi probat etiam eum, qui fuit causa inimicitarum, posse de inimiciis excipere, argumento h. nec timorem ff. quod metus causa: quia lex non curat, si est justa, vel inusta, idem Pan. in cap. meminimas, num. 20. de accusat. nec requirit odium; sed causam odii, Pan. in cap. cum l. & A. n. 22. de sent. & re jud. etiam si dissimilant. Alex. conf. 127. n. 19. lib. 4. Cephal. conf. 7 10. n. 40. lib. 5.

In qua fraudis pertractione illud pro coronide advertere libet, non idcirco fraudem cessare in casu præsenti, quod Dux Gravina adhuc juvenis liberis careat, quia non ex hoc majus jus prætendere potest fiscus, siquidem non ex quo quis liberis caret, est suis bonis, & juribus privandus, præsertim quia hec fraus bene potuit considerari in D. Julianus disponente jam in senili aetate constituta, non in succidente juvenc, & robusto, qui licet filios hodie non habeat, potest tamen filios in futurum procreare, & ob id dum D.D. considerant hujusmodi fraudem indisponente loquuntur de eo, qui

57 qui ad eam etatem pervenit, ut filios habere non possit, ut ait *Glos.* in dicto sed etiam res, in ver. in fraudem, per quas fias investitura, ubi adverteat *Iher.* loquitur de sene, vel castè nato, adeò ut nulla sit spes suscipienda sobolis, ut etiam facit *Napoli.* in 58 d. *Consuet.* & si testator, ver. disponere, num. 14. *Afflitt.* decis. 370. num. 13. in fi. & ita loquuntur omnes DD. citati à *Sardo* d. cons. 382. num. 5. & clarius hoc voluit *Iher.* in *fratres ducatus*, ubi *Art.* var. *Afflitt.* & alii,

Ex qua consideratione fraudis, cessat omnino oppositio, quæ fieri posset à fisco, quod non valeat dispositio quodad corpus feudi, valet tamen quodad estimationem.

Primo, enim dicimus hodie opinionem contrariam, ut legato feudo hereditario alteri, quam pro ximè successorp non debeatur estimatio validissimis rationibus, majori DD. numero, autoritate, & doctrina, contrarie partis sectatores superantem, & quod magis est autoritate rerum judicatarum esse fulcitem, quæ velut interpretatiæ latè in conflictu opin. haud dubie facit jus in Regno juxta not. per *Afflitt.* decis. 169. ut patet ex latè traditis ab *Ann.* sex. in repet. consil. num. 139. cum sequentibus, & in alleg. 125. 126. 127. & 140. *Intriglio de feud.* consil. 1. quest. 122. *Consil. de Anna*, qui sequitur eandem opinionem in addit. ad pred. allegas. patris, & in specie in alleg. 127. in fi. ubi refert ita iudicatum de anno 1582. in causa illorum de Suriano junctis Tribunalibus cum interventu Illustriss. Generalis Visitatoris, & in consil. suo 87. ubi signifikat recentes omnes, & addit, quod licet D. Reg. de Pont. scripsit pro contraria parte in consil. 88. tamen postea legendis feuda ipso audiente se correxit, ut *Rolon. Cur. ius. & Menosb.* quoque in hoc articulo contingisse refert D. de *Cur. c. 19. n. 70. 1. p. divers.* qui testatur pro hac parte iterum iudicatum in causa sororum de Veneto, & validissime pro hac opin. pugnat n. 82. vers. secunda questio, & n. 87. usque ad fin. ubi inservit literas Invictiss. Philippi II. de anno 1596. maximè huic negativæ sententia faventes, & n. 103. refert decisiones, & primarios Regni Advocatos, & Magistratus, & eam sequitur *iam D. Bambac.* in suo respons. pro *Principe Ascult.*

Secundò, sit vera contraria opinio, ut debeatur estimatio; illa tamen fallit, cum dispositio sit in fraudem, & odium successoris, ut per indirectum privetur feudi successione in specie *Frec. lib. 3. in diff. feudi ex postulo, & feudi hereditarii, c. 12. in fin.* qui tenet affirmativam cum hac declaratione, idemque supponunt omnes præcitatæ DD.

Tertiò, in casu praesenti non potest tractari articolus, utrum estimatio debeatur, quia illa inspectio cadit, cum nihil aliud dispositioni repugnat, nisi quia is, cui feudum est legatum, non est proximior à lege vocatus: cum enim de uno disputatur, reliqua omnia presupponuntur habilia, at hic nulla est omnino dispositio, ex aliis, igitur quod nullum est omnino, nullum potest producere effectum.

Et sic etiam cessat quoque ob id retentio corporis feudi pro consequenda estimatione, tunc quia nulla debeatur estimatio, tunc etiam quia si quid fiscus prætendit in hoc, debet sua jura proponere, & ordinari diriger gressus suos Duce prius in possessionem immisso jure successorio feudorum, ut dicit *Bal.* in c. 1. de succ. seu. non enim competit retentio pro debito sine hypotheca, nisi saltum pro altero

debito, quam eo, cuius causa de retentione agitur, si res hypothecata, quomodo procedit text. in l. unica *C. etiam ab chirogra. pecun.* & explicat *Negasan.* in 4. membr. 5. part. de pignor. n. 2. quem limitat pluribus aliis modis idem *Negus* in 3. membr. 5. par. num. 46. & 49. *Regens Lanar.* optimè in puncto loquens in materia feudalii *consil. 79. num. 24.* & supra num. 19. & sic etiam quando res pervenit ad aliquem vitiōsè, idest non servato juris ordine; & parte inaudita; quis tunc tenuta non est confirmanda ex traditis per *Cacher.* decisi. *Pedem.* 34. num. 26. maximè quando res non sunt tradita creditori ex causa illius debiti, ut declarat *Bare.* in l. si non fuerint, & si centum, ff. de condit. indebet cum aliis à *Surd.* decisi. 46.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Tex. in l. fin. C. si quis aliquem test. prohib. limitatio, & quando ejus decisi. procedit, n. 2.*
- 2 *Dolus ex falso suggestione; imo maius ex ea probatur, num. 3.*
- 3 *Tex. in l. 1. §. fi. ff. de offic. Procur. Cæs. ad causam nostrum applicari non potest; & in quo casu loquatur, n. 5. & 6.*
- 7 *Pluribus ostenditur fortiori ratione à Rege nostro excludendum fore testamentum D. Julie Ursinæ, quam fuerint exclusa refutationes ultimi Principis.*
- 8 *Fraus, & odium successorum fuerunt in causa, ut refutat utres excluderentur.*
- 9 *Testamentum furiosi recte disponensis valit, idque in ambi actu prudenter gesto, n. 10. etiam in sententia satui *Judicis.* n. 1. 1.*

### A R G U M E N T U M.

Testamentum uxoris ad viri beneficium quando redatur nullum, cum ultra blandum sermonem alias concurrat conjecturæ, ex quibus dolus arguitur ad declarationem *l. ult. C. si quis aliquem testari prohibuer.* Principem, hereditatem aditam ab ejus procuratore, quam credidit lucrōsam, compertam damnosam repudiare posse, quomodo procedat ad intellig. *tex. l. 1. §. ult. ff. de off. Procur. Cæs.* & fortiori jure respondam a Fisco hereditatem D. Julie Ursinæ ultimæ Bisiñiani Principis, quam jure excluderit refutationes Nicolai Berardini Sanleverini ex pluribus juris considerationibus dilerte ostenditur.

### C O N T R O V E R S I A IV.

**U**ltimum principaliter est nullum testamentum ex alia ratione, scilicet personæ per quam id est viri, cum ultra blanda verba ex prænarrato facto notorio dolum adhibitum negari non possit; urgebat enim viri juvenis, & cupido iuasius in ægram languentem longè à patria absente, illuc data opera ductum medicis palam repugnantibus, & de imminentí morte protestantibus, ubi non erat ei consilium, neque consiliarii præter viri familiares; unde dolus præsumitur ex variis conjecturis, & qualitate facti; quo casu limitari *tex. in l. fi. C. si quis aliquem testari prohibeb.* plures decisi. est in S. C. ut testantur dec. *Alt. 69. & Præf. de Fr. dec. 180.* & novissime audio decisi. in testamento condito per uxorem Tiberii de Januario, siquidem *tex. in d. l. ult. procedit*, cum solæ blanditiæ intercedunt; ut observat *Menos. de arb. lib. 2. cent. 4. causa 394. n. 42.* hic autem ex sola falsa suggestione veneni, quæ deinde vana comperta est, dolus palam arguitur, ut ex *Glos. in l. item*

item si pretio, &c. quemadmodum, ad fidem, ff. locati, probat *Neviz. cons. 22. num. 26.* ficut ex suatione colligi quoque nendum dolum ex proposito; sed probari coactionem, compulsionem, & metum, docet *Gravett. cons. 192. numer. 12. & utrumque Moros. resp. 28. n. 10. & 15.* Et hoc casu non solum testamentum redditus nullum quodam ipsum virum; sed etiam quodam Fiscum similiter institutum ipsius opera, & artificio, ut substineretur dispositio ad ipsius beneficium facta sub clypeo fisci, ut docent *Dya. Petr. Cyn. & Bal. in l. 2. C. si quis aliquem testari prohibuer. Bar. & alii in l. ult. ff. cod. Menoch. d. consu 395. n. 11.*

Qua nullitate testamenti ex tot causis in promptu apparente non potest hic applicari *tex. in l. 1. 9. ult. cum sequ. ff. de offic. procur. Cæsar. ubi inquit l. C. hoc esse principatum in procuratore Cæsaris: quod si Cæsar bares insitutus miscendo se opulentæ bæreditati, bæredem Cæsarem facit; quod si postea bæreditas solvendo non sit, re perspecta cōsulitur Imperatori*

Loquitur enim ille *tex. cum Imperator solemniter, & legitimè fuit institutus in testamento valido: ex quo Princeps posset deliberare, an velit adire, nec ne: ibi enim est supponenda habilitas terminorum, ut semper cap. 2. de statu, & qualit. At in casu præsenti cum Rex noster non posset adire, frustra dubitamus, an id licet procuratori Cæsaris, præterim postquam Rex ipse justissimus apposuit manus, & pendet consultatio, an posset adire, nec ne.*

Et insuper ille *tex. procedit pendente quæstione facti, scilicet, an bæreditas sit solvendo, nec ne; non autem pendente quæstione, & articulo juris, an posset jure, fiscus bæreditatem capere, vel non, inter quos casus est longa ratio differentia; & non sine mysterio loquitur in bæreditate notoriè opulenta; quasi aliud sit insuscepta.*

Novissime considero, hunc eundem casum fuisse in fortioribus terminis decisum; siquidem si Sua Majestas invicti Regis nostri prævio Contilio Superiorum Magistratum Regiae Cameræ, Sancti Cæsili, & Collateralis refutationes sibi factas ab ultimo, & vero Principe Bisiniani de gente Sanfeverina contempnit, fortiori jure non est habenda ratio testamenti D. Julie, quod ex subscriptis evidenter patebit.

Primo: quia ille verus Princeps plures in vita fecerat refutationes, quæ præjudicabant agnatis in querendis tantum, hie autem cum dispositio sit facta in testamento, quod constat sumere vires post mortem, obque id agitur de præjudicio agnatorum in dominio illico post mortem quæsito, ut est supradictum, & faciliter præjudicatur in querendis, quæ in quæstis, Jason. in leg. filius familiæ, §. divi Severus, numer. 8. ff. de leg. 1. & in terminis nostris Anna in rep. rubr. de vasal decrepis. atat. numer. 259. & in Constit. constitutioem diva memoriae numer. 136. & multa Tiraquel ad l. connub. Glos. 5. numer. 31. illud agitur, & in actu inter vivos patissime se fundavit D. Praef. Sallutius, qui tunc validissime partes Regii Fisci tuebatur, ex quo dubium non est, quin fortiora fuerint illa jura, quam hæc ex testamento D. Julie.

Secundò, refutationes antedictæ fuerant plures à Procuratore Fisci acceptatae in vita Principis refutantis, & sic tempore habili, quod Fiscus contendebat sufficere saltim, donec Rex deliberasset, ex d. l. i. in fin. cum sequ. ff. de offic. procur. Cæsar. hic autem non solùm non à Rege, sed nec à Procuratore Fisci fuerunt testamenta tempore habili, nec postea acceptata, quinimmo nec acceptari potuerunt.

Tertiò, quamvis in eo casu fuerit allegata inhabilitas personæ Principis ex quo prodigus; potissimum tamen, qui nullitatem refutationum tuebantur, se fundaverunt in fraudis, & odio ad exclusionem agnitorum, ut in alleg. 2. D. Georgii n. 45. & alleg. D. Bambac. num. 18. quæ multò fortius viget in casu præsenti; insuper prohibitio alienandi, & disponendi facta D. Julie ab Excellentissimo Prorege cum ejus Senatu causa cognita, plus operari debet. quam in primo casu prodigalitas, maximè concorrente prohibitione legis ex diversis causis supra fundatis, quo casu fortior fit ipsa prohibitio.

Quinimmo defectum integratatis personæ cessare allegabatur in Principe, qni ex diversis justis, & necessariis causis à Fisco ponderatis videbatur, ut quilibet prudens refutasse, nempe ut creditoribus satisfaceret, ut sibi, & filiis naturalibus de alimentis provideret, ut diversis de se benemerentibus grātum ostenderet, & ut saluti propriæ animæ consuleret, & dum Princeps adhuc vivens id fecerat, poterat à Rege plures consequi gratias, & diversis honoriis decorari, quæ omnia arguento esse potuerunt Principis resipiscientia, ac prædictio de ejus dispositionem validissimam judicari, ut à centum viris in Romano Senatu judicatum fuisse. testamentum cuiusdam Tuditani furioli, & inlani recte disponentis refert Valer. Maximus lib. 7. cap. 8. Magis enim (ut Galer. ait) centum viri, quod scriptum esset in tabulis, quæ quis eas scripsisse considerandum existimat, refert, & sequitur Joann. And. in cap. fin. de success. ab invest. Bald. in cap. 1. numer. 8. per quos fiat invest. Afflict. decis. 143. numer. 5. Ursil. dec. 287. num. 8. quod procedere in omni actu, & dispositione à stulto, & furioso prudenter facto, tradit, & decisum testatur Buer. decis. 23, idemque in nostro S. C. Gram. dec. 173. num. 38. qui ampliat etiam in sententia lata à fatuo Judice, referens tentatam fatui Parisiensis, & cum his sentiunt Rom. Soc. Ias. Corn. Ruin. Cover. & alii relati a Muscard. conclu. 39. & 825. num. 13. quorum opinionem, ut com. & veram tuetur Mars. Ling. 380. & pluribus exornat. Card. Mantica de conject. ali. vol. lib. 2. tit. 5. n. 7. quam procedere etiam si talis factus esset sub curatore constitutus probat multis relatis Thes. dec. 92. cessant tamen hæc in muliere senio, & morbo confecta, quæ licet non fuerit declarata, prodiga, nihil tamen à Prodigis distare apparuit quodam inris effectum.

Quartò, Fiscus nitebatur excludere fraudem; quia D. Lelius Ursinus immediatus successor Principis erat senior, & pejoris valetudinis, unde justè poterat credere, & sperare juxta naturæ cursum se ipsi D. Lelio superstitorum, nec non habebat Princeps filios naturales, quos poterat legitimare quæ quidem cessant in D. Julia, cui vix vitæ nendum spes ulla git, quoniam filiorum aderat, atque hi Duces juvenes successores supererant.

Quintò, dicebat Fiscus quodam Statum Lucania hoc esse clarum: prætendebat enim in eo Principi nullum futurum successorem; nam D. Lelius licet in tertio gradu non erat audiendus, tanquam non heres D. Felicis Sanfeverinæ, cui fuerat promissus in augumentum dotis neç etiam Dux Gravinae; quia ut in quarto gradu Principi conjunctus descendens ex foemina non poterat ei succedere, & sic non erat, cui fraus fieri potuisset.

Sextò, & tandem Fiscus in illo casu non solum non negavit, sed expresse decrevit succedente D. Le-

lio Principi, verum successori futurum Ducem Gravinae; sed satis nubatur prætensioni Comitis Saponaie, qui tunc Fisco adhærebat, cuius Comitis prætensione cum sit annihilata ex decreto postea latopro D. Julia, & ex superioris traditis, clare patet illius cestiones omnino procul arcendas, & ob id esse sit quoque omnis Fisci prætensione, qui (circumscripta dispositione D. Juliae) non est inter colligantes, nisi ratione solius interesse futuri ex causa devolutionis post mortem Ducum Gravinae, & Sermonetæ, sine filiis, & ideo non licuit ex hoc magis ipsum instituere, nec ei cedere, ut efficiatur Dominus, & habeat interest de presenti, ex quibus satis patet fortiori ratione esse excludenda testamento D. Juliae, quam fuerint exclusæ refutantes Principis.

## ADDITIONES

Ad primam Controversiam.

## Super successione Principatus Bisiniani.

**A**D num. 1. cum seq. de plenitudine potestatis, non de facili admittenda in supremo Princeps, quod sit subditus legi, justitiae, & honestatis, licet non solemnitati legum.

Quod non possit rufere dominium, nisi soluto pretio.

Et quomodo justus differat à Tyranno; videndas plenissime Rimini. jan. conf. 45. vol. 1.

Et qua magna æquitate, & justitia Princeps prædictus esse debeat, ex Joanne Redin. J.C. Hispano de Majest. Princip. Melina de Hispano primog. cap. 8. num. 3 t. d. terg.

Quod Princeps debet cavere ab omni re illicita, plus quam alii, Affl. in const. scire volumus, num. 9. ubi citat Bald. in l. pen. ff. de bæred. iustit. & proinde raro plenitudine potestatis uti debet secundum Bald. in leg. 2. num. 3. Cod. de comm. rerum alienat. & in dubio præsumitur disponere secundum jus commune, nec uti plenitudine potestatis post Innocent. Abbas. & Iason. videndus Dominus sacer Camill. de Medic. conf. 71. num. 33. & Mynsinger. conf. 4. decade 12. ubi num. 2. agit, utrum testamentum Sigismundi Poloniæ Regis valeat omissis solemnitatibus, & ibi in discursu confilii pluries meminit de bonis, quæ dicto Sigismundo Regi obvenierunt à Regina Bona Sforzia ejus matre.

Et an Rex debeat servare solemnitates Roland. à Vallæ in tract. de const. invent. secunda parte, vers. tertid queritor, & in quinta, & ultima par. vers. homo magna sanctimonie, & alia æquitatem, & justitiam Principis tangencia per Bald. in l. 1. num. 1. ff. de const. Princip.

Ad num. 6. de invaliditate alienationis contra prohibitionem à Princeps factam addit. Franc. decif. 17. n. 4.

Ad num. 8. Affl. in const. scire volumas, num. 6.

Ad num. 13. testamenti factionem esse de jure naturæ ex Covar. & aliis probat Tbesaur. decif. 34. post num. 3.

Ad num. 14. quod supremus Princeps possit ex causa interdicere testamenti factionem, addit. omnino Anna alleg. 65. num. 4. sed aliqua in contrarium vide de per Covar. lib. 3. cap. 6. var. resol. num. 7. vers. quinto licet; sed si bene ponderetur doctrina Covar. non obstat, ut colligitur ex dictis per eum ibi

num. 3. vers. septimo bis suffragatur, & vers. septimum, quod ex Cursio, ubi bene probat, Principem posse præjudicare investitum.

Ad num. 14. vers. nec obstat, addit. Frecciam de subfeud. quæst. 31. num. 5.

Ad num. 15. & 16. alias limitationes ad l. inquisitio, C. de solut. tradit Gabriel. de ver. sign. concl. 9. & præfertim num. 8. in fin. Menoch. in resp. 2. cause Finiensis, num. 75. impresso post tractatam de interd. possess.

Ad num. 26. addit. Peregr. de fideicomm. art. 51. num. 58. qui etiam de communis testatur.

Ad num. 27. & 59. assensum in contractu cum Princepe inito non requiri, addit. Dom. meum de Medic. conf. 168. num. 17. Frecc. de subfeud. citata quæst. 31. de Franch. decif. 48. num. 3. ubi num. 4. refert, fuisse decifum, Regium assensum requiri, quotiescumque refutatur feudum quaternatum secundum quid soli Baroni Domino impeditato, quod etiam comprobatur Anna in repetit. rub. de vas. decrep. Actatis, num. 141. Camer. in d. cap. Imperiale, car. 73. à ter. in 5. conclus. lit. H. cum seq.

Ad num. 30. Fiscum in dubio semper uti jure privati, exceptis casibus, in quibus expresse invenitur privilegiatus, addit. Barby. in 7. par. leg. 1. ff. fol. matr. num. 8. & melius num. 19.

Ad num. 55. addit. de Franch. decif. 131. num. 36.

Ad num. 67. contractus posse fieri in testamento, & cum illo misceri, addit. Camer. in d. cap. Imperiale, lit. I. vers. quædam tertiam, fol. 60. Frecciam de subfeud. in 21. finis. ad Conf. Constitutionem Divæ memoriae, fol. 117. .

Ad num. 68. post mortem dispositio de feudo convallidari non potest addit. Camer. in d. cap. Imperiale, fol. 28. col. 1. in fin.

Ad num. 86. & 87. de assensu post mortem, addit. de Franch. decif. 163. num. 9. Gizzorellum in decif. 2. Dominum meum de Medicis in conf. 104. num. 19. Capyc. in investit. feud. in vers. studiales offensus, limmat. 2. fol. 77. Camer. in d. cap. Imperiale, fol. 46. à ter. lit. P. cum col. seq.

Ad num. 108. addit. Tbesaurum decif. 32. num. 9.

Ad num. 88. addit. Frecciam de subfeudis quæst. 5. n. 7.

Ad num. 117. voluntas morte non revocatur; sed dicatur, voluntatem cessare; addit. Mascord. de probat. lib. 2. conclus. 1016. n. 6. Loffred. conf. 8. n. 26. cum sequen. Anchor. conf. 161. post num. 7. Annam alleg. 82. num. 12. ubi allegat Andr. citantem l. minorem, ff. de ritu upr. & alia.

Ad num. 117. in vers. sed hic tantum adverso, pro confirmatione eorum, quæ tradita sunt ad intellectum, l. cum hic sit quis, §. ait oratio, ff. de don. caus. mor. vid. Tbesaurum in decif. 124. Surd. in decif. 111. & 206. in materia donationis factæ absenti, Notario pro eo stipulante, an egeat acceptatione, & an sit valida si non fuit acceptata in vita donantis, D. de Franch. decif. 339. Ozasc. decif. 33. Tbesaur. decif. 70. & 126.

Ad num. 125. addit. Principem nec de plenitudine potestatis posse derogare juri vocatorum ad majoratus successionem absque legitima causa: etiam si ipse majoratus ex Regia facultate institutus fuerit, & si è jus illud certum sit re, vel spe quæsitionum agnatis, quod post ceteros ab eo congregatos pluribus exornat Molin. de Hisp. primog. cit. cap. 8. num. 31. Covar. lib. 3. variar. resol. cap. 6. Castil. Hisp. postea visus controversi. jaris lib. 2. cap. 28. & lib. 3. cap. 6. & 28.

AD.

## ADDITIONES

Ad secundam Controversiam.

## In eadem causa.

**A**D num. 1. & 2. ad tit. de alien. marand. judic. & ad tit. de litigios. adde *Surd. decis. 172.*  
Ad num. 3. & 4. de Fisco adde *Cravet. conf. 280. in fin. volum. 1.*  
Ad num. 14. ad tit. ne liceat potenteribus, adde *Everardam conf. 2. num. 15. 16. & 17.*  
Ad num. 24. de Urbe Bari, & Regibus Apulez, & de eorum coronatione, videndum *Freccia de subfeud. lib. 1. c. de antiquo statu Regni, §. priusquam annus Christi, num. 4. cum seq.*

## ADDITIONES

Ad tertiam Controversiam.

## In eadem causa.

**A**D num. 5. & 6. & quod deterioris conditionis sint filii, quam agnati, illudque vindicet sibi locum etiam in successione, Regni, adde *Lanar. confil. 1. num. 14.*  
Ad num. 8. feudum hereditarium mixtum quale sit, & qualiter differat ab hereditario absolutè.  
Quod remaneat in omnibus ex pacto excepta qualitate hereditaria, ut in eo non possit quis succedere, nisi sit heres.  
Quod de eo non possit disponi in prajudicium agnatorum.  
Quod non veniat in petitione hereditatis, vel restituzione fideicommissi, nisi fideicommissarius sit ex vocatis in prima investitura.  
Quod deferatur hereditario jure.

Quod in eo succedens debat esse heres primi, vel ultimi decedentis, & quod transeat ad agnatum, qui non sit heres, quando hereditas est à lege delata; sed ablata ab homine, vide doctissime per *Surd. in conf. 63. vol. 1. ad comprobationem eorum, quae tradit Anna sen. alleg. 125. & 126. ubi Confiliar. de Anna fil. in addit. Dominus meus de Curte in 1. par. de feudis, cap. 14. num. 60. Dom. Confil. de Georg. alig. 20. ubi pro hac opinione enumerat 28. DD. quidquid comminiscatur Confil. Gizzarelli. decis. 28. cuius motiva resoluta remanent ex solida doctrina dictorum Regni Sapientum.*

Ad num. 13. ad ornatum *Glos. in confit. ut de successionibus*, adde *Lanar. conf. 1. num. 22. post Anch. conf. 339. relatum per eundem Lanar. ibid. num. 39.*  
Ad num. 15. adde *Lanar. citato conf. 1. num. 22.*

Ad num. 54. ad materiam fraudis adde omnino *Thefaur. jun. lib. 2. qq. forens. cap. 76. per totum*, qui non solum latè confirmat dispositionem in fraudem successoris in feudo esse nullam, & invalidam, & interdum concedendam esse actionem revocatoriam; verum quod magis est, si feudatarius habens feuda, & bona libera allodialia, disponat de bonis liberis, illa legando, & distribuendo, ex quo necesse sit pro solvenda dote filiabus, quæ ex decreto Ducali debetur in subsidium super feudis, recurrere ad feuda, ex quo præjudicetur Agnato alias successori, vel Domino; censi hujusmodi legata de bonis liberis adhuc in fraude,

## ADDITIONES

Ad quartam Controversiam.

## In eadem causa.

**A**D num. 1. ad text. in 1. ult. C. si quis aliquem testam probib. adde *Dom. meum sacerum Camill. de Medecis conf. 34. Cavalc. de tute, & curat. n. 280. Dom. Reg. Valenzuela confit. 29. num. 30. cum sequ. lib. 1. voluntas enim libera, & spontanea non censetur, ubi suastives, & importuna præces interveniunt, l. i. §. persuadere, ff. de servo corrup. l. si superflite, C. de dolo, Cephal. confil. 207. num. 71. lib. 2. & paria sunt obtinere per importunitatem, & metum, Boer. decis. 101. & persuadere est plusquam compellere, & cogere sibi parere, d. §. persuadere. Menoch. conf. 175. num. 4. lib. 2. latissime Castil. Hisp. cuius scripta novissime, dum hæc revideo, ad manus pervenerunt, lib. 3. quotidian. controvers. cap. 1. n. 122. 184. cum sequent. & 193. & tomo 4. cap. 22. num. 105. & 107.*

Addit. ad num. 4.

Voluntas enim per dolum a propinquis extorta nullius debet esse considerationis, & attendi non debet *Rota Marchia decis. 129. part. 2. Becc. lib. 1. conf. 86. num. 22.* & testamentum ad interrogacionem propinquoi factum nullius est momenti, ut in pulchro casu decisum testatur *dottiss. Randolph. decis. Pisara 43. per totam, ubi n. 19. ita quoque dictum per Senat. Mediolanens. Non enim faciendum esse testamentum ad interrogationem propinquorum, vel à personis interesse prætentibus, & suspectis, plenissime discurrit, Tbesaur. jun. lib. 2. qq. foren. cap. 99. num. 10. in fin. & in materia revocationis testamenti, quod reddatur nullum ex hoc etiam si testator dixerit, revoco testamentum: quia voluntate intestatus decedere, idem Tbesaur. d. tract. lib. 1. cap. 56. num. 10. in fin.*

## SUMMARIUM.

- 1 **R**efatarionem vasalli de dominio usili factam in testamento, nullam jus tribuere directo Dominio non sequuta acceptatione ipsius ante obitum vasalli.
- 2 **D**uctores, qui in materia feudali aliquid fundare non possunt ex iuribus feudalibus, recurvans per sepe ad vasum pelagum juris communis.
- 3 **C**onsensus contemporaneus, & retrogradatio necessaria ad resolutionem contractus, & an sufficiat retrogradatio facta.
- 4 **F**euda omnia in Regno sunt concessa ad certum, & determinatum servitum.
- 5 **T**axa servitii in Regno est uniformis, nisi in feudis devolutis.
- 6 **F**eudatarius in feudo dato ad certum, & determinatum servitum non potest sine Domini voluntate feudum refutare.
- 7 **R**esolutio inest ex natura feudi in feudo dato sine certo, & determinato servitio non aliter, & illud est quod resolvitur, num. 8. & num. 38. 39. 40.
- 9 **C**ontractus feudi est nominatus, & ultero, ceteraque obligatorius, & num. 10.
- 11 **F**eudi contractus sicut mutuo consenserit contrahitur, eodem modo dissolvitur.
- 12 **R**etrogradatio necessaria ad dissolvendum contractum feudi debet contemporaneo, & simulante consensu fieri, & num. 13.

- 14 *Donatio quamvis sit contractus ab unius voluntate dependens, adhuc retrotraditionem requirit ad dissolvendum.*
- 15 *Contractus non perfecti traditione reali; sed tantam facta, adhuc ad ipsorum resolutionem exigunt retrotraditionem, & num. 16.*
- 17 *Traditio non necessaria in venditione rei commoda, &c., vel deposita eidem commodatario, vel depositario facta, quomodo, & quaratione contingat.*
- 18 *Actus facilis perficitur, quam dissolvitur jam perfectus.*
- 19 *Dictio (interdum) signat regulam in contrarium.*
- 20 *Regula adhærendum in dubio etiam in casibus privilegiatis.*
- 21 *Dominii natura illa est, ut traditione queratur.*
- 22 *Distractus non dat titulum.*
- 23 *Retrotradicio facta non sufficit, quando præcessit vera in perfectione actus, & licet Bart. contrarium sentiat, in hoc à DD. non probatur, num. 24. & si est vera illius opinio, non applicatur ad casum nostrum, num. 25.*
- 26 *Factum est necessarium, ut jus applicari possit,*
- 27 *Uſusfructus similitudo, qui sola refutatione consolidatur cum proprietate, nihil in hoc cum feuda habet communę.*
- 28 *Uſusfructus cum feudi contractu plura discrimina, 29. 30. 31. 33. 34.*
- 32 *Fendarius habet usile dominium, quod non est alius chymera, prout censuit Iacob. à quo discidunt com. Hern. & DD. & num. 37.*
- 35 *Dominium habens nos potest à se illud abdicare sola voluntate, etiam si habeat solum usile.*
- 36 *Dominium usile difficulter à se quis abdicare potest, quam directum.*
- 41 *Institutio facta causa dicitur tam lita mota, quam novenda, & num. 42. 47.*
- 43 *Rex institui dicitur litiis causa dupliciter, & n. 44.*
- 45 *Institutio hereditis non est contra editum de alien. judic. mutand. causa facta; sed limitatur in institutione facta, 46. & 48.*
- 49 *Lis dicitur cum eadem persona, etiam si sit successor actoris, vel rei universalis, vel particularis.*
- 50 *Dominium transcrii ex hereditate, vel legato ad beneficium Fisci non est opinio tuta, & ipsa admissa, restringenda est in dispositione valida, & non in fraudem facta, num. 51.*
- 52 *Actus, qui non valeat, de jure est, ac si non intercessisset.*
- 53 *Veritas contradictione magis elucet, & robatur,*

### Pro eodem Duce Gravine in eadem causa, objectorum resolutiones.

**A R G U M E N T U M.**  
*Vassallum, sive feudatarium inutiliter refutare directo Domino in testamento feudum concessum ad certum, & determinatum servitium (cujusmodi sunt feuda in Regno) in prejudicium legitimorum successorum jure aperto vocati ad ipsius successionem ex tenore investiture, nisi ipse directus Dominus acceptet refutationem ante mortem resulantis. Veram retrotraditionem necessariam ad dissolvendum contractum perfectum per dominii traditionem, nec sufficere factam; & an in distractu sit necessarius consensus simultaneus, & contemporaneus, de usufructu ad feudum, argumentum non est ubique*

*firmum ob plura discrimina inter utrumque, & praesertim translationis utilis dominii in feudis, quod probatur esse verum, & reale, non chymaram contra dictum aliquorum; institutio, vel legatum litis causa facta rejicienda, & alia pro confirmatione eorum, quae in prima controversia sunt fundata, ut objecta adversariorum diluantur,*

### C O N T R O V E R S I A V.

**Q**uod sola refutatio facta Regi per D. Julianum Ursinam in ejus testamento de Statu Bifiniapi nullum jus constituerit, non sequuta acceptatione Regis ante obitum refutantis, nec aliqua alia traditione jam plene fundatum est in prioribus scriptis iuribus, rationibus, & autoritatibus principiis Andree ariæ Feudistarum. Videntes vero adversarii, nullam, vel levem oriri, ac decipi posse objectionem ex legibus feudorum, ad valorem Pelagum Juris Romanorum configurerunt, ut si ex his salubres aquas haurire non possent, saltē sordidare eas in damnum Ducis Gravinenium non erubescerent.

Objiciunt adversarii in responso *Reg. de Poste* in vol. 2. noviter edito sub num. 147. Regulam illam contemporanei consensus, & retrotraditionis necessariam ad revocandum dominium à contrahentibus, non esse intelligendam de vera retrotraditione: sed factam sufficere, illamque intervenisse, imo consensum Domini, non esse expetendum, nullamque retraditionem expectandam in casu feudatarii refutantis directo Domino, cum tali casu per viam actionis, & consolidationis utile dominium directo uniatur, quod tandem exemplo ususfructus nituntur probare,

Item objiciunt non procedere assumptionem, quod Rex non debeat acceptare refutationem tanquam litiis causa factam: quia nulla lis apparere inter D. Julianum, & Ducem. Hæc sunt calculus omnium, quæ pro parte adversariorum adducta, ut fertur, iura Ducis decolorare aliquo modo videbantur. Coetera enim, vel ea, quæ ad exuberantiam pro Duce scripta sunt, tangunt, vel omnino à semita facti aberrant, objecta juris verum ministerium non continent, nec perverttere possunt factum in substantia; sed in presupposito tantummodo aere confingunt, ideoque factibus replicationibus diluuntur, arg. tex. in *I. apud Celsum, §. contra Senatus consulti, ff. de doli malii except.*

4 Feuda in Regno nostro certum, & taxatum servitium habent, *Andr. in cap. Imperiale, §. firmister de probib. feud. alien. per Feder. adeò quod taxa servitii, nec augmentatione, nec diminutione supponitur D. meus Avunculus, & Magister Praef. de Curte in 1. par. sui divers. cap. 13. num. 62. qui ita in Camera practicari docet, ubi quod non mutatur, nisi in feudis devolutis Regiæ Curie. Eo autem casu, scilicet quando feudum continet certum, & taxatum servitium, feudarius non potest feudum sine Domino voluntate refutare *Glos. notab.* quæ bene disputat, & ita resolvit distinguendo feudum cum servitio certo, & taxato, à feudo liberè simpliciter, & sine aliquo servitio determinato concessio in cap. 1. §. alt. de Capit. qui cur. vend. & meram veritatem hanc esse docet ibi *Andr. num. 24.* glossando dicta omnium Doctorum, qui videntur contrariari, ut cum hac distinctione concilientur; posse scilicet refutari, vel non, si est sine determinato servitio feendum,*

dum, vel cum determinato, ex qua doctrina resolutur dictum Bald. in §. Rer. sas, quibus modis feud. amit. dum dicit, quod ipse ex natura feudi ipsa refutatio, ut intelligatur, in feudo sine determinato servitio, prout esse intelligenda dicta omnium scribentium dixit Andr. qui reddit rationem in c. i. §. bus. jus autem generis, quibus ex caus. feud. emit. ante n. 13. Bal. sequitur eandem Glus. in proemio, n. 12. in d. c. i. n. 20. de cap. qui cur. vend. & in c. i. in fine, de vas. falso, qui contra const. Litterarii, ubi declarat recte intenti, quod feudum dicitur annihilari, quando sit refutatio Domino, si feudum non habet taxatum, & determinatum servitium, quod resolvit illas doctrinas extravagantes, quae adducuntur; quod per refutationem feudum resolvitur: non enim procedunt in feudis Regni nostri, quae habent determinatum, & taxatum servitium, eandem distinctionem Glus. firmavit ex Civilistis Bart. post Dyr. & alios antiquos in his cum quo, ff. de aqua, p. a. arc. Prepos. ip. cap. i. §. similiter il quarto, n. 1. de Capita, qui cur. vend. An. repet. rub. de vasallo decrep. etas. num. 15. & 16. & ratio est in promptu: quoniam contractus feudalis est contractus nominatus, Bart. in l. iuris gentium, §. quinimum, n. 19. ff. de pactis, Nat. cons. 554. n. 13. volum. 3. & 4. Roland. cons. 3. n. 32. & n. 147. vol. 1. Cephal. cons. 559. n. 45. volum. 4. Cocherau. cons. 59. n. 4. & ultra, citroque obligatorius Paris. consil. 1. n. 3. & vol. 1. Bertrandus consil. 15. n. 5. vers. 3. q. in feudo, volum. 1. Surd. consil. 57. n. 13. vol. 4. Cephal. consil. 197. n. 8. vol. 2. qui sicut mutuo contrahitur, ita eodem modo, nisi mutuus consensus interveniat, dissolvi non potest ad text. in l. s. c. C. de act. & oblig. & quia nullus adest contradictor vel ignarus terminorum, alias adducere authoritates opus non erit.

Requiritur item ad dissolvendum contractum sic initum inter Dominum, & Feudarium retrotraditio, l. 1. vers. etenim, C. quando licet ab emp. discedere, & lab. emperio, ff. de pactis, ubicunque cum titulo conjugitur traditio, tunc sola resolutio tituli non inducit reter translationem dominii: quia ubi ex titulo, & traditione simul junctis translata est possessio, licet titulus annuletur, vel resolvatur, impossibile est transferri dominium sine retrotraditione Glus. ult. in fin. quam Bald. ibi extollit in ult. verb. in l. 1. C. de inoff. donat. per quae jura ita docuit Ifern. bene declaratus in prioribus allegationibus in c. Sancimus il 2. n. 1. in fin. vers. nam dominium. Quo tempore miles, & de feudo sine culpa non emit. vers. ex quo nos servit, ibi, Quid dominium directum, & latius n. 5. & in §. sed & res. n. 6. in fin. dum citat l. ea lege, C. de condic. ob caus. ubi Episcopus Lippard. literis Q. & S. Per quos fiat investit. & in tit. de vasal. decrep. etas, ubi ipsum citat idem Episcopus d. §. 1. de feudo sine Calpa, n. 5. Prepos. Mediol. alio nomine Cardinal. Alex. in leg. Imperiale, §. callidiss. post n. 1. vers. & dixit Bald. de probib. feud. alien. per Feder. Alex. consil. 10. videtur fortasse n. 2. lib. 1. & consil. 92. perspectis iis n. 3. eod. lib. Jaso. consil. 211. in fin. vers. & ad hoc facit, lib. 2. Consil. Georgius alleg. 3. n. 21. unde licet D. Ponte in tract. de potestas. Prur. gis ist. de assensib. Regis super alien. feud. §. 2. n. 46. dicant, dominium transferri suspenso ex Bald. in l. 3. C. de pactis inter emp. & vendit. late per D. Francis. decis. 64. & latissime per Giur. hom. decis. 24. ex n. 9. ubi de more congerit infinitos; nihilominus ipsorum doctrina declarationem necessario recipere debet, ut intelligatur juxta theo-

ricam, & distinet. Bald. in d. l. 1. C. de off. donat. communiter uno ore ab omnibus receptam.

Confirmantur predicta ex illo simili, quod si per privilegium transferatur dominium sequuta traditio vera, vel facta, privilegium, quod alias erat revocabile, efficitur inrevocabile, juxta doctr. ejusdem Bal. in l. quis se patris, n. 34. C. unde liberi, cum insin. per D. Reg. Carol. Tapiro in l. fin. pars. 2. cap. 11. num. 54. ff. de const. Princip. cuius aurea repetitio in juventute composita, plena mera eruditio, & doctrina celebratur à DD. totius orbis, & latius de hoc scripti pro Regio Fisco in materia, revocationis demaniorum.

Ex quo apparet, quantæ efficacie sit possessionis traditio, ut contractus non resolvatur sine retrotraditione, per quae jura ita docuit Ann. bene declaratus in prioribus; hæc autem retrotraditio debet esse contemporanea; & simultanea cum voluntate utriusque contrahentis Bart. notabiliter in d. ab emperio, n. 14. adeò quod & si consentirent de dissolvendo contractu, & postea ex intervallo superveniret retrotraditio, nisi tunc etiam adest consensus utriusque nec contractus esset dissolitus, ut Bart. ibi perbellè tradit post Petrum antiquum Da. Storem, quem ipse resert, & ante Bart. tenuit Glus. in d. ab emperio in glossa magna in princip. licet unica verbo, sequitur Saly. in l. 1. C. quando licet ab emp. disced. sub n. 3. Paul. de Cast. in d. l. ab emp. n. 4. & ali. quod item procedit ad resolvendam donationem, quæ est contractus ab unius tantum voluntate dependens ita Glus. in d. l. ab emp. in glossa magna, Bart. ibidem, Bald. in l. 1. C. quando licet ab emp. discedere, aliquique passim.

Quod item ampliatur, ut procedat etiam in dissolutione contractus non perfecti traditio reali, sed tantum facta traditio, ut tali casu nec sufficiat consensus contrahentium; sed retraditio etiam necessaria sit Glus. Bart. Bald. Paul. & alii in d. l. ab emp. Saly. in d. l. 1. C. quando licet ab emp. discedere, quorum authoritas determinat casum nostrum: nam & si dicamus remanere in possessione directum Domini num infeudantem; non tamen sine retraditione talis contractus dissolvi potest, & remanet resolutus. Nec quicquam obsunt text. in l. qua actione, §. interd. ff. de acq. poss. & §. interd. inst. de rer. divisi. ubi dicitur, quod si res reperitur deposita, vel commoda alicui, & deinde eadem res vendatur depositaria aut commodatario, quod acquiratur eidem sine alia traditio; nam ille casus est in perfectione actus, & adfuit traditio ab initio licet non ordinata ad dominii translationem, & deinde supervenit consensus utriusque contrahentis ordinatus ad translationem domini, ut aperte sonant verba illarum legum quæ uniformia sunt, & casui nostro adaptari posset decisione illarum, probandum esset, quod in hoc secundo actu solius videntis adest consensus, quod fundari non potest: nam quomodo dici potest venditio, si emperor non consentiat, certè nullo modo §. 1. inst. de emp. & vendit. l. 1. & 2. C. quando licet ab emp. disc. & inst. de oblig. quæ ex consensu, per totum leges illæ loquuntur in perficiendo actu, nos loquimur in dissolvendo, quod non ita faciliter sit, l. s. c. de act. & oblig. & per totum C. de revoc. donat. ubi notab. exempla, ibi adfuit traditio ab initio, in casu nostro, nunquam D. Julia tradidit Regi, nec ut transferret dominium, nec tenetum, & leges predictæ in omni alio casu firmant cōtrarium, dum utuntur dictio ne interd. quæ regulam denotat in contrarium, tunc

1. interdum, ff. qui pot. in pign. junc. sex. in l. qui prior. de reg. juris in 6. cum concordantibus, adhærendum 20 est regulæ etiam in casibus privilegiatis, nisi expre- sè reperiantur excepti l. in fraude, §. ultimo, ff. de 21 milit. cest. natura dominii est, ut queratur traditio- ne l. traditionibus, C. de pactis, ad illam res semper re- verti solet l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & dixit Bald. referendo hoc dubium, quod distractus 22 non confert titulum, & idè non potest retransf- erri dominium sine retraditione in d. l. ab emptione post num. 2. ver. 3. quærat Gloss. & d. u. m. 3. i. n. f. ibi Primo responder, & allegat text. optimum in l. si profundo, C. de transac. cui doctrinæ replicari non potest.

Et ad id, quod objicitur ad resolvendum contra- 23 etum sufficere factam retraditionem : per consti- tутum, vel precarium, non est verum, quando præ- cessit vera traditio in perfectione actus, Gloss. in d. l. ab empt. in gloss. magna ibi, at hic verus actus deside- rat, ita intelligendo text. in leg. 1. C. quando lic. ab empt. d. sc. Saly. in d. l. 1. C. eod.

Et lices Bart. ita videatur firmare licet factam re- 24 tradicionem in d. l. ab empt. ny. 6. ff. de pact. quem se- quitur solus Paul. ibidem; cuius dictum non potest substineri: nam inquit ipse, facta traditio est aequipol- lens vera traditioni, quad quidem ab omnibus re- probatur : siquidem facta traditio non liberat ab actione ex empto, prout vera, Gloss. in l. Julianus §. ex vendita, in verba precaria sit, ff. de action. empt., Bald. in d. l. si ab emptione sub u. m. 3. ubi allegat Pe- trum, & Cynam, Paulusmet ibidem, aliquie post eos, cessat igitur fundamentum Bart. quod facta retradi- tio sit aequivalens vere retraditioni; ergo ejus di- 25 etum subsistere non potest ad notatæ per Gloss. & Bart. in l. 1. C. de legitim. tutor.

25 Sed vera sit doctrina Bart. ubi contemporaneus consensus, quem necessarium ex juribus supra alle- gatis idem Bart. judicavit in ead. l. nu. 14, ubi hoc constitutum atque precarium, certè non intervenit in testamento D. Julianæ, nec in aliis solet intervenire, & proinde objectionibus deficit jus, item defi- 26 cit factum, ad quod saltem debebant advertere ad- versarii, prout monet Imper. in l. ut responsum, C. de transac. Jureconfante eum in l. si ex plagi, §. in clivo ff. ad l. Aquiliam.

27 Et similitudo ususfructus, qui sola refutatione consolidatur cum proprietate, & acquiritur Domi- no, §. finit. de ususfr. non procedit: nam jus debile est ususfructus, l. batensis, & l. usufructuarius novum teclorium, ff. de ususfr. ubi nullo modo li- citum est disponere, vel alterare rem, super qua ca- dit ususfructus ipsi usufructuaria etiam, si in melios l. ultim. ff. de ususfr. habit. quod non vetatur feuda- tario etiam juxta Constitut. Regni Constitutionem diva memoria in fine, unde de uno ad aliud argu- mentum procedere non potest, nec regulariter illud statui l. ut. C. de jur. & fac. ignor.

28 Ususfructus perit morte usufructuarii d. §. finit. insit. & leg. corruptionem, C. de ususfr. feudum est perpetuum c. 1. §. ultima in quibus causis feud. omitt. ibi, ut ad feudatarium, & heredes suas in perpetuum pertineat, Alvar. in c. 1. §. insuper de pignori feudo da- to. D. Praes. de Carte in suo divers. c. 18. n. 14. qui alios citat, insuper usufructuarius confessoria dumtaxat 29 agere potest l. 1. in princip. & l. ut ifrui §. utrum, & ibi gloss. ff. si ususfruct. per. at feudatarius tam contra Do- minum, quam quemcunque alium possessorem uti- li rei vindicatione uti potest, l. 1. in fine, & leg. 2. ff. si ager vctigal. vel empbis. per. Ifern. in praludiis feud.

quaest. 6. nec in usufructuariio consideratur illa ultro citroque obligatio, quæ, in feudario, ut supra re- talimus, locum sibi vindicat Note. cons. 563. ex n. 23. volum. 3. qui num. 25. etiam inquit, quod & si in- ter eos aliqua similitudo intercederet, aetamen quo- 30 niam feudatarius non diceretur simpliciter usufru- ctarius; sed secundum quid; igitur quod de usufru- ctuariio dicitur, in eo procedere non potest arg. l. hoc legatum ff. de leg. 3.

31 Differt tandem, ne in longum protrahamur: quia usufructuarius non habet aliquod dominium leg. recte dicimus, ff. de verb. sign. cum concord. tradit. Bart. in l. 1. §. ult. ff. de oper. nov. nunc. ubi afferit, usu- fructuarium jus debile habere, idem Bart. qui resol- vit contrarium de illo text. in leg. in venditione, ff. de bon. aut b. jud. possid. & Jason, qui omnes objectio- nes removet d. l. primo, §. ult. ff. de op. nov. nunc. ut infra latius scripsi pro Domino Ducæ Nuceræ su- per refutatione facta per Ducem Montis Leonis ejus sacerdotum D. Hieronymæ Pignatellæ ejus filiæ secun- dogenitæ controversæ: . . .

32 Feudatarius autem habet utile dominium Andr. qui ita tenere omnes, excepto Innocentio, docet in cap. 1. num. 9. de capit. Corradi, & male allegatur ex adverso, quod sit, chymera: nam loquitur de chy- mera secundum opin. Innocen. qui solus omnibus fuit adversatus. ut docet Andr. Bald. in prælud. n. 23. qui per plura illud fundat, & subdit n. 24. illos, qui hoc negant, dicentes esse chymaram, nescire quid dicant.

33 Et ex hac differentia resultat notiorum discrimen in casu, de quo queritur: nam, quia usufructua- riis nullum habet dominium, imò solam possesso- nem naturalem l. naturat. ff. de acq. poss. sola vo- luntate potest à se abdicare usumfructum, l. 3. §. in amittenda, ff. de acq. poss. & l. 1. §. si vir axori, cum ibi 34 not. ff. eod. at in eo, qui dominium habet, fieri non potest, ut sola voluntate à se illud abdioet, ita pun- ctualiter inter possidentem, & habentem dominium distinguit text. in leg. si quis vi. §. differencia, ff. de acq. poss. quod non solum procedit in eo, qui dominium 35 directum habet, sed atiam in eo, qui habet utile, in term. Bart. in d. l. si quis vi. §. differencia, n. 6. ibique num. 15. Alex. qui declarando Bart. descendit ad articulum nostrum, in feudario refutante feudum Domino, ut non possit nuda voluntate, & adducit innumeras doctrinas, & ratio Bart. & Alex. ut dif- ficiilius amittatur dominium utile, quam directum, 36 est quia utile acquiritur per contractum, qui ab os- fibus separari non potest, ut notatur in l. quis ergo casus, ff. de pecul. & in l. si sine, cum §. sed quod Pa- pinian. ff. de minor. & hoc est quod ponit gladium ad radicem.

37 Ad objectum, quod dominium utile feudarii sit chymera, patet ex his responsio, & ex Bald. qui per quatuor iura fundat, utile dominium non esse chymaram, dicente eos, qui contrarium dicunt ne- scire terminos, & Andreas declarat, quod chyme- ra de utili dominio non sit sua opinio, sed Innocen- tii, cui soli omnes adversati sunt, ut videre est in c. 1. n. 9. de cap. Corradi. quamobrem non est opus, ut insurgam contra adversarium obloquentem cum ipse Bald. optimè, pro me vindictam sumperit.

Quinimò adeò utile dominium est considerabile, ut ipsum vincat directum, & sit majoris ponderis And. in pluribus locis citatis per Fre. de subfec. lib. 2. post §. supereft 4. quaest. num. 12. Cravett. cons. 411. n. 26. & 39. Raudens. respons. 1. n. 294. lib. 2. & quod licet

licet sit velut chymera , tamen quandiu durat , vincit directum *Intrigl. de feud.censur. 1.n. 19. ex And.*  
*& Hostiensis fundat de Francb. decif. 131.n. 26. & 27.*

Ad doctrinam *Bald. in cap. 1. §. rursus* , in quibus  
 38 causis feudum amitt. ubi dixit , quod refutatio est  
 de natura feudi , & in cap. 1. §. hoc quoque , de suc-  
 cess. feudi , ubi quod per refutationem nihil à Vasal-  
 lo in Dominum transfertur . jam fuit responsio tra-  
 dita ex distinctione *Gloss. in §. ultimo* , de capit. qui  
*cur. vend. ex And. & Bald. in pluribus locis* , ut pro-  
 cedat in feudo sine determinato servitio , quod est  
 mera gratia , non in feudis Regni nostri , quae ha-  
 bent determinatum , & taxatum servitium nunquam  
 variabile .

39 *Glossa* , quæ allegatur in contrarium in *Constitu-  
 tione Regni* si dubitatio , arguit multum pro illa parte ,  
 ut nuda voluntate possit refutari , sed postea arguit ,  
 & firmat pro hac parte , ut est videlicet maxime in *q. in-  
 ta col. ibi* , ne tamen videamus , ita fiscum diligere ,  
 ut erreremus , & omnes rationes quæ adducuntur in  
 contrarium , resolvuntur ex distinctione supra facta ,  
 de feudo habente determinatum servitium , vel nul-  
 40 lum , aut indeterminatum , generalia enim , distinc-  
 tionis clara redduntur , ut in *l. opus antiquos* ubi  
 notatur *C. de furtis* .

Secunda principalis objectio , quæ aliquem colo-  
 ren. videtur habere , est , quia in prioribus scriptis  
 fuit fundatum , testamentum D. Juliae , suspectum es-  
 se habendum ; tanquam litis causa , in eo fiscus sit  
 institutus , & tamen non adfuit aliqua lis inter D. Ju-  
 liam , & Ducem Gravinæ , arguunt igitur adversa-  
 41 rii quomodo causa litis factum , si lis non erat , nec  
 instituta , nec jactata institui ?

Sed responsio est clara , quod si non adest factum ,  
 jus adsistet , sed adsistit etiam factum , quia lis jam  
 erat mota .

42 Jus non requirit , ut sit mota lis , sed sufficit , quod  
 sub illa spe hæreditatem relinquat quis Regi , ita for-  
 maliter intellexit *text. in l. pen. ff. de hered. inst. Bal.*  
 ibi , cuius verba sunt hæc : *Nota contra illos* , qui in-  
 stituunt Ecclesiam Romanam sperantes , quod Ecclesia  
 moveat lites consortibus , sequuntur Ang. Jo. de Imo-  
 la , & alii , & hoc in terminis fundat *text. in l. res. §. li-  
 tes cum gloss. in verb. se quis* , *ff. de iur. fisci* , per quem  
*text.* ita docuit eadem *Gloss. in d. l. pen. ff. de hered.*  
*inst. in gloss. 1. ubi voluit text. illum procedere* , sive

43 instituatur Rex , ut aliis moveat litem , sive ut non  
 moveatur fisco per successorem , prout posset move-  
 ri alteri non tam potenti , & hoc est semper in du-  
 bio , & all. *text. in d. §. lites* , & ex *gloss. in d. l. g. penult.*  
*Faber. in §. ultimo quibus mod. test. infirm. lib. 2. in-*  
*st. & Jo. de Imola* , qui de communi testatur in d.  
 44 *l. pen.* & licet adversarii dicant , quod *gloss.* hoc non  
 dicit , decipiuntur : nam *gloss. in d. l. pen.* opponit  
 de *text. in l. ex boe editio* , §. alienare , vers. sedbare-  
 dem *instituendo* , *ff. de alien. jud. mut. caus.* ubi decidi-  
 45 tur , quod hæredis institutio non est contra editum :  
 quia necessitas facit cessare edictum , inquit *Gloss. ibi* ,  
 in verbo non erit , per jura , quæ allegat , subdit *Gloss.*  
 46 in *d. l. pen.* specialis est in eo , qui instituit hæredem  
 fiscum ; ergo in eo cessat necessitas , & sic adest do-  
 lus , qui ex necessitate absuisse presumebatur , ex qui-  
 47 bus appetet , quod seclusa lite de facto , sufficit , quod  
 lis moveri possit , prout eventus declaravit , quod  
 erat movenda , ad *text. in §. cervos* , cum sua *gloss. ult.*  
 & addit. ad *illam* , *inst. in rer. divis.* & si eventus  
 non declarasset , sufficiebat , quod ita in dubio pre-  
 sumebatur ex supra alleg. adeo quod tanquam in

fraudem litis factum testamentum prædictum , accep-  
 ptari non debeat .

Sed quod magis , aderat etiam lis : nam D. Julia li-  
 tigaverat de eadem re eum Comite Saponariæ , & ob-  
 tinuerat contra Comitem in possessorio ; unde ut  
 adimeret , vel deterreret prosequitionem petitorii ,  
 instituit Regem sub spe , ut litibus ipse Dux invol-  
 48 lueretur in petitorio , quod maximum quidem est  
 damnum , et si deinde victoria sequeretur *l. minor. 6.*  
*ff. de minor. Bald. in autb. si omnes* , *C. si minor. se ab*  
*bared. abst. & punctualiter decidit Gloss. in l. & an*  
*eadem, in gloss. magna, ff. de except. re. jud. ubi dicit* ,  
 49 litem motam dici cum eadem persona , etiam si cum  
 successore actoris , vel rei universalis , vel particula-  
 ris agatur ; erat mota lis cum D. Julia , igitur , & cum  
 Duce ejus successore , & per consequens jus sine fa-  
 ctu sufficeret , ad superabundantiam , adest etiam fa-  
 ctum , scilicet lis verè tunc mota , & existens .

Quibus sic fundatis , remanet resolutum objectum ,  
 quod ex legato , vel hæreditate transferatur domi-  
 niūm in fiscum sine traditione , ut testator *Peregrin.*  
 50 *de jur. fisci lib. 6. in tit. de præscript. fiscalibus, n. 3.*  
 & 4. nam ultra quod hæc est opinio sat contraversa ; nam *Paul. de Castr. in l. ultim. C. de Sacros. Ec-*  
*cles. fine dubio facit plures distinctiones* , & conclu-  
 51 dit , non æquiparati fiscum Ecclesiæ ; admissa dicta  
 opin. pro vera , quod ex legato , vel fideicommissio  
 queratur fisco dominium sine traditione , est intelli-  
 gendum in fideicommissio , & legato valido , scilicet  
 quando constat non esse litis causa factum ; nam ex  
 actu inutili , & fraudulentio , dominium abdicari  
 posse à vero Domino certè non video , quod pro ab-  
 soluto notant *D. D. in l. 1. §. si vir uxore, ff. de acq. poss.*  
*Bari. n. 4. Alex. in initio. Jasante n. 12. aliique passim;*  
 52 actus enim qui non sublit ex iurisdispositione , est  
 ac si non intervenisset *l. 2. ff. de autb. tutor. l. quoties,*  
*ff. quis satisdar. cog. l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud.*  
 sine refutatione prædicta non esset translatum domi-  
 nium , hujusmodi refutatio est ac si non esset ; igitur  
 nullum dominium translatum . Ex quibus magis cla-  
 53 ra remanent . jura , in prioribus controversiis pro-  
 Duce fundata , ut ex *Gloss. deducitur in cap. inter di-  
 lettos. de fid. instrument. Divus Gregorius in bonilia* ,  
 quæ legitur in *Evangelio super 8. Paschæ dum do-*  
 cet , quod dubium , *D. Thom. Apostoli mirum in mo-*  
 dum confirmavit fidem nostram .

### Exitus controversiæ successionis, Status Bisiniani .

**H**æc profecto causa , variis exagitata sententiis ,  
 consultationibusque sèpe sapientiis , non modo  
 Neapoli in Officialium delegatorum confessu , inque  
 Reg. Cam. & Collateralis subselliis , verum etiam à  
 supremis , gravissimisque Curiae magistratibus di-  
 sputata ; demum , neque utilius , neque decentius vi-  
 sa est posse , quam transactione definiri : Quod , cum  
 utrique Majestati , Philippi scilicet III. gloriose me-  
 morie Regis , & Philippi IV. quem Deus Opt. Max.  
 diu servet incolumen , summè probaretur , iussum  
 fuit ad exitum perduci ipsos quoque Principes , cæ-  
 terosque Proceres , quorum intererat successio , ac  
 præsertim Gravinenium Ducem , cui nempe , senio  
 consecro , neque spes ulla habendi successorem , neque  
 satis firma valetudo erat , eadem prorsus omnes fui-  
 se sententia , ab ipso litis initio certum est , quippe  
 quibus non aliter rebus suis consulendum videretur ,  
 nilque sine antiquius , sive promptius esset , quam  
 regiæ

regis voluntati, ut pars est, obedientiam, obseruantiamque præstare. Et hoc quidem videre est ex eteris ipsorum Regum litteris, primis Philippi III. die 21. Januarii anno 1613. ad Dominum Comitem de Lemos datis, secundis ejusdem 20. Februarii anno 1619. ad Ossunensem Ducem, ubi de translatione differitur; tertii vero Philippi IV. 16. Maii 1621. ad Dominum Cardinalem Zapattam scriptis. Quibus utique litteris factum est, ut statim conventionis capita formaretur, sequereturque deinde transactio, quæ solenni postea stipulatione præcedente Cameræ consultatione anno 1622. 10. Maii perfecta est. Afferam huc pon nulla verba, quæ inter cetera in primis litteris leguntur: *Me ha parecido que accestar la dicha herencia antes de concertar las pretensiones non solo no seria util, si no muy prejudicial, y danoso, & paulo post, y asi para asegurar, y mejorar el partido en nenguna manera convendria que se llegasse a accestar la herencia si no despues d'estar convenido con el dico Principe, y bañiendosi lo mismo con los de mas quedaria todo mas justificando, y no solo se conseguiria la utilidad que se presupone con satisfaccion de los enteressados, pero resultaria un gran beneficio al publico, y la quietud de mis subditos estinguendo muchos pleitos entre personas de tanta qualidad.*

Et licet in consideratione, sive ut vulgo dicitur discursu, cum de prætensis à Marchione Vallis sermo esset, ponatur, que si cree su pretencion effer dudosa, paulo tamen inferius subjungitur, pero importa mucho al Fisco dar satisfacion a todos, y feder como oriundo se ha dicho las pretensiones que ay, a fin que ninguno se pueda querer que con la potencia del Fisco queda oprimida su justicia, y esta mira se ha de llavar particularmente en toda la direccion, y conclusion de este negotio, ubi Ducis Gravinenium rationes in ipsa disponendi interdictione fundatae quanti fuerint ponderis, quantumque existimationis per subnexa hic earundem litterarum verba aperte ostendit, ibi, si bien se reparra por el Duca de que se bizo la prohibicion alla Princeza Donna Julia para que no pudiesse enagenar, ni disponer de sus bienes, y que haviendo dexado una parte dellos al Principe su marido, me dexo a mi la otra para con esta sombra se sustentasse la disposicion que byzo, y aunque a prima facie parece que esta prohibicion se ha da extender solo por las enagenaciones entre vivos, y no de la disposition en ultima voluntad, todo via come esto se sabra mejor por los ministros d'esse Reino que la estabilizieren he accordado de remitirlos.

Atque etiam prædicti articuli ambiguitas, secundis S. Majestatis literis anni 1619. his verbis indicantur, que por ser esta materia, &c. Quod autem inhibitione à Prorege simul, & à delegatorum officialium consensu in Collateralis subselliis facta æquè ultimæ voluntatis dispositionem, & alienationem per actus inter vivos amplectetur, clarissime patet, tum ex fide 10. Junii anno 1609. in scriptis hac de re facta ab Andrea de Salazar Regni Secretario, tum etiam ex instructionum capitibus à Camera, iussu Proregis Domino D. Berardino Montalvo tunc Præsidenti traditarum, quippe cui, Job instantem, imminentemque Principes, D. Julii Ursinæ obitum, in Calabriam missio, Fisci, & Regii patrimonii rebus providendum, consulendumque esset. Penultimum præcipue instructionis caput, quod incipit, *Item perche a detta Princeza fa prohibito, expressissime declarat, nemus testamentum, sed & aliam quamvis ultimam disponendi voluntatem dicta inhibitione compre-*

*hendi. Instrukciones prædictæ 7. Junii eodem anno 1609. à Præsidente Montoja Commissario, & à Locumtenente Suares subsignatae servantur penes Scognamiglio in processu sequestri. Status Bisinianni, fol. 10. 13. quibus de causis facta bonorum distributione inter eos, ad quos spectabat hereditas, per quam justè hoc controversia transacta est.*

S V M M A R I O M.

- 1 **A** Nnua præstatio petita non per modum provisoris sed principaliter ab eo, qui prætendit alteri succedere, non debet concedi ante petitam, & decretam immisionem, & num. 2.
- 3 Alimenta, & lites expensa decerni non debent ei, qui nullam item instituit, siquidem super alimentis non principaliter, sed incidenter lite pendente cognosci solet.
- 4 Remedium adipiscenda possessionis heredi scripto vi-gore l. fin. requirit libellum, cum adeat contradictor. & omni casu qualis qualis saltim petisso est offrenda.
- 5 Exceptio hodie constat, hodie agatur, excludit petitionem alimenterum, cum lis statim diffiniri possit, & num. 7.
- 6 Alimenterum præstatio lite pendente quare inducta.
- 8 Tex. in l. Imperatores 17. ff. de tutel. & ration. di-strah. expenditur. Et ex eo regula negativa elicetur in materia præstationis alimenterum lite pendente num. 10.
- 9 Nemo tenetur munire adversarium suum contra se ipsum.
- 11 Tex. in l. fin. C. de ord. cognit. continet casum specialem circa alimenterum præstationem.
- 12 Tex. in vulg. §. de inoff. si instituta, ff. de inoff. test. reducitur ad tres DD. opin. dum queritur, quot requirantur, ut locus sit illius, §. decisionis.
- 13 Filius litigans cum patre, vel pauper, cum divite indistinctè alendi, ex sent. Gl. in §. vel si parentis, com. reprobatur.
- 14 Tex. in d. §. de inoff. ex secunda DD. sententia requirit tria, ut sit locus illius decis. & hoc est communis. Et alii addunt quartum. Et hoc opin. Glos. & Bart. ut verior, & magis com. etiam hodie defenditur contra modernos, num. 15. 16. & ex DD. dinumeratione, num. 17.
- 18 Doctorum antiquorum authoritas prævalens modernis, & tres moderni, vix aequaliterunt uni ex antiquis.
- 19 Deciso d. §. de inoff. regulariter non procedit in prima instantia, & declaratur dec. Affl. 1. 1. & deciso Rote per Affl. ipsum citata & num. 21. & deciso Tholos. num. 20.
- 22 Alimenta debentur agenti ad universam hereditatem si sit filius, vel alter ex descendentiis litigans cum ascendentibus, uxor cum viro, Monachus cum Abate, secus in aliis num. 26.
- 23 Filius habet jus in bonis paternis, eisque debentur alimenta jure naturæ, dum est in quasi possessione filiationis.
- 24 Eaque debentur, nemus ab heredibus sanguinis, sed etiam ab heredibus extraneis patris.
- 25 Diversa ratio inter filios agentes, & extraneos quod ad decernenda alimenta lites.
- 26 Expenduntur DD. ferè omnes, qui consilid loquuntur in filiis, & descendentiis, secus in collateraliis, & num. 27. & Covar. & alii n. 28. & 30.
- 29 Et pauci ex modernis apparent tenere opin. Glos. & com.
- 31 Petentis immisionem vigore. l. fin. C. de edict. divi-de-

- debentur alimenta; si tamen sit frater, vel collateralis, non ita si sit extraneus, verum Valascus etiam in fratre id negat, & num.32.
- 33 Opinio eorum, qui tenent decis. d. s. de inofficio, extendi etiam in prima instantia, & ad quoscunque litigantes etiam extraneos reprobatur, communis DD. calculo.
- 34 Verum dicta opin. contra com.admissa, adhuc requiruntur alia duo, nempe inopia, & urgens presumptio boni juris agentis.
- 35 Praesumptiones fortiores vincunt debiliores, & si sunt pares confunduntur, & in dubio pro reo.
- 36 Prohibitus Principis inhibentis, ne quis alienet, nec disponat, includit etiam actus ultimae voluntatis, ex significazione verbi disponere.
- 37 Princeps supremus ex causa potest prohibere, ne quis de rebus suis disponat in ultima voluntate.
- 38 Alienatione prohibita favore certarum personarum includitur etiam hereditis institutio.
- 39 Testamentum non dicitur pendere ex alieno arbitrio, cum Princeps ex iusta causa interdit alii cui, ne testetur sine ipsis licentia.
- 40 Testamentum potest conferri in arbitrium; sed non in voluntatem alterius, & etiam in voluntatem velatam, non tamen in expressam.
- 41 Exceptio, qua non oritur ex testamento, vel aliud viuum invibile non impediunt immisionem vigore. l.fin. C.de edict. Divi.
- 42 Exceptio, quod defunctus testari non potuit, impedit immisionem, cum non requirit probationem extrinsecam, vel etiam cum incontinenti offeratur probatio, sicut & generaliter omnis exceptio.
- 43 Alimentorum erogatio cessat, cum praesumpcio boni juris, nedum in possessione adipiscenda, sed etiam in petitorio potius reo suffragatur, quam actori, & ita judicatum.
- 44 Et similiter cessat, cum adversus actorem pertensem alimenta objicitur de scriptura publica, quamvis ex adversario replicetur scripturam non officere.
- 45 Vel cum actor jura sua alteri cessit.
- 46 Et tandem cessat quando illorum præstatio absorberet, vel grave prejudicium afferret decisioni articuli principalis, puta immisionis, vel similis.
- 47 Alimentorum causa licet summaria exigit tamen dilationem, sive terminum licet breviorum.
- 48 Litis contestatio solemnis in qualibet judicio sumario removetur.
- 49 Alimenta quando decerni debeant, etiam pendente lite super illorum præstatione; distinctionis fædere conciliantur dissidentes scribentium opiniones.
- 50 D.Prael.Amat.scripsit in eadem causa uti patrimonii advocatus post Autborem.
- 51 Castilli quoque tractatus in lacem prodidit, vel ad manus Auctoris pervenit post bic scripta.
- 52 Decisio in hac causa primo loco facta.
- 53 Cautioni præstanda interdum satisfieri, est decisum, ut fabrogetur obligatio simplex principalis cum assensa pro feudalibus etiam futuris.
- 54 Rex noster invictissimus Regis literis expeditis per Supremum Consilium Italicum, mandavit suspendi de cœta lata in hac causa super alimentorum præstatione. Et ita decretum est exequutum per C. Cellat. Neap. num.57.
- 55 Litera, & rescripta Sua Majestatis debent exequi per Excell. D. Proregem, & suum Collat. Conf. juncta Pragmaticam Caroli V. & stylum Cancelariae.

56 Delegatus Regius cujuscunque cause non potest concedere Regium exequatur.

## ARGUMENTUM.

De requisitis necessariis, ut alimenta, seu litis expensas erogentur; præsertim pendente judicio immisionis vigore l.fin.de edict. divi; declarantur jura, quæ de his alimentis agunt, & maximè vulg. h. de inoff. l.si instituta, f. de inoff. test. cuius tex. dispositio restringitur ad suos limites juxta opinionem antiquorum, quæ & verior, & receptior ostendit, etiam adhibito DD. calculo contra recentiores, & ultra requisita enumerantur casus, in quibus omnino cessat alimentorum erogatio; de prohibitione supremi Principis ne quis de rebus suis disponat, quomodo testamenti factio pendere possit ex alieno arbitrio, & quæ exceptiones impedian immisionem vigore dictæ l.finalis; in causa alimentorum utrum lis sit contestanda, & quæ dilatio sit concedenda, & quando alimenta sint decernenda etiam in lite super alimentorum præstatione.

## In eadem causa super articulo alimentorum.

## CONTROVERSIA VI.

**U**T inanis, & nullo jure suffulta, quamvis instantissimè tractata appareat petitio alimentorum Dom. D.Tiberii Carrafa super Statu Bisigniani, & ab ea idem petitor omnino, & justissimè excludendus sit ab æquissimis judicibus.

Illud in primis animadvertere libet, D.Tiberium non petuisse hæc alimenta tanquam pendente lite in judicio universalis petitionis hereditatis, sive immisionis in possessionem bonorum vigore testamenti; sed petuisse decerni sibi aureos annuos decies milles, olim præstari ordinatos D. Julii Ursini ejus uxori, ut clare legitur in ejus precibus porrectis S. Majestati, fol.3. & 4. extra quas nullam aliam de novo proposuit petitionem.

Unde cum dicta annua præstatio fuerit decreta D.Julii, non per modum provisionis, sed pro omni executione victoriæ, & sententiae in beneficium ipius latæ immisionis in universum patrimonium tam feudale, quam burgensiticum tanquam legitimè succeditrici ultimi, & veri Principis, non video, quomodo D.Tiberius, qui non negat, non posse se in feidis succedere, nec jura illius in universum repræsentare; sed tantum in partem allodialium, antequam non solum non obtinuerit, sed nec petierit immisionem, ut ex actis constat, maximo cum strepitu petere valeat sibi concedi exactionem ejusdem annuæ præstationis, quam post causæ decisionem, & plenam victoriam in Collaterali junctis Tribunalibus exclusis omnibus colligantibus D. Julia pro omni successionis emolumento obtinuit.

Repugnat enim huic petitioni rubrica, & totus titulus, extra, ut lite pendente, cum his, quæ ad hoc congerunt Jo: de Amic. consil. 150. num.1. & Vital. tract. class. cap.45. & alia, quæ in terminis contra immaturè, & nimis properè petentem alimenta consideravit Soc.jun. consil.8 per tot. lib.3. dicens, inauditum esse apud eum, quod ante finem litis fiat exequutio petitionis actoris; sed debere expectari rem judicatum, & sententia postea juxta sui tenorem mandabitur exequutioni, ne prius exequutio fiat, quam sententia feratur, refert, & sequitur

D. Ce-

*Cephal. consil. 714. num. 1. Gabr. consil. 25. num. 18. lib. 1. ex Bald. Paul. Alex. & aliis.*

Nec quicquam sibi decerni potest ex hoc patrimonio pro alimentis, & expensis litis, tum quia hoc non petuit, tum etiam quia, & si petiisset hoc modo nihil horum sibi decerni posset, cum alimenta, & expensis litis ei prestari non possint, qui nullam licet penitus instituit, nec aliquid petuit, cum illud in primis requiratur ex communi sententia, ut non cognoscatur ordinariè, nec principaliter super alimentis; sed incidenter pendente lite principali, ut ex mente omnium advertit Decian. consil. 66. post n. 2. vers. ser. id, quod, & vers. vis modo, lib. 2. quae negativa ex inspectione actorum aperte probatur, in quibus nihil huc usque petitum penitus legitur.

Et si dicatur, non requiri petitionem; sed ad solam testamenti non cancellati esse concedendam immisionem in possessionem vigore, l. fin. C. de edit. Divi.

Tunc replicati poterit, offerendum esse libellum in illo remedio, cum adest contradictor, & omni causa saltim qualis qualis petitio, eaque in scriptis est offerenda, ut de communi concludit Menoch. de adipiscend. remed. 4. quaest. 57. num. 468. & si non esset necessarius libellus, retorqueri poterit argumentum, quod si praetensio ipsius D. Fiberii est adest facilis, & clara, ut non requiratur petitio, nec alia longior indagatio, ipsi ad alimenta agenti obstat.

5 exceptio, bude constat, bodie agatur, de qua in l. 1. à quo, ff. ut in posse. legat. quae adversus actionem opposita per conventum excludit ipsius intentionem secundum Bald. consil. 454. lib. 1. & in specie excludi petitionem alimentorum propter item, cum lis dissiniri potest absque alia dilatione; tradit idem Sociv. jun. in term. diff. consil. 8. num. 6. in fin. eius opinionem in hoc casu recte procedere existimat Franc. Milan. decis. Sicil. 17. num. 12. in 6 fin. Cum enim hec alimentorum erogatio sit à jure inducta lite pendente, ne dum in longius lis protrahitur, & compilatur processus, actor præ inopia cogatur item deserere, ut tradit Rebuff. de sent. provis. art. 1. gluf. 2. nom. a. Consequens est, ut cesseat alimentorum præstatio, dum lis incontinenti dis-

7 finiri potest, prout idem Milan. tradit decis. 16. n. 4. & melius idem Rebuff. d. gluf. 2. n. 15. vers. undecima in id citans l. ill. à quo, §. si de testamento, ff. ad Trebell.

Nec dicatur, actorem non posse tractare articulum immissionis, dum pendet deliberatio Sue Majestatis, an posset, vel velit acceptare testamentum D. Julie, necnè, & proinde bac de causa interim esse præstanta alimenta.

Siquidem hoc est impedimentum aperte imaginarium, & affectatum ad hunc solum finem, ut valeat interim sub isto colore in modum provisionis obtinere id, quod certò scit ex decisione principalis articuli prætense immissionis omnino sibi fore denegandum: nullum enim adest Regis mandatum, ut pendente hujusmodi deliberatione, supersedeatur in decisione prædicta articuli immissionis, nec adesse potest, quandoquidem deliberatio Regis circa feudalia versatur, de quibus est controversia inter Fiscum, & Ducem Gravinae; circa vero allodialia, in quibus prætendit se institutum, non video quid circa ordinem obstat, quo minus agatur de immissione, idcirco capiat, si potest, & si disfideliter de jure suo circa justitiam ob promptas exceptiones ejus prætensionem elidentes, necessario eadem ratione censabitur exculpa alimentorum petitio.

Sit tamen verum; quod adversarius afferit, & nos planè negamus, actionem fuisse propositam; item pendere, eamque ex afferito impedimento dissipari non posse, & alimenta litis fuisse petita, adhuc ex aliis omnino erunt deneganda.

Idque fundatur ex regula quam nostri DD. elicierat existimarent ex l. Imperatores 17. ff. de suetos, & ratione distracta, ubi ita Ulpian. cum hoc ipsius queratur, an aliquid tibi à tutoribus; vel curatoribus debeatur, non habet rationem postulatio tuo volentis in sumptu litis ab his tibi pecuniam subministrari; generaliter enim loquitur, sic etiam si is pupillus esset pauper, & petiisset bona propria, adhuc alimenta, & sumptus litis denegantur, ut bene illum ioxi, glossat Cephal. diff. consil. 714. num. 12.

Ex quo texti. notat ibi Bald. post Jacob. de Aren. neminem teneri munire adversarium contra se ipsum, & clare idem voluit Bart. ibid. dum respondet ad l. fi. 9. C. de ord. coga. & ad l. si instituta 27. §. de inoff. ff. de inoff. test. ex cuius dictis in solidudine contrariorum in specie regulam negativam in hoc constituunt Bossius in prax. crim. tit. de aliment. præst. num. 2. & ante ipsum Aret. in cap. si quis testium, num. 15. vers. ser. conclusio, Felix. num. . . de test. sequuntur Afflitz, sive magis additio ad ipsum in Consil. l. præsentis, n. 7. in fin. Cephal. d. consil. 714. num. 9. & optimè pluribus relatis Hartman. Pistor. lib. qq. iuris, cap. 28. num. 2. & 3. & Matth. Coler. de process. ex eq. p. 1. c. 2. num. 1. 19.

Ab hac autem reg. negativa duos tantum casus excipit Bart. communiter recept. in duabus legibus, in contrarium signatis in d. l. Imperatores, quas si probabimus versari extra terminos casus nostri, omnino erit adversarius excludendus.

Primus est in l. fin. vers. nam si tales, C. de ord. coga. ibi: Ita ut ex eisdem si aliqua alia facultas esse non poterit, castum lis sumpus, & alimonia boni subministretur, quantum moderata iudicis arbitrio fuerit estimatum.

Hæc lex non potest ab adversario ad rem nostram afferri, siquidem omnes ferè DD. concludunt in ead. 1: l. tradi casum speciale, quoties servus à Domino agente in causa servitutis fuerat, privata auctoritate bonis, quæ ipse servus possidebat, spoliatus. Unde absurdum esset illam l. extendere ad alia bona, quæ actor quivis quamvis pauper, nec possedit, nec fuit illis spoliatus, ut optimè explicat Covar. cap. 6. præst. post num. 5. vers. est tamen, in hac quaest. propè finem, ita ut illa decisio extra terminos illius l. & ubi ea requisita non concurrunt, nullo modo allegari possit, & cum ipso expressè sentiunt relati à Corduba in d. g. si vel parens. num. 45. 46. & melius 48.

Nec etiam applicari potest ad casum nostrum decisio J. C. in vag. §. de inoff. l. si instituta, ff. de inoff. testam.

Illi enim materia, quamvis amplissimè exposita à DD. dum controvertunt, quot, & quæ requirantur, ut sit locus illius decisioni, ad tres reducuntur diversas DD. opin. quas distinctè reassumit Menoch. consil. 491. num. 33. lib. 5. quamvis Decian. consil. 66. lib. 2. qui in eadem facti specie contra Menoch. respondit, quatuor recensent opini. nulla tamen est ex his opin. ex qua non apertissimè excludatur actor.

Et omessa prima opinione, quam tenuit Glof. in l. si quis à liberis, §. vel si parens, ut filius pendente

cau-

causa filiationis indistinctè alatur, & pauper litigans cum divite secundum Guid. PP. quæst. 561. & Crau. 13 conf. 164. quam constat non fuisse unquam in praxi receptam, ut testatur Boer. decif. 303. n. 4. & communiter in utroque casu reprobari testantur Covar. d. cap. 6. n. item 6. in fin. vers. idem ipse profitetur, Menoch. de præsump. cap. 35. post num. 32. Mattb. Coler. d. cap. 2. num. 119. in fin. Cum neque in facto concurrat requisita (juxta horum sententiam) extrema paupertas in actore.

14. Quidam secundam opin. attinet, saltim tria juxta illam præcisè requiruntur juxta terminos d. §. de inoff. scilicet Primum, quod actor sit filius, vel saltim ex descendantibus. Secundum, quod obtinuerit in prima instantiam. Tertium, quod sit pauper ita ut non habeat unde se alat, & hanc opinionem sentit Accur. in d. §. de inoff. in vers. decerni, sequuntur ibi Bar. Alber. Ang. Paul. Cast. & Fulg. & præter hos Spec. Bal. Aret. & Felin. quos refert, & sequitur Rip. in l. 2. num. 4. ff. de re jud. Dec. Jo. Lopus, Berojus, Alciatus, & Connarus relati per Cordub. in l. si quis à liberis §. si vel parens n. 42. ff. de lib. agn. qui cum Covar. d. cap. 6. n. item 6. vers. constat sane, & iterum n. 6. in fin. vers. igitur his omnibus adamussim, ambo hanc esse communem DD. sententiam profitentur, quam probat quoque Franc. Marc. decif. 364. par. 2. Menoc. d. cons. 481. n. 33. vers. 2. fuit opinio & optimè Alvar. Vasc. conful. i. addunt etiam alii quartum requisitum, quod petens alimenta sit in possessione filiationis, vel alterius juris, cui actio sua innititur, quod inter tria requisita retulit Menoch. lib. 1. de præsump. cap. 35. n. 3. & pro quarto retulit illud defendens ab impugnatione Covar. Carduba in d. §. si vel parens, num. 43.

Unde, cum actor non sit descendens, non pauper; nec hucusque ullam prò se reportaverit sententiam, hac comm. opin. attenta fulcita autoritate tantorum patrum, a quorum sententia temerarium esset recedere, absque dubio esset excludendus.

Et, quamvis noverim, contra hanc opinionem, nedum insurgere aliquos ex modernis, sed etiam contrariam, & veriorem, & autoritate rerum judicatarum fulcitam contendere, dicentes non esse necessarium, petentem esse descendantem, nec pariter latam fuisse sententiam, sed idè in d. §. de inoff. requiri sententiam: quia eo jure pro patris exhereditatione, etiam sine causa facta urgebat præsumptio, quod rite facta esset. Unde necessarium fuit, ut pro filio dicta esset sententia, quæ in justam faceret præsumi exhereditationem.

Tamen adhuc hodie ex abundanti, licet non ad necessariam causæ victoriam, probabimus intellectum, & opin. Glof. & Bart. ad §. de inoff. esse magis commun. quicquid moderni aliqui communis cantur. Nec obesse decif. Rot. & Affl. & majorem partem ex recentioribus, qui contra opin. glof. citantur, non id dicere, ad quod allegantur.

Pro opinione enim contra Glof. & Bart. citantur a noviss. DD. Alex. Covar. Pontan. Decian. Patian. Affl. Rebaff. Molin. Riccb. Bolognet. quos assert Martinus Colerus de alimen. lib. 1. cap. 14. num. 40. & 43. ex his addit. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 112. post n. 18. Bisignet. in dec. Rot. Duez. Boff. Cepb. Benincas. Hier. Gabr. Joseph. Lædov. Mandoj. Simon. de Pratis, & tandem Alen. qui quamvis, si omnes hoc dicerent, prout 17 multi ex eis hoc non firmant, essent num. 22. & sic excederent, licet in paucis numerum antiquorum; attamen cum pro altera parte stent Glof. Bart. & præ-

ter eos omnes DD. antiqui classici; non idè minus censebitur hæc antiquorum magis communis opinio ob recentiorum auctoritatem, ut latissimè probat Corat. de comm. opin. §. qui numerus n. 19. & in §. ex jam dictis, n. 5. & 25. & §. auctoritas DD. num. 11: 14. & 15. ubi concludit tres ex modernis vix æquari auctoritati unius ex antiquis.

Præterea major pars prædictorum auctorum, qui 19 contra opin. Glof. citantur non admittunt indistinctè dec. d. §. de inoff. etiam in prima instantia, sed limitate, & restictè id tantum concedunt in filio, vel filia agentibus petitione hæreditatis, vel parentibus portionem legitimam, sive dotem in bonis paternis, licet contra fratrem, & insuper requirunt necessariò, quod ab adversario non negetur, auctorem esse filium, vel alias illum esse in quasi possessione filiationis, & ita expressè loquitur Bisignet. in decif. Rot. 2. de judic. & Affl. qui illius decif. auctoritate dicit idem decisum in filia Comitis Castris parentis legitimam in bonis paternis decif. 11.

Idque esse verissimum clarè ostenditur ex altera 20 dec. Rot. Cappell. Tbolof. sub n. 77. Ubi fuit decisum, quod filio petenti alimenta lite pendente denegentur, ex quo ut ibidem declaratur, filius non erat in quasi possessione filiationis, cum ratione illius quasi possessionis ei competant alimenta, & non alias.

Et in specie ita procedere dec. Bisig. & Affl. declarat Hier. Gabr. in conf. 25. n. 2. lib. 1. ubi pro contraria parte à Surdo citatur, & vere non discedit ab opinione Glof. nisi favore filii; & descendantium tantum, & ita etiam procedere dictas decif. fatetur Surd. d. quæst. 112. post n. 18. vers. & bic dñe decisiones. & eas sic declarat, & restringit Cord. in d. §. si vel parens num. 44. in fin. & optimè Jo. Botta cons. 64. n. 5. & 10. ubi ita declarat, procedere dicta DD. deberi 22 alimenta agenti ad universam hæreditatem, vel ejus partem, si sit filius, nepos, vel alius de recta linea, & Anguff. conf. 4. num. 4. lib. 3. post Dom. Capic. dec. 164.

Et ratio est in filio tum propter urgentem præsumptionem, quæ est, ut jus habeat in bonis paternis ratione quasi dominii in ipsum continuati, juxta l. in suis. ff. de lib. & post. ut idem Gab. declarat d. consil. 25. n. 8. tum etiam quia filio, tametsi non litiganti, dum est in quasi possessione filiationis, non solum jure positivo, sed jure naturæ alimenta debentur, juxta tradita in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ubi latè Cordub. ff. de lib. agnosc. quia quod attinet ad alimenta, satis est eos esse filios, cum natura tantum spectetur, ut latè Tiraq. in l. si unquam vers. donatione, n. 232. C. de revoc. don. quod onus ad hæredes quoque parentum transit, etiam extraneos, nedum sanguinis, de quibus non est dubium, ut tradit. Glof. in §. itera rescriptum, d. l. si quis à liberis, unde non mirum, si filius pendente lite sit conservandus in quasi possessione, sive statu illius juris, quod antea habebat, arg. cap. querelam, de elect. quæ ratio planè cessat 25 in aliis extraneis litigantibus, quibus antea alimenta non debebantur, nec deberi possunt, nisi ratione litis, ut nuncupatim firmavit Petr. Ant. Anguis. d. consil. 3. n. 3. lib. 1. & Lancel. de atten. par. 2. cap. 4. l. tit. 11. n. 31.

Et sic etiam in filia juxta dictas decif. loquitur expressè Rebaff. ad constit. Gall. de sent. provis. art. 1. glof. 2. num. 5. & 6. qui ampliat in omnibus descendantibus in recta tamen linea, & parentibus, quibus eodem jure alimenta debentur num. 7. & 9. & ita eum loqui fatetur Surd. d. tit. 1. quæst. 112. & Re-

*buffum* sequitur *Duin* reg. 365. num. 4. secus in linea collaterali. *Boer.* decis. 324. post numero 4. & in filiis tantum, & uxore loquitur *Boss.* dict. sit. de alim. post num. 1. vers. sic etiam, ut se declarat post numero 3. ver. dixi supra, & *Beninc.* strat. de pauper. non in qu. 7. ubi eius citat *Surd.* sed in quest. 10. in 4. speciali, & in quest. 8. numero 4. & 5. & loquitur de uxore litigante cum viro, & Monacho cum Abbat ex causa Monasterii juxta decis. *Affl.* 10. & 152. cum alijs à *Cord.* ubi supra numer. 55. *Capell.* *Tbolos.* dec. 88. in add. quos constat quodad alimenta & qui parari filii dicit *Bellam.* in decis. isidem 88. numero 5. quibus certum est alimenta deberi alias, quam occasione litis.

27 Et ita etiam in filiis loquitur *Molin.* de Hispan. prim. lib. 2. c. 16. n. 36. qui quamvis includat atiam fratres existentes in quasi possessione fraternitatis: verà tamen loquitur de filio, eodemque tamen fratre prætendente contra fratrem portionem in bonis paternis, ut colligitur ex decis. *Rot.* & *Affl.* quas allegat, & ita accipit *Surd.* d. quest. 12. num. 1. qui in quest. 17. non negat, hanc esse communem opinionem, quamvis ipse contrarium ausus sit tenere, & sic loquitur *Milan.* decis. 16. num. 39.

*Covarr.* autem, quamvis disputando inclinare videatur contra *glos.* fatetur tamen, & pluries repetit opinionem *Glos.* esse communem, & amplius num. 6. vers. quam ad primum, testatur extra casum, d. s. de inofficio suoquam se vidisse hoc receptum fuisse, nec audiisse apud Hispanica regia Praetoria, nisi semel tantum in fratri hereditate, *Kirchoviis* in collect. comm. opin. tit. de petit. hered. num. 7. & *Ludov.* dec. *Perus.* 49. numero 5. sequuntur indistinctè opin. *Pape*, & *Crovett.* quam communiter reprobari supra dixi ex *Covarr.* *Matth.* *Coler.* & *Menoch.* & idem facit *Afinius* §. 32. amplias. 20. qui amplius casus confundit,

Et sic ex his, quos contra opinionem *Glos.* & *comm.* post omnes congerunt *Surd.* & *Coler.* non remanent nisi novem, vel circa ex modernis, nempe *Pons.* *Patian.* *Ceph.* *Bologn.* *Ludv.* *Simon.* de *Pret.* *Menoch.* *Afin.* & tandem *Decian.* cuius tamen dicta optimè resalvit *Menoch.* d. cons. 491. lib. 5. quamvis in dict. §. 35. de *præsumpt.* aliter sentire visus fuerit.

Sed pro opinione *Glos.* pro qua pugnat *Castr.* dict. censit d. s. de inofficio esse speciale tribus concurrentibus: verum aliquo deficiente secus esse pugnat quoque *Valasc.* in decis. 1. *Lusitanæ* optimè defendens *Glos.* ab istis, ut is dicit, navioribus, & post n. 30. 9. col. 8. dicit idem, quod *Covar.* se nunquam in Hispania Tribunalibus decerni vidisse sumptus litis extra casum, & requisita, d. s. de inoff. & paulò post subjicit hæc verba: *Hæc cum dico de litis sumptibus, multò magis dixerim de aliamentis denegandis in eadem specie;* quia non adeo exire cancellos, d. s. de inoff. quodad gravandos reos aliquid de bonis, super quibus odbuc litigatur contra se ministrare, & iterum in fin. decis. subjicit verantamen quicquid prædict. patres dicunt, non audere filio ex heredato, seu ne-potis, de quo ille tex. loquitur, aliamenta decernere; nec vidi unquam in hoc regno in prima instantia antequam aliqua ferretur sententia pro litigante aliamenta caique decerni, etiam si evidenter de paupertate duceret.

Nec obstat, si dicatur petenti se immitti in possessionem hereditatis v. g. ore testamenti remedio l. fi. de cœct. d. s. *Adria.* esse concedenda aliamenta nec DD. in eo distinguere, an sit descendens, vel extraneus.

Siquidem *Rebuffi*, primus omnium quos viderim,

hoc nos admittit indistinctè; sed tantum in fratre, 31 dum sublimitat, ut in collaterali petente hereditatem fratris ab intestato, non sit locus præstationi aliamentorum, cum fratri non censeatur quasi debita fratris hereditas, ut patris, & ita decisum sèpius testatur in *Francia* arresto *Parlementi* ex *Aufr.* nisi fratre ex testamento non cancellato peteret immisionem; quia esset facienda aliamentorum præstatio, vel in possessionem mittendus, & sic non in quoniam extraeo instituto hoc admittit *Rebuffi*. sed dumtaxat in collaterali, & ita est omnino intelligendus *Covar.* dum solius *Rebuffi*. autoritate in hoc utitur d. cap. 6. post n. 6. sub vers. *quantum ad primum.*

Et ita in collaterali tantum hoc procedere cum *Rebuffi* censit. *Duen.* d. reg. 365. 8. *limi.* num. 8. in fin. 32 in hunc sensum accipit *Rebuffum*, & *Covarr.* *Menoch.* dict. quest. 35. lib. 1. de *præsumpt.* numero 17. in fine ad quod citat *Pontan.* de aliamenta cap. 13. num. 1. qui sic etiam intelligit dicta prædict. DD. & sequitur *Milan.* decis. *Sicil.* 16. n. 38.

Neque ab his dissentit *Martinus Colerus* d. strat. de aliamenta lib. 1. cap. 14. n. 45. & seq. qui quamvis contra *Rebuffi*. *Duen.* & *alius supra* citatos contendat, decisionem d. s. de inoff. procedere ex eadem equitate, nedum in descendantibus, sed etiam in linea transversali etiam ab intestato; tamen concedit, petentem immisionem vigore testamenti, ita demum posse aliamenta prætendere, dummodo sit ex venientibus ab intestato, & sic saltem collateralis, ut prædicti DD. communiter dicunt, non alias.

Quinimo *Alvar. Valasc.* in dict. decis. 1. num. 11. in fin. plane negat nullo modo transversali esse concedenda aliamenta etiam venienti ex testamento non raso vigore l. fin. dicens, id se non audere firmare; quia cessat ratio, quæ in descendantibus, & ascendentibus versatur, quippe quibus ex præcepto legis portio legitima debetur, ut palam est.

Ex quibus patet non esse opus attingere, tertiam & ultimam opinionem, sive intellectum circa dict. §. de inoff. eorum, qui illius decisionem extendunt, nondum in prima instantia; sed etiam ad quoscunque 33 extraneos; siquidem ex prædictis patet, eorum opinionem, nedum esse contra veram, & receptam ferè ab omnibus sententiam, sed extendere d. sex. decisionem ultra limites rationis, cui, sex. ille, innititur.

Sed adhuc attenta illorum opin. duo sunt præcisè & necessaria. Primum scilicet paupertas omnino pententis. Impò nedum paupertas, sed bene probata inopia, ut rejecta opin. *Rebuffi.* in d. art. 1. gl. 2. n. 23. qui solus contrarium sensit, firmant de comm. post *Lap.* & *alius Covarr.* dict. cap. 6. numero 6. in fine vers. 3. requiritur *Molin.* dict. cap. 16. numero 46. *Menoch.* dict. cap. 35. numero 4. & 32. & *Surd.* d. cap. 112. in 4. requisito num. 29.

Alterum, quod necessariò requiritur, est non levius, sed urgens præsumptio boni juris actoris in lice principali, quod quidem præcisè requirit quisquis ex omnibus c. tatis DD. suo modo largius extenderet volunt decisionem d. s. de inoff. ita *Lap.* in cap. per vestras §. 39. numero 3. ibi, quando haberet pro se præsumptionem justitiae supra bonis, de quibus litigatur. quæ præsumptio & qui polleat sententia latè pro pupillo in term. dict. §. de inoff. ut colligitur ex *Aret.* in cap. si quis testiam nu. 14. de testi. *Alciato* de præsumpt. reg. 3. cap. 9. numero item 9. *Covarr.* d. c. 6. post n. 6. vers. *quantum ad primum.* & vers. ergo verd. qui amplius subdit n. 6. ante fin. verba aurea in propositione qua in re operet exactissime observare utriusque liti-

*litigioris jura, & præsumptiones, ut tandem alimenta dentur à reo actori, quosies urgentiar est pro ipso actore præsumptio, quād pro ipso reo, quod si reo potius quād actori patrocinentur acta causa, & præsumptiones: tunc planè non est reus cogendas alimenta, nec litis expensas actori exhibere hactenùs Covar. quem sequitur Molin.d.cap.16.n.36. Menoch.d.cap.35.n.6. & Gabr.conf.25.n.2. & 6. dicit præsumptiones fortiores debiliores tollere, & si sunt pares, invicem confundi, arg.l.divis, ff. de iu integr. rest. & in dubio pro reo maximè in initio litis ad exclusione alimentorum, ut dicit Mart. Coler.d.c.2.n.119. idem Menoch.d.conf.491. post num.33.vers. est enim necessarij ubi num.34. bene resolvit id, quod dicitur de probatione filiationis per unum testem, ut non sufficit, & latius id reafumit Sard.in d.conf.112.n.20.21.27. & 28. & conf.119. in fin. & sequitur prædicta Mart. Coler. ubi supra, n.40. & 44.*

Hic autem contra testamentum factum ab uxore; ducta per virum, dum graviter ægrotabat, ad remotas Calabriæ partes, cum magno vitæ dolorimine urget potissimum prohibicio testandi supremi Principis iudicis Tribunalibus, & in Collaterali, quam includere in specie, nedium interdictionem alienationis in vita, sed etiam quamlibet dispositionem in ultima voluntate, probant illa verba, *Puraque non enajenasse ne disponuisse de cosa neguna. Certum est enim verbum dispanere suapte natura referri ad actum ultimæ voluntatis, s. i. in axib. liceat matri, & avia, Affict. etiam ex Naspol. dec. 370. n. 12. præfertim quando additur insuper verbum alienare, ut latè supra scripti pra eodem Duce Gravina.*

Et insuper declaratum fuit apertissimum in instructionibus datis ab iisdem Tribunalibus Domino tunc Regiae Cam. Præfidi Don Berardino Montalvo postea Regenti in Supremo Italico Consilio apud invictiss. Regem nostrum; tunc vero ejusdem Regiae Camaræ Locumtenentij, dignissimo viro doctrina, integritate, prudentia & morum suavitate insigni, cui aperte fuit injunctum, ut non permitteret Donnam Julianam testamentum condere, nec aliquid disponere juxta ordinem alias datum, quo nihil clarius asserri potest pro declaratione decreti, & intentionis D. Proregis, & Judicium causa.

Quod potuisse fieri à supremo Princeps arbitror. 37 super vacuum, imò sacrilegii crimen esse de hoc disputare, quod bene probat Anna alleg. 25. numer. 6. & 8. & iterum alleg. 65. numer. 4. & latius scripsi supra pro eodem Duce, ubi probavi sub simplici alienationis prohibitione facta favore certarum personarum, ut hic factam fuisse constat ad instantiam interesse prætendentium, & in specie Ducis, qui hoc instantissimum decerni petuit, censeri prohibitam 38 etiam hæredis institutionem ex Sard. decis. 24. numer. 3. Ann. in repetit. confis. n. 134.

Quo stante corrut insipidum illud motivum, nempe testamentum non debere dependere ex alieno arbitrio, prout fuisse, si D. Iulia non potuisse 39 testari sine Proregis licentia; non enim ex eo quod prohibita fuit ex justa causa testamenti factio absque permisso Principis, aut Iudicis, dicitur testamentum dependere ab alieno arbitrio; preterea aliud est pendere ab arbitrio privati, aliud ab arbitrio Principis, & tandem potest testamentum conferri in arbitrium tertii, licet non in voluntatem 40 tertii, & etiam in voluntatem relatam, quamvis non in expressam leg. illa institutio. 32. juncta leg. se

*quis sempron. 68. ff. de hered. instit. quod tradunt infiniti prope congesti à Spino in spec. testam. glus, s. n. 1. juncto n. 57.*

Sic etiam minus obest exceptionem, quæ non oritur ex testamento ipso, non impedit immisionem ex leg. fin. sicut nec quolibet aliud vitium 41 invisibile, ut est casus in leg. 2. eodem titulo, & post alios scribit in dicta leg. fin. Zuccard. n. 90. & 321. Idem in specie in exceptione, quod testator non potuerit testari, tradit Dec. conf. 48. col. 1. vers. ad ista breviter.

42 Dicimus enim hanc exceptionem, quod defunctus testari non potuit, nedium impedit immisionem; cum non requirat probationem extrinsecam, ut hic, ubi fundatur ex scriptura publica, & forensi, sed etiam cum probatione offerantur in continenti: quia tunc obstat exceptio, *Dolo facis*, aduersus petentem immisionem, ut ex glos. prima in dicta leg. 2. C. de edit. divi. tradit Ang. in terminis conf. 135. in fine, Decius vero in dicto confil. & alii DD. loquuntur expressè, cum exceptio ista requirat altiorem indaginem, ut declarat Menoch, in remed. quarto adipiscend. numer. 746. & faciunt tradita per eundem Menoch. dicto remed. quarto, questione 83. numer. 729. & 730. dum limitat dictam leg. 2. ut vitium invisibile noceat hæredi, cum ex ipso testamento apparet, vel cum de ipso incontinenti constaret ex Alberic. Corn. & aliis, & generaliter omnis exceptio, quæ incontinenti probatur, est admittenda Menoch. ibidem n. 751. & 759. & de arbitr. lib. 2. cens. 1. casu 12.

Ex quo apparet, præsumptionem boni juris magis vigere pro reo, quam pro actore & in eodem iudicio possessorio adipiscendæ, quo agitur, & de jure requiritur non solum in petitorio, ut advertit idem Menoch. de præsump. 35. n. 6. vers. 2. non enim, quo casu Pontan. de aliment. cap. 13. n. 6. dicit in specie iudicatum per Rotam Romanam, neganda esse alimenta.

Et ex his stante prædicta scriptura publica, quæ assertur contra testamentum, ex alio sequitur, non esse locum præstationi alimentorum, cui locum non esse, cum opponitur de scriptura publica, quamvis exadverso objiceretur, scriptum non officere, firmat decisio parlamenti Paris. Jo. Gal. quæst. 147. & 215. Molin. d. c. 16. n. 45. omnino legendus, ut obtinui plures judicari per Sacr. Conil. & in specie pro Dom. Ferdinando, & Hectore Sanctomango antiquis nobilibus Salernitanis contra Anibalem Sanctomango referente doctissimo tunc Conf. Marc. Ant. de Ponte de anno.. penes Carbonum Act. Mag. & maximè cum in hoc casu fama sit, quam ipse 45 opinor verissimam, D. Tiberium omnia eius jura renunciæ, & cessisse Regio Fisco, quo casu amplius de alimentis nullo modo agi posse probant Rebuff. dicta glas. 2. n. 26. Duen. numer. 4. Cefal. dicta conf. 14. n. 25. Menoch. dicta questione 35. n. 27.

Et tandem ex alio debet cessare alimentorum provisio, cum ex illorum præstatione decidetur 46 totus articulus cause principalis nullitatis testamenti, qui non versatur circa probationes extrinsecas requirentes altiorem indaginem, sed præcipue fundatur in dicta probatione testandi de qua nunc disceptatur, quam si judicetur non obesse, erit adhuc decisæ ipsa immisso, & maximum afferre præjudicium articulo, de quo pendet consultatio. sive relatio facienda S. Maiestati, si stante nullitate testamenti Rex debeat acceptare, nec ne D 3 disposita

disposita in dicto testamento, si enim ut adversarius contendit, non potest tractari de immissione, pendente dicta deliberatione, ergo nec de alimentis, quorum præstatio omnino absorberet causam principalem immisionis, & acceptationis prædictæ. Quo casu cessare alimentorum provisionem, & fuisse ob id revocatam in Senatu sententiam super alimentis tradit Rebuff. de sentent. provis. in predicto numero 134. sequitur Sard. titulo 1. questione 126. numero 6. Isto enim casu maximum pararetur præjudicium causæ principali ex plena causæ cognitione adhibita super eo, quod totam causam principalem concer- nit, ut ex Innocent. & aliis probat idem Sard. dicto c. 126. n. 10. & 12. die 1. Januarii 1613.

## ADDITO.

## In eadem causa,

**P**etiit D. Tiberius Carrafa super hereditate quoniam Principis Bisiniani decem milie annuos aureos pro alimentis, prout D. Juliss Ursinæ ejus uxori pro effectu possessionis totius dictæ hereditatis concedebantur. Hac lice mors, his petitis alimentis, instetit Dux Gravina legitimus, & aperata lege successor dictæ D. Iuliss pro termini concesione, ut eo impartito valeat certas probationes concludere, quibus D. Tiberius ab alimentis petitis summaria cognitione repellatur, simul etiam, dum pars credit eadem termini concessione sibi posse aliquam summam pro alimentis pendente lite decerni, omnino esse excludendam.

Fundatur primum, nam etiam quod causa alimentorum admodum privilegiata reperiatur, ejusque cognitio Summarie sit tractanda ex l. prima §. Julianæ, & l. si quis à liberis. §. vel si parens de liber. agnos. Glos. 1. in §. præjudiciales insit, de act. Bart. id l. de alimentis, numero 2. C. de transactio. tamen etiam in Summariis, & restrictis cognitionibus terminus, & dilatio pretetur, non aufertur, ut dixit Specul. in tit. de dilatio. in rub. numer. 21. In quo. in c. de causis ante n. 1. de offic. del. gat. & in specie liti alimentorum est concedendus brevis terminus, & dilatio, ut discurrat Abb. in cap. 1. numer. 7. causa item septima, de dilatio per tex. in l. 2. de re judic. ubi hoc concludit Claud. Seisell, ante num. 39. verf. item causa qualitas, post Bart. ibidem ante num. 7. & in l. mela post n. 5. de ali- mens. & cibar. legat. Jaf. in d. 1. 2. num. 20. de re judic. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cauf. 52. num. 12. & Sard. decis. 323. n. 5.

Nec doctrina Cordubæ in l. si quis à liberis. §. vel parens, numero 18, qua sola pars nititur, terminum non esse concedendum in causa alimentorum, probat, siquidem loquitur Corduba in solenni litigio contestatione, quam non solum in causa : alimentorum. sed in qualibet Summaria esse remotam, Indubitatum reperitur ex tex. clem. sapè cum glossa, in verfic. contestationem de verb. significatione, quem adducit Cordub. dicto loco, brevem verd. dilationem non esse negandam, ex sopradictis cer- tum redditur.

Secundum, quod pendente lite super alimentis alimenta decerni non debeant, omnium distinc- 49 tionis probatur ; ut enim is, qui petit ali- menta, fundatam habet intentionem de jure, ut quia sit talis, cui ex juris dispositione alimenta debentur uti filio, vel uxori, & tunc pendente.

lite super alimentis, jure alimenta decerni possunt, & sic procedit, hac expressa ratione, decisio Affit. 10. doctrina Napod. in titulo de alimene, præstox. numero 83. & alii, qui in his terminis afferri possunt, aut petens alimenta non est talis, cui de jure debeantur alimenta, & tunc indubitate concludendum, pendente super alimentis alia alimenta non esse con- cedenda ; Quilibet enim veniret ad petendum ali- menta, ut interim sibi alimenta decernerentur fuit Bart, particularis doctrina in l. si neget, n. 1. videamus, ff. de liber. agnos. & Salyc. in l. fin. n. 2. C. de alien. liber.

Certo ergo jure concedendus est brevis terminus seu dilatio Duci potenti, & eo pendente, si D. Tibe- rius peteret, omnino neganda alimentorum con- cesso.

Licet postea, his allegationibus perfectis, ac ju- sticibus anno 1613, mense Januario ob causæ propugnationem, cuius ipse onus pro Grayinenium Du- goce tunc sublinebat, traditis, Dominus Præsidens. Amatus insignis doctrina, & morum suavitatem uti patrimonii Bisiniani Principiis Advocatus ex officio scripsit, ut ex ejus Consilio anno . . ., impresso vi- dere est; ac deinde etiam Castilli Hyspani tertius do- 52 Majoratibus controversiarum tomus in lucem pro- prierit, aut saltim meas in manus devenierit in quo cap. 27. latissime hanc pertractavit materiam, ramen ob casuum distinctionem, ac doctrinarum, quas omnes suo quoque in fonte legi, ac in loca sedesque digesti hanc in medio controversiam proferre non sum veritus.

## DECISO.

**A**rticuli vero dictio dilata fuit usque in diem 29. Maii 1613. qua die referente Præside Io: Aloysio Mormili cum interventu Consiliariorum Val- 52 devieso, & Salvi adjunctorum, fuit provisum, quod capiatur informatio de incumbentibus utri- que parti super petitis alimentis, & pro nunc iussum fuit dari Illustre Principi D. Tiberio millia ducato- rum, viginti cum cautione de restituendo ad omnem ordinem R. Cameræ, pro quorum satisfactione ven- dentur tot bona pro concurrenti quantitate, ut in 53 in processu super alimentis car. 71. Et cum D. To- berius reclamasset quodad articulum oneris injun-cti de fidejussione præstanda, alio decreto die 27. Junii ejusdem anni fuit ordinatum, decretum exequutioni demandari cum obligatione ejusdem Prin- cipis, & prævio Regio assensu etiam pro feidis fu- turis car. 78.

Verum cum partes habuissent recursum ad Cu- riam Sue Majestatis conquerentes de dicta pecu- 54 niarum præstatione suis Regiis literis Madritii sub die 13. Januarii 1620, expeditis per supremum Consil. Italicum vivente illo insigni Regente Cai- mo, mandavit Majestas Sua suspendi dicta de- creta, & ipsorum exequutionem additis subscri- ptis verbis : *T bareis que por los Iuezes à quien toca se vea, y determini si se le deven dar alimenos y en que cantidad qiendo cerca dello al P Avocado, y al procurador Fiscal, y que lo avifareis con los votos, y justificaciones de los Iuezes para que io ordigne lo que se buuiere de azer, y entretanto no se executara el parecer de los dichos Iuezes ni se bara novedad en esto, in dicto processu car. 29. & per Regium delegatum cum subscriptione D. Præsid. Matthias de Ca- sanate Fiscum illius patrimonii agentis de ordine S. Majestatis, viri undequaque doctissimi judi- cio,*

cio, & rerum non minus Italicarum, quam Hispaniarum peritissimi, fuit iussum exequutioni demandari literas sub die 2. Maii 1620. fol. 30. in 2. proces. addito, & cum suissent plura opposita adversus exequutionem literarum tam in justitia, quam in ordin. 55 ne ob Regium exequatur, quod necessarium erat praestandum in forma per Suam Excell. in Collaterali juxta Prag. Caroli V. immort. memor. & stylum notorium, & successivè id non potuisse fieri per delega-  
56 tum, prout admissum hoc fuit, dum decreto Collat. Conf. sub die 7. Aug. 1620. fol. 36. eod. 2. proces. fuit provisum, quod reductis omnibus ad jus, & justitiam, Regium Collaterale Consilium justitiam faciat, & Dominus Regens Ursinus referret in Collaterali partibus auditis. Tandem facta relatione per dictum D. Regentem in Collaterali virum nobilissimum, integerimum, & doctissimum nunc dignissimum S.C. Præsidem, Viceque Prothonotarium, cujus virtutem, & morum candorem omnes venerate-  
57 tum, die 18. Martii 1621. super exequutione literarum Sue Majestatis circa suspensionem ali-  
mentorum, fuit decretum, quod exequantur li-  
teræ S.M. juxta ipsarum seriem, continentiam, & te-  
norem, fol. 47. eod. proces. quarum vigore præten-  
dit Illust. Princeps D. Aloysius Sanseverinus, quod  
Illust. Princeps D. Tiberius restituere debeat quid-  
quid in causam declarandam, sive alimentorum ipsi  
fuerat liberatum, & exegerat super qua prætensi-  
one fuit datus terminus in mense Martii 1624. & ho-  
die pendet lis indecisa.

## S U M M A R I U M.

- 1 Feudum in dubiis potiis censi debet quaterna-  
tum, & quem planum, & de tabula, & sic  
potiis rectum, & nobile, quod confert parado-  
gium.
- 2 Castrum omne dicitur feudum quaternatum in Re-  
gno, non è contra, ex receptissime opin. Hern. li-  
cet aliud extra Regnum.
- 3 Castrum non præsumitur feudum pends Ecclesiast.,  
sed allodium favore ipsius, secus cum constat Ec-  
clesiam possidere illud, ut feudum, quia præsu-  
mitur quaternatum.
- 4 Castrum dirutum, sed exhibitatum quomodo ad-  
huc censeatur etiam feudum quaternatum.
- 5 Natura primæva feudi in dubio præsumitur darare.
- 6 Natura mutatio ad directum Dominum spectat, que  
nec præsumitur, nisi expressè agatur.
- 7 Sententia recipit declarationem ab artis.
- 8 Probationes sunt vehiculum quodam, vel virgula  
ad sententiam declarandam.
- 9 Et declarant etiam libellum, & dicuntur anima  
processus, & sententiae, num. 10.
- 11 Sententia continet necum expressa, sed que infe-  
runtur ab expressis.
- 12 Feudum à Rege concessum, & sub ipso habitum,  
censetur quaternatum, & num. 23.
- 13 Feudum quaternatum est, quod reperitur scriptum  
in quaternionibus, vel quod à Rege tenetur.
- 14 Feudum, quod à Rege tenetur, non est necesse in  
quaternionibus annotari, sed illud tantum, quod  
tenetur à Barone.
- 15 Feudum quaternatum, ut Regnicolæ dicunt, est il-  
lud, quod in quaternionibus donorum describitur,  
procedit etiam in feudo quaternato secundum quid.
- 16 Feudum verò, quod constat à Rege, & sub Rege te-  
nenti, eo ipso dicitur quaternatum.
- 17 Feudum sub Rege non potest esse rusticum, sive pla-  
num, quod in Regno non est nisi sub Barone, &  
num. 20.

- 18 Feudum quaternatum dupliciter. ibique exempla,  
& declaratur doctrina Hern. in Constitut. si quis  
Baro. Afflict. decis. 282. & Camer.
- 19 Collatio sola Regis concedentis feudum quaternatum.  
cum Camer. contra Afflict. & in fin. n. 62. & 65.  
ubi declaratur locus Camer.
- 20 Feudi plani collatio ad Baronem pertinet ipsiusque  
affensis exigitur in alienatione, & ad eam devol-  
vitur.
- 22 Servitium in feudo plano præstatur Baroni, &  
num. 30.
- 24 Feudum conceditur à Rege, igitur ipsius consensus  
in alienatione expetendus.
- 25 Feuda quaternata olim describebantur in quin-  
ternionibus, qui conservabantur in Curia Syclæ.
- 26 Verba in capite, & immediatè, semper important,  
ut feudum sit quaternatum, & an simul juncta  
plus operentur, num. 27.
- 28 Feudum quaternatum simpliciter, licet in multis  
differat à quaternato secundum quid, in hoc ta-  
men convenient, ut pariter in utroque affensis  
Regis requiratur.
- 29 Feudum in capite dari non potest, quod saltem non  
sit quaternatum secundum quid.
- 30 Feudum, pro quo servitium præstatur Regi, est  
quaternatum.
- 31 Servitium, & relevium in feudo quaternato secun-  
dum quid, præstatur Baroni non Regi.
- 32 Rex Carolus Secundus condonando servitium Ab-  
batis Sanctæ Mariae de Ferraria pro Castro Tors-  
cini, voluit tamen sibi portionem vicinas uniu-  
Monaci loco servitii retinere.
- 33 Affensis Regis quaternat, cum constat de voluntate  
quaternare volentis, quod declaratur apertius.  
num. 42.
- 34 Athenasia, de quibus in Constitut. si quando, non  
censetur jure feudi, sed allodialia.
- 35 Feudum planum, sive subfeudum, à Barone, &  
sub eius Territorio teneri oportet.
- 36 Remissio causæ ad Reg. Cam. calumniosè petita con-  
cedi non debet.
- 37 Feudum planum formatur, si à Barone legitime  
conceditur, vel si sit res solita concedi.
- 38 Splitum, quomodo inducatur, ut dicatur res solita  
concedi in erectione feudi plani.
- 39 Barones in Regno non insequantur de novo, quia solu-  
Rex feuda erigit.
- 40 Barones solita excadentialia, sub consueto servitio  
coucedunt.
- 41 Solita concedi non dicuntur bona effecta de mensa,  
vel incorporata feudo, & quod tempus requiriatur  
remissive.
- 43 Castrum est quaternatum, ergo reliqua cum Castro  
concessa sunt quaternata, non procedit sequela  
ex Afflict. & Freccia, sed contraria opinio verior,  
& magis recepta ex Perno, Gregorio, Cumia,  
& aliis in fin. num. 65.
- 44 Clausula, cum pertinentiis, & integro Statu, om-  
nia comprehendit, & num. 46.
- 45 Res integra videtur concessa ex adjunctione finiam,  
tametsi non esset tota concedentis, sed communis.
- 47 Feuda plura simul concessa, sive plures, censentur  
unicum feudum, & unica Baronia.
- 48 Feuda efficiuntur de pluribus unam, vel è contra  
destinatione directi Domini ad instar fundi.
- 49 Petens Castrum, videtur petere, cum suis per-  
tinentiis, & districtu, & vendita Baronia, om-  
nia intra fines censentur vendita.

- 50 Divisio feudi induci non debet contra voluntatem Regis, & Legis, & num.53.
- 51 Feudum ad instar hominis muti vendicat membra alienata, ut fibimet reaniantur.
- 52 Membra feudi, & inferiora feuda unias Provincie debent a capite regulari, ut de feudis Hispania Cast. & de feudis Ducatus Ferraria Dec. docuerunt.
- 54 Membra concessa cum Castro, licet non sint quaterna de per se juxta opiv. Afflct. & Frecc. non ideo minus tamen desinunt esse partes feudi quaternati.
- 55 Membra feudi, ut sunt Domus, Vineæ, Bajulatio, Molendina, & similia concessa cum Castro, separari non possunt sine assensu.
- 56 Feuda sive membra feudi, quæ dicantur loco quaternatorum, sive ad instar quaternati, & quod in ipsorum alienatione requiratur assensus, num.58.
- 57 Quinterniones, seu feudorum in quinternionibus descriptio, ad quid inventa.
- 59 Demanialia feudi sicut, & regalia, nec possideri absque Regis concessione, nec alienari possunt sine assensu.
- 60 Consuetudo, ut assensus Regis non requiratur in alienatione demanialem, etiam si per milles annos sit ita servatum, non inducitur.
- 61 Demania, deputata pro vicitu Baronum, quæ sunt.
- 62 Concessio Regis quomodo quater net feudum, & n.65.
- 63 Feudum, velut universitas facti, habet sub se bona diversa naturæ, & emphiteutica, livellaria, censuaria, & similia, declaratar procedere de possibili in feudo in abstracto, alioquin in dubio omnia presumuntur eodem modo feudalia.
- 64 Comitatu concessio cum Castris, utrum Castra dividendi possint remanente Comitatu individuo.
- 65 Bona omnia, & membra concessa cum Castro presupsumuntur, nedum feudalia, sed ejusdem qualitatibus, etiam si excepti in plures partes divisa gratis comodioris culturae.
- 67 Feudum sub alia lege, vel natura, alienare non potest, quam ea, quæ est penes alienantem: quia feudi natura, nec mutari, nec alterari ullo modo potest, & num.71.
- 68 Concessa re pro censu non adjuncta fidelitate, concessio non est in feudum sed in allodium, etiam si esset Comitatus.
- 69 Allodium ex feudo fieri non potest, nisi ab eo, qui id facere potest, lege, vel consuetudine permittente.
- 70 Baro non potest concedere subfeuda, nisi sub solito, & consueto servitio, & sub eisdem paetis, & conditionibus.

## ARGUMENTUM.

De feudo quaternato simpliciter, & secundum quid. De feudo plano, & de tabula. Quibus modis erigantur, & quomodo dignoscantur. In quibus distent, & convenient. Servitium, & relevium quibus praestandum sit, & cuius assensus in uniuscujusque alienatione requiratur. Descriptionis in quinternionibus origo, & effectus. Quando collatio sola Regis, vel etiam assensus Regis quaternet. Castrum est quaternatum; ergo reliqua, cum ipso concessa sunt quaternata, an procedat sequela. Membra a capite regulari debent. De clausulis immediate, in capite, & in pertinentiis feudum est homo mutus, & universitas facti. De excendentibus, & demaniaibus feudi. De natura feudi,

mutatione, & divisione arcenda. Et ex quibus sententia declarationem recipiat.

## Pro Eminentiss. Dom. Cardinali Petro Aldobrandino Abbat. S. Marciæ della Ferrara.

## CONTROVERSA VII.

**T**ametsi in hæca causa super relaxatione Castrorum Torcini cum fructibus, nullus videatur reletus scribendi locus, nè tamen videar alienis laboribus ad speratam victoriam properare, ut que meo mortere fungar, & omnis cesseret dubitatio, tria conabor probare.

Primo. Decretum Reg. Cam. quo fuit hoc Castrum declaratum feudale, simul determinasse, fuisse, & esse feudum quaternatum, tam aperte, ut nulla amplius declaratione opus sit.

Secundo. Idem censeri pariter, eodemque jure necessariò decisum, quod omnia Territoria comprehensa infra limites illius, ad Baronem spectantia, de quibus loquitur decretum, nullo adhibito discrimine inter caput Castrum, & membra ipsius.

Tertio. Tametsi esset feudum planum (quod omnino negatur) nihil interesse in proposito quodad juris effectum, & proinde posthabita provisione super remissione, iteratò petita, ad Regiam Cameram per D. Ducem, ut declaretur qualitas hujus feudi, esse decidendam causam principalem petitæ relaxationis Castrum.

Quodad primum sufficere deberet juris presumptio, juxta quam eo ipso quod constat aliquid esse feudum censeri debet potius quaternatum, quam planum, & de tabula, & sic in potentiori significatu, undè in dubio feudum presumti rectum, docuit Belvisius in cap. 1. de eo, qui sibi, & bared suis, & in cap. 1. an agnat. feuda enim plana censentur minima, de quibus non censetur cogitatum, Frecc. de differ. inter quater. & plana. n. 15. 29. & 33. Camer. in l. Imper. car. 72. col. 2. in fin. Cumia in c. volentes, versicul. feudatariorum, num. 12. & in dubio feudum censeri debet jure feudi nobilis, quod confert paradogium, id est nobilitatem, ut per Ifern. in locis cit. à Frecc. d. tit. de differ. cap. 26. post n. 34. & sic quaternatum non planum, ut in specie firmat Camer. in d. l. Imper. car. 69. col. 3. vers. ne tamen, & infra latius.

Secundo, cum in decreto Reg. Cam. dicatur Castrum Torcini, & omnia Territoria, & c. fuisse, & esse feudalia, ergo pernecessè decidit, esse feudum quaternatum, eo enim ipso, quod est Castrum, de jure est feudum quaternatum, licet enim extra Regnum presumeretur allodium, ut de Principatu Achajæ tradit Oldr. conf. 159. Alber. in rub. C. de donat. Ifern. in loc. cit. à D. Capyc. repet. l. Imper. car. 26. vers. quarta conclusio, in magnis, in Regno tamen est receptissima opinio Ifern. omne Castrum esse feudum quaternatum, quamvis non omne feudum quaternatum sit Castrum, Ifern. in cap. 1. § ille tamen, num. 10. vers. omne Castrum, ubi Lipar. litera D. affert concord. de contro. feudi apud par. termin. & in conflit. post mortem, in init. nisi constaret expressè de contrario ex tenore investiture, ut explicat D. Capyc. in d. l. Imper. car. 49. col. 4. vers. & licet omnia.

Nec dicatur, quod hæc presumptio cesseret penes Ecclesiam ex Gloss. Ifern. & Afflct. in const. Justitiaris nomen, cum aliis per Lipar. ad Ifern. in cap. 1. de controv. inter mascul. & fem. Inst. gl. centur. 1. de feud. cap. 43. n. 62. & 30. in fin.

Hoc

Hoc enim procedit, ut favore Ecclesie presumatur potius allodium, quam feudum, etiam si sit Castrum in Regno, at cum constat esse feudum, ita Ecclesia petente jam declaratum, tunc nemo ex DD. quos vidi, dicit, quod non sit quaternatum potius, quam planum, quinimodo eo ipso quod constat, Ecclesiam possedit Castrum, & in feudum, ergo in sua propria natura quaternati, ut clarè innuit Freç. lib. 2. auct. 29. post n. 4. vers. 1. quod probatum. loquens in specie circa dicta per Isern. in d. Constat. Justitiae, ubi de feudo Ecclesie agit, quod etiam admittit Anna Sen. cum pro tali feudo est soluta adoha, ut hic sing. 71.

Nec minus objici poterit id non procedere in Castro dituto, cum videatur oeffare favor hominum habitantium, quorum gratia censetur feudum nobile, & quaternatum ex traditis à Loffredo in cap. 1. quis dicatur Dux siquidem contrarium expressè firmavit Affili. ex mente Isern. in Constat. post mortem n. 3. vers. prima quod, ubi expressè voluit, Castrum esse feudum quaternatum, sive sit nunc habitatum, sive exhibitatum, moritur enim Castrum, vel Civitas, cum Imperiale bannum patitur, aratro subjicitur, aut casmate, vel fluminis impetu perit Bald. de pace constantie, n. 8. cum concor. per Surdam de alimento. tit. 5. quest. 6. nam. 2. Et quamvis Camer. videatur dissentire in d. Imper. car. 72. col. 3. n. hilo minus se restringit, si neque in registro archivii, vel cedulario adhuc reperitur tale Castrum descriptum, & insuper ultimus status sit certus, quia constat esse feudum planum ex eo quod solus Baro, ut feudum planum contulerit, vel alienationi consenserit, nulla facta mentione assensus Regii, alioquin nisi haec concurrent, prima natura presumetur durare, ut perbellè explicat idem Camer. videndum d. car. 72. col. 3. in fin. vers. Nec etiam, & melius col. 4. lis. 5. & lis. D. vers. Sed quid si nihil. Nec mirum; quia ad solum Regem naturæ mutatio spectat, ut subiectio idem Camer. car. 73. col. 1. lis. B. quas alteratio naturæ non presumitur, nisi expresse agatur, idem Camer. car. 40. col. 2. in fin. & car. 76. col. 1. & convenit Freç. in specie auct. 29. post n. 5. ver. nisi castrum, & melius in 26. differ. inter quatern. & pl. n. 4, ibi si aliter de forma appareret, sequitur Camia in cap. si aliquem, vers. in capite, n. 12. Menoch. de presumpt. lib. 3. cap. 91. n. 59. & seq. Instrigl. d. quest. 43. n. 106.

Tertio magis in specie Decr. Reg. Cam. quod declaratur Torcinum esse feudale, simul apertissime determinasse hoc feudum cum ejus integrum statu esse quaternatum deducitur ex causa, sive modo, quo hic articulus fuit in judicium deductus, ex replicatis per conventum, & apertius ex scripturis, sive probationibus, quibus innixa fuit Reg. Cam. ad id decidendum.

Cum enim Abbas insteterit relaxari Torcinum tanquam Castrum antiquitus habitatum, & sic feudale, ita quod non potuerit alienari sine assensu Regis, nendum si fuisset allodium, quod negante Duce, & contendente ullo modo esse feudum, nec ex investituris; & assensibus productis probari esse feudum, quod in ipsius alienatione assensus Regius exigetur, remisso articulo ad Reg. Cam. principio ad finem videndi, si erat tale fundum, cuius alienatio potuisse irritari ex defectu Regii assensus, quod potissimum inter partes erat controversum, intelligendo verba cum effectu, & juxta subjectam materiam, nam alioquin frustra fuisset remissus articulus deciderus, cuius decisio non immutasset juris effectum, ut

contigisset, si fuisset planum juxta opin. partis; dum Reg. Cam. ex scripturis, quæ pernecessè concludent huicmodi Castrum esse nendum feudum, sed quaternatum, Castrum Torcini, & territoria feudalia declaravit, consequens est, sententiam debere necessariò centeri latam, juxta deducta, discussa, & tenorem probationum.

Siquidem certum est, sententiam recipere declarationem ex actis, leg. si quis ad exhibendum, ubi gloss. & Bart. ff. de except. res judic. leg. 3. Cod. de sent. quæ sine certa quant. & præsertim ex petitione, ut per Bart. in l. 1. C. de errore calculi, ubi Curt. Jan. videndum n. 21. & 25. Corn. conf. 10. n. 13. vers. & pars ratione, lib. 2. plura Menoch. de presumpt. lib. 6. cap. 12. num. 6. & ex probationibus, quæ sunt vehiculum quodam ad sententiam declarandam Bald. in cap. cum super in fin. de offic. deleg. quinimodo sunt virgulae ad ipsius declarationem. Alex. conf. 12. in fin. lib. 7. Curt. Jan. conf. 74. n. 11. lib. 1. Vantius de nullit. ex defect. process. fin. ord. n. 105. & probationes nendum sententiam, sed ipsum quoque libelum declarant, Felyn. ex Innocen. in cap. lices bely, nam. 18. & 28. de Simon, unde fit, ut appellantur anima processus, & sententia, nam ex ipsis sumit vires. Mafcard. de probat. quest. 1. num. 12. Et quod sententia, quamvis stricti juris, l. 1. C. si plures una sententia, Dec. 11. Cravent. & alii, quos citat D. de Franc. decis. 687. n. 2. continet nendum expressa, sed quæ ex expressis inferuntur. Alex. conf. 163. n. 8. lib. 1. Soc. conf. 56. n. 9. lib. 1. Dec. conf. 348. & in l. 1. num. 50. ff. de offic. ejus, Cravent. conf. 79. num. 4. Affili. decis. 157. Gacher. decis. 64. num. 3.

Quod autem scriptura producit, ad probandum qualitatem feudale hujus Castri, inevitabiliter probaverint, hoc esse feudum quaternatum, & simul probaverint ullo modo esse feudum planum, patet pluribus.

Primo, quia ex assensibus, & privilegiis producitur, hujusmodi feudum semper fuisse habendum sub Regi, & ex Regis munificentia concessum, & consequenter sequitur, esse feudum quaternatum, juxta doctrinam Andreae in cap. 1. h. ille tamen, n. 9. de controv. apud Pares term. vers. & primâ concedens, & iterum post num. 10. ibi, si ergo Rex dat feudum quaternatum est, & iterum post num. 11. in vers. & si in terra, idem Isern. in cap. Imper. n. 10. vers. feudum quaternatum, & c. & in cap. 1. h. post refutationem, ante num. 5. vers. si est quaternatum, de vasall. qui contra Constat. Lorbar. & in cap. 1. post n. 1. de alien. feudi pat. & in cap. 1. post n. 12. in addit. vers. sed feudum de Capit. Curradi, & in Constat. post mortem ibi feudum quaternatum conceditur per Regem, & in Constat. 1. de offic. Magistr. Iustit. & tradit Jacob. de Franc. tract. de feudis, cap. 2. n. 174. & bene Freç. in d. tit. de differ. inter quater. & plana, dum dicit 13. feudum quaternatum esse, quod reperitus scriptum in quaterniis, vel quod à Rege tenetur, & sic alternativè, & Cumia in d. capite num. 3.

Quod adē est verum, ut illud feudum, quod à 14. Rege tenetur, non sit necesse in quaterniis annotari, sed illud tantum, quod tenetur à Barone, ut singulariter docuit Freç. lib. 3. de different. inter quater. & plana post n. 1. ver. illud tamen, & sic illud, quod Isern. & Regnicola, sepe habent in ore, ut feudum quaternatum sit illud, quod in quaterniis dopo. um, qui hodie conservantur in Reg. Cam. est 15. annotatum, ut infra dicemus, procedit in feudo quaternato secundum, quid, quod cum conceda.

tur à Rege tenendum tamen à Barone, ut in d. *Constit. post mortem*, & declarat *Camer. cap. 68. col. 3.* meritò, sicut differt à feudo plano in substantia, sic etiam, ut ab eo facilius distinguatur, est necesse hujusmodi feendum quaternatum secundum quid, describi in quaternionibus, & ad hoc pro tali feudo hujusmodi descriptio est adinuenta, & proinde aliud 16 est in feudo, quod à Rege, & sub Rege tenendum conceditur, quia non est necesse, ut in quaternionibus describatur, ut ex *Bartbol. de Capua in Constit. honorem nostri diadematè* repetendo firmat idem *Frec. lib. 2. auctor. 29. col. 5. num. 2.* ante fin, cuius dicta comprobant *Cumia in rep. cap. si aliquem, in vers. in capite, num. 11. vers. sed ut feendum, & Lipar. ad Ifern. in d. s. ille tamen, de controv. apud Pares term. n. 9. in fin. in vers. quaternionibus Curia, lit. Q.* & clare hoc voluit *Camer. d. car. 69. col. 3. lit. N.* vers. nec tamen, imò ut aperte hoc confirmaret subdit *Camer. quod in hoc feudo haberet locum Constit. ut de successianibus*, quam constat non comprehendere, nisi feuda nobilia; & quaternata, ut tradit *Frec. in d. tit. de differ. n. 3.*

Et sic, vel feendum concessum à Rege sub eo tenendum erit feendum quaternatum, eo ipso quod ita conceditur, & res erit expedita, aut, est quod non esset verè quaternatum, necessariò habebit eandem naturam, & vim in omnibus, & præstent in materia alienationis, dum isti DD. dicunt non esse necesse, ut hujusmodi feendum in quaternionibus, annotetur, unde verissima apparet opinio *Frec. lib. 2. 17. auctor. 5. num. 7.* dum dicit penes Regem feendum non posse esse rusticum, quod aliis ab eo tenet, neque etiam posse dici feendum planum, & de tabula sub Rege, quod in Regno non est, nisi sub Barone, ut dicit colligi ex d. glof. & Andr. quam opin. expressè defendit *Camer. in cap. Imper. cap. 69. col. 2. lit. H. & I. in vers. & animadvertisens, dicens ex Ifern. iu* 18 *Constit. si quis Baro, quod uno modo est quaternatum quando Rex consensit dum taxat, quia tenetur ab utroque & alio modo quandò principaliter ipse concessit, ed quod primo modo dicitur quaternatum secundum quid, & secundo modo dicitur simpliciter quaternatum referens verba Ifernæ dicentis, sed feuda collata à Rege dicuntur quaternata quasi simpliciter sint quaternata, & non secundum quid; & ita intelligo doctrinam Ifern. ibi, quidquid dixerit *Afflitt. decis. 282. col. 2. vers. pro solutione quationis. Flac Camer. & paulò post dicit Afflitt. ordine turbato non intellexisse Ifern. & sic clare patet Camer. in specie reprobare opin. Afflitt. dum in d. decis. post num. 4. dixerat Ifern. in d. *Constit. si quis Baro, velle solam Regis collationem non quaternare feu* 19 *dum, & licet paulò post idem Camer. col. 3. lit. O. in fin. videatur prima facie sibimet adversari, dum subdit, nam, & non quaternata teneri possint à Rege, ut dicta decis. ne videatur tantus vir in conti* nenti se corrigere; id debet intelligi, nam, & non quaternata, idest quamvis non sint descripta in quaternionibus juxta id, quod dicit *Frec. quia non est necesse, ut feuda à Rege concessa describantur in quaternionibus*, ut idem *Camer. dixerat paulò ante lit. N. vers. nec tamen, vel alio modo (non quaternata) scilicet simpliciter, quæ tamen sunt quaternata secundum quid.***

20 Ex quo apparet vera intelligentia ad dicta per *Ifern. in d. const. si quis Baro, & remanet perspicua opin. Frec. ut sub Rege non possit dari feendum planum quam etiam probat Lipar. tam in d. s. ille tamen.*

*num. 9. lit. A. vers. quaternatum, & post num. 10. vers. planum in fin. lit. B. quam in 1. rubrica post n. 12. vers. si sunt quaternata.*

Et quod Regis collatio faciat feendum quaternatum, vel quod quaternati vim habeat præstent, ut Assensus Regis exigatur in ipsius alienatione, de 21 quo nos agimus, dignoscitur clarius ex cognitione contrarii; si enim feendum planum, & de tabula est illud cuius collatio ad Comitem, & Baronem spectat; ut per *Ifern. in cap. 1. s. Regis, num. 8. vers. constitutio Regni de bis, qui feud. dare pos. & melius in d. cap. Imper. ubi post num. 8. vers. alii dicunt, in car. 9. cujus assensus requiratur in alienatione feudi, distinguens inter feendum quaternatum, & planum tanquam diverse, imò ad versæ qualitatis, dicit in feudo plano exigendum esse consensum Baronis, a quo tenetur, & inferius post num. 9. vers. festa plana; & latius per *Afflitt. dec. 243. quæ Baroni etiam devoluuntur, ut habetur in Constit. si quando, & per Afflitt. in Constit. 22. flit. post mortem num. 3. cui etiam præstatur servitium, ut per D. Capyc. in cap. Imper. col. . . . vers. primum est, de quibus plura *Cumia in d. cap. aliquem in vers. in capite, num. 29. & in vers. subfeudatarium num. 23.* Igitur à contrario quaternatum erit feendum, cuius collatio ad Regem spectat, vel ab eo tenetur, & hoc nomine appellatur feendum nobile, ut latius prosequitur *Cumia in d. vers. in capite, num. 6. 24 & Jacob. de Franch. in d. 2. cap. num. 27 & valet consequentia, conceditur à Rege, igitur ejus consensus in alienatione est necessarius, ita Ifern. in d. cap. Imper. post num. 8. & post num. 9. ibi consensus utriusque; & *Camer. car. 72. col. 2. vers. concludamus, & car. 73. col. 1. in 4. concl. dum citat leg. fin. C. de auctor. præstan.****

Secundò, quamvis non fuisset necessaria ex prædictis, solenitas registrationis in quaternionibus, dum constabat hoc feendum teneri à Rege, nihilominus ex scripturis exhibitis clarissimè constituit fuisse Castrum Torcini ab antiquissimis temporibus descriptum in quaternionibus Syciæ, quæ hodie conservatur in Reg. Cam. & sic nemo dubitare poterit, quin sententia lata super his probationibus à Reg. Cam. determinaverit hoc esse quaternatum, 25 quia descriptum in quaternionibus, quos antiquissimè fuisset in Curia Syciæ sèpè dixit Ifern. in locis supra cit. & *Afflitt. in cap. 1. num. 9. de controv. apud pares, Frec. in d. tit. de differ. in princ. & iterum lib. 1. tit. de origi. Baro. n. 40. & 41. & 42. novissimè Cumia in d. vers. in capite, n. 4. & 17. & Consil. de Anna cons. 44. num. 53.*

Tertiò, nedum probatum fuit teneri à Rego, sed in capite, & quartò additur amplius in privilegiis 26 verbum immediate, & sic sive verbum in capite, exponatur, idest immediate, ut explicat Ifern. in cap. similiter, vers. feendum ergo de capit. qui cur. vend. & aliis in loc. cit. à *Frec. lib. 1. tit. de origine Baron. n. 41. & Cumia in d. vers. in capite, in princ. & sic à Rege per se & non per medium alterius inferioris, ut tradit Petrus de Greg. de concess. feud. part. 7. quæf. 1. vers. tertio fieri, cum aliis per *Intrigl. de feud. par. 2. 27 art. 84. num. 12. sive dicamus, quod plus sit tenere immediatè, & in capite, quam in capite tantum, ut perbellè explicat Camer. car. 69. col. 3. lit. M. vers. illud est tenere, semper verba important ut sit feendum quaternatum, ut est notissimum, & probat Camer. car. 70. col. 3. lit. R. Frec. loco proximè citato, & latius *Cumia in d. vers. in capite, Intrigl. par. 1. c. 43. num. 66. quinimò ex his verbis infertur, ut sit feendum***

dum quaternatum simpliciter, & propriè, quod nullo modo tenetur ab alio, non autem feudum quaternatum secundum quid, quæ licet inter se in multis differant, tamen quodad nos attinet circa assensum Regis requisitum in alienatione ipsorum, 28 non minus ille requiritur in uno, quam in alio, ut post *Ifern.* & *Camer.* in d. cap. *Imper.* car. 73. col. 1. vers. quarta conclusio probat in specie *Cumia* d. loco n. 10, 29 vel saltim non potest dari feudum in capite, quod non sit quaternatum secundum quid, *Cumia* in vers. *subfeudatarium*, num. 11.

Quintò, esse hoc feudum quaternatum fuit aper-  
tè probatum ex præstatio adohs sive servitii cer-  
ti, & determinati ipsi Regi, sequitur enim conse-  
quentia, solvit servitium Regi, ergo est feu-  
dum quaternatum, quandoquidem pro feudo pla-  
no servitium non præstatur Regi, sed Baroni, *Ifern.*  
in d. cap. 1. §. ille ramus de controversia apud pares, cum  
aliis per *Cumiam* in d. vers. 11 capite, num. 16. quin-  
iñd ex hoc infertur esse quaternatum simpliciter,  
& sic in potentiori significatu, non autem secundum  
31 quid, & impropriè, pro quo servitium, & relevium  
præstatur Baroni, & non Regi, ut docet *Frec.*  
*lib. 2.* in 5. *affir.* num. 2. in fin. & 3. *Camer.* in d. cap.  
*Imper.* car. 73. col. 4. lit. S. in fin. & car. 68. col. O. &  
car. 73. lit. C. Et cum Rex Carolus II. de anno 1301,  
32 condonasset servitium, voluit tamen portionem vi-  
tæ us umius Monaci sibi loca servitii retinere.

Sextò, & tandem debuit necessariò judicari qua-  
ternatum, quia apparet Regem Carolum II. in an-  
no 1390, præstitisse assensum super donatione, &  
concessione dicti feudi, facta in beneficium dicti  
33 Monasterii, juxta doctrinam *Ifern.* in *Constit.* si quis  
Baro, & in specie tradunt *Camer.* dicta car. 69. col. 2.  
& *Frec.* in d. tit. de differ. inter feuda quaternata,  
¶ *plane*, post num. 1. vers. fit etiam.

Et licet non omnis assensus Regis quaterhet feu-  
dum, nisi cum constat de voluntate Regis volentis  
quaternare, ut infra dicemus, ex *Affl.* & *Urf.*  
cu jus diversum est in concessione, ut supra diximus,  
& non immoritò, cum aliud sit dare consentiendo,  
quam dare principaliter, ut ait *Camer.* d. car. 69. col. 2,  
lit. G. vers. ¶ animadverentes, hic tamen dubitari  
non potest de voluntate Regis, dum asservit feu-  
dum teneri à Reg. Curia, & reservavit sibi adoham,  
sive militare servitium, quod pro eodem Castro, sua  
Curia deberi dixit, & alia iura dominicalia, ad-  
dendo hæc verba (sicut in cæteris *Castris*, & *Terris* Barorum, ¶ nobilissim Regni) ex qua reserva-  
tione, & relatione ad alia Castra, & Feuda nobilia,  
& sic quaternata luce clarius apparet de intentio-  
ne Regis, volentis dictum feendum teneri immadia-  
tè sub ipso, sicut antea tenebatur.

Septimò, aut adversarius prætendit hoc feendum  
penè Ecclesiam fuisse tempore, quo illud alienavit  
bona athenasia, sive excadentialia non concessa ju-  
re feudi, & in hoc non deber audiri, quia est, con-  
tra decretum R. C. siquidem certum est hujusmodi  
athenasia, de quibus loquitur *Constitutio* si quanda-  
34 contigerit, non cedenti jure feudi, pro quibus bonis  
præstantur collectæ, tanquam allodialia, ut per *La-*  
*cam* in leg. quicunque, C. de omni agro deserto, &  
latius post *Paridem*, & alios tradit *D. Capyc.* in *inve-*  
*stit. feud. vers. vasallorumque redditibus* ful. 103. *Frec.*  
in d. tit. de different. num. 23. Aut prætendit penè  
Ecclesiam fuisse feendum planum, & de tabula, quod  
subfeudum nuncupatur, & hoc est impossibile, tum  
quia adversarius non indicat, nec unquam indi-

care, vel effingere poterit Baronem aliquem, &  
35 quo, & in cuius Territorio Ecclesia hoc subfeu-  
dum tenuisset, prout requiritur ut subfeudum di-  
ci possit, quod non aliter, quam per scripturas, &  
monumenta antiqua apparere posset, & quas pro-  
duceret, si ei suppeterent, quinimò contrarium fuit  
per actorem plenissimè probatum, tensi nempe sub  
Rege, immediatè, & in capite, & semper fuisse Ca-  
strum de per se suis naturalibus finibus limitatum,  
ut Regii Archivii scriptutæ testantur contra quas  
nulla potest aliunde suffragari probatio, proinde  
36 petita remissio ad R. C. tamquam captiosa est om-  
nino excludenda, ut dicit *Glos.* in leg. qui cum nota.  
14. vers. idem pato, in vers. calamus, ff. de bonis  
liber. *Inzoc.* in cap. cum inter, de eleccio. *Bal.* in cap.  
constitutus eod. tit. D. de *Franch.* decis. 262. in fin. *Reg.*  
de Ponte conf. 97. num. 25.

Tum etiam, quia ad hoc, ut *Torcinum* fuisse po-  
nè Ecclesiam feendum planum, erat præcisè neces-  
37 sarium, vel quod fuisse concessum semel à Baro-  
ne ipsi Ecclesie cum assensu Regis, vel saltim, quod  
ante concessionem factam Ecclesie, fuisse res soli-  
ta concedi aliis: solitum autem inducitur secun-  
dum com. opin. per decursum 40. annorum, iufra  
38 quod tempus duæ alienationes, aut saltum una ante  
illam, de cuius validitate agitur, intercesserit, ut  
post *Ifern.* & *Affl.* variis in locis, tradit hæc om-  
nia per bellè *D. Capyc.* in invest. in vers. *Prelatis Ec-*  
*clesiarum*, & in vers. *infendas* etiam quilibet, vers. li-  
mita sexto, car. 155. & *D. Pres.* de *Curt.* in 1. par.  
divers. *feud.* cap. 5. num. 36. 40. ¶ 43. cum seq. Cla-  
rum est enim Barones non posse in Regno infeuda-  
39 re de novo, nedum quotam partem, sed neque  
rem demanialem, sive particularem feudi absque  
Regio assensu per *Constit.* const. *Diva memor.* *D. Ca-*  
*pyc.* in 1. *Imper.* car. 112. in parvis vers. Ac feuda pla-  
na, *Lipar.* ad *Ifern.* in 1. *Imper.* num. 9. circa medium  
lit. I. in addit. incipit quoram, quinimò nec rem bur-  
gensaticam, & liberam potest nemo in Regno in feu-  
dum concedere, cum infeudatio, & subinfeudatio  
nemini permittantur nisi Regi, *D. Capyc.* in leg. *Im-*  
*per.* car. 189. vers. limitate etiam, in parvis, *D. de Curt.*  
40 in 1. par. cap. 6. num. 18. sed bene possunt Barones  
solita bona escandalia sub consueto servitio alien-  
nare, *Camer.* car. 72. col. 2. lib. 2. lit. F. & H. que  
consuetudo Barorum debet esse eorundem Baro-  
num concedentium, & in eorundem rebus non alio-  
rum, ut bene advertit *Camer.* car. 73. col. 3. lit. L.

Quinimò ad hoc, ut potuerit concedi, tanquam  
excadentiale, & solitum concedi in feendum requiri-  
41 tur, ut non fuerit res reconsolidata feudo, & effec-  
ta iterum de mensa, vel incorporata feudo expre-  
scit, vel tacitè ob decursum alicuius temporis, jux-  
ta varias opin. relatus tam à *D. Capyc.* in d. investit.  
¶ *Prelati Ecclesiarum*, in vers. sexta conclusio, quædā  
à *D. de Curt.* dict. cap. 5. num. 56. ¶ 57. unde, cum  
ista non appareant, nec adversarius probaverit in  
termino concessa in R. C. nullo modo potuit dict.  
R. C. sentire hoc esse feendum planum, & sic neces-  
sariò determinavit esse feendum planum quaterna-  
tum, cum requisita ad feendum planum omnino de-  
ficerint.

Nec obstat, quod si in prima concessione feudi  
planii requiretur assensus Regis, non daretur feu-  
dum planum cum assensu Regis, eo ipso feendum  
quaternet, ut dicit *Ifern.* in *Constit.* si quis Baro, di-  
ximus enim supra assensum Regis tunc demum qua-  
42 ternare, cum constat de voluntate ipsius id voien-  
tis,

tis, quod colligitur ex eo, quod exprimit, ut feudum teneatur ab ipso Rege, sicut cum simpliciter assentitur Baronis concessioni, ut docet *Afflīct.* in cap. i. n. 52. vers. sed etiam si Dominus, usque ad finem, & n. 53. de controversia apud pares term. *Urfill.* decif. 282. post n. 1. vers. quod tamen fallit.

Quod secundum artic. principalem attinet, idem fuisse per decr. R.C. decisum non solum quod ad Castrum ipsum, sive ipsius caput, sed etiam quod ad alia Territoria, ut omnia pari modo quaternata feuda censeantur declarata.

Dicit adversarius, esto quod Castrum ipsum sit 43 quaternatum, non sequitur consequentia, ergo reliqua concessa cum Castro sunt quaternata, idque auctoritate, *Afflīct.* in *Const. statuimur la 2.* post n. 10. vers. unde si Princeps, & *Frecc.* in 29. aut. n. 6. vers. tertid intellige, dum dicunt, quod concessio Castro à Rege cum dominibus, jardenis, bajulatione, &c, hac cum Castro concessa non sunt quaternata, nisi de per se fuerint in quinternionibus descripta.

Sed pro resolutione considero duos casus, aut enim supponimus, quod in facto credo me plenissime probasse scilicet Ecclesiam in anno 1540. concessisse nedum quasdam terrarum petias, ut adversarius pretendit, sed integrum Castrum Torcini inclusum quoque ipsius Castri capite, seu fortellito cum antiquis sedificiis, licet dirutis, ubi erat hominum incolatus, prout priscis temporibus fuerat Ecclesia concessum, & ab ipsa possiduum, quod nullo modo tergiversari posse opinamur ex antiquis scripturis Regii Archivii, & aliis deductis, & tunc nihil pœnitens refert differere; si membra sunt quaternata, vel ne, respectu ejus de quo nos agimus, siquidem & si esset vera predicta opinio *Afflīct.* & *Frecc.* & id sentirent, ad quod exadverso citantur, tamen eo ipso quod supponimus ipsum caput Castri, tanquam quaternatum fuisse male alienatum, per necessè sequitur, ut membra simul, & semel cum ipso alienata sequantur caput, nec possit sustineri membrorum alienatio, cum nec possint à capite dividi, aut quoquo modo separari, ut mox probabitur.

Aut vero, & secundò supponimus assumptum adversarii dicentis, vel Ecclesiam nunquam possedit se Castrum Torcini, vel etiam si possederit nunquam concessisse in dicto anno 1540. nisi tantum quasdam terrarum petias de feudo Torcini, non autem Castrum ipsum, sive caput Castri, & hoc casu dumtaxat procederet oppositio partis, & necessè esset differere de veritate, & intellectu verborum *Afflīct.* & *Frecc.*

Et quamvis sit indubitatum, nos versari in prima casu, non in secundo, siquidem ultrà plenissime deducta in facto, id apparent, quia Ecclesia alienavit Torcinum cum suis pertinentiis omnibus, & integrum statu, quo casu omnia comprehenduntur, l. si quando, C. de bonis vacant. lib. 10. præsertim adjectis finibus, l. qui feudum, l. rutilia pollæ, ff. de contrab. empl. *Oldr.* conf. 197. n. 3. *Afflīct.* dec. 68. n. 3. *Covar.* pract. cap. 3. n. 1. & 2. *Paris de Puteo* de reinteg. ff. po- 44 ne quod petitur, n. 4. fol. 8. à ter, ex qua finium adjectionem videtur integra res concessa, tametsi non esset tota concedentis, sed cum alio communis, ut per *Bald.* in l. cum alienam, C. de legat. in l. labeo, ff. cum fundus, ff. de leg. 1. cum aliis per *Paridem* de reinteg. feud. cap. pone quod *Domius*, car. 163.

Unde cum feendum hoc integrum cum suo Territorio, & membris, prout antiquitus fuit Ecclesia concessum, alienatum fuerit ab eadem Ecclesia de-

anno 1540. cum juribus, & pertinentiis suis, sub 46 quibus omnia comprehenduntur, quæ ipsi rei accidunt, ut per *Innoc.* in cap. cum ad fedem de resist. spol. *Isern.* in cap. 1. §. traditionibus, n. 5. in fin. quid sit invest. *D. Capyc.* in vers. feudorum clausula, vers. cum juribus, *Intrigl.* 2. cent. art. 78. tametsi contine- 47 tet plura feuda, & diversas res, est tamen effecta unica Baronia, & unicum feendum juxta terminos cap. 1. de capit. qui cur. vend. ubi *Isern.* in princ. & fin. *Bald.* & *Præpos.* in cap. 1. §. item si quis, quib. mcd. feud. amitt. cum concor. per *Aret.* conf. 15. col. 1. & propterea de eo sicut de unico feudo est judican- 48 dum, feuda enim efficiuntur de pluribus unum, aut plura de uno destinatione Regis, sicut fundi destinatione patrisfamilias, ut ex l. quod in rerum natura, §. fin. ff. de leg. 1. tradit *Isern.* in cap. 1. n. 4. in fin. ubi *Lipar.* lit. C. verbo, *natura*, affert concord. Quid sit invest. quinimò conjungit, & separat Provincias, & Regna ipsa, & naturam feudorum alterat, & immutat ad libitum, ut latius prosequitur *Frecc.* lib. 1. de origin. *Baron.* post n. 26. & n. 30. cum sequent. unitorum enim unita est natura, & proinde, qui petit Castrum, videtur petere cum suis pertinentiis, & juribus, & districtu, & vendita Baronia omnia, quæ sunt intra fines, censentur vendita, nec unum, & idem feendum potest diverso jure censi, ut hæc omnia latius prosequitur *Afflīct.* in d. cap. 1. n. 14. 19. & 21. de capit. qui cur. vend.

Unde si non potuit alienari caput ipsius feudi, quod non negatur quaternatum, & ex hoc redditus nulla concessio, pari modo revocari debet concessio 50 membrorum, nam alioquin induceretur divisio eiusdem feudi contra voluntatem Regis, & legis, ut optimè explicat *Loffred.* in conf. 39. n. 30. & 31. quinimò feendum ipsum juris ministerio tanquam 51 homo mutus potest sibi reintegrari facere membra alienata, & separata ab ipso capite juxta Gl. in *Const. consuetudinem*, ubi *Isern.* de rei actio. & excep. & *Frecc.* lib. 2. aut. 2. *Baron.* sub. add. nova incip. sapè sui, sub p. 27. fol. 281, & lib. 3. de formulis, §. 1. n. 5. fol. 382.

Et sicuti generaliter membra debent à capite regulari, cap. cura non doceat de rescrip. sic id potissimum 52 procedit in feudis ex quo consulvit *Castr.* conf. 102. par. 2. quod dispositum per II. Hispaniæ circa successionem illius Regni, deberi servari in membris, & successionibus inferiorum, & feudorum existentium in illo Regno; & in Ducatu Ferrarie consulvit latè Dec. conf. 389. n. 7. & proinde id, quod servatur in capite Baroniarum, servandum esse quoque in membris ipsius, nam contentum debet sequi naturam continentis, l. ex ea causa, ff. de postul. *Isern.* in c. 1. de consuet. recti feudi, *Napod.* & ibi add. loquentes de feudi Regni, quod sicut hereditaria, siue est ipsum Regnum ex antiquis invest. in consuet. & si testator in add. incip. dicit *Napod.* lit. C. car. 176. cum duabus seqq. D. meas de Curt. p. 1. de feudis, c. 15. n. 142. cum seq. faciunt, quæ tradit *Frecc.* de orig. Baronum, §. vidimus, n. 20. car. 1. nec poste Castrum pervenire ad unum, & membra, sive corpora illius 53 ad alterum, quia esset dividere Baroniam, & quod fieri non potest sine expresso consensu Regis, ex c. Imper. & Const. div. mem. latè hæc, & alia aurea tradit *Loffr.* in d. conf. 39. n. 33. in fin. & 34.

Sed esto, quod nos versaremur in secundo casu, (quod numquam concedimus) scilicet non fuisse alienatum ab Ecclesia totum Castrum, sed quasdam petias, & membra Castri, adhuc non obstant doct. *Afflīct.* & *Frecc.* quia si bene perpendatur dictum Af-

54 *Affl.* nihil aliud dicere voluit, nisi quod domus, vi-  
næ bajulatio concessæ cum Castro non sunt feuda  
quaternata de per se, nisi concedantur a Rege, & de-  
scribantur de per se in quinternionibus, sed non ne-  
gat *Affl.* quin sint partes feudi quaternati, & proinde  
censeantur eodem jure, quo ipsius caput, & conse-  
quenter inalienabilia cum ipso feudo, & multo for-  
tius divisim absque assensu Regio, cum nemo sani  
capitis affirmare possit, bajulationem, vel molen-  
55 dina concessa per Regem Baronum cum Castro, posse  
per Baronem alienari, & dismembrari sine Regis as-  
sensu, ut tradit *Anna in Constitutione Constitut.* su-  
per glof. vers. minuendis, num. 174. & 173. *Intrigl.*  
*de feudis,* part. 2. cent. 5. num. 511. & ad hoc afferro  
auræ verba *Barib. de Capua*, qui in *Constitut. Mag.*  
*Cur. nostræ hæc verba subjicit* (quia hic exprimi-  
tur, quod quæstio, seu cognitio feudi quaternati  
spectat ad *Magistrum Justitiarium*, quaritur quid  
de re singulari feudi quaternati, & post multa, quæ  
hinc inde dici possent conclude, quod idem dicendum  
est, quia hæc res singularis feudi equiparatur toti  
feudo, & ex rebus feudum constituitur, & sic sint  
substantialia feudi, & ideo substantia est spectanda)  
hæc ille, & hoc idem voluit *Isern.* in *Constit. Justitiarii*  
56 nomen, col. 2. dum dixit, quædam esse loco quaterna-  
torum, cuius authoritate dixit *D. Capyc.* in sua in-  
venit, in vers. *Castra omnia*, quædam esse, quæ  
quaternata dici non possunt, cum descripta non sint  
in quinternionibus, sed sunt, ad instar quaternatorum,  
& proinde assensum Regium in eorum aliena-  
tione esse necessarium, & iterum col. sequen. in ver-  
sic. planum ibi (sed si Baro in seudares alium de Ca-  
stro non esset planum, sed quaternatum, aut ad qua-  
ternati instar) intentio autem *Affl.* in hoc non  
fuit alia, nisi reprehendere fiscales, dum dixit, (&  
in hoc vidi certos *Advocatos Fiscales* graviter erra-  
re) cum enim hæc feudorum in quinternionibus  
57 descriptio non sit ob aliud adinventa, nisi propter  
interesse Regis, ut sciant, qui sint vasalli, & quæ  
ab eis teneantur in feudum, ut dicit *Frec.* ex *Isern.*  
in tit. qui dicatur *Baro*, num. 3. in fin. lib. 2. ut eum  
refert *Cumia* vers. in capite, num. 7. dixit *Affl.*  
non bene eorum munus implere fiscales, dum non  
curant omnia membra feudi quaternati ob interesse  
Regis describi, ut clare colligitur ex dictis per eum  
in dict. cap. 1. de controvers. apud pares, post num. 53.  
versic. sed si essent, ubi aperte *Affl.* te ipsum de-  
clarat, & afferit, in alienatione horum bonorum te-  
58 quiri Regium assensum ad instar quaternatorum,  
& merito cum appellat ea bona demanialia feudi,  
quæ satis est notum non posse per Baronum alienari  
59 sine Regis assensu, ut per *Isern.* in dict. *Constitutione*  
*Constitutione*, col. 2. cum aliis per *Dom. Capyc.* in  
investit. vers. in seudat. etiam quilibet, vers. limita  
sexta, car. 155. Nec ex eo quod intervenerit assen-  
60sus in alienatione demanialium etiam per milles annos & ita practicatum, & observatum, esset inducta  
Consuetudo ut assensus non requiratur *D. Capyc.* in  
verb. *feudorum alienationes*, limit. 22. esset enim  
probanda scientia, & tolerantia Regis Oldrad. consil. 237. *Curt. de feud. 4. par. q. 19.* præsertim in Regno,  
ubi est prohibita omnis consuetudo contra constitu-  
tiones, nisi adsit Principis consensus, qui esset pro-  
bandus, idem *Capyc.* verb. *feudorum divisio*, limit. 5.  
sub lim. 1. car. 165.

Et sic quamvis ista bona non essent feuda quater-  
nata de per se, essent tamen vel demanialia feudi,  
ut dicit *Affl.* vel regalia, cujusmodi esse aquas, de-

cursus aquarum, montes, nemora pascua, fortellitia,  
malendina, cibana, & alia similia, ad instar Regis qui  
pro suo demanio, & Corona habet præcipua quæ-  
dam gabellas scilicet dohanas, & alia tradit *Frec.* 46.  
*aucto. lib. 2.*

Quæ constat similiter esse prohibita possideri abs  
que Regia concessione, nec alienari absque assensu,  
ut tradit *D. Capyc.* in invest. in vers. planis pascuis,  
& c. car. 105. prout omnia ista bona, & jura de qui-  
bus loquitur *Affl.* & *Frec.* in d. loc. inter demanialia  
61 deputata pro victu Baronum enumerat *Paris de re-  
integr. deman. Regis, & Baro, &c. seq.* ubi in e. incip.  
qua bonia n. 5. dixit quod res solitæ concedi, & infe-  
dari per Barones non sunt demanialia.

Et pari modo resolvuntur dicta per *Frec.* qui dum  
dicit hoc sentire *Isern.* in c. 1. de controv. apud pares,  
col. 3. jam ex dictis supra constat *Isern.* totum oppo-  
62 situm sentire, dum voluit concessionem Regis qua-  
ternare feudum, & sic sufficit membra illa feudi fuisse  
per Regem simul cum feudo concessa, ut sint qua-  
ternata, quod idem *Frec.* sibi contrarius voluit in ead.  
aut. 29. n. 2. ante fin. vers. feudum, quod tenetur, & ite-  
rum in tit. de differ. in prin. vers. illud autem, ut supra  
latius probavi, dum vero subjicit ex *Isern.* in cap. quid  
63 sit investi, feudum esse universitatem facti, quia ha-  
bet bona naturæ diversæ, ut emphiteusim livellum,  
censem, & allodialia bona, loquitur de feudo in ab-  
stracto, quod potest habere membra etiam in alieno  
territorio *Paris de reint. & concessa* fol. 88. *cam in fin.*  
per *Giurbam dec. Sicil.* 50. n. 14. qui post hic scripta  
longo tempore typis datus est, potest habere sub se  
bona multiplicis speciei, hoc tamen non præsumitur,  
nisi ostendatur, quia non docto de titulo speciali, præ-  
sumerentur eodem modo feudales, ut concludit *Ca-  
mer. car. 38. col. 2. lit. I. & car. 59. col. 2. lit. G.* & sic non  
dixit *Frec.* quod bona non descripta de per se in quin-  
ternionibus in isto feudo taliter a Rege concessa, sint  
emphiteutica, vel allodialia, nisi exprestè hoc appareat  
sed quod esse possunt, unde cum in casu nostro jam,  
sit judicatum esse feudalia, & non burgensatica, non  
possunt applicari ejus dicta, quia loquitur in eo casu,  
ubi talia bona possunt habere aliam omnino diver-  
sam naturam, scilicet, quam hic habere non possunt.

Non obstat pariter quod subjicit de comitatu con-  
64 cesso cum castro, ut castra possint dividi, quamvis  
comitatus ipse sit individuus, quia ipse met fatetus  
*Dec. tenere contrarium in conf. 389. cuius opin. verio-  
rem, & com. probat Loffr. in d. conf. 389. n. 33. & seq.*

Nec dicatur ex adverso, quod hanc opin. ultra  
*Affl.* & *Frec.* sequitur etiam *Camer. car. 69. col. 2. ver.*  
bene verum, *Camer.* enim recte præpensus alter intel-  
ligit *Affl.* cum enim paulo superius in ver. *feudæ ex-  
prestæ*, firmaverit quod concessio ipsa facta a Regè fa-  
65 cit feudum quaternatum, reprehendens *Affl.* aliter  
diceat in dec. 282. vers. pro decisione, ut supra, sub-  
jicit postea hæc verba (bene verum putarem, quod licet  
collatio principalis faciat feudum quaternatum sim-  
pliçiter, vel consensus in feudo, quod subest Baronie  
faciat feudum quaternatum secundum quid, tamen res  
subjicitæ feudo, ut sunt feuda plana, at benas, & simi-  
lia remanebunt in sua natura, quoniam illa non alte-  
rantur, loquitur ergo *Camer.* non de rebus, & juribus  
concessis simul cum feudo, quæ ex collatione Regis  
perveniunt ad feudarium, quæ ipse contendit effici  
quaternata, sed de rebus subjectis feudo, quæ per prius  
constabat esse feuda plana, & athenasia, ista enim tan-  
tum concedit *Camer.* remanere in sua natura, & in hoc  
casu tantum voluit ipse salvare opinionem boni illius

senis, ut eum sèpè appellaç *Aſſi*, quòd nos non nō gamus.

Ultimò, quòd hæc opin. *Aſſi*. & *Frec.* sit omni-  
66 nō falsa, ex quo conçessa cum Castro sicut sunt feu-  
dalia sunt quaternata sicut est Castrum, & quòd non  
possint diverso jure censeri, quia eodem modo à  
Rege conceduntur, & pro eis immediate Rex recon-  
gnoscitur, & quia non possunt dividi, juribus ra-  
tionibus, & auctoritate *Iſer. Gal. de Pern. Petri de*  
*Gregor.* & aliorum Feudistarum contra *Aſſi*. expre-  
sè desepdit *Camia* in repet. ad d.c. si aliquem, var. in  
capite à n. 17. & præcisè n. 32, O. 33. ubi optimè, &  
subtiliter loquitur.

Et ejus dicta confirmari possunt auct. *Baldi* in c. 1,  
de conſen. inter. mas. & fam. n. 3. ubi in feudo inte-  
grali, & in prædiis suis in eodem loco firmat non de-  
beri diverso jure censeri, & sumendam esse conje-  
eturam ab eo quod plurimum potest, arg. 1. domum  
67 de contrab. empt. quod ibi *Alvar. largius* ostendit. Et  
quod præsumantur omnia bona feudalia, & ejusdem  
qualitatibus, probat in specie *Jas.* post *Bal.* & *Rom.* quos  
cit, in conf. 135. in fi. lib. 2. *Zofius* conf. 11. vol. 1. quos  
sequitur *Gab.* in suis concl. lib. 3. tis. de feudis, con-  
clus. 3. n. 5. *Intrig.* alios quoque cumulans d. cent. 2.  
cap. 43. & 86. *Patris de reintegr.* §. pone quod peti-  
tur. n. 16. tit. 9. cum enim hæc prædia, sint nullo me-  
dio annexa, & conjuncta Castro, sunt unum, & idem  
continens, præsertim cum non appareat unquam  
per alios possessa quam per dominos Castri, ut con-  
stat ex instr. anni 1401, producto per partem, pro-  
pter connexionem idem est judicandum, quòd de  
Castro, & dicitur unum corpus possessionum om-  
nium semper abinvestitis una cum Castro posses-  
sum, ex quo omnia habentur pro una re. Cum enim  
istæ possessiones uno teneantur corpore pro unico  
fundo habentur, etiam si essent in plures partes divi-  
sæ gratia commodioris culturæ, & proinde est, ac si  
specifice fuissent nominatae, ut in terminis hæc, &  
plura alia considerat in materia feudali *Nott. conf.*  
fil. 446, à n. 1. ad 10. & post n. 11. vers. neminem, lib. 2,  
& faciunt, quæ plena manu congerit *Menoch.* lib. 3.  
de præf. c. 101. n. 4. O. 5.

Quo ad tertium, & ult. art. principalem supposito,  
citram tamen veri præjudicium, hoc Castrum fuisse  
penes Ecclesiam, tanquam feudum planum, & de  
tabula sub aliquo Barone, ita quod nullo modo fuiss-  
et sub Rege, neque simpliciter, neque secundum  
quid, quamvis alienari potuisset per Ecclesiam cum  
conSENSU solius Baronis, id tamen non aliter per-  
mitti potuisset, nisi illud alienando tanquam feu-  
68 dum planum sive subfeudum, & eodem jure sub ea-  
dem lege, & natura, qua erat penes concedentem,  
& non aliter, ita quod feudi conditio in aliquo non  
alteraretur, sed solius personæ fieret commutatio,  
cap. 1. §. similiter, vers. perfectio, de l. Corradi, &  
clausula ad vendendum, & alienandum, intelligitur  
in feudum, non in burgensaticum, *D. Capyc.* in verb.  
ad vendendum, in vers. & bac clausula in sua inve-  
stis. fol. 135, at hic concessit Ecclesia hoc feendum in  
allodium in emphiteusim, sive ad libellum sub an-  
nuo canone, & pactis emphiteuticiis, quæ diver-  
sam habere naturam à feudis de se patet, & discurrunt  
*Cam.* car. 38. à ter. liter. P. & Q. quod nullo jure  
fieri potuit alterando, & mutando naturam feudi,  
*Cam.* latè in l. Imper. car. 25. col. 2. vers. non obstat  
ſtrenuum, & car. 40. à ter. litera L. & Iſer. Camer. Per-  
nus, & alii in locis congestis per Lipar, ad Iſern. in  
d. §. profecto in 1. addit. littera F. D. de Cart. in 1. par.

sui tract. feud. cap. 6, n. 13. Cum enim res datur  
pro censu, nec copulatur fidelitas, concessio non  
est in feudum, sed in allodium etiam si effet comi-  
69 tatus, et quod est feendum si non potest fieri allo-  
odium, nisi ab eo, qui illud facere potest, lege, vel  
consuetudine permittente, ut hæc omnia tradit *Ca-*  
*mer. car. 41.* à ter. col. 3. lit. O. & P. sicut in simili  
70 Baro non potest concedere hujusmodi subfeuda, nisi  
sub solito, et consueto servitio, et cum iisdem pa-  
ctis, et conditionibus *Cam. car. 73.* lit. P. col. 2.  
*Curt.* in 4. par. tract. feud. num. 83. *Urfill.* decif. 243.  
num. 2, in fin. et aliter facta concessio non tenet per  
ea, quæ cumulat *Paris.* de reinteg. feud. c. quia sèpè  
Barones, num. 1. O. 7. car. 22. Et hoc maximè pro-  
cedit, cum alienantur subfeuda tamquam bona li-  
bera allodialia nullius Baronis assensu reservato, quo  
casu fortius irritari debet alienatio, cum eo casu  
nullus assensus ex tempore presumi posset, cum de  
eo partes non cogitaverint. Cetera suppleant, men-  
se Octobris 1614.

### S O M M A R I U M.

- 1 *Astro concessio cum pertinentiis suis, & integro Statu, veniunt omnia cohærentia quinimodo, & ipsa jurisdictionis.*
- 2 *Territorio univ. rufiliter concessio, videtur quoque concessa jurisdictionis, secus in re particulari.*
- 3 *Territorio eti. im præscripto, censetur præscripta quoque jurisdictionis.*
- 4 *Concessio Castrorum, & territorii equiparantur, & n. 7.*
- 5 *Jurisdictionis, & merum Imperium quoque comprehenduntur, facta concessione territorii in dominium, licet aliud si facta sit in officium.*
- 6 *concessio videtur facta eu modo, & forma prout erat penes concedentem, etiam si specialis expressio exigeretur,*
- 7 *Territorium à terrena dicitur.*
- 8 *Territorium, & tenementum unum & idem.*
- 9 *Merum Imperium in Regno communicatum tem-  
pore Joannæ et Alphousi.*
- 10 *Castrum, jaris intellectu feendum quaternatum.*
- 11 *Caput castri, depopulato castro, efficitur simplex locus castri.*
- 12 *Jurisdictionis territorio saltim passim ex com.*
- 13 *Divisio feudi prohibita, etiam in Regno Sicilia ultra farum, ubi feuda alienantur sine assensu.*
- 14 *Partes feudi simul cum feudo concessæ, & possessæ sunt feudales, quinimodo quaternata, ut sine Regis  
assensu alienari nequeant,*

### A R G U M E N T U M.

*Castro*, territorio, vel tenimento universaliter con-  
cessio cum pertinentiis suis, et integro Statu, om-  
nia cohærentia quinimodo, et ipsa jurisdictionis conti-  
netur sub ea forma qua erat apud concedentem. Et  
de capite Castrum, et partibus i. suis, quod ejusdem  
naturæ cum capite censeri debeant,

### In eadem causa.

#### CONTROVERSIA VIII.

**H**is quæ prius latè scripsi pro Eminentissimo Do-  
mino Card. Aldobrandino addo subscriptas ve-  
rissimas conclusiones.

Prima ex concessione facta per Ecclesiam de an-  
no 1540. fuisse translatam in concessionarium, licet  
de facto, etiam jurisdictionem, quam habebat Eccle-  
sia,

1 sia, siquidem, nedum concessio Castro cum perti-  
nentiis suis, & integro Statu, ut hic, veniunt om-  
nia, quae cohaerent Castro, & praesertim jurisdictione,  
ut late de comm. probant Petrus de Greg. de concess.  
seu d. par. 7. quæst. 1. num. 4. Anna alleg. 52. & 108.  
& singul. 72. Regens de Ponte conf. 63. num. 25.

Sed etiam si Princeps, vel alius concederet unum  
2 Territorium universaliter, videtur concedere quo-  
que jurisdictionem universaliter, quam in eo ha-  
bet, secus si concederet in una particula, vel in una  
re particulari, ita Bart. in l. 1. col. fin. num. 16. ff. de  
jurisd. omn. jud. ubi Jacob Jason Dec. & Sapia, qui di-  
cit comm. & receptissimam esse opin. probat Re-  
gens de Ponte decif. 2. num. 14. qui ampliat procede-  
3 re etiam in præscriptione, ut præscriptio Territorio,  
censeatur etiam præscripta jurisdictione, & probato,  
quod quis habet Territorium ex consequenti pro-  
basse censemur habere jurisdictionem.

Et sic nulla est differentia inter concessionem Ca-  
4 stri, & concessionem Territorii, quia concessio Ca-  
stro cum pertinentiis, nihil aliud venit, nisi Ter-  
ritorium, cui si jurisdictione inerat, illa quoque ve-  
nit, & sic quæstio facta est, non juris, Camer. in spe-  
cie in l. Imper. car. 38. col. 2. litera G. & litera H.

Nec requiritur specialis expressio, ut concedatur  
5 etiam cum Territorio jurisdictione, quia procederet,  
ubi concederetur in officium, secus quando conces-  
ditur in feudum, & sic in dominium, quia tunc ju-  
risdictione quinimodo, & merum imperium etiam non  
expressum comprehenditur, Ann. in term. d. alleg. 52.  
6 num. 12. & concessio videtur facta eo modo, & for-  
ma, & cum juribus, quæ erant apud concedentem,  
etiam si speciale exigerent concessionem Anna  
d. alleg. 52. num. 42. & sc. 9.

Et ratio est, quia nulla est differentia inter conce-  
7 sionem Castri, & Territorii, quia sicut concessio Ca-  
stri ex juris intellectu omnem jurisdictionem sub se  
continet, ut de comm. notat Anna d. alleg. 52. n. 13.  
ita etiam appellatione Territorii jurisdictione quoque  
8 comprehenditur, cum Territorium à terendo, si-  
vè distingendo dicitur, l. pupillus, g. territorium,  
ff. de verb. signif. Camer. d. car. 38. col. 2. litera H.  
ver. nec obstat. Unde cum territorium, & tenimen-  
9 tum, sint unum, & idem, & non minus unum, quæm  
aliud dicatur Universitas agrorum, infra quos Ma-  
gistratus eiususque castri, sive loci, terrendi jus habet,  
ut in specie notat D. Copyc. in invejk. vers. Territo-  
rii tenimentis, fol. 125. Petr. de Greg. par. 2. qu. 3.  
num. 5. Paris de Puteo optimè in sit. de verb. signif.  
quem potuit post tract. de reint. in vers. Territorium  
il 2. & 3. ibi, Territorium, seu Tenimentum, &c.  
Nihil mirum si concessio in præsenti casu tenimento  
Torcini, veniat jurisdictione, & maximè cum non  
apparet Monasterium habuisse nisi simplicem ju-  
risdictionem civilem, cum obtinuerit Castrum ex  
tempore Caroli II. & merum imperium non fuerit  
10 nisi longo post tempore communicatum per Joannam,  
& Alphonsum, juxta not. in Conflit. ea, quæ  
ad decus, & sic facilius potuit trasferri simplex ju-  
risdictione sine mero Imperio.

Et ad hoc in specie respexit decretum Reg. Cam.  
dum dixit, Castrum Torcini, & omnia Territoria  
11 esse feudalia, ut sub hoc nomine (Castrum) juxta  
juris intellectum, decideret esse feudum quaternatum,  
ut late Reg. de Ponte d. decif. 2. num. 19.

Et ut ostenderet per Ecclesiam fuisse concessum  
totum Castrum cum jurisdictione, prout erat penes  
illam, ob id non sine mysterio, quod in concessione

anni 1540. & 1544. appellatur tenimentum, in d. de-  
creto nominatur Castrum, & sic aperte est decisum  
fuisse alienatum Castrum, scilicet cum jurisdictione.

Sed è contrario, si diceremus Ecclesiam concessisse  
universaliter totum Territorium, inclusa etiam  
12 ea parte, quæ antiquitus erat caput castri propter  
hominum habitationem, quæ postea deficientibus ho-  
minibus non erat amplius caput castri, sed locus  
unus ipsius castri, seu vulgariter una petia terræ,  
ut dicit Paris d. tit. de verb. signif. ver. locus, ex l. lo-  
cus, & fundus, ff. de verb. signif.

Verum diceremus non fuisse sub dicta concessio-  
ne comprehensam jurisdictionem, sed illam reman-  
sisse penes Ecclesiam fortius alienatio esset invalida,  
13 siquidem cum jurisdictione cohaeret Castro saltim  
passim, secundum comm. opin. relatam per Reg. de  
Ponte d. dec. 2. num. 16. nedum fuisse alienatio nul-  
la, quia alienatum feendum sine assensu, sed quia  
fuisse dividum feendum, & sic separatum Territo-  
14 rium à jurisdictione, quod adeo est prohibitum,  
ut quamvis per cap. volentes Regni Sicilæ ultrà fa-  
rum sit permitta alienatio sine assensu, tamen hoc  
non procedit, nisi feendum integrum alienetur, Cam-  
net, in cap. volentes, §. opere presum, num. 49. qui  
dicit, quod alienatio, quæ sit dismembrando, om-  
nino prohibetur nisi super utroque impetretur as-  
sensus.

15 Ultimò, ut ostendam, quod Terræ possessa cum  
Castro, ex Regis concessione facta cum juribus, &  
pertinentiis suis, nedum sunt feudales, ex Isern. in  
cap. 1. §. quidam, 1. col. de controv. inter musc. & fæm.  
sed adeò esse feudales hujusmodi res existentes intra  
fines feudi, ut nec alienari possint sine Regis assen-  
su ex Conflit. & sic esse pariformiter quaternatas,  
quinimodo dupli jure prohiberi ipsorum alienatio-  
nem, ex quo diminueretur feendum, & ad nihilum  
reduci posset, & sic neque datetur præscriptio in  
hujusmodi alienatione per Conflit. Confuetudinem,  
ubi alias totum feendum præscribi posset, videatur  
omnino rogo Petr. de Greg. par. 2. q. 7. à n. 1. & 5.  
vers. amplio nunc, & num. 11. & 26. in fin. quem se-  
quitur indubitanter Intrig. par. 1. q. 43. n. 88. & 90.

### D E C I S I O :

E Minentiss. Cardinalis Antonius Carafa, Abbas  
cum esset S. Mariæ della Ferrara, tractavit hujus  
causæ expeditionem contra Ducem Bojani ex fa-  
milia della N. y., sed remissa causa duabus S. C. Au-  
lis, suffictoque Abbate in Cardinalis locum D. Fa-  
bricio Carafa, ejus nepote, quia incidit dubium,  
feudale ne esset, an burgensaticum Torcini Castrum,  
fuit decreto Sac. C. provisum anno 1592. his ver-  
bis: Ex quo in causa prædicta incidit quæstio. An  
Territorium in actis deductum sit burgensaticum,  
vel feudale, articulus prædictus remittatur ad  
Rég. Cameram Summaria. Et tandem remissa cau-  
sa, instructo processu referente Præside Montoya  
super declaratione. An Castrum Torcini, & Ter-  
ritoria comprehensa infra limites ipsius relatos in  
concessione olim facta sub die 13. Maii 1540. per  
Rever. Cardin. S. Flora tunc Abbatem Joanni Ba-  
ptistæ della Valle in proces. car. 202. possessa per Du-  
cem Bojani sint feudalia, vel burgensatica Decreto  
Reg. Cameræ lato die 6. Januarii 1603. cum tribus  
adjunctis Sacr. Cons. provisum est. Omnia Territo-  
ria comprehensa infra limites ipsius relatos in con-  
cessione prædicta possessa per Ducem Bojani fuisse, &  
esse feudalia præter perventa in posse Dux Bojani,

Quo ex decreto cum reclamasset Dux Bojani,  
E 2 quip-

quippe qui intelligebat, ex eo quod fuisset Torcini Castrum feudale declaratum, se qui necessariò, ut per S.C. ipse uti possessor condemnatur ad ejus relaxationem, ut sine Regio assensu alienati, decreto Cameræ, referente eodem Montoya cum adjunctis fuit dictum: *Procedatur ad ulteriora in causa reclamationis in Regia Camera, & nibilominus consignetur copia processus D. Fabritio Abbatii 14. Aprilis 1603.* Et opponente Duce non esse per S.C. procedendum in causa principali relaxationis, pendente in Camera decisione interpositæ reclamationis à decreto, quo Torcini Castrum unà cum Territorii fuerat declaratum feudale, ex eo quod licet reclamatio regulariter non impediret executionem; tamen cum puncti principalis in S.C. definitio magna ex parte, aut omnino ut actor volebat, penderet ab ejusdem articuli decisione necesse esset, ut reclamationis exitus expectaretur, quando neque perfectè judicatum dici posset, cum adhuc posset decreatum retractari, ut pro Duce convento largè tunc fundare contendit, *Dominus Reg. Rovitus duabus suis doct. simis allegationibus impressis sub Pragmat. 38. de off. Procur. Casaris à num. 3. ad 31.*

Verum, ex p. atensione non obstante, cum pro D. Cardinale Aldobrandino, tunc Abate instatum fuisset, ut ad causæ principalis expeditionem procederetur decreto S.C. junctis Aulis die 19. Maii 1604. fuit dictum benè provisum per causæ Commissarium sub die 26. Febr. ejusdem anni, qui decreverat, *Ut procederetur ad ea, quæ incumbenter in causa pro ipsius expeditione oppositis non obstantibus.*

Confirmato dicto decreto in gradu reclamationis, etiam facto verbo in Colla etali die 6. Septembris ejusdem anni 1603. est utique decimum duplice decreto, interposita à Duce reclamatione à decisione incidentis articuli à S. C. ad Cameram remissi scienter Torcini, & Territoria essent feudalia, nec ne; ubi fuit decretum affirmativè, esse feudalia, impediti, non debere expeditionem causæ, & articuli principalis, qui in suom etiā, & cursu, sive statu ad S. C. remeavit, cum remissi articuli impedientis effasser obex, ut ipsem Dom. Rovitus testatur in dicta Pragm. 38. in princip. post n. 2.

Et per S. C. aliis etiam factis decretis referente Consiliario Vespalo Mellante successore, ut ad expeditionem dicti articuli principalis procederetur, quia Consiliarius Jo: Baptista Melior tunc Ducis Advocatus, subtilissimo suo invento, ut causæ cursum remoraretur dixit, licet fuisset declaratum Torcini esse feudale, remanere tamen indecisam, & non declaratam qualitatem, & particularem speciem num scilicet feudum esset quaternatum, an planum, & de tabula: ideoque hujusmodi articulum esse iterum remittendum ad Cameram, ad quam spectaret declarare, tūm, an esset feudum, quod solum fuit declaratum, tūm etiam, quale, & cuius speciei esset quod magis referre pro dicta decisione videbatur.

Tanta utique exitit hujus inventi vis, & impressio ut licet ipse pro Cardinali scriptissim, ac plenè fundasse, ejusmodi qualitatem feudi quaternati virtutis per Cameræ decretum fuisse declaratum; atque ita etiam necessariò intelligendum decretum prædictum, cum planum ac perspicuum esset ex ipso processu nimirum, quod quaternatum esset feendum, fuit tamen referente Consiliario Morra junctis Aulis in Collaterale die 17. Octobris 1613. ita decretum: *Vita comparitione, fol. 597.* fuit provisum, quod articulus qualitatis feudalis iterum remittatur ad Reg. Cam.

A quo decreto fuit per Dom. Cardinalem reclamatum; verum Andriæ Dux Conventus Ducissæ Bojani vir, sive quod veteretur ne hunc amitteret articulum, quod vicisse summa cum contradictione, & pro pauco votorum numero dictum est: sive quod duceret, non tuta à se conscientia bona Ecclesiæ diu retineri: vel ea maxime de cœla ductus, quod in ipsa principalis puncti discussione satis plenè Abbatis justitia emicuit, videreturque non longius causæ finem, quo declararetur quaternatum esse feendum: atque ideo instare periculum, amittendi Torcinum unà cum Territoriis, & fructibus, qui per magnam pecuniarum summam conficerent, cum ex dicto feudo exigerentur annui . . .

Convenit itaque inter partes hunc in modum. Ducissa finem causæ haud expectans, Dux, viri consensu, cessit, & renunciavit Castrum Torcini cum toto, & integro Territorio designato in confinibus concessionis factæ Capitaneo Joanni Baptista della Valle, anno 1540. & in aliis confinibus descriptis in articulis factis per Cardinalem Carrasa, quod quidem fuit in totum, quod Dux possidebat, inclusis etiam Territoriis burgensaticis propter Territoria acquisita sub particularibus titulis per publica instrumenta. Quod utique fuit quantum ab Abbe prætendi potuisse, insuper cum promissione evictionis, & obligatione solvendi statim ducat. 1846. pro censibus decursis ad rationem ducatorum centum quadraginta pro qualibet anno.

Quo vero ad fructus perceptos, convenerunt, ut ab anno 1544. in quo dictum Castrum Torcini fuit alienatum à dicto Jo: Baptista della Valle liquidarentur per Doctorem Marcellum Marcianum nunc dignissimum Consiliarium, electum à dicto Duce, & per me, electum à dicto Domino Cardinali, cum potestate eligendi tertium arbitrum, & cum amplissima facultate decidendi, & exequendi: Dominus vero Cardinalis ex summa prædictorum fructuum, ad quamvis quantitatem ascenderent, relaxavit, & donavit ad beneficium dicatorum Dux cum millia ducatorum decem. E contra Duces prædicti promiserunt solvere eidem Domino Cardinali etiam via ritus exequentiva eam pecuniarum quantitatem pro dictis fructibus, quæ summam prædictam ducatorum millium decem excederet, & superesset, ut ex instrumento rogato manu Notarii Troili Schivelli 19. Aprilis 1616. cui intervenit pro Domino Cardinali ut eius Procurator Pater Antonius Cigala Societatis Jesu, vir quidem summa doctrina, summaque, vita, & morum probitate, quibus tum Clementis VIII. fel. mem. tum Principum Aldobrandinorum fuit in charissimis, quoad ex hac vita maxima cum christiane virtutis opinione dedit.

### S U M M A R I U M.

- 1 Interdictum retinendæ, quam probationem requirat, & num. 6.
- 2 Praesumptio l. sive possidetis, C. de probat. non jugat in interdicto retinenda.
- 3 Tituli justificatio, an requiratur, ut reus absolvatur interdicto retinendæ, auctore extrema non probante, & num. 5.
- 4 Interdictum retinendæ, etiam in judicio summarissimo non conceditur contra naturaliter possidentem, neque contra detentorem.
- 7 Contractus venditionis re integra distractur solo consensu absque retrotraditione, aut pretiis restituitione.

Pa-

- 8 *Pactum de retrovendendo temporale, stante lectione, efficiar perpetuum.*
- 9 *Possessione pacifica nemo privare debet de factō, sed est dandus terminus.*
- 10 *Possessionem, sive tenutam apprehendere, licet hæredi, quamvis rei dominium in hæreditate non remansisset.*
- 11 *Remedium finalis, C. de edict. divi Andr. competit etiam pro sola detentione rerum.*
- 12 *Hæres petere potest, ut in possessione, sive tenuta bonorum etiam feudalium adeptæ etiam propria auctoritate, confirmetur, etiam si sit extraneus, & successionis incapax, & n.13.*
- 14 *Hæres non admittitur ad feudum, quod in pleno utili dominio, & possessione spectabat ad defunctum in discussa capacitate ipsius personæ, secus si defunctus fuit simplex possessor, & de ratione diversitatis, num.15.*
- 16 *Spurius in possessionem seudi admissus quia in possessoriis factum, non jus versatur.*
- 17 *Jurisdictionalium exercitium requiri statum, & non jus.*
- 18 *Feudi possessione sine voto obtenta potest retineri etiam absque assensu, ampliatur in omni re, n.19.*
- 20 *Creditor ex solo præcario verè possidet naturaliter, & civiliter, etiam quoad interdicta possessoria, secus quod usucacionem effectum concernentem dominium, & acquisitionem fructuum, & n.21.*
- 22 *Possessor verè dicitur creditor quodad omnia ex solo præcario juncta traditione possessionis per actum verum cum facultate percipiendi fructus ampliatur n.23.*
- 24 *Redemisse censetur, qui declaravit velle rem venditam redimere.*
- 25 *Hæres statim efficitur, qui declarat velle hæreditatem.*
- 26 *Invito, quod fieri potest, etiam eo ignorantie in extrajudicibus.*
- 27 *Mutari causa possessionis potest, maximè reducendo ad pristinam causam dominii.*
- 28 *Possidet is, cuius nomine possidetur.*
- 29 *Procurator possessor nomine Domini cum facultate percipiendi fructus ad propriam utilitatem, dicitur verus possessor, & dicitur, procurator in rem propriam.*
- 30 *Procurator in rem dici potest, & si verba, in rem propriam, absint.*
- 31 *Procurator, in rem propriam, non revocatur per mortem ejus, vel constituentis.*
- 32 *Possessio etiam, quæ detinetur per Colonum non transfit in hæredem, nisi sit appreensa, nec continuatur etiam in filiam, quod procedit etiam in feudis, & n.33.36.*
- 34 *Hæreditas possessionem, neque naturalem per Colonum retinet, sed possessio civilis, & naturalis defuncti post ejus mortem est mortua, & occisa, & n.35. & 37.*
- 38 *Præcarium, sive constitutum morte constitutarij non extinguitur: si tamen constituens, sive Colonus continuat possessionem nomine hæredis.*
- 39 *Constitutum expirat morte constituantis.*
- 40 *Possessionem feudi quasi civilem habens, an censeatur vacantem naturalem possessionem per mortem possidentis ad se attrahere, & n.43. & quid in interdicto adipiscendæ, quidæ retinendæ n.43.*
- 41 *Naturalis possessio civilem vacantem ad se attrahit, etiam ad beneficium ignorantis, & civilis efficitur.*
- 42 *Possessio usufructuarii causa finita, dicitur iusta, quia causa non est transitoria ad hæredes, secus è contra.*
- 45 *Feudatarius civilem possessionem habere nequit, idem emphiteuta, & qui prætendunt jus in re, & n.46.*
- 47 *Possessio etiam vera civilis feudi non est potens, ut apprehendatur naturalis ab alio occupata.*
- 48 *Dominium, neque possessio probatur relevii solutione, idem de catastro, & libro extimi.*
- 49 *Relevii solutio translationem possessionis non operatur.*

## ARGUMENTUM.

De probatione necessaria in interdicto retinendæ, quod non concedatur contra naturaliter possidentem. Hæredi concedenda est immissio etiam pro sola detentione bonorum, quam defunctus habebat, & sic etiam pro tenuta simplici feudalium extraneo hæredi, vel incapaci, ut spurio sub distinctione; & quod in possessorio feudorum, & etiam jurisdictionalium factum, non jus versetur, & simplex status attendatnr. Creditor ex solo præcario, vel procurator in rem propriam, quando habeatur pro veris possessoribus. Possessio etiam mediante colono non continuatur, nec in filium hæredem, nisi apprehendatur etiam in feudis. Quid autem morte constitutarii, si colonus continuet possessionem nomine hæredis. De civili, & naturali possessione feudatarii, emphiteutæ, & usufructuarii, & quando naturalis attrahat ad se civilem vacantem. Et de solutione relevii, quod nihil profit ad translationem, vel probationem dominii, neque possessionis,

**Pro Dominis Portia Capycia, & Alfarani filiis contra Octavium Trani.**

## CONTROVERSIA IX.

Octavius Trani cum non fundaverit se unquam possedisse Casale Lucuniani tempore litis motæ, vel præparatae, impossibile est obtinere in interdicto retinendæ possessionis per

- 1 ipsum proposito §. retinenda, & §. bodie institut. de interdictis, DD. in l.1. C.uti possid. & in cap. licet causam de probat. adeò ut præsumptio l. sive possidetis, C. de probat non prolit ad obtinendum in hoc interdicto retinendæ, quia omnino requiritur specialis probatio præsentis possessionis l.1. §.1. ff. utrobi. alias adversarius est absolvendus, uti actoro
- 3 non probante extrema necessaria Gratius formaliter cons.50. num.22. & num.43. lib.1. nec requiritur justificatio tituli, Menob. remed.3. retinenda q.73. num.588.

Nec etiam in summario, (quod alii summarissimum appellant) si hoc Octavius intentasset, quod non fecit, siquidem cum in promptu Portia Capycia ostendat se possidere naturaliter, non posset Octavius obtinere, etiam si civilem haberet possessionem, quia non conceditur hoc interdictum contra naturaliter possidentem, nec etiam contra detentorem, Covar. pract. qq.c.17. n.5. vers. si sanè, Menob. de retin. remed. ultimo, n.17. in hoc enim judicio non requiritur titulus, & ob id etiam prædo, &

- 4 invasor est in sua corporali possessione conservandus, quia non tractatur de vera possessione, sed de præsenti statu rei, Covar. d. loco, D. Capyc. decis. 13.15.
- 5

189. Roland, conf.8. lib.4. *Consiliarius de Anna consil. 20. n.25.*

Et proinde est omnino dandus terminus in possessorio ordinario, quod dumtaxat legitur intepatum, ut probationes recipientur; tenentur enim probare possedit tempore litis morte, & turbari, *Menoch. remed. 3. retinenda q. 55. num. 448. & turbatio est probanda in specie Afflitt. decis. 393. Menoch. loco prædicto n. 559.*

In quo termino Portia uti tutrix suorum filiorum, & hæredum quondam Nicolai Antonii utilis Domini, & possessoris hujus Castri, quatenus opus esset, plenissimè probabit se dicto nomine semper possedit naturaliter, & civiliter, nec unquam Alexandrum emptorem, nec Octavium ejus hæredem possessionem aliquam adeptos fuisse.

Et insuper, quatenus ex scripturis in processu deductis, & in facto adnotatis non esset plenè probata resolutio dictæ venditionis, quam credimus aperte constare plenissimè, etiam ad colorandam possessionem, probabit de justitia tituli, scilicet contractum venditionis dicti Castri fuisse omnino extinctum, & resolutum vigore pacti de retrovendendo in eodem instrumento adjecti, vel aliter mutuo consensu di-  
7. Eli sui viri venditoris cum Alexandro emptore, aut saltim cum Octavio ejus hærede, qui discessus sola voluntate contingere potuit, cum integris omnibus manentibus, nulla retrotraditione, aut pretii restituzione opus fuerit jux. rex. in l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptione discedere, & l. juris gentium §. aded. & leg. ab emptione, ff. de paciis.

Vel saltim si praedicta non suppeterent, prætendit  
8 Portia pactum de retrovendendo, quamvis temporale, & restrictum ad vitam venditoris, fuisse effectum perpetuum stante læsione, & sic etiam ex hoc capite sibi competere jus reemendi juxta doctrinam Jacob. in l. mutuum n. 2. ff. si certum petatur quem sequuntur Tiraq. in 1. retract. §. 1. gloss. 2. n. 53. *Menoch. de arbitrariis, lib. 2. cent. 3. casu 217. cum aliis per Consiliarium de Anna in add. ad alleg. 83. ejus patris, qui dicit ita passim judicatum, quæ omnia in termino deducentur, & interim non est sua*  
9 *possessione privanda, nec potest de sequestro tractari, dum Portia pacifice possidet, nec judex se intro- mittet Bald. singulariter conf. 244. vol. 3. & in leg. fin. vers. quartus casus, C. de edit. divi, cum aliis per Reg. de Ponte conf. 21. & dec. 40. n. 37. etiam si invallis Plotus de communi in l. si quando num. 84. vers. est quartus casus C. unde vi.*

10 Quam possessionem, sive tenutam potuit Portia legitimo iure apprehendere, quia reperit Castrum in hæreditate Bald. in leg. fin. n. 3. vers. secundo præmitte, C. de edit. divi, DD. omnes in l. non est dubium, C. delegatis, quamvis illius dominium non remansit.  
11 sed in hæreditate, sed simplex tenuta; constat, enim dari remedium leg. fi. C. de edit. divi, etiam pro rebus spectantibus quoad solam detentionem juxta Giuff. in d. leg. fin. in verbo fuerunt C. de edit. divi, cum aliis per Menoch. remed. 4. adip. poss. q. 55. 12 vers. extenditur quartus n. 398. & sicut hæredi pro eis competit remedium adipiscenda possessionis, ita quoque eodem iure petere potest, ut in possessione accepta, etiam propria autoritate confirmetur, ut ex infinit. probat Menoc. d. remed. 4. adipiscenda, n. 348. & 350.  
13 Idque; etiam in feudis, & in beneficium nedum filii, vel alterius legitimi successoris, ut in casu nostro, juxta dicta per Isern. in cap. 1. si de feudo dis. mil. it. cum aliis per Rosent. de feudis cap. 7. concil. 48.

lit. A, in fine, sed etiam in beneficium cuiuslibet extranei hæredis, & successoris incapacis ad seuda, 14 ubi tamen hæres non prætendit succedere, ut hæres eorum feudorum, quæ in pleno utili dominio, & possessione spectabant ad defunctum, quo casu cum hæres non possit alio iure admitti, nisi, ut defunctus habebat, necesse est discutere de capacitate personæ hæredis, sed aliud ubi defunctus non fuit dominus, sed simplex possessor, sive detentor, tunc enim cum istius hæres aliud prætendere non possit, nisi possessionem, sive tenutam illam nancisci, non habet necesse ostendere se verum, & legitimum hæredem in feudo, ut de communi tradunt Ann. alleg. 1. num. 28. Curt. Junior. conf. 30. num. 11. Port. 15 conf. 1. num. 18. Roland. late conf. 2. num. 30. lib. 3. & ratio est, quia non agitur de dominio, & sic de jure, sed de simplici possessione, cujus est capax etiam is, qui dominus esse non potest, ut clarè patet ex theor. Iser. in cap. Imper. §. illud à num. 68. vers. ex his, & n. 70. vers. nam licet feudum, & n. 71. & post n. 69. dicit hæc verba: *Qui non possunt possidere, possunt tenere, sicut asinus bardam, quorum detentio dicitur naturalis possessio in proprietate, idem in Constitutio-16 tui., violentias, in fine, & proinde etiam spurius fuit admissus in possessionem feudi Anna sing. § 35. quia in possessoriis factum, non jus veriatur, &* 17 *etiam quoad exercitum jurisdictionalium inspicitum, & non jus, ex infinitis probat Pereg. de jure fisci, par. 1. §. fiscalia, num. 55. & sequent.*

Et sic quamvis in albarano, cujus vigore Alfaranus venditor remansit in possessione Castri, non fuit expeditus assensus, justè tamen ipse, vita durante potuit, & nunc ejus hæres potest possidere, & 18 retinere, feudum; possessio enim feudi sine vitio obtenta potest retineri etiam sine assensu ex justa causa crediti, vel altera, juxta doctrinam Bart. de Capua, & Petri de Monteforte in Const. Constitutionem, in glos. licentiam, vers. sed si possidit, Alvarot. in cap. si vasallus ille secundu, si de feudo defuncti militis, Reg. Lanar, conf. 80, num. 51. Reg. de Ponte decis. 4. num. 28. Paris. conf. 42. num. 3. & 4. vol. 1. 19 Curt. Jun. conf. 41. volum. 1. Soc. Jun. conf. 175. n. 1. & generaliter in omni re probat de communi Sur- dus decis. 46. post n. 12.

Sed fortius cum retentio istius Castri in praesenti casu etiam Regio assensu roboretur, dum enim dicimus venditorem usum fuisse facultate redimendi, quæ apparet vallata Regio assensu concessa pariter super venditione, & pacto redimendi, ex hoc sequitur, penes Portiam, nedum adesse simplicem tenuitatem, sed & legitimam possessionem Castri juris administrativi roboratam, quæ velut potentior, facilius quoque retinetur, unde id solùm superest fundare, retrovenditionem fuisse factam, quod vel est jam probatum, vel in termino plenius fundabitur, pro quo instatur.

Possedit enim ab initio Alfaranus virtute albarani ex consensu emptoris cum plena facultate percipiendi fructus, ut proprios, & cum pleno exercitio jurisdictionis, ut creditor, qui etiam ex solo praecario vere possidet, Bar. in l. 3. §. ex contrario, n. 6. ibi quia creditor possidet omni modo, & debitor nullo modo, §. de acq. poss. & quod possideat naturaliter, & civiliter, docet Ias. in leg. 1. §. per servum corporali-21 ter, num. 5. ff. eodem, exinde dicens competere creditori interdicta possessoria, si in possessione turberetur, quæ constat non concedi nisi naturaliter possidenti, quamvis quoad utucaptionem, & effectum

con-

concernentem dominium, & acquisitionem frumentorum non dicatur creditor possidere. *Glos. in l. scindum, §. creditor*, ubi *Jaf. in §. possessor, num. 4. ff. qui satisfid. cog.*, sed cum hic fuerit tradita vera possessio corporaliter per actum verum, cum facultate percipiendi fructus etiam ab initio, in omnibus fuit verus possessor, *Negus.* & alii relati per *Menoeb. de retin.*

*22 remed. 3. q. 25. num. 159.* maximè cum possessio Castri fuerit tradita pro integro pretio, quo casu velut cessante spe iustitionis, creditor in omnibus perfectè pro possessore habetur; aded, ut fundus censeatur tanquam proprius creditoris, ut advertit *Jason. in d. §. possessor post num. 4.*

Et postea sequuta reemptione dicti Castri, quæ ultrà actus in vita gestos, per Alfaratum, saltim negari non potest, quin illa facta fuerit in testamento, & deinde supervivens in comparitione penes *24 acta*, ubi expresse ordinavit, & declaravit se velle Castrum redimere, & sic censemur ipsum jam Castrum redemisse, ex *tex. in l. apud Aufidum, ff. de optione legata*, ubi eo ipso, quod quis declarat se velle habere talem rem statim illam eligere censemur, sicut si quis declarat se velle hæreditatem, statim hæres efficitur, quia voluntas, & potestas concurrunt *l. jam dubitari, ff. de bæred. in s. t. cum aliis in proposito per Annam alleg. 139. num. 13. cum sequenti.*

Et maximè cum in testamento fuerit præsens Octavius, licet ejus præsentia non fuisset necessaria, *26 cum simus in actu, qui poterat fieri eo invito, vigore facultatis reemendi ab initio concessæ, ergo, & eo ignorante l. qui potest invitiss. 26. ff. de reg. juris*, quæ semper procedit in extrajudicialibus secundum *Dec. & Cagnol.* ibi, cuiusmodi est iste actus ex quo patet *27 venditorem mutasse sibi causam possessionis, quod potuit facere juxta notata in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poss. & melius in l. cum nemo, ubi Glos. optima, vers. extrinsecus in fin. C. de acquir. poss. & maximè reducendo ad pristinam causam dominii, quod facile contingit, argumento l. si unus, §. pactus, ff. de pactis, & c. 1. de pactis in 6.*

Quibus ita solidissimè fundatis, non obest primò, si diceretur in albarano, fuisse concessam tenutam venditori nomine ipsius Alexandri, ex quo posset *28 adversarius inferre, quod Alexander emptor possedit ex reg. quod is possidet, cuius nomine possidentur l. quod meo, ubi Alex. n. 3. & reliqui Scrib. ff. de acquir. poss.*

Primo enim appareat solutum argumentum ex proximè dictis, ex quibus patet Alfaratum mutasse sibi causam possessionis, & fuisse ex reemptione effectum dominum, quo casu omnia cessarent, quod latius in termino probabitur.

Secundò dicimus argumentum procedere in simplici procuratore, vel alio administratore constituto, *29 ad' commodum Domini; verum si attempo effectu alter apparet, quia dominus declareret utilitatem contractus spectare ad procuratorem cum facultate percipiendi fructus, ut proprios, tunc non attentis verbis, sed rei substantia omnis possessio transfertur in hujusmodi procuratorem, qui ex hoc censemur factus procurator in rem propriam, Glos. in l. 2. vers. rem suam, ff. de procuratoribus, bonus tex. juxta glos. in ver. rem suam in l. qui stipendia, C. de procur. Castren. 30 in l. fin. ff. de donat. Bertaz. de claus. c. 29. glos. 2. & 3. nec requiruntur de necessitate illa verba, in rem propriam, sed ab effectu utilitatis, & damni dicitur procurator in rem propriam, Specul. de cessi. action. §. & 31 consequenter, n. 2. vers. & nota, Gemin. in c. licet de*

*procurator; Aret. conf. 24. & proinde hujusmodi procurator in rem propriam, non revocatur per mortem constituentis, sive constituti, ut docet Bald. in l. 1. num. 20. vers. tertid quæra, C. de act. & obligat. Aret. conf. 125. Bertaz. d. claus. 29. glos. 2. num. 4.*

Tertid, & hic residet cardo negotii, quamvis Alexander emptor aliquo modo per se, vel alium civiliter possidet, quod negamus, hujusmodi tamen possessio per mortem Alexandri fuit extincta, nec unquam potuit transire in Octavium, qui ipsam non apprehendit, vulg. l. cum bæredes, ff. de acquir. poss. quam procedere etiam in feudis, quinimò nec continua-ri in filium, nè dum in fratrem, probat Iser. in cap. 1. n. 5. vers. in filiis, & num. 6. vers. si est filius, juncto 32 vers. item est Dominus, de feudi cognitione, idem in cap. 1. in principio, n. 2. vers. si ergo, juncto vers. quia non fuit, ubi Lipar. lit. H. infinitos congerit, Quo tempore mil. quam esse communem, & veram dicit Zafius consil. 10. num. 10. & consil. 30. num. 8. lib. 1. Covarr. lib. 3. var. cap. 5. Gailius practic. observat. lib. 2. cap. 152. Dom. de Pante consil. 65. num. 5. Vusenbech. dicens veriore magis communem, & sèpe judic. conf. 1. num. 39. & 50. latissimè Schrader. de feudis par. 7. cap. de successo. trans. num. 21. quæst. 12. Rosentb. part. 1. de success. ex testam. cap. 7. conclus. 17. in add. lit. D. & in suis expresse loquitur Inrigl. de feud. cent. 1. q. 46. num. 18. & 19. Paris. conf. 13. n. 84. & 87. lib. 1.

Nec dicat Octavius ipsum per mortem Alexandri de anno 1606. quæsivisse possessionem Castri mediante persona Alfarani tanquam per colonum sive procuratorem.

*33 Quia tametsi non fuerit simplex procurator, nec colonus, ut sup. nihilominus J. C. in l. qui universas, §. quod per colonum, clare dicit contrarium, quod per colonum possideo, ait ipse, bæres meus nisi ipse natus fuerit possessionem, non poterit possidere, quia ut subdit Glos. etiam in possessione coloni habet locum 34 tex. in d. l. cum bæredes, aded, ut nec hæreditas retineat naturalem per colonum, & ut ibi dicit Ang. poss. defuncti post ejus mortem est, ut ita dixerim mortua, & occisa, & idè illam eandem in hæreditatem transire, est impossibile, meritò nova acquisitione opus est, per quam nova inducatur possessio, & 35 Castren. subdit, quod omnis possessio, quam detinebat defunctus animo, & corpore, & sic civilis, & naturalis, extinguitur per mortem, quia utrumque instrumentum extinguitur, substantia enim possessionis erat apud ipsum defunctum, nec instrumentum coloni tanquam accidens de per se stare potest, nisi colonus ab hærede conducerit, vel sibi solverit pensionem, quod sentit etiam Afflit. decis. 167. n. 6. & 37 325. n. 3. post Jaf. in d. §. per procur. n. 3. & quod utramque possessio, tam civilis, quam naturalis extinguatur morte in specie probant Alex. in l. cum bæred. n. 10. Gomez. in l. 45. Tauri n. 103. Rosentbal. infinitos cumulans de feudis par. 1. cap. 7. conclus. 17. in add. lit. D. & sic nulla possessio residet penes Octavium. Et sic declarat materiam istam Tiraquell. de jure constitut. 38 part. 2. ampl. 12. ubi quamvis concludat, præcarium, sive constitutum non extinguiri morte constitutarii, sic enim DD. nominant eum, qui concedit alteri, ut rem sub ipsius concedentis nomine se constituat possidere, id tamen sanè procedere declarata, prout explicant DD. præcipue Alexand. in dicto §. quod per colonam, si tamen colonus; sive constitutus continuet possessionem nomine hæredis, non aliter, & ita quoque se restringit Tbesaur. in sua decis. 105. num. 7.*

sum.7. dum respondet ad text. in dicto §. quod per colonum, expressè sequutus Tiraquellas, & Afflitt. d. decisi. 167. num. 6. ubi Ursill. num. 1. cuius contrarium est in casu nostro ubi constituens nullo modo con-  
tinuavit possidere nomine heredis constitutarii, sed quod magis est per mortem Alfarani constituentis, omnino expiravit constitutum, Angel. in l. quamvis, §. 1. ubi Alexand. num. 7. & 8. ff. de acquir. possessione, etiam stante clausula, ex nunc, prout ex tunc ut pleniss. apud eundem Tbes. decisi. 38. post Afflitt. optimè decisi. 335. num. 10.

Ex quibus non est opus differere utrum ille, penes quem residet utile dominium seudi, occasione quasi civilis possessionis, quam habet ratione illius juris feudalis ad instar quasi possessionis juris usufructus, de quo per Bart. num. 8. utrumque Imol. num. 14. Jas. num. 44. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquirend. possess. cum aliis per Rosenthal. de feudi cap. 8. concl. 1. lit. N. & lit. l. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 72. 74. & cito. censeatur vacantem possessionem naturalem per mortem possidentis ad se attrahere, eamque adimere naturaliter possidenti ex Bart. in l. si arrogator n. 12. Bald. num. 7. ff. de adopt. Imol. consil. 16. num. 3. & 4. Cassan. ad Consuet. Burg. rub. 7. §. 1. ver. limita quarto, & Menoch. de adipiscend. remed. 4. quæst. 55. versic. extenditur quarto, num. 372. Nasta consil. 410. sum. 2.

Nulla enim, neque civilem unquam consequutus fuit Octavius, qui per mortem Alexandri de anno 1606, vivente Alfarano neutram possessionem curavit apprehendere, quinimò potius è converso naturalis possessione, quæ erat penes Alfaranum vacante civili, civilem ad se omnino attraxit, eamque etiam ignorantis quæsivit, & naturalis illico fuit effeta civili. Gloss. notab. in l. clam. possidere, § fin. ubi Jas. post Bart. quem citat in l. ex ase, ff. ad Trebell. idem Jas. in l. 3. §. ex contrario, num. 63. in fine eod. tit. ex gloss. in l. sed si nolis. 7. v. r. s. amissio. ff. eod.

Ultera quod Bart. in d. si arrogator, & alii, quos longa serie recenset Tiraq. in tract. mortis par. 4. in 1. declarat, loquuntur in usufructu speciali ratione, ubi causa illa naturalis possessionis, & corporalis inconsistentia omnino sui natura per mortem extinguitur, & proinde finita causa, possessio usufructuaria efficietur iusta, ut Tiraquellus dicit notari in leg. clam possidere, §. ultimo, ff. cod. quod secus est, quando causa ex se est ad heredem transitoria, ut in casu nostro ratione crediti, vel dominii recuperati, ut semetipsum declarat Tiraquell. d. declar. 1. num. 1. in junctio num. 4. & 7. & declar. 4. n. 5. Menoch. consil. 439. num. 18. lib. 2. Tellius in l. Tauri 17. num. 63. Casill. de usufruct. cap. 61. num. 7. & 8. hoc enim casu, nemo ex DD dicit civilem attrahere ad se naturalem, & licet exemplum de usufructu non restringat, declarat tamen non comprehendere casus, nec personas dissimiles, cap. scdes de rescriptis, cum aliis ab eodem Tiraquell. de jure consil. part. 1. num. 63. versic. 44 nec obstat, & amplius quoque DD. praedicti loquuti sunt in interdicto adipiscendæ ut in hac specie nuncupatum loquuntur Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 372. vers. quæ sand, & Peregrin. consil. 4. n. 59. vol. 1. secus autem in interdicto retinendæ postquam naturalis possessio est per alium jam occupata, ut infra dicetur.

Nec etiam est verum, feudatarium aliquam habe-  
re possessionem civilem ullo modo, quæ integra residet penes Dominum directum, ut indistincte firmit. Isern. juxta opin. Joan. in cap. si vassallus de seudu-

post n. 6. ibi idem in omnibus, qui prætendunt has in 46 re, ut empibitatea, feudatarius, & similes, ut nullam habeant civilem, & hæc est communis positiō. &c. & sic expressè excludit Isern. etiam quasi possessionem respectu juris, idem in Constit. si domini à vasallis Afflitt. in prælud. constitut. qu. 22. num. 9. dicens hereticum esse aliud tenere, Petr. de Greg. de concess. feudi, part. 1. quæst. 12. num. 12. cum seq. D. de Ponte dec. 40. n. 6. D. Georg. alleg. 12. num. 24.

47 Et si haberet quasi possessionem respectu juris feudatarius, non tamen est adeò potens hujusmodi quasi civilis, ut illius vigore possit apprehendere possessionem naturalem ab alio occupatam, ut in casu fortiori in Rege, & sic domino directo, apud quem palam est residere civilem, docuit Isern. in cap. Sancimus, §. fin. autem dixerit, sub n. 8. versic. hoc ultimum, quo tempore mil. Afflitt. in cap. sciendum de feudi cognit. Brunus consil. 122. num. 4. D. de Francb. decisi. 163. num. 3. afferens Gloss. Isern. Afflitt. Frecc. & alios, ubi probant, etiam veram civilem possessionem Domini directi nihil operari, ubi alter prævenit, accipiendo naturalem.

Ultimò non obstat, quod Octavius solverit relevium per mortem Alexandri, ultrà enim quod relevium appetet solutum de pecunia Alfarani, licet sub nomine Octavii, in cuius faciem erat descriptum Castrum, quod magis possessio Alfarani confirmatur, ex hoc tamen non probari dominium, nec possessionem, sicut de catasto, & libro extumi, ubi solutiones tributorum, & censuum notantur, tradiderunt DD. ex l. si functiones 4. & l. censualis 7. C. de donat. in l. si pater, C. de rei vindicat. Bald. Dec. Crav. & alii congredi per Mascard. conclus. 273. tractat. de probat.

48 49 Et in terminis, solutionem relevii, quæ nihil aliud est, nisi confirmatio veteris investiture, non operari translationem possessionis in Octavium, decidit Isern. in cap. 1. quid sit investitura in cap. 1. Capit. Corradi, num. 2. vers. bac autem investitura.

Et si Octavius possedisset de anno 1606. & 1607. ex solutione relevii, quod plenè negamus, cum deinde possessionem in Alfaranum ipsem Octavius transtulerit, ut ex actis Regiae Audientiae factis, instantे Octavio de anno 1612. clarissime appetet, qui semper deinde usque ad mortem possedit, ed fortius jura Portæ potiora essent, ex quibus omnino esse dandum terminum in causa à sapientissimo Senatu pronunciandum speratur.

Dixit Lunæ 3. Martii 1614. referente Cons. Joann. Baptista Meliore Advocato olim insigni, postmodum verò Regio Consiliario inter primos integerrimo, moribus suavissimo, doctrina, promptitudine, ac rerum experientia præstantissimo, votatibus Consiliario Fabio Riccardo, Gasparre Palatio, ac Ambrosio Villalobos, fuit judicatum in favorem Portæ Capyciæ, & pronunciatum juxta hic allegata penes Figiolam,

### S V M M A R I U M.

1 P Robitio testandi inducit fideicommissum, & de diversis verborum formulis prohibitionis testandi, num. 22. fallit si prohibitio sit per modum consilii, non præceptivæ, num. 29.

2 Verba inventa sunt, non ut impediant, sed ut voluntatem indicent.

3 Verbum disponere, actum ultimæ voluntatis, & inter vivos comprehendere potest propriè tamen in dubio ad actum ult. voluntatis, licet largo modo possit etiam

- etiam ad actum inter vivos ex adjetis ampliari, & num.4. & 5.
- 6 Consuetudo Capuanæ, & Nidi, in qua de potestate disponendi sit mentio, ad actum ultimæ voluntatis, non autem ad donationem inter vivos refertur.
- 7 Verba sunt intelligenda secundum statum, & materiam, ad quom partes se præparant.
- 8 Exceptio non concernit omnes causas sub regulæ comprehensos, sed ad unum tantum sufficit adaptari.
- 9 Verbum accipiendum est in genere, non in specie, quando nomina specierum habent distinctum nomen à genere, sicut ubi nomina generis sunt eadem suarum specierum, & num.10. & in quibus habeat locum, num.15.
- 11 Significatio propria, & stricta dicitur quæ convenit definitioni vocabuli, & illa propria significatio vocabuli dicitur, quæ stricta est, & non lata.
- 12 Significatio lata vocabuli, contentum sub illa comprehendit magis per interpretationem declarativam, quam per viam extensionis.
- 13 Interpretatio declarativa censetur, si lata significatio sit multam propriæ significationis conformis, ipsaque admittitur etiam in materia pœnali, correctionaria, vel in universum, odiosa.
- 14 Autoritas legislatoris tribuit vocabulo veram, & propriam significationem.
- 16 Dispositio per verba negativa, comprehendit etiam quod sub latissima vocabuli significatione comprehendendi potest, etiam in materia quantumvis odiosa, ea enim magis sunt præcisa, quam affirmativa.
- 17 Verba negativa indefinite prolatæ, equipollent universali ex proprietate sermonis.
- 18 Ratio naturalis sufficere debet, etiam si lex in mundo deficeret.
- 19 Jus, non ex multitudo DD. sed ex ratione constitandum est.
- 20 Verba, quæ ad testatorem, & ad hæredem possunt referri, in dubio ad personam testatoris, non autem hæredis referuntur, & num.23. 45. 49. 50, & in etiam in materia indifferenti, num.21.
- 22 Verba (volo, quod tu hæres non testaris donec liberos suscepis) inducunt fideicommissum.
- 24 L. qui filium, scilicet ad S.C. Trebell. debet similem interpretationem recipere, de qua in l.ex facto, ff. cod. & num.25. scilicet, ut per nomen suum referatur in dubio ad testatorem, non ad hæredem, & num.26.
- 27 Hæres in dubio censetur gravatus de restituendo hæreditatem liberis testatoris, non hæredis, & num.32. 33. & 38.
- 28 Testator ex prohibitione testandi censetur vocare cùbæredem hæredis, scilicet modo non sùb cùbæres extraneus, & num.30. & 31.
- 34 Hæredes ipsius, bæc verba referuntur ad hæredes testatoris, & num.37. 40. 42. & 53.
- 35 Pronomen ipsius est personalissimum, & restrictivum ad personam nominatum.
- 36 Relatio est facienda ad proxima.
- 39 Voluntas, ut Regina dominatur in fideicommissis, & verisimilitudo tamquam sal, & aromata dant dispositionis spiritum, & vitam.
- 41 Fideicommissum, in quibus casibus ex verisimili mente inducatur.
- 43 Testatoris affectio est dubia mentis interpretatio.
- 44 Affectio testatoris, magis ab ipsius proximiore dirigitur, quam alterius.
- 46 Voluntas testatoris etiam tacita servatur in fideicommissis, & num.47.
- 52 Pronomina suum ejus, & ipsius, inter se non differunt.

## A R G U M E N T U M.

Prohibitio disponendi facta à testatore idem operatur, ac prohibitio testandi ad hoc tamen tacitum fideicommissum ex hujusmodi prohibitione resultans, hæredes testatoris invitati censentur mortuo instituto, non autem hæredes gravati.

## Pro Dom. Philippo Spinula Januense quondam, Julii strenuo milite.

## C O N T R O V E R S I A X.

**E**X lib.2. decretorum Pauli deprompta est decisio Imperialis inserta, & relata in l. qui filium 74. ff. ad S.C. Trebell. his verbis : *Qui filium, & filium habebat testamentum fecerat, & ita de filia sua cavebat. Mando tibi non testari, donec tibi liberi sint: Pronunciauit Imper. fideicommissum ex hac scriptura deberi, quasi per buc, quod prohibuerit eam testari, petisset, ut fratrem suum hæredem faceret: sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hæreditatem suam rogasset eam restituere.* Hæc J.C.

Et quoniam in occurrenti casu, in quo consultatio petitur à Nobilitissimo Patrio Januensi Philippo Spinula super testamento quondam D. Lelio Spinula ejus amitæ, potissimum de duabus dubitari contingit.

Primo, scilicet. Utrum decisio hujus legis procedat, etiam ubi testator non sit usus verbo testari, sed ejus vice usus fuerit verbo disponere, his verbis. *Qual suo herede obliga à non poter disponere del capitale di detta sua heredità, nè di parte alcuna d'esso solo compita l'età d'anni 35. &c.*

Secundo, supposito ex hac verborum formula, prohibitæ scilicet dispositionis, non minus censeri injunctum fideicommissum, ac si hæres prohibitus esset testari, & sic calum istum comprehendendi sub eadem l. decisione; hæsitatur quisnam censeatur ad fideicommissum vocatus in casu prælenti, ubi privignus testatrix naturalis, sive potius spurius viri filius, & sic extraneus fuit institutus, non descendens à testatrice. Utrum scilicet censeatur vocatus successor ab intestato hæredis instituti, qui nulla coniunctione testatrixi jungitur, an vero potius successor ab intestato ipsius testatrixis, qui est ipse Philippus ex fratre nepos.

Et quoniam primum jam plenè fundatum est per eruditissimum D. collegam Marciatum filium doctissimi Consil. Marcelli virti singularis, & nihil placere interesse debet, quoniam verbo usus sit testator, vel J. C. referens maximè facti contingentiam, si quidem constat verba inventa esse, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem, ut ex Cicer. pro Aulo Cæcina, refert Angel. Matthiac. de via, & ratione juris, l.2. cap. 15. num. 14.

3. Unde, cum verbum disponere, non minus comprehendere possit, & verificari in actu ultimæ voluntatis, quam in actu inter vivos, ut ex §. penult. & fin. inst. quib. alien. licet, vel non, c.2. & c. illis de præb. in 6. & quod referatur, & pariter comprehendat omnem actum, & convenient omni materia ex Alex. Ripa, Nutta, & Roland. probat Surd. dec. 279. n.6. vel quod magis est, licet largo modo sumendo significatum verbi disponere, referri possit ad actum inter vivos, & ampliari possit interdum illius significatio

4 ficio ex adjectis, *Paris. conf. 33. n. 6. in 3. propriè tamē*, & sic in dubio referri debet ad actum ultimæ voluntatis, §. exbare datos, aust. de hæred. & falcid. ut post omnes in rub. ff. solut. matr. tradit. *Afflīt. decif. 370. n. 12. Alber. ex Jas. Boer. Ruin. Natta. Paris. & Niconit. quos citat Surd. dec. 272. n. 12. & 13. Pereg. de fidicomm. art. 40. n. 58.* & quod natura verbi disponere sit, ut referatur ad actum ultimæ voluntatis, & sic testandi, vel aliter in actu morientium, & ita ultimæ voluntati conveniat, quodque in dubio ita sit accipiendum his, & aliis additis, nempe *Tbel. D. de Franc. Joseph. Seſſe. & Cavalcano. affirmat Hispan. Castillus lib. 4. quos id. controvers. cap. 53. post n. 31. vers. sic. & è converso, idem in utroque affirmat Mol. linus de Ritu nuptiarum, lib. 3. cap. 18. n. 7. pul-*

5 chre Rauden. de analogis, lib. 1. cap. 19. post n. 15. ubi quod verbum *dispositio*, secundum famosius significatum ultimam denotet voluntatem, & n. 16. quod sit æqu vocum, siquidem comprehendit etiam actum inter vivos, & alios quoque habere significatus probat, & omnium quos viderim, optimè hoc confirmat *Rota Rum.* in novissimè congestis per *Farin. decif. 878. & latius decif. sequent. 879.* ubi decidit *Rota consuetudinem*, sive morem Capuanæ, & Nidi, quo in pactis dotalibus utuntur Nobiles nostræ inclytæ Civitatis Neap. ubi de potestate disponendi fit mentio ex subjecta materia propriè ad dispositionem ultimæ voluntatis, non autem ad donationem inter vivos referri, ubi ultra *Alex. Afflīt. Ruin.* & alios, addit *Plotum*, & *Rimin. jun.* & optimis rationibus id comprobat, & discurrevit etiam de potestate disponendi restricta mulieribus Neapol. per *Consuet. in scriptis redactam*, in cœla D. Felliciana Avolos, & in *decif. 880.* & novissimè *Fontan. de pactis nupcial. 10. e. claus. 5. gloss. 10. par. 1. n. 71.* addit etiam *Surdum*, & *Nattam* in pluribus *conf. & dec. Senar. Cataloniae de anno 600.* ubi quod reservata potestate disponendi comprehendatur, & facultas donandi præsertim si nulla diversitas ratio considerari possit.

6 Unde non Oberit, si objiciatur, in casu præsenti prohibitionem disponendi, esse intelligendam dum taxat, ut respiciat tantum actum inter vivos, ut colligi videtur ex restrictione addita à testatrice, dum concedit licentiam hæredi, cbe fra tanto possa solamente impiegare il capitale col consenso di Filippo Cataneo, della persona cb' egli in suo luogo surrogasse, hæc enim limitatio, quam certum est respicere actum inter vivos, declarat regulam prohibitivam, ut pariter censeatur prohibita dispositio inter vivos, exceptio enim est de regula, sive declarat regulam, & in quibus terminis loquatur.

7 Siquidem clarissima patet resolutio ex præd. supposito etenim, verbum *disponere*, comprehendere omnem dispositionem inter vivos, scilicet, & signanter actum ultimæ voluntatis, & præsertim prolatum in actu testandi à moriente, sive testatore, cum verba *intelligi* debeant secundum statum, & materiam, ad quam partes se præparant, & actum quem gerere intendunt *Faber. Natta. Surdus. Becc.* & alii relati à *Casan. conf. 45. n. 104. & 105. & in punto. Jas. conf. 190. in princ. lib. 2.* exceptio sive limitatio prædicta concernens licentiam disponendi sub ea forma

8 inter vivos erit de regula, cum enim regula omnem dispositionem universaliter comprehendat, exceptio concernens unum ex pluribus contentis sub regula, servabit officium suum, ut sit de regula, tamen si non concernat omnes causas sub regula com-

prehensos, sed sufficit adaptari ad unum ex casibus sub regula comprehensis, *Gloss. in cap. 1. verbo, nisi, ubi Dom. & Franc. ad hoc eam commendant de præscript. in 6. Everar. loco ab excepc. ad reg. in ult. verbis.*

9 Ut autem verbum *disponere*, nedum possibiliter sed, necessariò in præsenti casu comprehendere debeat omnem dispositionis speciem, & præcisè actum ultimæ voluntatis juxta ejus proprium, & peculiarem significatum, ultrà generalia. Verba scilicet in dubio accipienda esse propriè, & in specie non in genere, & in potentiori, sive aptiori significatu.

Idque est apud omnes indubitatum. Dum è contra dubitant *DD.* qualiter verbum sit accipiendum in genere, scilicet, an in specie, in quo *Alex. in rub. ff. de solut. matrim. n. 22.* distinxit inter materiam favorabilem, & odiosam, ut in materia favorabili accipiatur in genere, in odiosa vero in specie, *Vinc.* autem ibidem num. 71. supplens casum omissum ab *Alex.* subjicit, quod in materia, indifferenti in dubio accipiatur in genere *Bulgar.* autem nu. 40. aliter distinxit, quod ubi nomina generis talia sunt, quod non sint eadem nomina suarum specierum, ut quia species habent nomina distincta à genere, & in his terminis procedit regula, verba generaliter prolatæ, generaliter esse accipienda, ut propriè contingit in casu præsenti, ubi non desunt propria, & distincta nomina variis speciebus ultimarum voluntatum, quæ sub verbo *disponere*, comprehenduntur de quibus per *Cardin. Manticam l. 1. de conjectur. ult. volunt. à tit. 6. ad 14. Raud. de analogis, lib. 1. cap. 26. n. 5. & cap. 17. n. 19.* secus verò in nominibus specierum, quæ non habent distinctum nomen à genere, in quibus est facienda distinctio inter dispositionem favorabilem, & odiosam, alii verò aliter distinguuntur, ut refert *Barbos. in d. rub. ff. solut. matr. 4. par. ex n. 40. ad 48.* quibus omnium resolutionibus attentis, dubitari non potest, quin verbum *disponere*, in casu præsenti generaliter accipiendum sit, aut saltim propriè, & in specie accipi debeat, & sic, ut ad ultimas voluntates referatur.

10 Hæc enim est propria, & stricta significatio, quæ convenit definitioni vocabuli, l. non aliter 67. §. 1. juncta *Gloss. ff. de leg. 3. Bart. in l. omnes populi, n. 59. ff. de instit. & jure*, & illa propria dicitur vocabuli significatio, quæ stricta est, & non lata secundum *Socc.* & alios in l. 3. C qui admitti, quamvis Politus in *prælud. instit. num. 15. & Camill. Gallin. de verb. signif. l. 3. c. 2.* amplius velint, quod omne id, quod etiam ex lata vocabuli significatione comprehendendi potest, propriè quidem et vere continetur, et *Galliaul.* in *rubr. de verb. oblig. n. 125.* quem refert, cui addit *Barbos. d. loco post num. 49. vers. & licet, Gloss. Aretin.* et alios, quos citat *Rimin. junior. in rubr. instit. de donat. n. 215. vers. secundū dicunt.* Et quod nomen generale omnes species includat, et quidem propriè, cum omnis species sit vera species, etiam si sit major ratio in una specie, quam in alia, quamvis in materia odiosa, pœnali, et correctoria latè fundat *Raud. lib. 1. de analog. c. 16. in princip. cum multis capitibus seqq.*

11 Veridum quidquid sit in hoc illud certum est omne, quod comprehenditur etiam sub lata significatione vocabuli, magis illud venire per interpretationem declarativam, quam per viam extensionis, *Molin. 13 lib. 4. de primogen. cap. 5. à n. 25.* et ut subjicit *Barbos. in d. 4. par. rub. n. 53.* præsertim in *versicula*, sed vera *resolutione*. Si lata significatio vocabuli multum sit conformis propriæ, et strictæ significationi censembitur

bitur interpretatio declarativa *l.librorum* 50. §. quod tamen *cassias*, juncta *glos.verb.libros*, ff. de *legatis* 3. quæ ex consequenti admittitur etiam in materia pœnali, & correctoria, vel in universum odiosa *l.cum lege ff.de testam.* *Barbos.* *ibid.* post n. 53. Et si reliqua 14 qua cessat authoritas, sola legislatoris veram, & propriam tribuit vocabulo significationem, ita ut, quo dicendi modo usi sint J.C. & nos uti possimus, propterque dicere videamus *l.anniculus* 130. ff. de *verb. signif.* quod ex *Barbos.* *Alciat.* *Polito*, & aliis probat *Barbos.* d. 4. part. rubr. in fin.

15 Quæ omnia licet rectè procedant in dispositione nedum hominis, sed etiam legis affirmativè concepta, ut ex omnium mente probat *Barbos.* contra *Alciat.* *ibid.* n. 50. Attamen in dispositione concepta per verba privativa, sive negativa, tunc nulla adhibita distinctione, censetur prohibita omnis dispositio, etiam quæ sub latissima vocabuli significacione impropriè comprehendi potest, & etiam in materia quantumvis odiosa, siquidem verba negativa, sive privativa magis sunt præcisa quam affirmativa *Gloss.* in *l.boc genus*, ff. de *condit.* & *demonstrat.* & quia verba negativa indefinitè prolata aquipollent universaliter ex proprietate sermonis, quod non contingit in verbis affirmativis, nisi ex benigna interpretatione, & idèò verba affirmativa, in materia odiosa, accipiendæ sunt in specie non in genere, quia odium non admittit benignam interpretationem, sed verba negativa accipiuntur in genere, & sic universaliter, prout eorum proprietas exigit, iuribus, & authoritatibus, quas ad hoc citat optimè comprobans *Barbos.* d. 4. part. rub. post n. 48. vers. ego novè adverso, cum seq.

Unde, cum in casu præsenti verba sint negativè concepta, ibi obligo à non poter disponere repetita ibi, nè di tanto nè di parte aliqua, adjectis insuper clausulis universalib. prohibitiis, & non altrimente, nè in altro modo, quæ ex sui natura valde sunt præcisa, & ex geminatione majus robur accipiunt, sequitur, ut omnis censeatur sublata interpretatio restringendi, sive coarctandi, quominus prohibitiq disponendi negativè concepta, & universalibus, & præcisissimis clausulis ampliata, omnem dispositionis speciem tam inter vivos, quam in ultima voluntate comprehendat.

Quoad secundum punctum; supposito, quod sufficienter probasse credimus, idem operari prohibitionem disponendi in casu præsenti, quod ex prohibitione testandi decisum fuisse testatur *Paul.* in d. *l qui filium*; asseveramus indubie ad fidicommisum, moriente, instituto, omnino fuisse invitatos successores ab intestato ipsius testatrixis, non autem ipsius hæredis gravati, ea ratione, quia testatrix instituendo cum prohibitione disponendi, non instituit privignum liberè, sive simpliciter, & in totum, sed cum onere, sive restitutione ab initio injuncta in ipsa institutione, & actu testandi, in quo uia est liberalitate, adjecto vinculo prohibitionis testandi, quod lex interpretatur potius fecisse ad commodum eorum, qui sibi erant successuri ab intestato, quam successorum ab intestato sui hæredis extranei, in quos veluti ignotos, nulla potuit verisimiliter haberi affectio. Exceptio enim casu, quo hæres decederet cum liberis, quos censeretur ipsum prædictum esse, siquidem honorando hæredem, videtur quoque ipsius posteritatem præferre, in reliquo nulla cadere potest universalis affectio erga successores hæredis ab intestato ignotos.

Unde in d. *l qui filium*, dicimus fuisse meram facti contingentiam, ut manifestè patet ex relatione casus, quem evenisse, & relatum Imperatori pro decisione refert *Paul.* ut futurus successor ab intestato esset idem, testatori, & hæredi, sed fortius admitti dumtaxat conjunctos testatoris, ubi successor hæredis nullo vinculo testatori conjungitur, ut infra latè.

18 Quod, licet ipsa ratio naturalis manifestè suadere videatur, quæ sufficere debet, etiam si lex deficeret in mundo *l.scire oportet*, §. sufficit, ibi ex ipso naturali iustitia, ff. de *excus.tutor.cum concord.per Cravet.* conf. 31. n. 5. ex *Everard.* loco à lege cessante ex n. 2. ut plures rationes inconvincibilis intè in discursu afferemus.

Nè tamen deficiant authoritates, quibus plusquam par esse debet, nostri videntur addicti, de quo dolet ex *Agricola.* *Angel.* *Matt. b. 4c.* de *via.* & *ratio jur.* l. 2. cap. 11. n. 33. cum non ex multitudine, DD. sed ex ratione jus esse constituendum, est texti. in l. 6. sed neque *C. de vet. jure encl.* cum aliis per *Camer.* in §. at non erit inutile, n. 56. in *Estr. volentes*; id probabimus à *Glos.* usque ad novissimos, paucissimis exceptis, hoc vel supponere, ut in dubium, vel probare, ut receptum, & absolutum.

Ut autem hoc manifestè pateat premittimus pro intelligentia dicendorum, in *l. ex facto* 17. cod. sit. ad *Trebull.* juxta *Glos.* verbo sua, esse definitum verba prolata, quæ possunt referri ad testatorem, & ad hæredem, in dubio esse referenda ad personam testatoris, non autem ad personam hæredis, proponitur enim ibi, alter casus in quo similiter inducitur tacitum fideicommissum: cum enim ex facto tractatum esset, an per fideicommissum rogari quis possit, ut aliquem hæredem faciat. Senatus censuit rogari quidem quenquam, ut aliquem hæredem faciat, non posset quia auferretur libera testandi facultas illam restringendo, ut certo modo testaretur; verum videri potest hoo rogasse, ut hæreditatem suam ei restituat, idest quicquid ex hæreditate sua consequutus esset, ut ei restitueret, subdit *Glos.* sua idest rogantis non ultra, sequitur *Dyn.* ibi *Alber.* qui cum *Glos.* interpretant *sua*, idest *sui*, scilicet *rogatis*, & *Bart.* ibi notat semper, cum dubitatur, an hoc pronomen, *suis.* *sua*, *suura*, referatur ad ipsum testatorem, vel ad hæredem ejus, semper in dubio ad testatorem referendum, nisi aliud de mente appareat idem *Cast.* in *sum.* & *latiū* ibi *Imol.* n. 1. *vers.* in *glos.* super *verb.sua*, ubi quod scriptum in tercia persona, sicut communiter reperiatur verbum, quod potest adaptari ad personam testantem, nisi ratio subjectæ materiæ aliter suaderet,

21 Quod ampliat etiam in materia indifferenti, ubi licet sit majus dubium, idem tamen jus statuendum esse affirmat *Imol.* aut *b.* *Bart.* in *l.cum in testamento* 30. ff. de *auro*, & *argento legato*, & subjicit exempla, de quibus latiū infra, idem ibi *Lodovic.* *Ponstan.* de *Roma*, ubi amplius referendo diversas verborum formulas, ex quibus videtur hæres gravatus de restituendo hæreditatem, & inter alias retulisset n. 2. in fin. ex his verbis, *vola quad tu hæres non te-scribis*, donec liberos suscepis, ex quibus resultare dixit fideicommissum ex *Pauli responsu* in d. *leg.* qui *filium* 75. mox subjicit *Rom.* in *vers.* *Nota quarti*, in *dubio* verba ad personam testatoris esse referenda, non ad personam hæredis, subjiciens ex *Bart.* in *d. l.cum in testa.* quod si Doctor instituat scholarem hæredem, eumque gravet de restituendo liberis suis, in dubio gravasse intelligitur de restituenda liberis testa-

testatoris, non autem hæredis, idem ibi sequitur *Alexan.* in ult. verbis, optimè, & latissimè *Ripa* num. 5. in 3. notab. ubi citat plures concord, & optimè exornat authoritate *Petri, Dyni, Bart. Arct.* & aliorum, & latius n. 6. ut infra latius deducemus.

Cum autem *Gloss.* in d. l. qui filium 74. in gloss. 1. verb. scriptura, statim pro intelligentia, d. l. qui filium. in primis citaverit d. l. ex facto 17. sup. hoc eodem sit. ex hoc expressè voluit *gloss.* fideicommissum ex hac scriptura debetur scilicet, mando tibi non testari, donec tibi liberi sint, *Paulus* refert ex decisione 24 Senatus, declarationem omnino recipere bene ex simili interpretatione inductiva fideicommissi de qua in d. l. ex facto, & juxta illius terminos, & inibi notata per ipsammet *Gloss.* Unde, cum inibi statuerit verba in dubio esse referenda ad personam testatoris, non autem hæredis gravati, quod communis omnium calculo, receptum esse exiam dictis appareat, & infra plenius idem voluit *glos.* in interpretatione dubietatis in d. l. qui filium, dum in primis verbis citat d. l. ex facto, ex vulg. propositione, dictum DD. esse intelligendum juxta l. quam citat, & notatur per eandem *Gloss.* ibi.

Idem cum *Gloss.* facit *Odooffr.* in d. l. qui filium 74, qui cum pluries ponderasset filiam censeri rogatam ut fratri suo restituat, & mox addit, fratri suo superstiti, & inferius, unde si instituit filium, & filiam, & probibeat filiam testari, tacite videtur rogasse eam; ut fratri restituat, nam si testator instituat aliquem, & rogat eum, ut faciat talis hæredem, inspicimus mentem, & non verba, ut supra eodem, 25 l. ex facto, & sic *Odooffred.* pluries, non sine mysterio advertit, filiam censeri rogatam, ut fratri suo restituaret ex eo scilicet quia ipse frater erat simul filius testatoris, imò idem frater, quia testatoris communis parentis filius, & sic proximior, & carior patri testanti, velut descendens, quam sorori collateralis, cuius, & frater, & cohæres erat, patre medio, & patris ipsius causa, & citat l. ex facto, ut innueret a prædicta l. cum ibi not. declarationem recipere debere Senatus decretum à *Paulo* relatam in d. l. qui filium.

*Alber.* ibidem hæc verba subjicit, casus pulcher, est qui prohibetur a testatore testari, donec liberos habeat, si sine liberis moriatur, videretur de hæreditate, per fideicommissum restituenda legitimis suis rogatus, hæc dicit *Dynus*, quis autem dubitare poterit *Dyn.* & *Alber.* intelligere apertissime, de legitimis suis, idest testatoris stante supradicta regula fundata per *Bart.* & omnes in d. l. ex facto, ex qua statuunt interpretationem recipere d. l. qui filium, 26 scilicet, ut pronomen, suum referatur in dubio ad testatorem, non ad hæredem, ut ipse idem *Alber.* semetipsum glosavit in d. l. ex facto, dum dixit, suam idest rogantis, citando eundem *Dyn.* certè nulla melior *Gloss.* quam ejusdem *Alberici* pro interpretatione sui dicti idem clariss. *Bart.* qui summat. Qui jubet aliquem non facere testamentum videtur rogare de hæreditate restituenda venientibus ab intestato, si igitur *Bart.* in d. l. ex facto, & in d. l. cum in testamento, constituit propositiones generales, & in specie, quod hæres censeatur gravatus de restituendo liberis testatoris non autem hæredis, ut eum intelligit *Rom.* & in d. l. qui filium, casus est, ut filio censeatur prohibita testari ad beneficium filii testatoris, qui nedum erat successor ab intestato, sed suus, & necessarius iure, ff. qui in l. in suis cum ibi not. ff. de liber. & posth. frater suus postea nominatur, ut 27 eleganti stylo de II. CC, more, quem supra filium

nominaverat, nunc fratrem sororis, ejusdem testantis filię, ornatu variæ loquutionis, iterum filium testatoris exprimeret. ex quo non video quomodo *Bar.* ex illo tex. potuerit contra regulas a se præscriptas, & contra verba, & mentem illius tex. elicere summarium, ut ex prohibitione, testandi censeri possit rogatus hæres restituere hæreditatem venientibus ab intestato ipsius hæredis, & præsertim, ubi venientes ab intestato hæredis nullo vinculo conjungerentur testatori, absurdum quippe est, ut illa decisio extendatur ad casum in quo nedum, non est tanta ratio, sed protinus diversa, quinimadversa, & contraria, ex diametro, quod scilicet prohibuerit testator hæredem testari, ad inducendum fideicommissum ad beneficium extrancorum nullo vinculo, nec cognit one ipsi testatori conjunctorum, aut notorum, 28 *Angel.* summat tex. cum *Bar.* illud tantum addens, quod videretur testator par fideicommissum vocare cohæredem, si cohæredem habebat, & deinde solvit contrarium de l. cum pater 79. §. mando ff. de leg. 2. ut non obstat, quia ibi filia non fuit prohibita testari præceptivè, sed per modum consilii, *Imola* summat eodem modo cum *Bart.* & *Angelo*, & quoad illud de cohærede additum per *Angel.* subsistit 30 dicens, sed hoc non puto, scilicet indistinctè procedere, ut cohæres videatur per fideicommissum invitatus, ut dicebat *Angel.* pone enim inquit *Imola*. quod ille cohæres esset extraneus, qui non esset successurus ab intestato, nam tunc etiam si filia observasset præceptum testantis non veniret, idem non potest dici ejus favore dicta verba apposita, sed solum favore venientium ab intestato, & sic *Imola* restringit dictum *Angel.* de cohærede, ut censeatur cohæres invitatus, si modo non sit hæres extraneus. Unde ex utriusque dicto optimè comprobantur supra dicta. Quod enim dicit *Angel.* ut ex prohibitione testandi censeatur invitatus cohæres instituti qui hæres est testatoris, non hæredis, & probatur clarissimè in l. cum pater. 79. §. mando, ff. de leg. 2. in illis verbis, cohæredi sorori, inducendo hoc modo, quod nisi inibi fuisset simplex consilium, non præceptum, non testandi, fideicommissum fuisset inductum, in beneficium cohæredis sororis adeò, ut non sine ministerio I. C. sororem cohæredem nominavit, ex hoc clariss. patet, quod non censemur vocatus successor hæredis, neque habens eausam ab ipso, sed hæres testatoris cuiusmodi est cohæres hæredis, & 31 inde deducitur, quod sicut vocatur cohæres à testatore expressè institutus, sic pariter vocatur successor ipsius testatoris ab intestato ex tacita ejusdem voluntate, ex l. conficiuntur, ff. de jure codicil. & non aliis. Stringit autem *Imola*. vim argumenti, dum limitat, si ille hæres extraneus non erat successurus ab intestato, ergo necessario loquitur, quod esset successurus ab intestato eidem testatori, a quo erat hæres institutus. Cum enim agitur de hæredede instituto qui sit successurus ab intestato per necessitatem ejusdem personæ successione intelligi debet, non alterius. Quod etiam suadetur, ex verbis, quæ subjicit supra relatis, ibi, idem non potest dici ejus favore dicta verba apposita, sed solum favore venientium ab intestato, si enim agitur, de interpretanda mente testatoris scilicet favore verba illa prohibitiois testandi apposuerit, & simpliciter dicitur, censeri apposita solum favore venientium ab intestato, de venientibus ab intestato ipsius disponentis omnino intelligi debet, dum aliud clare non exprimitur, idem *Cuman.* expressè dum ita summat probens

bess aliquem testari, videtur gravare de restituendo venientibus ab intestato, et pro simili citat d.l.ex factō supra eodem tit. ad Trebell. et respondens ad d.l. curā patet, §. mando, dicit quod īmō ibi, quoque fuit praeceptum, tamen non fecit testator in favorem venientium ab intestato, sed in favorem filiæ, ut nemo insidiaretur vita ipsius. Accedit Castr. recolligēns decis. d. l. his verbis, qui jubet hæredem non facere testamentum, videtur gravasse de restituendo hæreditatem venientibus ab intestato post ejus mortem, bac dicit notabiliter. Non video igitur quomodo tantorum Patrum explicaciones ad d.l. qui filium, qui tam aperte docuerunt, ex his verbis censeri vocatos venientes ab intestato præsertim referendo se ad d.l.ex factō, ex qua eorum doctrina si esset dubia declarationem reciperet, possint admittere extraneam suppletionem, ut censeantur vocati venientes ab intestato, non ipsius testatoris, sed hæredis.

Præterea, si prædictæ antiquorum Patrum declarationes ad ipsum Pauli decretum ad d.l. qui filium, non afferent; nonne idem esset affirmandum ex iuris principiis, et ex his, quæ alias spacio tam in letteris, quam in consiliis DD. nostri, in fortioribus terminis generatiter docuerunt inferendo ad decisiones diversorum casuum.

Si enim, ubi ex propria verborum significatione dispositio esset intelligenda de hæredibus hæredis instituti, adhuc contra verborum proprietatem censentur vocati hæredes testatoris, non autem hæredes hæredis, vel honorati, ergo fortius in casu d.l. qui filium, ubi verba minimè repugnant, ita deficiunt siquidem fideicommissum tacitè insurgit de jure ex præsumpta voluntate testatoris, verbis non expressa.

Testis adhoc sit Alexand. cons. 56. consideratis verbis num. 2. lib. 1. ubi cum disposuisset testator, ut quedam demus semper remaneret ad usum, et habitationem Dom. Margarita uxoris ipsius testatoris 34 vita durante, et post ipsius mortem, ad ipsius hæredes, et successores, decidit Alexand. verba prædicta ultimo loco prolata intelligenda esse de hæredibus ipsius testatoris, non de hæredibus dictæ Margarita citat d. l. ex factō in principio qm̄ Gloss. ff. ad Trebell. & l. cam in testamen. ubi Bart. ff. de aure, & argento legato.

35 Et tamen contrarium erat dicendum; cum pronomen istud, ipsius, sit personalissimum, et restrictivum ad personam ipsam nominatam eamque includat personalitatemque ostendit, ita ut omnes alias excludat, Alexand. Barbo. latissimè de dictio. cap. 151. relatio autem est facienda ad proxima l. si 36 idem cam eodem §. fin. ff. de iurisdict. omn. j. d. et ob 37 id hanc decis. Alexand. tanquam singul. refert, et ita ex factō consultum respondit testatur Hypsal. Marfil. singul. 2. glids interrogatus. Accedit decisio in punto Stephan. Bertr. in 1. par. 3. partis principalis cons. 256. incip. Multa sunt in princip. ubi in testamento condito per quandam mulierem nomi- 38 ne Bonam, cum suisset institutus Joannes Rosseti nepos dictæ testatrix, ut colligitur post s. 2. et vo- caverit in certo casu suos liberos, decidit Bertrand. quod illa verba, quibus, ut moris est, usus fuerat Notarius in tertiam personam, instituendo Joannem nepotem, et suos liberos, non debent intelligi de liberis Joahæredis instituti, sed de liberis ipsius testatrix, citat d.l. ex factō cum Gloss. & not. per Bar. in d. l. in testamen. et subjicit hæc verba, ex quibus duobus testibus, justis glossis, colligitar doctrina, quod adjectio suis, sua, vel suos, debet intelligi de suis di-

sponentis, non autem de suis illis, in quem conser- 39 tur dispositio, stat Imol. in c. indicante, nam. 24. de testam. ubi optimè Alex. d. cons. 56. in princ. et quemdam Joas. Ray. in tract. suistatis concordat Jas. in l. si pecuniam in sua. ff. si cert. pet. si igitur, ubi expresse ex verborum proprietate videntur invitati successores hæredis, adhuc jus contra verborum proprietatem quæ inducit ex pronomine suis, sua, suum, quod et ipsum personalitatem, importat, et demonstrat personam proximè, et immediatè nominatam ad oculum, et stat restrictivè, ut latè probat idem Alexand. Barb. d. tract. cap. 344. et nihilominus perdit officium suum, et quasi obsecratum alio se convertit, deserviens potius oculo mentis disponentis, quam propriè signi fictioni, fortius hoc admitti debet in casu d.l. qui filium, ubi verba non repugnant et voluntas, quæ ut Regina dominatur in fideicommissis, et verisimilitudo, quæ tanquam sal, et aromata dant dispositioni spiritum, et vitam, satis aperte favent, ad not. per Bald. relatum per Angel. Mattbeac. de via, Oratione juris lib. 2. c. 11. n. 1. idemque cum Alex. quod verba expressa, de suis hæredibus, intelligi debeant de hæredibus ipsius testatoris, non autem hæredis, ex theor. Gloss. et D.D. in d.l. ex factō, ad quam omnes se referunt, concludit Dec. in l. ult. n. 4. ubi add. citant concord. C. de impub. & ali substit. et in cons. 470. incip. duo dubia, n. 12. ubi add. hoc dicunt fieri ex verisimili mente testan- tis, citant Alex. Marfil. & Ruis. et sic procedit in specie in tacito fideicommisso resultante ex prohibicione testandi, de qua in d.l. qui filium, quam inter 41 casus in quibus inducitur tacitum fideicommissum ex verisimili mente, connumerat Papæ dec. 469. inter sex casus taciti fideicommissi Perolt. in l. Titia cum testam. §. Titia cam haberet, post num. 18. ubi non sine consideratione conjunxit casum l. ex factō 17. cum casu nostro l. qui filium 74 ff. ad Trebell.

42 Comprobatur prædicta Curt. jas. cons. 5. n. 3. ubi ge- 43 steraliter affirmat, verba simpliciter prolata, quæ possunt referri ad succendentem, et ad defunctum, in dubio verificari, et referenda esse ad defunctum latissimè simul, et optimè Ripa tam in l. filius fam. §. divis. n. 31. vers. ultimè noto, et in d.l. ex factō, nu. 5. & 6. usque ad 8: qui adeò plenè, et eruditè loquitur præ- missa disputatione ad partes, et resolvens objecta, ut nihil amplius ad particularem decis. casus nostri de- siderari possit, et utrobique testatur se consultiisse, quando substitutio ultimo loco facta per hæc verba, deinde proximorem substituit generis sui, intelligenda sit de proximiore generis testatoris, non autem hæredis, neque proximi præcedentis substituti, et inter alias rationes, et jura, qui bus moverunt, et citat, quæ non transcribo, est illa, quam utrobique dicit esse concudentem suo iudicio scilicet quia statbris affectio est dubiae mentis interpretatio, l. que liberis, & hæc verba, ff. de valg. & pupill. Bar. in l. Lut- gius ad fin. ead. tit. Alex. cons. 30. post n. 4. ubi Adden- tes lit. A. lib. 2. plures citat Dec. cons. 303. n. 2. affectio autem testatoris magis dirigitur ad proximiores ipsius, quam alterius, l. Lucius in fin. ff. de hæred. instit. cum aliis per Rap. idem probat Card. Paris. cons. 83. n. 10. ver. si vero, et iterum cons. 88. n. 36. ubi ex Gloss. et DV. in d. l. ex factō, et in l. si quis Titia, juncta Gloss. l. ff. ufr. accresc. et ex Bart. Aret. Alex. Soc. et Franc. de Carte in pluribus locis concludit, quod illa verba substitutionis, quibus testator post hæredis institutionem, et substitutiones factas substituit deinde, suos hæredes, quæ poterant intelligi de hæredibus ipsius hæredis, et hæredibus testatoris de- 44 bant

bent omnino referri ad heredes testatoris, ex eo, quod verba dubia, que possunt referri ad varias personas, referri debent ad personam ipsius testatoris, & non ad personam heredis, seu sub-  
 46stituti, et in princ. cons. latè fundat Paris. voluntatem testatoris etiam tacitam, et ex conjecturis elicitedur à vi, et natura verborum, et verbalis significationis; unde fortius hoc dicendum est in materia l. qui filium, ubi agitur de fideicommisso tacito, et sic verba non repugnant, et mens sola, et voluntas prædominatur, sequitur prædicta exornans, et dicens  
 47 esse commun. opinionem, et contrariam communiter reprobari, Rot. conf. 70. ex n. 76. cum duob. seqq. lib. 3. ubi ex n. 42. ad 51. latè agit de mente testatoris  
 48 verisimili, et tacita servanda in fideicommissis, norat item Ludo. Moli. ut verba in dubio ad testatorem sint referenda, non ad gravatum de primog. lib. 3. c. 9. n. 10. Me noch, lib. 4. de præsum. c. 39. n. 57. vers. quinque.  
 49 Nec defunct decisiones, quia secundum prædicta refert decisum in Rot. Rom. Card. Seraph. decis. 553. à n. 5. ver. quantum ad posteriorem, ubi testatus hanc esse receptionem regulam, et ita decisum in una Faventia die Lunæ 15. Januarii 1582.  
 50 Confirmat prædicta alter Card. Moatic. de conseil. ult. lib. 8r. tit. 14. quod hæc verba substituit Titium, & suos heredes, in dubio si nihil impedit, magis debent intelligi de heredibus ipsius testatoris, quam Titi citat l. si quis affio, cum Gl. de affio. accresc. l. debitor. 59. ibi. filiae sua, id est testatoris. ff. ad Trebell. & l. ex facto cum gloss. eod. tit. Bart. ita dicit se ex facto consultum respondere, cum attinentes sui essent substituti, de atrimentibus scilicet testatoris intelligentiam esse factam substitutionem, et juxta ipsius consilium judicatum, et sic etiam alias decisum in Rot.  
 51 Rom. coram Card. Lancell. & Bubalo in una Firmiana de anno 1585. quem pluribus adductis autoritatibus, et communem opinionem profiteri, nec esse  
 52 differentiam inter prænominis suum, ejus, et ipsius, et ex Ceph. Palaez Simon. de Pratis, Petro Ant. Peira, Decras. Graß. et aliis, dicit hoc esse indubitatum Tbes. dec. 64. in fin. et novissime omnium latissime Pereg. omnino videndus de fideicom. art. 32. n. 83.  
 53 ver. restat ut pro complemento, ubi latè firmat in testamentariis dispositionibus in re dubia de heredibus ipsius testatoris esse capiendam interpretationem, non heredis instituti, quod infinitis probat, ut apud ipsum videre libert. Aprilis 1624.

S V M M A R I U M.

**P**roximitas testatoris utrum in fideicommissis attendatur, an verò ultimi successoris gravatio de materia remissive, prima opinio tribuitur Bart. posterior verò Isern. & n. 2. & 3. sed ob ejus ambiguitatem, questionem hanc esse gladio dirimendam, vel Imperiali decisione egere, num. 4.  
 5 Bart. opin. quod testatoris proximitas, non gravata, in fideicommissis attendatur, verior, & pro ea iudicatum, & num. 6.  
 7 Testator non videtur præferre familiam, & successores gravatis, sed propriam vocare, quia ex proprio familiæ affectione in dubio ad fideicommissum relinquendum censetur inductus, & num. 12.  
 8 Isern. opinio, quod gravati proximitas, non testatoris in fideicommissis attendatur, procedit ubi inter duos competitores solum est quæstio respectu gravatus consanguinitatis, cum alterque est de familia testatoris, secus abi ex forma verborum dubitatur, an testator intellexerit de propria familia, vel gravatis, & num. 11.

- 9 L. ex facto, & si quis rogatus, ff. ad S. C. Trebell. in quibus terminis procedit.  
 10 Differunt inter se quæstio illa, an per fideicommissum succedatur gravanti, an vero gravato, & altero articulo, an scilicet in conjecturanda mente testatoris, attendatur persona unius, vel alterius.  
 13 Persona gravati attenditur, in fideicommissis, quando verba testatoris, id fraudent, vel agitur de excludenda posteritate gravati, sed ubi gravatus decessit sine lib. 2. admittuntur proximiores gravantis, & num. 14. & 15.  
 16 Verba testatoris, quod deferri debeant ad heredes instituti, vel substituti in materia fideicommissaria, procedit si supersunt descendentes instituti, vel substituti, non ut censetur extranei vocati.  
 17 Testator in parte, in qua unum prædilexit, quando descendentes supersunt, in ea videtur omnem illius posteritatem prodilexisse.  
 18 Peregr. de fideicom. art. 5. num. 10. ubi videtur inuenire, fideicommissum resultare favore succendentium ab intestato illi, qui fuit prohibitus, declaratur.  
 19 Arguere à verbis legis facti narrationem continentibus, non licet, ut qua juris ministerium non importat fortius à verbis narrativis unius Doctoris, & num. 21.  
 20 L. qui filium, ff. ad S. C. Trebell. fundatur solum in prohibitione testandi, & ipsius decisio declaratur, num. 23.  
 22 Doctor persimilioris legi, qui articulum non disputat, quomodo aliquid supponat, & ejus verba decidant casum, non debet ratione ad casorum decisionem allegari.  
 24 Consilium Paul. de Cœstr. 445. lib. 2. est in eodem casu, super quo J. C. respondit in l. qui filium, ff. ad Trebell.  
 25 Prohibitus testandi etiam restricta ad certam aetatem inducit tarditatem fideicommissum, & num. 26.  
 27 Permissio disponendi in casa, quo heres liberos suscepit, in nomine prohibitione testandi in favorem filiorum heredis factus non esse, & num. 37.  
 28 Disponere, in materia l. qui filium, ff. ad Trebell. idem operatur, quod verbum tolleri.  
 29 Prohibita alienatione, non censetur prohibita heredis institutio, nisi sit prohibitum disponere, sive testari.  
 30 Prohibita similitudine alienacione, si facta sit verbis generotibus, censetur etiam prohibita successio ab intestato, & heredis institutio, & num. 38.  
 31 Clausula, non altrimenti nè d'altro modo, reddit omnino nullum actum in contrarium factum, quia formam, & conditionem inducit.  
 33 Alienacionis prohibitus comprehendit quoque successionem ab intestato, quando alias sequeretur, quod minus dilectus a testatore esset melioris conditionis, quam magis dilectus.  
 34 Dispositionis prohibitus includit nedium expressam prohibitionem, verum etiam tacitam per successionem ab intestato, ex qua, qui non testatur, videtur alienare.  
 35 Alienacionis concessio comprehendit, nedium omnem alienacionis speciem inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem, & forsitan si sit concessa potestas alienandi, & disponendi.  
 36 Prohibitus disponendi, ex qua resultat prohibitus testandi, facta censetur favore venientium ab intestato ipsius testatoris, non heredis instituti ex verisimili mente defuncti.  
 37 Mens declaranda ex verbis præcedentibus, & maxime

mē proximē sequentibus , nec ulla major glos. quam quæ ex verbis ejusdem testatoris desumitur.

## ARGUMENTUM.

Resolvuntur objecta contra superius in præcedenti controversia firmata. Quæstio, an in fideicommissis proximitas attendatur quoad testatorem , vel quoad ultimum possessorem gravatum , in quibus terminis procedat , & roborantur in præcedenti capite allegata.

## Pro codem Philippo Spinola quoniam Julii.

## CONTROVERSIA XI.

**P**otquam plenè fundavimus decif. Pauli in l. qui filium , ff. ad Trebell. non minus procedere , ubi testator hæredi prohibuit disponere , quæm ubi non testari mandaverit. Et tacitum fideicommissum ex hujusmodi prohibitione resultans ex verisimili mente , censeri inductum ad beneficium successorum ab intestato testatoris , non autem hæredis , licet ex contingentia facti in eo tex. evenierit eundem suisse successorem testantis , & hæredis .

Supereft modo , ut aliqua , tametsi inania , diluamus objecta , ut omnis nebula cesseret,

Et quoniam alicui forte videri posset. Quid in ea quæstione . Utrum in fideicommissis proximitas attendatur quoad testatorem fideicommittentem , vel potius gradus computatio sit metienda respectu ultimi successoris gravati , ejusdemque ultimi possessoris , quod in successionibus Regnorum inferiorum , majoratum , nec non feudo ex pacto , & providentia tam regalium , quæ reliquorum , & etiam in fideicommissarij successione , quæ similis est successioni feudorum ex pacto , tractarunt nostri DD. in L. hæredes , mei , §. cum ita ff. ad S. C. Treb. & alibi sepius in letteris cons. & tractat. in quo , ut unum modernis , pro omnibus citatis videar , sufficiet nos remittere ad Hyspan. Castil. tom. 3. quotid. controversial. c. 19. ex n. 136. vers. in illis autem , & num. 139. ubi de omnibus prædictis discurrevit .

2 In qua si admittatur posterior opinio , ut attendatur proximitas gravati non autem disponentis , quæ tribuitur Iser. & quam enixè defendit uterque Socin. videretur quodammodo prima facie obstarere his , quæ supra fundavimus ad intel. d. l. qui filium 74.

Ideo omissoa disputatione , quæ sit verior in punto juris , & quæ hodie magis recepta sit opinio Iser. scilicet , an contraria , quod attendatur proximitas fideicommittentis , cuius veluti author est Bart. siquidem adeò hoc est incertum , ut etiam hodie appareat indecimum , ita ut Palaez de majorat. 2. par. quæst. 8. crediderit quæstionem hanc ob eius maximam ambiguitatem esse gladio dirimendam , Cevagl. vero tom. 1. common. const. com. cap. 398. infinitis pro utraque parte relatis , melius dixit egere decisione Imperiali , vel regia , ubi etiam testatur ex Peregr. de fidicom. cap. 20. n. 3. varia in hoc punto suisse in practica recepta inditia , & latas sententias in diversis Orbis Tribunalibus.

In qua DD. varietate idem Cevagl. testatur sibi semper placuisse opinionem Bart. quam dicit proculdubio veriore magis communem , & melioribus innixam fundamentis , & pro ea pluries fuisse judicatum in Senatu Pedemontano , Testatur Tef. dec. 64. in

fine , ubi eam uti veriore , & magis communem tueretur , advertens , adversæ partis defensores , ut plurimum sibimet ipsis in diversis locis contradicere , & reliquos esse consulentes , quod potius , ut amicis , & pecuniis inservirent , quam pro veritate scripserunt.

6 Eamque probat Natta conf. 675. n. 24. et firmissime defendi infinitis authoribus , et fundamentis utrinque relatis Rust. in conf. pro Riveris , quod est secundum post tractatum , an filii in cōditione positi , ex n. 102. ver. sexta , et iterum in repetitione , l. cum avus , ex n. 30. ver. si diceretur . Cras. in §. fideic. q. 18. referens hanc esse communiorem , et contrariam esse erroneam , et omnino respuendam , et novissimè latè agit Germ. And. Knicben. de vestit. pæctio par. 3. c. 3. in princ.

Ucunque tamen sit in prædicta quæstione , si refectè inspiciamus , et terminos distinguamus , nihil penitus ad casum nostrum , utrum in prædicta quæstione verior sit opinio Bart. vel Iser. siquidem diversi omnino sunt termini prædictæ quæstionis a casu de quo nos agimus , quinimò etiam attenta opin. Iser. opinio , quam tuemur in specie d. l. qui filium , remanet ex ea magis confirmata.

Et primò advertendum est , casum præd. quæstionis longè differre a casu nostro ; siquidem in casu d. quæstionis non dubitatur , utrum testator fideicommissum , aut majoratum instituens , voluerit præferre illum , qui ex familia ultimi possessoris præcedit his , qui ex propria familia descendunt . Sed utrum inter illos , qui ex propria familia præcedunt , voluerit præferri ultimi possessoris proximiores his , qui sibi proximiores sunt , in qua specie cum omnes vocati ex sua propria testatoris familiâ procedant , ea ratione qua ultimum possessorem ceteris præstulit , eadem ratione iij. qui Iser. opinione tuentur , arbitrantur etiam eidem ultimo possessori proximiores voluisse præferre.

At in casu quando successor ab intestato gravatus est de familia testatoris , tunc alia , et diversa est quæstio , in qua omnes post Bart. in l. si cognatis , num. 2. ff. de reb. dub. dixerunt , nullo modo censeri testatorem præferre familiam , vel successores gravati , sed omnino censeri vocare propriam testatoris familiam , suoque proprios testantis successores , non autem gravati , cum in dubio ex propria familie , non autem alterius affectione , ad fideicommissum relinquendum motum fuisse , censendum sit , ex theor. Bart. in dict. l. si cognatis , de qua neminem dubitare testatur ita optimè explicans Molina licet acerrimus opin. Iser. contra Bart. propagator lib. 3. de primogeniis cap. 9. ubi postquam num. 18. firmavit opinionem Iser. deinde num. 20. vers. aliquid etiam , ita hanc rem declarat , casus optimè distinguens.

8 Quod etiam optimè affermat Peregr. qui tametsi d. art. 20. num. 9. in fine distinguendo tres casus , in dubio dixerit forsitan veriore sibi videri opinionem Hern. et Soc. tamen num. 11. declarat hoc , et temperat procedere , ubi inter duos competitores solum est quæstio respectu gradus consanguinitatis , an scilicet attendi debeat proximitas gradus gravantis , vel gravati , quia scilicet uterque est de familia testatoris , et sibi conjunctus , sed unus altero proximior et ita procedit quæstio de attendanda proximitate gravantis , vel gravati , quæ movetur per DD. in terminis famosi tex. in l. cum ita , §. in fideicommiss. de legat. 2. qui expressè loquitur in fideicommisso familie relicto , in quibus term. loquuntur omnes DD. qui super intellectu d. tex. pro decisione d. quæ-

- ditionis accerrimè pugnant, ut videre est apud *Molin.* d. cap. 19. num. 12. *Tesaur. dict. decis.* 64. n. 6. *Castill. d. lib. 3. cap. 19. n. 139.* in fine, *vers. horum* autem, secùs vero inquit *Peregr.* ubi quæstio versaretur respectu alterius circumstantiæ, & qualitatis, ex qua alter, scilicet proximior gravantis contenderet se potiorem, ut contingit in casu nostro, ubi concurrunt nepos carnalis ex fratre testatrix, cum altero successore ab intestato hæredis instituti gravati, qui est extraneus, nec de testatrix familia, tunc enim recurrendum est ad affectionem testatoris, ex qua mens, & voluntas ejus colligi debet, ut sibi proximior ad fideicommissum censeatur vocatus, non autem proximior personæ gravatae, quia an quis sit vocatus, & potior in vocatione aliunde mens & affectio testatoris scrutanda est, qui disponit, & ordinat, non hæredis, qui nihil disponit, citat, *lex factio* §. si quis rogatus, ff. ad *Trebell.* & ita in terminis ex *Bart.* & *Alexan.* determinare utrumque *Soc. Decian.* *Torniell.* & alios, quod iterum latius confirmat idem *Pereg. d. art. 20. num. 19.* ubi post *Castren.* in *autb.* post *fratres*, *C. de legit. hæred.* & in *l. fin. C. de verb. signif.* cuius decisionem testatur communiter receptam, concludit fideicommissio inspecta persona testatoris censeri vocatos, & præferri eo ordine, prout in illius intestati successione proximiores vocationis ex *Jasone*, *Corn.* *Dec.* *Bero*, *Ruin.* *Bursat.* *Pancirolo*, *Parisio*, *Socino jun.* *Menoch.* & aliis.
- 10 Idem voluit expresse *Rufic.* in *repetit. dict. l. cum Avus*, num. 124. ubi subjicit verba aurea, diverlum esse querere, an per fideicommissum succedatur testatoris gravanti, an vero gravato, quæ est questio de qua agunt *DD.* in *d. §. in fideicommissio*, *l. cum ita*, ab altero, scilicet articulo, de quo querimus, an in conjecturanda mente testatoris circa successionem personarum attendatur persona unius, vel alterius, in hoc enim testatoris gravantis personam, & aff. etiæ inspicendam esse probat *Rufic.* ex *Bart.* *Barbat.* *Jas.* *Ripa*, *Cephalo*, & aliis, & in specie ex *Bero* *conf. 112. num. 28. lib. 2.* ut latius per *Rufic.*
- 11 Secundò hoc idem clarissimè decidit *Tiberius Decian. conf. 26. ex num. 74. lib. 2.* ubi licet sequatur opin. *Isern.* & *Socin.* eam tamen distinguendo casus temperat, & restringit, ut procedat quando non dubitatur, an intellexerit testator de familia sua, vel gravati quia scilicet una sola sit utriusque familia, si è cognomen, eadem scilicet testatoris, & hæredis gravati, sed tantum votati sunt sub nomine collectivo filii, scilicet, vel descendentes sui, ut ipse declarat post *num. 76. vers. quartus casus est*, secus verò, ut ipse se expresse declarat, quando ex forma verborum, ex qua fideicommissum insurgit, dubitari contingerit, an intellexerit testator de agnatione, & familia, sua scilicet ipsius testatoris, & de familia, & agnatione gravati, & hoc casu firmat *Decian.* veram conclusio-
- 12 nem, verisimiliter testatorem intellexisse de sua propria familia, & agnatione, & sic de suis successoribus, non autem gravati, quia quilibet magis presumitur diligere, suam, quam alienam familiam, & agnationem ex doctrin. *Bart.* in *l. si cognatus*, & ita declaranda esse inquit, dicta *Socin.* in famoso *conf. 249. in 2. ubi ex num. 20.* tredecim fundamentis tuerit opin. *Bart.* & quindecim ex *num. 21.* tuerit opin. *Isern.* addit *Decian.* *Curt. sen.* & *Paris.* & addit in casu, in quo ipse consuluit non esse diversam agnationem testatoris à familia gravati, sed eandem, quasi dixerit idcirco ipsum in eo casu sequutum opin. *Isern.* & *Socin.* num. 74. quod iterum repetit in
- vers. quartus casus, ibi cum sit una sola utriusque familia, &c.
- Hoc idem perbellè diversis verbis in eundem tam sensum declaravit idem *Decian. conf. 9. post n. 19. eodem lib. in vers. & licet quæstio*, ubi incidens in eundem articulum dicit, quod licet quæstio sit valde dubia tamen contrarietatem opinionum dicit ipse, ut plurimum oriri ex verbis testatorum, in quo satetur superioribus diebus consuluisse, quod attenderetur proximitas gravati, non gravantis, & statim addit hæc verba, Sed omnes tenentes, attendi personam gravati loquuntur in casu speciali, quando verba testatoris id suadent, prout erat in casu in quo consului, in dubio autem omnes satentur, quod semper attenditur persona testatoris, ut qui ei est proximior, ipse admittatur, unde cum in casu præsenti agatur de fideicommissio tacito, & nulla sint verba ex quibus possit conjecturari testatorem voluisse vocare successores gravati, casus noster est in tuto.
- 14 Verùm plus addit *Decian.* ex quo verè casus noster redditur indubitabilis, quod omnes *DD.* qui tenent attendi proximitatem gravati, loquuntur quando non agitur de-excludenda posteritate gravati, nam tunc propriè militat ratio, qua omnes tenentes opinionem *Isern.* & *Socin.* moventur, quod scilicet eadem ratione, qua testator prædilexit institutum, vel substitutum, eadem censetur prædilexisse ejusdem gravati posteritatem, & ita dicit loqui *Soc. jun. conf. 126. in 1.* quem ponderat, loqui ad favorem liberorum ipsius gravati secus vero inquit *Decian.* ubi gravatus decedit sine liberis, & descendantibus quo casu dicit *Decian.* quod remanet clara, & certa conclusio, ut adimittantur proximiores gravantis, & non gravati, & hoc subjicit, non negare, sed fateri etiam *DD.* adversæ partis defensores.
- Et hanc *Deciani* declarationem in omnibus sequitur uti receptissimam *Craff.* in *§. fideicommissum*, distinguens pariter quatuor casus, & propriè in *vers. qui dicendum*, & in *vers. primas quando*, & in *vers. primus*, & *secundus*, ubi in *vers. tertius*, & *quartus casus*, n. 4. & 5. restringit contrariam opinionem procedere, vel ubi est vocata familia, quæ une, & eadem est utriusque gravantis, & gravati, vel quando expressis verbis, non vocavit testator delcentes suos, sed hæredum suorum, & in dubio subjicit intellegi de familia, & proximis ipsius testatoris, non autem hæredis gravati iterum tradit idem *Craff. d. §. fideicommissum*, q. 16 in *princ.*
- 15 Quinimò etiam in casu, ubi interpretatio esset facienda, ut verba testatoris referri debeant ad hæredes ipsius instituti vel substituti, in materia fideicommissaria, quod etiam restringi debeat, ut procedat ita demum si superint descendantis instituti, vel substituti, non autem, ut censeantur votati extranei ex decisione *Bart.* in *l. Gallas* §. etiam, ubi *Alexand.* *Socin.* & alii *autb.* etiam *Decii*, & aliorum decidit in terminis nostris taciti fideicommissi *Paris.* *d. cons. 88. in fine*, n. 37. lib. 2. ita ut in casu præsenti etiam gratis admissio, quod planè negamus, censi: ri votatos hæredes gravati, id tamen admittendum esset si gravatus decellisset cum liberis non aliter.
- 16 Et ita intelligi debet id quod dicitur, quod in ea parte in qua testator prædilexit unum, videtur quoque prædilexisse omnem illius posteritatem, *Bald.* in *l. cum acutissimi*, col. 1. *C. de fideicommiss. Rufic.* ad *l. cum avus*, *lib. 5. cap. 1. n. 67. cum infinitis per Pereg. de fideicommiss. art. 27. num. 15. Tbesaur. jun. lib. 2. q. 99. forenum cap. 12. num. 59.* non tamen extraneos illius successores.

successores ad exclusionem conjunctorum testatoris.

18 Ex quibus clarè patet, quod dum *Peregr. art. 5.* in *d. tract. de fideicommiss. num. 10.* in *vers. sic etiam referendo decisionem d. l. qui filium* perfunditorie, & enunciative innuere visus sit fideicommissum resultare favore succendentium ab intestato illi prohibito; citans *d.l. qui filium*, & *l. cum pater 79. §. mando, ff. delegat. 2.*

Quod verè *Peregr.* hoc non firmavit ex professo, cum facilè ad id enunciandum moveri potuit ex contingentia facti, de qua in *d. II. ubi de facto contingit quod idem filius institutus esset successor testatoris, 19 & filius institutæ, unde sicut non licet arguere à verbis legis facti narrationem continentibus, ut quæ juris ministerium non important ad *Glos. magn. in 3. intellect. in l. unica C. quando non petent pars.* ubi post alios *Riminal. jun. num. 176. & 178.* colligit latè post alios ex verbis legislatoris facti narrativis argumentum sumi non posse, præsertim quando *J.C. intentio 20 in illis verbis, non fundatur, ut propriè fit in d.l. qui filium*, ponderando ea verba, in quibus fundatur decisio, ibi, *pronunciavis Imperator fideicommissum, ex hac scriptura deberi, quasi per hoc quod prohibuit et eam testari petisset, & sic decisio non fundatur in alio, quam in prohibitione testandi, ut omnes DD. 21 d. test. allegantes supponunt, fortius igitur non licet arguere a verbis narrativis unius D. test. chantis, cujus dictum omnino debet intelligi juxta A. quam erat, quæ cum à cœteris DD. communiter aliter interpretetur, omnino ejus dictum a çom, debet declaracionem recipere.**

Verum quidquid sit; certum est *Peregr.* cuius licet non parva sit inter, moder. authoritas, cum tamen perfunditorie loquatur, nec articulum aliter examinet, nos posse allegari ad causarum decisio. *Cuman. Panormit. Socin.* & aliis, quos ad hoc citat *Canter. in extrav. valentes, §. sed magna fuit num. 72.* & iterum in *§. seq. num. 18.* & iterum in *§. at non erit inutile, num. 55.* addit *Doctorem*, qui non disputat, quamvis aliquid supponat; & ejus verba decidunt casum, non esse connumerandum, ut faciat autoritatem.

23 Accedit declaratio insignis Doctoris Antonii Gomesii, qui *tom. 1. cap. 5. de substitut.* & *fideicommiss.* post *num. 24. vers. septimè infero expressissime*, non supponens, sed declarans, & disputans affirmavit in *d.l. qui filium*, institutum, censeri tacite rogatum bona restituere venientibus ab intestato ipsius testatoris *ex textu prædicto*, quem dicit singularem, & expressum, & subdit, & ibi notant & commendant *Bart. Alberic. Ang. Imol.* & communiter DD. & sentiens, contrarium, illud resolvit dicens, non obstat, quod ibi videatur rogatus fratri cohæredi restituere, respondit enim, id idè esse, quia frater idemque erat filius, & sic proximior veniens ab intestato ipsius testatoris, ex quo intet, quod si hæres effet extraneus, non censeretur vocatus, secundum *Angel.* & *Imol.* ibi, ex quo sequitur quod multò minùs hæres hæredis gravati omnino testatori extraneus potest censeri vocatus; & hæc doctrina Gomesii, & intelligentia ad dicta DD. nullo conatu tergiversari potest, concordat cum *Gomesio in omnibus Cardinalis Mantica, lib. 8. tit. 1. num. 29.* citans *Cuman. conf. 2. num. 7.* qui si rectè ponderetur non potest ullo modo intelligi ipsum loqui, neque sentire de aliis, quam de venientibus ab intestato ipsius testatoris disponentis, dum ita dicit, prohibendo aliquem testari videtur

*relinquere venientibus ab intestato, & si de Cumanico posset dubitari, hoc manifestè declarat Cardin. Paris.* quem *Mantica* citat pro conteste, cum *Cumanico*, is enim in *diss. conf. 72. num. 2. l. 2.* clarissimè contendit, vocari successores ab intestato testatoris non autem gravati, quod in pluribus locis repetit, unde non potest dubitari, quin *Mantica* voluerit idem quod *Paris.* ab eo citatus.

24 Ommitto consulto citare *confilium Pauli de Castro 445.* circa *primum quæsumum lib. 2.* quia licet optimè fundet ex prohibitione testandi etiam restricta ad certam ætatem, scilicet vingintique annorum induci tacitum fideicommissum, tamen quia casus, sive contingentia facti super qua ipse consuluit fuit idem casus super quo respondit *J. C. in d. l. qui filium*, scilicet, quia sorores filii instituti eademque testatoris filiæ erant succeditrices ab intestato testatoris, & filii gravati non est in quo propterea magis ponderetur *Castrensi.* nisi in eo quod citando *lex factio 17.* ad *Trebell.* clarè innuit in *leg. qui filium*, vocari successores rogantis, non rogati cum aliis classificis supra citatis, & notandum insuper ex ipso,

25 quod in dubiè affirmat decisionem *d. l. qui filium*, procedere, etiam si prohibitio testandi sit restricta ad certam ætatem in quo eum omnes DD. qui agunt de sensu *d. l. qui filium* communiter sequuntur, ut videre est apud *Paris. d. confil. 72. num. 2. & 3. lib. 2.* idem *Mantica d. lib. 8. tit. 1. num. 29.* nec non *Peregr.* qui licet in contrarium citetur respectu successoris expresse tamen in hoc concedit *d.l. qui filium*, procedere, sive simpliciter, sive ad certum tempus sit facta prohibitio.

Et *Jaf. in vulgatis consiliis 189. & 190. lib. 2.* respondens in casu nobilium Dominorum Januenium inter Dominos Nicolaum Spinolam, & Gasparem Imperialem actores ex una, & Franciscum Riccius conventum ex altera occasione testamenti conditi per Mattheum Lommellinum. In quo verè mirandum est, quod omiserit citare *d.l. qui filium*, licet in *diss. conf. 190. col. 2. vers. nec obstat*, citaverit *l. cum pater, §. mando, ff. leg. 2.* citatam per *gloss. pro contrar.* in *d. l. qui filium*, licet ex diversitate casus potius concordet.

26 Attamen *Jaf.* optimè omnia superius firmata comprobat. Et primò ex prohibitione testandi etiam ad incertum tempus facta scilicet quousque filios institutus non suscepit, ceneri inductum tacitum fideicommissum non minus quam ex simplici prohibitione, vel ad certum tempus restricta, ut loquuntur *Castrensi. Paris.* & aliis.

In quo incidenter adverto, posse in casu præsenti attentari fuisse prohibitionem disponendi injunctam Petro Paolo hæredi per D. Testaticem quousque liberos non procrearet in illis verbis, & se detto suo berede morisse prima della sua età d'anni 40. & senza lasciar dopo di se figlioli in tal caso lascia, &c. in eum etenim casum voluit legare cuidam D. Augustino Maniero scutos mille, quo effet locus fideicommissio, cui esse locum dispositum si institutus post ætatem præscriptam, & sine liberis decederet, ergo à contrario, quando decederet cum liberis noluit ipsum onere fideicommissi gravare, in quo sufficiat, quod latè in puncto, licet in casu contrario ad eundem tamen finem fundat egregie *Jaf. d. confil. 189. usque ad vers. ex ista prima*, & in *conf. 190. vers. nec obstat*, 27 quod testator, undè tantum abest, quod prohibitio in casu præsenti non sit facta in favorem filiorum hæredis, ut potius in casu, quo hæres liberos, su- F 3 keperit,

- scepserit, sit permisso facultas disponendi, quod propri consideravit Jaf. d. conf. 190. col. 1. vers. ista conclusio & col. 2. vers. secundum principalis conclusio.
- 28 Secundo fundat Jaf. idem operari verbum disponere in materia d.l. qui filium, quod verbum testari, & sic pariter ex uno, ut ex altero censeri inducitam prohibitionem testandi, & maximè cum sit prolatum à testatore, quo casu debet intelligi secundum qualitatem, & conditionem proferentis d. conf. 190. col. 1. & in specie Jaf. cul. 2. vers. nec obstat quod testator, consideravit casum in quo prohibitio dispositio nis videbatur principaliter referri ad alienationem inter vivos, & nihilominus concludit comprehendere quoque prohibitionem in ultima voluntate, quod confirmat id quod supra diximus in primo puncto cap. 2. vers. unde non obserit.
- 29 Tertiò fundat Jaf. nihil obstat, quod prohibita alienatione, non censeatur prohibita hæredis institutio, siquidem diversissimus est casus à terminis nostris, ubi prohibetur hæres disponere, sive testari, fundat hoc Jaf. d. conf. 189. col. 2. vers. ex ista prima, 30 comprobatur, quia etiam prohibita alienatione simpliciter, si modò est facta prohibitio verbis generalibus, puta quod, quomodo, vel quovis titulo censemur etiam prohibita successio ab intestato propter vim generalium verborum Sur. latè decis. 272. n. 30. Et seq. quæ verba leguntur in casu nostro, ibi, Et fra tanto possa solamente detto capitale, Et c. junctis 31 seq. verbis ibi, Et non altrimenti, ne d'altro modo, quæ verba sunt multum præcisa, & generaliter negant potentiam ita ut reddant omnino nullum actum in contrarium factum, cum formosissimam conditionem inducant, ut latissimè infinitis congeneris Alexand. Barbos de clausulis cap. 39. Cenedus, in centur. dictio. cap. 65.
- 32 Et hanc quoque opin. inter receptas ad scribit Gabriel. tract. com. opin. de fideicom. c. 10. n. 6. vers. secundo limita, ubi quod prohibita alienatione cum verbis universalibus, & prægnantibus, censemur prohibita quoque institutio hæredis, & num. 16. vers. octavo limita, subdit Gabriel quod si prohibeatur quis disponere prohibetur etiam hæredem instituere, citat Jaf. in d. conf. 179. col. 2. vers. ex ista 1. conclusi. l. 2. licet erret, dum dicit Jaf. loqui in prohibitione rei particularis.
- 33 Et comprehenditur quoque sub alienationis prohibitione successio ab intestato, quando si non esset inclusa successio ab intestato, sequeretur, quod minus dilectus a testatore melioris conditionis esset, quam magis dilectus Ruin. conf. 168. num. 16. lib. 3. quem sequitur Gabriel. d. cap. 10. n. 24. in 15. limit. quod propriè contingeret in casu nostro, nisi testatrix successor vocaretur, ut ex præd. patet, verum prohibita dispositione, quæ prohibitio refertur 34 præcipue ad ultimas voluntates, ut in casu præsenti, nedum censemur prohibita dispositio expressa, quæ fit per aliquem modum, vel speciem ultimarum voluntatum ex quatuor relatis per Card. Mantic. lib. r. tis. 5. usque ad tis. 14. verum etiam per successionem ab intestato, quæ etiam aliquo respectu dicitur hominis dispositio, dum enim non adimitur successor ab intestato hæredites, à qua potuit excludi, videtur ei data, à defuncto, dum non adimitur l. 1. §. sciendum, ff. de leg. 2. Ruin. conf. 168. n. 17. in fin. Et 18. lib. 3. qui enim non testatur, videtur vocare venientes ab intestato, & qui non testatur expresse videtur tacite testari, & relinquere bona successoribus intestati, ut latè Surd. dec. 272. n. 9. Peregr. in punto,
- in casu contrario, ut concessa potestate disponendi decedens, sine testamento censemur disponere invenientes ab intestato, de fideicom. art. 40. n. 59. quæ ratio fortissimè tuetur dec. d. l. qui filium.
- 35 Sicut etiam è contra concessa alienandi potestate videtur concessa, nedum omnis alienationis species inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem legando, vel hæredem instituendo Bald. & alii in cap. 1. de feudo non hab. prop. nat. Curt. sen. consil. 64. n. 66. cum in fin. aliis congestis à Peregrino, qui loquitur etiam in feudis de fideicommiss. art. 52. n. 56. & fortius concessa potestate alienandi, & disponendi, idem, Peregr. art. 40. n. 57.
- 36 Quartò latissimè probat Jaf. tam in conf. 189. ex num. 3. quæ in secundo, in vers. secunda principalis, prohibitionem disponendi, ex qua resultat prohibitio testandi, censeri factam favore venientium ab intestato ipsius testatoris, non autem hæredis instituti, quod circumscripta omissione allegandi tex. in d. leg. filium, hoc tam bene fundavit Jaf. ut nihil addi possit, id tamen solum est ponderandum, omne Jaf. fundamentum consistere in interpretatione, & conjectura verisimilis mentis defuncti, quod scilicet noluerit alienam posteritatem propriis conjunctis præferri, & ex facto questionis propositæ initio consil. 189. patet Mattheum Lomellinum testatorem nullos reliquisse filios, sed instituisse fratrem, & nepotes, pro quibus nepotibus respondit Jaf. non potuisse fratrem institutum, ex prohibitione testandi, uxorem instituere veluti extraneam.
- Nec dicatur, quod in casu Jaf. fuit facta prohibitione in casu, quo filios institutus non haberet: quia & si hoc in casu modo deficeret, non immutaretur iuris dispositio, cum nullos liberos institutus reliquerit, atq[ue] tamen ex abundanti supra fundatum est pariter in casu præsenti, prohibitionem minimè factam fuisse favore filiorum instituti, ex quo prohibitio facta fuit etiam in casu, in quo institutus filios non haberet, ut ponderat Jaf. in conf. 189. post num. 3. ver. nec datur, & appetet in casu præsenti ex testamento, ut supra ponderato.
- Et tandem pro coronide, ex abundantia tamen, non ad victoriæ, cum satis superque fundata sit ex antedic. clarissima justitia D. Philippi considero in casu præsenti, prohibitionem testandi fuisse factam expressè ad favorem venientium ab intestato ipsius D. Julij testatrix, ex his quæ eadem domina testatrix statim post clausulam prohibitionis subjecit in versic. Ordinando che se alcuno de parenti di essa Signora testatrice in qualunque maniera dirette o indirette molestasse o tentasse di molestare detto suo hærede sub quovis pretesta, resti Et restino in tal caso quello o quelli tali privi com'è ex nunc protunc li priva d'ogni beneficio commodo, Et utile, che ad esse, Et detto tale possesse per questo suo testamento venire Et spettare, Et anco ab intestato secondo il statuto di questa Città, De success. ab intestato, perche in tutto quello che per virtù di questo testamento o detto statuto spettasse a detti suoi parenti o parente che molestasse, Et c. inservisce le tre opere di questa Città.
- Si enim ex verbis præcedentibus & sequentibus, & ex toto etiam contextu dispositionis, sed maximè ex proximè sequentibus, accipienda est dubiæ mentis declaratio leg. qui filiabus, ubi Jaf. & alii, ff. de leg. 1. Casanat. conf. 45. num. 26. Et 27. nec ulla melior glossa, & interpretatio considerari potest, quam ea, quæ ex verbis ejusdem testatoris desumitur Curtius sen. Paris. Gram. & alii relati à Casanate conf. 15.

conf. 15. num. 7. conf. 33. n. 52. adeò, ut cum testator se ipsum glossat, non sit ad *Gloss. Accus.* nec *DD.* recurrendum.

Dum igitur immediatè post prohibitionem dispositionis, quod vel est clarum fuisse factam favore venientium ab intestato ipsius testatrix, & sumus in tuto vel saltim est dubium, & eo casu, dum statim subjicit præceptum suis successoribus ab intestato, quod nullo quæsito colore molestent institutum, scilicet, dum viveret, & addit Pœnam, che alteramente siano privi d'ogni beneficio, & commodo, & utile, che ad eßi potesse venire da questo testamento, &c. ergo ex hac prohibitione, & præcepto directo erga suos proprios successores ab intestato, privando ex contraventione, commodo, & beneficio eis perveniente ex suo testamento, & dispositione, nec non intestati successione, clarissimè declaratur, iplos esse vocatos in casum mortis instituti ante statutam præscriptam, ex vicinitate, & conjunctione scripturæ, à præcepto occasione timoris litis, vel molestiæ inferendæ, quæ ab eis timeri verisimiliter debuit, quibus ius in aliquem casum competere poterat, & à privatione commodi, quæ presupponit habitum, idest, emolumenntum eis concessum, & maximè conjungendo verba geminata sequentia, privandoli del commodo del statuto, & di tutto quello che in virtù di desto testamento, & statuto, li potesse spettare, &c. igitur consideravit multa ad suos successores pertinere posse vigore sue dispositionis, in quibus sicuti ipsi disponenti videri poterat iplos successores honoraſſe ſic quoque voluit eos gravare prohibendo, ne vivente ſcilicet hærede instituto, ipsum quovis quæſito colore molestarent, & ſic ex omni parte ex voluntate, ſcilicet tacita, ſic à jure interpretata, & etiam expreſſa declarata ab eadem testatrix, vocatur nobilissimus genere, & animo Philipus nepos, et ita ab excelsø Senatu inclitæ Republicæ Genuensis justitiæ cultricis, judicandum speratur 15. Aprilis 1624.

Et ita pro Domino Philippo fuisse Genuæ judicatum, mihi relatum est, etc.

### S O M M A R I U M.

- 1 **M** Ater filiam dotare regulariter non tenetur, niſi patre existente inupe.
- 2 **D** os mulieri reddenda est ex tacita stipulatione, niſi extraneus dotando aliter, ſpecialiter, & expreſſe ſibi caverit, & num. 11. & quid ſi ſibi redi stipulatus fit, aut cui de jure debet, & num. 4.
- 3 **A** ctio dotis alternativè promiſſa dotatæ dotis favore Acquiritur, ſtipulator verò videtur ſolutionis adetus, & nrm. 8. etiam ſi præcedat nomen donantis, num. 25.
- 5 **A** lternativa ſtipulatio, ut vaga, & incerta ceneſatur invalida, fallit favore dotis, & quando, num. 7. & 9.
- 6 **L.** Item ſi ſervus, & fin. non eſt corretta ex l. 3. C. de verb. ſignif.
- 10 **O**bſcuritas favorabilem caſam dotis reddit.
- 12 **D**ictio, ſeu vel ſive, eſt adeò varia, ut debeat interpretari ſecundum ſubiectam materiam, ut dicitur de Ermafroditō, & num. 14.
- 13 **D**ictio, ſeu, aliquando ordinaria denotat.
- 15 **A** ctio dotis, duobus cumulativè promiſſa, cui libet pro dimidia quæſita cenſetur.
- 16 **C**lausula, ſervata forma prioris instrumenti, vel natura ſeudi in aliquo non mutata, debet operari, præterquam quod ſpecialiter, & clarè expreſſa

aliàs contradic̄tio, & mutatio voluntatis non praefunitur.

- 17 **R**elatum attenditur, non referens in id, quod relato contradic̄t.
- 18 **M**utatio voluntatis non praefunitur, & per ſecundam conventionem primæ non derogatum, niſi ſibi ſpecialiter fit expreſſum, quod interdictum eſt fieri in dote & num. 23.
- 19 **A** ctio dotis mulieri quæſita non potest auferri præterim ex intervallo etiam de conſenſu viri, & posterior conuentio eſt omnino nulla, & num. 21.
- 20 **M**ulier dicitur dotata ex ſola dotis promiſſione.
- 22 **P**ater non valeat licentiam dare filia post dotem datam eam alienandi in præjudicium filiorum, vel agnitorum.
- 23 **P**aetum, quod certis personis dos reſtituatur, mutari non potest.
- 24 **C**onventio interpretatur juxta convectionem ſam, & ex contractu præcedenti interpretatur ſtipulatio.
- 26 **L.** Cajus, ff. sol. matrim. dispositio, quod dotis alternativa, promiſſio dotata queratur, an procedat muliere preceſtente dotanti, & an ſi moriatur ex testamento, babeat locum, & num. 27.
- 28 **A** ctio non transitoria ad hæredes tranſit, ſi pro hæredibus ſit concepta ſtipulatio.
- 29 **D**os ex bonis paternis data praefunitur, quando mater, & alijs extraneus dotans bona predicta administravit.
- 30 **P**raefumptio major ex administratione, quād ex pietate, & affectione resultat.
- 31 **C**ompensare non videtur debitor voluntarius legando, ſecus dotem pro creditore promittendo.
- 32 **P**aetum de ſibi dote reſtituenda, mater, ut debitrix filiam dotando adjicere non valeat.
- 33 **M**ater filiam inopem dotare tenetur tanquam in locum patris ſubrogata, & num. 35.
- 34 **A** ctio dotis eſt communis patri, & filia ratione patria potestatis, idē patri dotanti filiam emancipatam, non queritur ſed ad hæredem mulieris tranſit, & num. 36. 37. & 38.
- 39 **J**us Longobardum eſt jus ſpeciale, & locale in Regno, & num. 42.
- 40 **M** undualdus in viuentibus jure Longobardo requiriſtur non minus in testamento, quād in contractibus mulierum, & quare.
- 41 **M** undualdo ſubjiciatur nè mulier, etiam ſi contrabat extra patriam, ubi Mundualdi ſolemnitas eſt neceſſaria.
- 43 **L**ocus contractus, ſive testamenti attenditur quoad ſolemnitatem, patria verò quoad ſubſtantiam; ſive efficaciam diſpositionis ex com. contra Gram.
- 44 **T**estamentum deſcendentium ſuſinetur, tamet ſi non fuerit ascensens honoratus titulo institutionis, & admissa contraria opin. temperatur bifarium.
- 45 **T**estamentum quomodo praefunatur, vel probetur faſtum ab homine ſanctæ mentis, vel furioso.

### A R G U M E N T U M.

Mulierem poſſe de jure communi de dote diſpōnere in beneficium viri, reliquo matris ſuperexistenti honorum ſubſidio.

Actio promiſſionis dotis reſtitutionis alternativè cui queratur, & an ea ſemel uxori quæſita auferri poſſit.

Quid ſi mater dotando, paetum de ſibi dote redienda adjicere valeat, Mundualdo, an ſubjiciatur mulier

lier ubique locorum contrahat, si in propria patria vivatur jure *Longobardorum*.

**Pro Domino Jo: Hieronymo Naccarelli Patritio Salernitano, Mirabelae Domino, Advocato Neapolitano.**

**CONTROVERSIA XII.**

**C**um Laura Valentina mater, sive ejus nomine Terentius de Falco, ejusdem Lauræ conjunctus nuptui tradidisset Laudoniam Gervasiam filiam Doctori Dominico Naccarella, cum dote promissa duc. 1200. medianis capitulis matrimonialibus, exequitis deinde per instrumentum dotale stipulatum ex intervallo, confectum forma, & modo, ut infra specialiter exprimetur.

Defuncta Laudonia, constante matrimonio sine liberis, et in instituto herede postumo nascituro, eique vulgariter substituto Dominico viro, relictis matri duc. 200. et totidem pro construenda cappella, et elemosina pro celebratione missiarum, prout quisque prudentissimus vir facere potuisset.

Dubium praecipue vertitur utrum potuerit Laudonia de jure communi, in cuius dispositione versamur, de dote disponere ad beneficium viri, qui non nato postumo heres fuit declaratus, non obstante matris superexistencia.

Et sic utrum *actio de dote*, ex forma pactioris nuptialis fuerit integrè quæsita ipsi Laudoniae dotatæ à matre, ita ut potuerit de ipsa dote disponere ad libitum in præjudicium matris reliqua bonorum subficio.

Vel etiam admissio, citra veri præjudicium, matrem dotantem voluisse ligare, ut Laudonia non posset disponere; utrum tale pactum potuerit de jure impedire quin Laudonia disponere potuerit de prædicta dote, an vero velut de jure nullum, sit rejiciendum.

Pro veritatis perfecta cognitione erunt considerandi tres casus, ex quibus solis, et non aliis oriens potuit hæc matris dotatio: quod si nullo ipsorum casuum considerato Laudonia prohiberi potuit disponere; certè à sufficienti partium enumeratione, legitima, et valida erit declaranda viri facta institutio.

Aut enim mater, quæ citra casum subsidiarium nullo modo filiam dotare tenetur, in præsenti casu dota vit filiam ex mera liberalitate, quæ dotatio censemitur facta, velut à persona extranea.

Aut quod longè verius est, et convincitur ex facto, et probationibus in processu, dote dedit ex substantia viri patris Laudoniae, ut hereditatis administratrix, ut de jure præsumitur.

Aut vero, quod vel invita adversaria negare non potest, quod ipsa, nedium confessa est in positionibus, sed plenè probavit, ipsam Lauram de suo dedisse dote, quia in hereditate patris, nihil supererat; et sic ipsa velut mater, quæ in subsidium tenebatur de jure dotare, dote dedit, et in nullo istorum casuum potuit impediri, quin Laudonia liberè virum optimè meritum institueret.

Quoad primum casum, qui ex abundantia consideratur, cum nihil vere ex facto processus appareat dedisse matrem de suo, vel saltim non ex liberalitate, sed ex debito, et sic omnino versamur in secundo, vel tercio casu.

Certum est, et absolutum, matrem quæ regulariter

filiam dotare non tenetur, *i.e.* neque mater, ubi omnes, *C.* de jure dot. nisi pater sit inops, & ipsa mater dives, ita ut filia aliter dotari non possit *Cyn.* & *Bald.* in *d.* *leg.* neque mater, *Dof.* omnes in *leg.* i. ubi *Ripa* n. 79. ff. *solut.* *marrim.* si pro filia dotem promittat, vel det in casu, ubi illam dotare non tenetur, censeri dotem animo donandi dedisse: sicut in quolibet alio extraneo, qui non sit parens per virilem sexum ascendens, si non specialiter extraneus, & expressim dotem sibi reddi pactus fuerit: speciale enim est in dote, ut donandi animus præsumatur in omni eo, qui dotare non tenetur; immo nisi aliter extraneus expressè sibi caverit, ipsa mulier sibi fecisse videtur tacitam stipulationem de dote reddenda, *text.* *capitalis* in *§. accedit.* *i.* *unica.* *C.* de *rei uxori.* *actio.* ubi *Bald.* *Ang.* & *Salyc.* hoc notant, iterum idem *Bald.* *antiq.* *Bart.* *Bald.* etiam *Noveil.* *Negusunt.* *Cephal.* *Rimin.* *jun.* & alii, quos recenset *Honde d. cuns.* 91. n. 78. & 80. *lib.* 1. ubi de *com.* *hoc* comptobat in matre *nun.* 81. & 84. *Anckar.* *jun.* *i.* *qu.* *famil.* c. 12. etiam si mater, vel frater dotent vivo patre. *Baeza* de non meliorand. *dotis ration.* *filia b.* *cap.* 12. *num.* item 12. *vers.* sed ex *adverso*, ubi *num.* 13. resolvit argumentum de alimentis, ut non procedat in casu præsenti de alimentis ad dotem, ad cuius *text.* in *d.* *§. accedit.* *ornatum*, & ad materiam de patre, & extraneos ad stipulandum dotem adhibitis in contractu matrimonii videndus *Franciscus Molinus de rita nupiarum*, *lib.* 3. c. 54. n. 19. & 63. & plenis c. 55. per totum in quem incidit *dum haec revideo* Julii 1633.

Nec obstant, quod hic non sumus in dubio, cum adsit pactum tam in capitalis matrimonialibus, quam in instrumento dotali postea confecto; in quorum primo scilicet cavitur de dote redenda Laudoniae dotatae, seu matri dotanti, licet per verba alternativa, quæ inducuntur per dictiōnem, sed, in posteriori verò dictiō Lauræ matri, & Laudoniae præsentibus, & sic copulativè per dictiōnem, &

Unde licet in dote, promissa restitutione dotis alternativè speciali favore dotis *actio* acquiratur mulieri dotatae, stipulator verò videatur adjectus solutioni, *i.e.* *Cajus* 46. ff. *solut.* *matr.* tamen attento posteriori pacto, quod regulariter attendi debet, saltim *actio* pro medietate censemitur quæsita Lauræ matri, *ex l. reos.* *§. cum in tabulis,* ff. *de duabus reis.*

Primò enim dicimus, hic nullum adesse pactum præcisum, prout requiritur in *d.* *§. accedit.*, de restituenda dote matri; & sic remanet intacta decisio *d.* *§. accedit.*, ut præsumatur stipulatio adjecta in favorem mulieris; verba enim capitulorum ista sunt: *Et à maggior cautela, che quelle doveffero restituire alla detta Laudonia, seu matre, à Magnifico Terentio in suo nome, & loro bæredi, & successori insolidum in questo modo, dicta pecunia, & quarta integrè, & dicto corredo usæ consumpto,* &c. quibus verbis clare appetat nullo modo specialiter, & expressim, & sic præcisè matrem sibi dotem reddi pactam fuisse; & sic simpliciter, prout requiritur pro forma in *d.* *§. accedit.*, sed tantum quatenus de jure esset aliquo casu facienda restitutio filiæ, vel matri, traditur tantum modus restituendi, non autem, quod in omni casu, vel certis casibus, fiat restitutio: hoc enim important illa verba: *Che quelle si doveffero restituire alla detta Laudonia, seu matre,* &c. idest quatenus de jure dotatae, vel matri esset facienda restitutio, eo casu fiat hoc modo: at de jure certa est provisio, ut filiæ tantum censematur acquisita *actio*, quinimò integra dotis exactio animo donandi, idque mediante,

re præsumpta stipulatione, in d. §. accedit: mater verò nihil saltim specialiter, & expressè sibi cavit, ut exigitur, ut dotis actio, sibi quereretur, præcisè ex d. §. accedit; sed contenta fuit legis provisione, quæ favet dotatæ; igitur nullo existente pacto, juxta formam in instrumento præscriptam, militat omnino in præsenti casu decisio d. §. accedit; ut integræ dos ad dotatam pertineat, & ita Bart. in specie in casu omnino simili, imò in fortioribus terminis dicit se de facto consultum respondisse, in d. l. Caius 46. nu. 5. ff. sol. matr. ubi extraneus dotans stipulatus erat dotem sibi reddi, aut cui de jure debebit; quod ex hac stipulatione, integra actio erat quæsita mulieri: quia mulier est illa, cui de jure reddi debet, ex d. §. accedit, sequuntur Castr. ibi post num. 5. vers. & ideo dicit, In mol. post num. 7. vers. interdum stipulatur, Alex. num. 6. vers. in quantum, Bart. Greg. Lopez l. 31. tit. 11. partita 4. ver. dñe ser. defendit Barbosa in d. l. Caius, n. 25. Stracca de adjecto, p. 3. n. 160. & 161.

Corrobatur hoc ex alio, quia cum in d. §. accedit exigatur extraneum specialiter, & expressum, & sic præcisè pro forma dotem sibi reddi pactum fuisse stipulatio autem alternativa concepta inter personas, quibus debet acquiri, sit idè vaga, & incerta, adè ut reputetur de jure invalida, s. item si servus, 9. §. fin. ff. de stipulat. serv.

Cujus decisionem, neque hodie esse correctam, ex l. 3. C. de verb. signif. probat, licet contra multorum opin. Bart. in d. l. Caius, post num. 9. vers. quinimodo, licet in causas dotis speciali favore dotis sit inducitur, ut stipulatio alternativa respiciens personas, quibus acquiri debeat, valida censeatur ad favorem dotatæ, Bart. in d. l. Caius, nu. 4. ita ut mulieri censeatur quæsita actio, stipulator autem videatur tantum adjectus solutioni, ex dispositione d. l. Caius, Alex. in l. eum qui ita, §. qui sibi, num. 5. ff. de verb. oblig. Baptista de privil. dotat. censur. 3. nu. 45. Bald. Novell. de dot. part. 6. privil. 25. ubi dicit decis. d. l. Caius non esse immunitam, ex decis. d. l. pen. C. de verb. signif. Loffredus cons. 32. num. 3. circa medium, & num. 6.

Non tamen hujusmodi stipulatio alternativa poterit censerter specialis, & expressa in beneficium extranei dotantis, prout noviter pro forma traditur in §. accedit, à Justin. imò obscura, & incerta, l. si servus communis ita, ff. de stipulat. serv. l. tutor ita recte, ff. de testament. sutela, Cravett. cons. 157. n. 11. imò obscura, & sic non specifica, & expressa; cum obscura verba opponantur speciali, sive specifico, & expresso sermoni, ut de se patet; & in terminis, quod alternativa stipulatio hæc dotis reddendæ dubia reddatur, quo casu obscuritas favorabilem causam dotis reddere debet, probat Stracca tit. de adjecto, par. 3. num. 160. circa med. & num. 161. vers. sed diuina.

Et sic quoad extraneum ipsum remanet incorreta decisio d. l. si servus, 9. §. fin. ff. de stipulat. serv. tunc ut legum correctio, quoad fieri potest vitetur, tunc ex clarissima decisione d. §. accedit, quod ad hoc, ut 11 actio queratur extraneo, nendum specifica stipula-

tio, verum etiam expressa requiratur, c. 2. ubi Ge. min. de præb. in 6. gloss. ordin. in clem. 1. §. specialiter de judic. Ripa in 1. n. 66. & 68. ff. de vulg. conserunt tradita per Menob. de præf. lib. 4. c. 166. n. 16.

Et tandem si prædicta omnia desicerent, est adè dubius, & incertus sensus dictioñis sed qua usi sunt contrahentes in dictis cc. matrimonialibus, ut ex hoc solo pateat nullo modo specialiter, & expressè 12 trem de actione de dote sibi restituenda cavisse. Hæc enim dictio, sed licet sit alternativa, sive disjunctiva, quo casu quandoque disiungit verba, & sensum, interdum verò sensum conjungit, licet verba disiungat, plures tamen adè diversimodè accipiunt, ut quandoque stet copulativè, & augmentativè, & est augmentativa, sive ampliativa quandoque interdum verò stat expositivè, sive declarativè, & restrictivè quandoque facit conditionem, adè ut dixerit Panor. in c. inter cæteras, post n. 4. de rescr. dictiones sed, & sive adè variam habere naturam, ut ob varietatem significatus dicantur, misere, ut de 13 ipsiis interpretationem facere debeamus secundum subjectam materiam, ut dicitur de ermifrodito, quod dicit bene notandum, refert & probat hæc omnia, extollens hoc dic. Panor. Mandos. ad Rom. cons. 179. n. 7. in addit. incip. regulariter, ubi inter alias acceptioñes, dicit hanc dictioñem aliquando ordinem de- 14 notare, ut est tex. in l. cum pater 79. §. a te peto, ff. de leg. 2. ubi hæc dictio, sed posita inter personas inter quas cadit ordinata juris regula, ordinem significat, ut propriè contingere videtur in casu nostro, ut primum Laudoniæ dotatae & ejus hæredibus, quorum dos est proprium patrimonium, & illis defi- 15 cientibus matri censeretur acquisi a actio, ceteros concordantes ad huius dictioñis variam, & inconstantem naturam, congerunt Pet. Cened. in sua cœt. d. c. 16. de dic. sed, Ulp. de præposit. & aduer. in dict. seu, car. 111. Alex. Barbos. dicto c. 312. f. 147. apud quos infinita, ex quibus, vel in calu nostro significabit ordinem, prout de jure fieri debebat, vel saltim obscura, & incerta erit stipulatio, quæ matri velut extraneæ prodeſſe non potest.

Unde deficiente speciali, & expressio pacto ad beneficium extranei; omnino remanet hæc, sive præsumpta stipulatio inducta à lege in favorem dotatæ.

Nec obstat, quod in instrumento dotali subsequenti sit clarissim conventum, & specialiter cautum, quod dos reddatur Laure matri, & Laudoniæ scilicet dotatae; & sic, vel videtur integra actio quæsita matri, ex eo quod ipsius nomen sit propositum, attento ordine literæ, quo casu plerique dixerunt limitari dec. d. l. Caius, ita ut extraneo censeretur quæsita actio, mulier vero dotata, videatur adjecta solutioni, vel saltim attenta natura copulæ cuilibet censeatur, acqui sita actio, sive dos ipsa pro dimidia, juxta d. l. reus, §. cum in tabulis, & admittunt Bar. in d. l. Caius, n. 6. Barbos. fol. 441.

Et huic instrumento standum est, velut posteriori arg. l. pacta noviss. C. de pact. dicimus enim in casu præsenti pactum adjectum in instrumento dotali posteriori, non contradicere expressum conventum in prioribus capitulis; illa enim verba vel in omnem casum restitutionis, vel asecuracionis, &c. omnino intelligi possunt, & debent, in eum casum, quo de jure effet facienda restitutio dotanti, vel ei, cui de jure debetur; ex juris præsumptione nec judicatur mutatio voluntatis; tum quia ita specialiter fuit declaratum, & expressè conventum in dicto secundo instrumento in fine; ibi, cum speciali pacto, quod omni-

omnino debet servari forma dictarum praesertim capitulorum, quoniam sic, &c.

16 Nec dicatur dictam clausulam debere operari, præterquam quod ad expressa, ut de clausula feudi natura in aliquo non mutata, quæ est huic nostræ clausula similis, dixit post feudistas *Reg. de Ponte conf. 15. n. 8. & conf. 57. n. 33.* quia immo dicta clausula debet satis operari, dum non est aliquid specialiter, & ita clare expressum, ut sic interpretari debat conventio ad evitandam implicationem, & contradictionem, ut explicat idem de *Pont. conf. 3. num. 83. & 84.* unde cum verba in praesenti casu instrumenti posterioris non repugnant, sed concordari possint, non est inducenda mutatio, nec derogatio, quæ tantum permititur ratione excludendæ repugnantiae non aliter, ut sub intelligatur non induci mutationem, nisi in expressis.

Unde omnia conventa in hoc secundo posteriore sunt intelligenda, vel reducenda ad tenorem pri-  
17 mæ conventionis: quia relatum est attendendum, non referens, in his, quæ relato contradiceret juxta. not. per *Tirag. de legib. conv. glof. 7. ex nu. 182. in 12. genere expressi.*

18 Et quia nunquam per secundam conventionem debet censeri primæ derogatum, nisi id sit specialiter expressum, & in qualibet materia contrarietas tolli debet, & sedari, ut prima conventio intelligatur firma, nec fiat mutatio voluntatis nedum incontinenti, sed nec ex intervallo, *I. cum qui, ff. de probat. Barbo. in l. si cum dotem. 23. n. 17. ff. sol. matr.* ut pluribus probat *Rimin. iun. in princ. quibus alien. lic. vel non. numer. 107. & 108. P. reg. de fideic. art. 18. nu. 33. & 34.*

Præterea, etiam circumscripto hoc pacto expresso, omnino esset attendenda forma præscripta in capitulis præcedentibus vallatis facta, vel præsumpta stipulatione, quam *Justin.* introduxit favore dotatæ in *d. §. accedit.* nulla habita ratione, quod in secundo instrumento aliter etiam expressè cautum est; tum ex defactu potestatis, quia actio semel quæsita mulieri de anno 1569. non potuit per instrumentum postea præsertim ex intervallo, post plures menses anno sequenti 1570. stipulatum auferri, etiam de consensu viri, leg. ex morce, *Cod. de pa- 20 ctit. conven. l. avia, Cod. dc jure dotiæm,* quia cum ex sola promissione dotis mulier censeatur dotata, & quidem perfectè, *l. quoties pater, ubi Doct. solut. matrim. Gluff. & Doct. in d. §. accedit,* non potuit spes actionis temel quæsita mulieri eidem per secundum instrumentum; nec viro consentiente auferri, nec dotans sibi eam appropriare; ita ut posterior conventio sit omnino nulla, & inutilis, *l. cum à socero, 21 C. de jure dotiæm, Salyc. & alii in l. 2. §. quod si in patris, ff. solut. matrim. ut latissime in terminis d. §. accedit,* optimè probat *Hieron. Gabriel.* omnino videntur *conf. 58. ex n. 5. & præsertim post nu. 9. vers. cum igitur, libr. 1. ubi nra. 11. ex Alberto Galeota, & Jo. Andr. probat sufficere promissionem de dote in capitulis, & post n. 12. verb. ex bis patet usque ad nu. 20. lib. 1. sicut è converso non potest patet post do-*  
22 tem datam, ex intervallo dare licentiam filiæ, ut ipsam alienare possit in præjudicium filiorum quoad novem partes, vel agnatorum quoad medietatem servata forma consuetudinis, ut ex *Hoffiens. Dec. & Camil. Saler.* probat *Molles. ad confues. part. 6. qu. 8. 23 num. 19.* & à pacto convento in capitulis, ut certis personis dos restituatur, non potest postea recedi *Napod. Pisian. Franchis, & Morotius* citati per eun-

dem *Molles. par. 6. qu. 8. num. 21. & nu. 18. 19. & 20.* plura in materia.

Tum, quia primæ scripturæ promissionis dotis omnino standum esse probat *Gabriel*, etiam inspesta voluntate dotantis, quia si ex tractatu solum 24 præcedenti, à quo partibus licet ex arbitrio recedere, stipulatio subsequuta, si ita fieri potest, interpretatur facta ad exequutionem tractatus: multo magis subsequuta conventio interpretari debet juxta conventionem factam, à qua partes discedere non poterant, ex *Ripa* in *l. 2. §. quod si in patris, nu. 4. & aliis quos citat d. conf. 58. nu. 18. & 19.* faciunt, quæ de contractu gesto in exequutionem tractatus, dicit *Surd. deci. 291. nu. 9.*

Et sic copula adjecta in posteriori contractu resolvetur in alternativam expressam in priori, & ordo, quo nomen dotatæ præpositum est in primo loco erit attendendus, quicquid postea, aliter converso ordine, in secundo instrumento contingere.

Tametsi etiam si attendendus esset ordo literæ posterioris contractus, ubi nomen Lauræ matris præponitur, non autem primi, adhuc integra dotis actio censeretur quæsitæ filiæ dotatæ, mater autem adjecta solutioni; si quidem decisio *l. Caius* procedit 25 etiam si in stipulatione converso ordine præcedat nomen extranei dotantis, & sequatur nomen dotatæ, firmat velut in dubium *Bart. in d. l. Caius, num., 15. Salyc. in l. avia, post nam. 15. vers. istud dictum. C. de iure dotiæ. ubi latè, & pulchre discurrevit, à nu. 14. cum seq. Paul. Alex. Jaf. Alciat. Scifellus, Bolognini. Greg. Lopez, Ant. Gomez, & alii quos refert, & sequitur, Barbus. in d. l. Caius; num. 23. in fine, vers. sequitur, & num. 25. ex cuius dictis patet hanc esse magis communem opinionem.*

Ex quibus appetet non obstat *d. l. Caius* aliter limitari, ut procedat, dummodo dos sit restituenda vivente muliere, in cuius favorem inducta est illius decisio, ne remaneat indotata; secus vero si mulier præmortiatur, quo casu esse restituendam dotem dotanti, non hæredibus mulieris, dicitur voluisse *Alex.* loco infra citando.

Siquidem si verum est, quod supra probavimus, hic non adesse pactum validum in favorem matris dotantis: vel quia non est præcisum, sed prout de jure; quo jure inspecto, integra dotis exactio quæritur mulieri ex *§. accedit*, vel quia, ut alternativum & sic obscurum, & incertum non operatur in favorem dotantis: & sic decidenda est causa juxta puros terminos, *§. accedit*, vigore stipulationis præsumptæ in favorem mulieris, velut nullo pacto adjecto, scilicet legitimè in favorem dotantis: his attentis nihil interest, an hæc mulier supervixerit, vel ne, quia dos censemur simpliciter donata sibi, & hæredibus, ex *d. §. accedit*, & sic non opus est nobis ingredi, nec uti decisione *d. l. Caius*, & res clara remanet semoto omni scrupulo.

Si vero necesse sit fateri hic adesse pactum validum ad favorem matris dotantis, quo casu opus sit recurseré ad decisionem *d. l. Caius*; in hoc casu dicimus primò dictam restrictionem ad *d. l. Caius* non esse veram; & quatenus esset vera procedere posse, ubi mulier decederet ab intestato, secus si facto testamento; præsertim quando mulier ( prout in casu nostro ) expressè stipulata est pro se, & hæredibus: eo etenim casu habebit mulier ex provisione *d. l. Caius*, quod ipsi censemur quæsita integra actio stipulator vero adjectus solutioni; ex provisione autem propria in ipso contractu donationis, ut dos jam

jam ipsi perfectè quæsita, ad hæredes, prò quibus expressè stipulata est, transeat.

Licet enim in primo puncto *Imol.* in d.l. *Cajus*, post num. 6. vers. & bac opinio, voluerit distinguere in 26 ter casum quo dos est reservanda mulieri superstiti, & casum, ubi mulier prædecedit, & conatur respondere ad tacitum objectum de l. jam hoc jure, tamen *Castr.* ibidem num. 6. vers. tertid quæritur, optimè firmat, quod licet quidam, ut is ait, dicat contrarium, tamen expressè falsum hoc afferit: quia sicut hoc casu, si nulla intervenisset stipulatio, acquireretur actio mulieri, quam mulier ad suos hæredes transmitteret, nt in §. accedit, ita & hic, quia stipulatio, de qua in l. *Cajus* regulatur secundum iuris dispositionem, ut acquiratur ei, cui acquireretur, stipulatione non interveniente, & sic indistinctè firmat *Castr.* procedere decisionem d. l. *Cajus*, etiam muliere pœmota.

Et licet *Alex.* post num. 5. vers. sed pone, referat opinionem *Imole*, & solutionem, quam *Imol.* nicitur darç ad l. jam hoc jure, quæ ratione pariformis determinationis, satis urget pro opinione *Castr.* tamen dubitat *Alexan.* de veritate solutionis, qua utitur *Imol.* ad l. jam hoc jure, & sic *Alexand.* non potest citari pro opinione *Imole*.

27 Præterea etiam admissa opinione *Imol.* quam sequitur *Stracca* in d. tit. de adjecto par. 3. num. 158, declaratur procedere muliere prædefuncta ab intestato, secus instituto hærede; quia tunc omnino hæres mulieris præfertur extraneo stipulatori, qui censetur adjectus tantum solutioni, ut ex mente DD. in puncto declarat *Loffred.* conf. 38. post num. 6. vers. sed quando facta.

Quod si procedit, ubi in stipulatione nulla est facta remunio hæredum, ut loquitur *rest.* in d.l. *Cajus*, ibi, dos omnis *Seja*, *uxori*, vel *Cojo* aro materno rederezur, in casu presenti, ubi expressè prò hæredibus est facta stipulatio, sufficit quodd ex provisione d.l. *Cajus*, ex alternativa, actio integra, sit quæsita 28 mulieri; quæ ex stipulatione expressa facta per mulierem pro se, & hæredibus, ad ipsius hæredes transit, etiam si alias stipulatio non esset ad hæredes transitoria, ut est casus punctualis in l. si stipulatus fam. 81. juncta glof. in verbo non poteris, ubi omnes DD. ff. de solut. ubi licet actio, quæ alias in hæredem non transit, ut in adjecto solutioni, transit temen, si expressè pro hæredibus sit conceptus stipulatio, latè *Stracca* de adjecto, par. 3. ex n. 88. & 109. & in puncto hoc voluit *Salye*. si rectè ponderet in d.l. *avia*, post num. 17. in fin. C. de juri. dor.

Sed hæc omnia ex abundanti dicta sint; siquidem cum *Laura* mater se ingesserit administrationi bonorum hereditatis viri patris *Landoniæ*, ipsam ex bonis parentis omnino dotali præsumitur, & sic limitatur *hunica*, §. *extrarens*, ubi mater, vel alius extraneus administrat bona mulieris, *Soci. sen. Ratn. Alcia. Bal. Novell. Soc. jun.*; & alii per *Menochi* d. *arbitr. lib. 2. cap. 88. num. 46.* & seq. *Mascard.* do probat. conc. 76. & 581. num. 8. & in matre, avia, vittorio, fratre, & tutore, probat *Sard. de alimene. sic. 6. q. 8.* n. 48. et qu. 15. n. 7. & 8. *Hondor. conf. 91. num. 84.* lib. 1. optimè *Gomes*, in l. *Tauri* 51. num. 22. & 23. ubi infert, majorem esse presumptionem, quæ ex administratione resultat; quam illa, quæ ex pietate, & affectione, ex l. cum post mortem, §. 1. de admin. tutor. *Baeza* de non meliorand. datis ratione filiab. cap. 12. post num. 10. vers. nisi administrat, et iterum n. 15. date *Gastierrez de tutel. 2. par. cap. 11.*

n. 6. & 7. *Barbos* in 4. par. l. 1. post n. 58. vers. ex quæ 31 intellectu, ubi dicit, quod licet debitor voluntarius legando non videatur compensare; secus est si promittat dotem pro debitore, luxore in 39. §. pater naturalis, de leg. 3. *Bart. Cafrren. Cravest. Simon de Peris. Menochi. Mascard.* & alii, quos refert *Cofla* de portione rata qu. 220. Unde cum mater dotem vero 32 promiserit, ut debitrix ratione administrationis, non potuit pactum apponere, quod sibi dos restituatur in præjudicium filii creditricis, *Bald. Salye.* & alii in *Kavia. C. de jar. dor. Dominus de Franch.* loquens in fratre dotante ex debito à parte in janeto, decisi. 196. de *Ponte conf. 65. n. 4. 7. & 17.* ubi rationem reddit.

Et si tandem, qui est postremus casus, *Laura* ma- 33 ter dotem pro filia solvit ex debito subdijario, quia filiam inopem dotare tenebatur, juxta notata in leg. seque mater, C. de jar. dor. cum iniurias per *Barbos* in 4. par. l. 1. num. 82. vers. recipit, tamen, ff. soluta matrimonio.

Et isto casu multo fortius est interpetandum pa- 34 etium in favorem filiae, ut censematur actio in totum quæsita ipsi filiae: cum quæ potissima ratio, quare ju- re causum fuerit, ut actio de dote fit communis patri, & filiae, est jus patriæ potestatis, ut optimè explicat *Barbos* in leg. 2. §. quod si in patris, n. 4-39. 35 ff. solut. matrim. Unde cum mater hoc casu solvit ex debito, tanquam in locum, & vicem patris subroga- ta, ut id *Barbos* observat in d. 4.p. l. 1. post n. 86. vers. & alia, & non habeat filiam in potestate. Ex hoc se- quitur, ut cessante ratione, ex qua patri actio quæritur in matre, ipsi modo actio de dote quæratur. 36 cum nec patri dotanti filiam emancipatam, que non sit in potestate, actio de dote nullo modo quæ- 37 ratur, *Glof.* in d. l. 2. §. quod si in patris, vers. profecta, sed transire ad hæredes mulieris emancipatae, soluto matrimonio per mortem uxoris, ut cum *Gloss.* effe communam, & veram opinionem testatur *Alex.* in l. si ob bofib. post n. 5. vers. non omitti, ff. solut. matr. *Dominus mens Capcius* decisi. 176. num. 4. ubi dicit, quod non consolidatur actio in patrem, cum aliis per *Barbos* in d. 6. quod si in patris, num. 11. vers. primi quod effectum, ubi generaliter reassumit, quod ad hoc ut actio de dote sit communis, necessarium, & pœcile requiritur, quod filia sit in potestate: quia si non sit in potestate actio pertinebit in soli- 38 dum ad filiam, & iterum post num. 33. vers. & bac de secundo, & propriè in vers. in si ergo, in specie adnotavit, soluto matrimonio dotem filiae non existen- ti in potestate non reverti ad patrem, sed ad ipsam mulierem, & ejus hæredes, ex *Glossa* in l. si pater filia. 71. vers. uno casu, ff. de evictio. quam dicit communi- niter receptam ex *Alex. Vinc. Montepico*, & alii, & licet ibi teneat *Barbos*, distinguere inter matrimoniū solutum divortio, vel morte; fatetur tamen num. 37. esse magis communem, ut indistinctè nunquam dotanti actio de dote competit in filia sui ju- ris. Ita ut possit filia ipsa ad libitum disponere, ut reassumit idem *Barbos* ibidem num. 40. in fine, vers. dentique quamvis filia.

Nec obstat objectio partis circa nullitatem testa- 39 menti ex eo quod in patria hujus mulieris testantis vivatur jure Longobardo, quod licet constet esse jus spectale in Regno ex *Confite. incip. puritatem* sub 40 tit. de praefando sacra. baulis, & camer. attamen certum est requiri interventum *Mundualdi* ad validitatem non solidum contractum, sed etiam testamen- ti mulieris viventis jure Longobardo, cum lex pro- viderit

viderit mulieribus de *Mundualdo* propter sexus fragilitatem, & consilii imbecillitatem, quae ratio fortius militat in testamentis, quem in contractibus, juxta plenè tradita per *Afflitt.* et *Urssell.* in celebri dec. 260. unde supposito, quod in patria hujus mulieris vivatur iure *Longobardo*, sequitur, ut ubique locorum contrahat, teneatur servire solemnitatem *Mundualdi*, ut dixit *Gram.* decis. 76. p. 3. ubi in fine dicit judicatum pro actrice; primò enim dicimus non probari in facto hanc mulierem vivere iure *Longobardo*, 42 quod probandum esse, cum sit jus speciale, & locale ex *Isern.* *Luca*, & aliis, docet *Afflitt.* d. decis. 260. num. 7. in fine, *Confil.* de *Bottis* in additad d. *Confil.* ubi *Isern.* dicit non omnes Salerni vivere iure *Longobardo*, sed quosdam iure *Romano*, alias vero *Longobardo*.  
 43 Secundò falsum omnino esse motivum *Gram.* & contra notam, & receptam ferè ab omnibus distinet, quod aut sumus in respiciens solemnitatem, & inspicitur locus, ubi sit contractus, vel testamentum art. 1. si fundas, ff. de evit. aut in respiciens substantiam, sive efficaciam dispositionis, & tunc attenditur patria juxta theoricas *Bart.* in l. 1. in 3. qu. *princ.* C. de *Samma Trinit.* quam exornant *Gomez.* ad l. 3. *Tasri*, num. 20. *Tullius Fernandez* in 2. pars. in *princ.* *Barbosa* ad l. exigere dorem 65. §. fin. na. 93. cum seq. ff. de *judic.* & licet pro *Gram.* in puncto principali fuerit judicatum, non tamen constat fuisse illud motivum probatum, cum ex aliis firmioribus potuerit sequi deciso, quae presumi non debet, facta contra receptas traditiones, ultrà quod in casu praesenti, non fuit opus de hoc disputare; si quidem Magnifica Laudonia testatrix, licet fuisse desponsata in Civitate Cave propè Salernum erat tamen orta Briatici unde originem habebat; similiiter nos observet, si pars obiecte de nullitate testamenti præteritione matris, dum ipsi legavit ducentos ducentum absque honorabili titulo institutionis, ex quo hodie iure novissimo, nullum redditur 4. testamentum, §. *sancimus autem cum appell. cognos.*

Primo enim hac nova juris dispositio ad correctionem juris communis loquens in legitima debita descendenteribus, non debet extendi ad legitimam ascendentium, sicut enim aucta legitima descendenterum nequefaria, fuit specialis provisio, ut censeretur etiam aucta legitima debita ascendentibus, sic etiam in hac nova provisione facta in favorem descendenterum, maximè ad evitandam jurium correctionem *Bart.* in l. sive, §. 1. ff. de iure patr. & in l. si vero, ff. de bonis libert. *Reg.* de *Ponte* in term. conf. 66. num. 3. & 4. in 1.

Secundò esto, quod dicta nova provisio extenderetur etiam ad legitimam ascendentium, & ob id nullum esset testamentum, stante tamen clausula codicillari, & omni modo meliori, defendetur testamentum adversus præteritionem; siquidem venientes ab intestato censerentur gravati restituere hereditatem heredi scripto, retenta legitima *Cla-rus* in §. testamentum qu. 46. *Craffus* sub eod. §. qu. 50. *Surd.* decis. 293. n. 11. *Confil.* de *Anno* conf. 130. n. 4. *Reg.* de *Ponte* conf. 42. ex num. 11.

Tertiò cessaret etiam nullitas, ubi mater, de cuius præjudicio ageretur approbatum testamentum, ut verius, & receptius esse ex l. filio præterito, ff. de iusto, & iusto testam. probat idem de *Ponte*, qui limitat etiam, pia causa instituta d. conf. 66. n. 4. & 5.

Et ad motivum, quod testamentum fuerit factum à non omnino mentis compote, non fuit opus re-

spondere, cum in facto nihil exadverso probatum 45 fuerit, verumtamen quando quis præsumatur, & quomodo probetur disponens sanæ mentis, vel furiosus in materia testandi latissimè ex more agit *Hispan.* *Castill.* c. 28. tom. 4. *controvers.* qui novissimè ad manus pervenit; unde præsens casus in favorem viri instituti omnino à doctiss. Senatoribus erit decidendus.

### D E C I S I O.

**D**ie Sabati nona Martii 1624. obtinui pro voto sententiam, pro meritissimo cliente, referente Dom. Consiliario Octavio de Piccolellis cum interventu Domini Regentis Joann. Baptista Valenzuela Velaquez ob suam maximam virtutem, & doctrinam ab invictissimo nostro Rege inter Regentes Supremi sui Consilii Italici asciti, ac demum ad fastigium in Supremo Consilio Hispanico, quod appellant Regale, & inde translatus ad Praesidatum Granatenis Cancellaria, Sarrus Actorum Magister.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Cives Patrie commodis, & suis natis sunt, & in dies crescunt.*
  - 2 *Civilitas Neopolitana per affectionem à decurionibus acquiri potest.*
  - 3 *Civilitas, & domiciliū acquiritur multis modis, & omnibus prærogativis Civium gaudent, qui pro Civibus habentur.*
  - 4 *Verba, vel alia quavis forma, & causa, ut universalia comprehendant, medum similes casus, sed dissimiles, & maiores.*
  - 5 *Matrimonium antea genitos effici legitimos, & vir, & uxor unicarū domum faciunt.*
  - 6 *Uxor propriam domicilium mutat, virique fortitur, non è contra vir uxor.*
  - 7 *Mulier nupta, non acquirit solum, sed efficitur de foro, & domicilio mariti proprio mutato, inquit & de propria origine, num. 10. ratione matrimonii, num. 8. & 35. & quomodo hoc procedat, n. 31. 32. & 33. reliqua vero persona acquirunt novum priari retento, & num. 21.*
  - 9 *Uxor comprehenditur in statatis Civitatis viri locutis de civibus, sed è contra non comprehensit in statatis loquentibus de foreib[us] respectu viri, & num. 16.*
  - 11 *Civilitas originalis non inducitur per statutum, nisi in nupta.*
  - 12 *Mutatio propriæ originis, quam facit uxor in originem viri, naturalis est non civilis iure divino inducta, & num. 13. 14. 19. 23. & 34.*
  - 15 *Vir, & uxor per unionem conjugalem efficiantur una caro, & est una substantia in duabus personis.*
  - 18 *Uxor est viri socia non humani solum, sed etiam diuinis iaris, eorum familia commiscetur in unam sub imperio viri, & num. 18.*
  - 20 *Verbum acquirere importat novi iuri superadditionem nulla antiqui iuri diminutione supposita, aliis mutatio diceretur, sive transufo.*
  - 22 *Gloss. opin. quod uxor propriam originem mutet in l. origine, C. de municip. & orig. lib. 10. recepta, & num. 25. quando agitur de mulieris odio, sed quoad favores eam retines, num. 33.*
  - 23 *Uxor virum sequi debet, non è contra, & alia rationes differentiae inter virum, & uxorem, num. 39. remissive.*
  - 24 *Uxor sepulchrum viri sequitur, & num. 37.*
- 26 Pri-

- 26 Privilegium concessum alicui, & suis descendenti-  
bus non comprehendit filias nuptas, quia dicun-  
tur statum suum mutasse, & etiam in Privilegio  
furi concessio Neapolitanis in fin.
- 27 Filia nupta dasinit esse de cognomine & familia  
patris, & dicitur alienata, vel etiam translatia in  
alienam familiam.
- 28 Appellatione ascendentium, vel familia, non com-  
prehenditur filia nupta in ultimis voluntatibus.
- 29 Vida dicuntur esse in primo matrimonio, & de fa-  
milia conjugis prædefuncti, non autem patris, &  
privilegium, quod vivo marito habet ei servatur,  
& quid si in patria viri non commoratur, nu. 30.
- 31 Mulier nupta non comprehenditur appellatione fo-  
rensis, sed forensis dicitur quoad originem, & pa-  
triam, ubi nata est.
- 32 Pactum quo vir promisit sub certa pena in certo  
loco morari, an valeat.

## A R G U M E N T U M.

Mulier extera Neapolitano nupta utrum com-  
prehendatur appellatione forensium in statuto, vel  
superindicto de solvendis ducatis vigintiquinque  
in singula centum ex redditibus quos exteri possi-  
denter iu Regno. De multiplici, & varia acquisitione  
civilitatis etiam Neapolitanæ. De efficaci mutatio-  
ne, & translatione uxoris in viri domicilium, &  
quod sit naturalis non civilis solum, & infertur ad  
plura licet retineat primum in favorabilibus, &  
proinde virum ubique sequi debeat usque ad sepul-  
turam, & alia de nupta, & vidua.

**Pro Excellent. Domina Ducissa Mon-  
dragonis Aldobrandina nepte Cle-  
mentis Octavi Summi Pontificis  
inter optimos maximos immorta-  
lis memoriaz.**

## CONTROVERΣIA XIII.

Dominam Ducissam Mondragonis minimè com-  
prehendi appellatione exterorum, vel foren-  
sium sub statuto de solvendis ducatis viginti quin-  
que pro quibuslibet centum ex redditibus, quos exteri  
possident in Regno, ex causa rectificationis mo-  
netæ ex æroſia, & diminuta in bonam, justi ponde-  
ris, conversam edicto publicato 2. Martii 1622. &  
superindicto generaliter imposito contra forenses  
sub die 31. Maii ejusdem anni, ex subscriptis juridi-  
cè à Supremo Senatu Collaterali, ex mente, ex ver-  
bis Pragmaticæ, & utrisque simul junctis declaran-  
dum censeo. Siquidem hæc Domina ex matrimonio  
olim contracto de anno 1602. cum Duce Mondra-  
gonis unigenito D. Principis Hostiliiani, adeò Civis  
verè, & propriè fuit effecta Neapolitana, uti uni ex  
primis Regni magnatibus originario Neapolitano  
nupta, ut dum vidua in eodem matrimonio esse di-  
catur in Civitate, & vinculo matrimonii ultra vi-  
gintiduos annos, pauco temporis intersticio excep-  
to, quo coacta Romæ fuit, ut dotes repeteret, edu-  
cans maxima pietate filios naturali jure cogente  
*c.ius naturale, 1.dist. 5. 1. inst. de iure natur.* nullo  
modo in statuto præsertim exorbitanti, correctorio,  
pœnali, & in universum odioſo, comprehendi poten-  
tit tanquam forensis, quæ filios hos Proceres enu-

triendo, nedum sibi, ut matre, & parentibus, sed  
etiam nostræ huic splendidissimæ Civitati, ut nobis-  
lissimo geminorum Principum stemmate, & germi-  
ne fruatur educavit, cuius patriæ commodis, & usui-  
natos esse, & in dies crescere Cives, dixit I.C. in l. i.  
§. appareat itaque, vers. & generaliter, ubi concord. in  
gloss. vers. rei publicæ ff. de ventre in poss. mits. & ex  
Aristot. & Cicer. probat Tholos. de Repub. lib. 4.c. 5.  
post n. 4. & ex quibus naturali, & prudenti supra  
sexum, & statem voto, maxima animi constantia, ut  
notorium est, omnia sua bona paravit l. scripto ff.  
unde lib.

Quamvis enim prima fronte verba Pragmaticæ  
urgere videantur contra Ducissam, dum in §. (de-  
clarando che fra dette persone) disponitur, quod  
appellatione exterorum comprehendantur omnes  
illi, qui habuerint domicilium habitationis in Civita-  
tate vel Regno, ex quovis temporis cursu: vel ac-  
quisiverint civilitatem tam in hac Civitate (quod fieri

2 posse constat) per affectionem à Decurionibus cum  
assensu, ut in c. 23. Mag. Capitanei, concessio huic  
Civitati, & tradit D. Rég. Rovit. in prag. 1. de immu.  
Neap. aut alio modo, vel si descripti fuerint inter  
sumantes solvendo onera incolarum Regni, vel ha-  
berent uxorem domum, & familiam Neap. aut in  
Regno, vel & tandem si privilegio juris, vel homini-  
nis, vel sub alia quavis forma, aut ex alia causa, ob  
quam ex dispositione juris, scilicet communis, &  
municipalis Regni opponere possent acquisivisse  
civilitatem, vel naturalitatem in Regno.

Si igitur excluduntur omnes, qui quovis modo,  
3 & causa domicilium, vel civilitatem in Civitate ac-  
quisiverunt, quod fieri posse, habitatione, affectione,  
beneficio, officio, lectura, adoptione, & aliis modis,  
ex notissima l. Cives 7. ubi gloss. & DD. C. de  
incol. libr. 10. post Socin. in cap. lscet ratione, nu. 11.  
& 27. de foro comp. tradit Gaius lib. 2. observ. cap.  
35. in fin. & c. 36. nu. 3. qui atioquin juris beneficio  
verè, & propriè Cives efficiuntur, adeò ut omnibus  
prærogativis, & beneficiis Civium gaudent etiam  
ii, qui pro Civibus habentur, ex his quæ plenè  
scripti Bart. in l. si maritus la seconde, §. legis Lu-  
lia, num. 1. ff. de adult. & in l. si is qui pro empore,  
ex num. 34. ubi cæteri repetens. ff. de usucap. Gai. d.  
cap. 35. ex num. 5. ergo, & Ducissa includi debet.

Ex verbis præsertim illis generalibus (vel alia  
4 quavis forma, & causa) quæ ut universalia omnem  
casum comprehendunt, & nedum similes, sed dissi-  
miles, & maiores, ex tradit. per Menoch. conf. 496. ex  
nu. 66. in 5.

Et quia cum comprehendantur omnes Cives,  
qui ex privilegio juris communis, aut municipalis  
Cives effecti sunt: cum non aliundè civilitatem  
adeptam prætendere possit Ducissa, quam beneficio  
juris, necessariò illa statuto subjicitur; præsertim  
cum de viro extero expresse statutum loquutum  
fuerit, ut maritus subjiciatur etiam pro dote re-  
cepta ab uxore Neapolitana, atque etiam soluto  
matrimonio durante legitima administratione, &  
sic pariter idem quoad uxorem extérā ex regula  
correlativorum.

Et tandem, quia si in §. vollemo ancora, statutum  
declaravit, ut forensium appellatione comprehen-  
dantur etiam orti in Regno ex patre advena, qui  
mercerimonia tractet; eo fortius comprehendetur  
verè forensis effecta Civis juris beneficio, & sic ne-  
mo extra Regnum natus, ut regnicola habendus  
erit, quando etiam orti in Regno certo casu, ut fo-  
renses habentur.

Verum his non obstantibus dicam cum *Alexand.*  
*tertio*, quod si tanta est vis matrimonii , ut qui an-  
§ teà sunt geniti, post contractum matrimonium le-  
gitimi habeantur, quia ut insquit *gloss.* l. in cap. *tan-*  
*ta* 6. *qui filii sunt legit.* legitimi sunt filii, & sic verè  
quoad omnia, quia matrimonium omnia præceden-  
tia purgat: & tanta est vis matrimonii, ut unam do-  
mum faciant vir, & uxor, quomodo *Igneus* summa-  
vit *sext.* infra citandum l. 1. §. *si vir, & uxor.* ff. ad  
*Syllan.* non mirum, si taliter efficietur uxor *Civis*  
per matrimonium, vel in totum mutato, nedum do-  
micio, sed ipsa origine naturali, ministerio juris hu-  
mani, suffulto autoritate tam magni Sacramenti,  
vel superaddita saltim hac nova origine juris divini,  
& naturalis præcepto, ut sub quibusunque verbis  
hujus Statuti non comprehendatur hæc civilitatis  
transfusio.

Et pro veritatis cognitione præmitto tritum in  
6 ore omnium assumptum, sed verissimum, quod uxor  
mutat proprium, virique sortitur domicilium, at-  
que forum; non autem è contra vir uxoris, *leg. cum*  
*quædam puella* 19. ff. *de juri dicit. omni. iudic.* l. *exige-*  
*re dotem de iudic.* ubi *Bald.* per illum textum dicit  
quod uxor trahatur ad aliud domicilium *propter* mat-  
rimonii, & proinde id speciale esse in dote propter  
matrimonium ex communi Doctorum sententia,  
testatur *Covar. de sponsal.* 2. part. *relect.* cap. 7. num. 6.  
ad idem *text.* in l. ea quæ leg. ultim. §. item *rescripse-*  
*runt*, ubi *Bart.* ff. ad *municip.* l. 1. C. de mulier. & in  
quo loco l. 10. cum aliis in fin. ex more congestis.  
*Tiraquell.* in primam legem cunibial. *Gloss.* 1. par.  
1. ex num. 28. vers. illud etiam.

7. Et quod mulier nupta, non acquirat solum, sed  
efficiatur de foro, & domicilio mariti mutato suo  
proprio, est textus apertus in l. *mulieres* 13. *Cod. de*  
*dignit.* l. 1. ibi, & *domicilia mutamus*, cuius rei eam  
rationem dicit esse *Cagnol.* in d. l. *cum quædam*, nu. 3.  
in 2. *notab.* quia uxor efficitur una domus, & unum  
corpus cum ipso viro, l. 1. §. *si vir, aut uxor.* ff. ad *Se-*  
*natus/cons.* *Syllan.* ubi latissimè infinita connectit  
*Igneus*, ex n. 179. & 181. & quia caput mulieris est  
vir, *cap. f. 32. qu. 6.* & *cap. manifestum cum seq.* 33.  
*quaest.* §. & subdit *Cagnol.* magis est ergo virtus ma-  
trimonii, quæ facit uxorem perdere forum etiam  
originis propriæ alias immutabilem l. *assumptio ff.*  
*ad municip.* quod secus esse dicit *Cagnol.* in aliis per-  
sonis, scilicet, quæ novum acquirunt domicilium,  
quia non perdunt forum originis, & addit ex *Bald.*

8. d. nu. 3. in *vers. ampliatur.* quod causa veraque ratio  
acquirendi novum domicilium in uxore, non est  
translatione personæ mulieris ad domum, vel locum,  
ubi degit maritus, sed nexus matrimonialis: &  
proinde domicili mutatio fit in uxore etiam ante-  
quam traducatur ad domum viri, quod dicit velle  
ibi *Accurs.* in *gloss.* 3. prout verè id vult, dum se  
remittit ad notata per ipsum in l. ea quæ *desponsata*  
32. ubi clare hoc firmat ff. *ad municip.* & sequuntur  
ut ait *Cagnol.* *Bartol.* *Bald.* *Alexand.* *Aquens.* & alii  
*Modern.* ut & ipse benè comprobatur.

Inde uxor, ejus est Civitatis, unde est vir ipsius  
9. adeò verè, & propriè, ut comprehendatur in statutis loquentibus de cibis, sive de his, qui sunt ali-  
cujus Civitatis, ut ex *Gloss.* magna in l. *Cives* 7. in  
*vers.* sed in *muliere.* ubi *Angel.* *Plarea,* & *Reliqui*, C.  
*de incol.* lib. 10. tradunt *Anton.* *Bald.* *Imot.* *Fulgos.*  
*Castrens.* *Roman.* *Angel.* *Aret.* *Marian.* *Socin.* *Corn.*  
& alii, quos congerit *Tiraquell.* loco citato, num. 29.  
unde è contra non comprehendetur in statutis lo-  
quentibus de forensibus respectu viri, quia si uxor

est civis patriæ viri, & in statutis uti talis compre-  
henditur: consequens est, ut in eisdem Statutis,  
quale est nostrum de quo agimus, nullo modo com-  
prehendatur tanquam forensis, vel extra, ex regula  
contrariorum cum idem operetur propositum in  
proposito, quod oppositum in opposito, l. et si contra  
ff. de *vulg. cum simul.*

10. Et maximè, quia nedum uxor mutat forum, &  
domicilium, sed mutat originem propriam, *Gloss.*  
optima in l. *origine* 4. *C. de municip.* & *origin.* l. 1. oubi  
cum textus dixerit, *origine propria neminem posse*  
*voluntate sua eximi*, subdit *Accurs.* hoc autem fallit  
*propter matrimoniam*, citans *jura*, & addit, item  
*quando fit quis Senator quoad quid, ut ff. eodem l.*  
*fili* 22. §. *Senatores*, & l. *Maniceps* 23. in quibus  
cum decidatur, Senatoriam adeptos dignitatem  
eximi originē proptia quoad munera, quantum ve-  
rò ad honores retinere priorem, originem ex hoc  
patet *Gloss.* aperte firmare, in uxore aliud esse, scili-  
cet singulare, quod non fit in aliis, qui acquirunt  
domicilium, de quibus idem *Accurs.* egit in d. l. *Ci-*  
*ties.* *C. de incol.* eodem l. 10. ut quoad omnia uxor  
eximatur, & exuatur propria origine, & in novam  
mariti transfundatur, quod *Bart.* *Bald.* *Signorol.* &  
alii probant, quos refert *Tiraq.* loc. cit. n. 20. vers.  
quin etiam.

Et hoc est proprie, quod velut singulare, & mi-  
rabile, dixit fieri *Roger. de Perusio* sive quisquis is  
fuit inter *conf.* *Bald.* 6. 4. *Punctus Paulusius*, & c. n. 2.  
lib. 5. ubi docuit duplēcē esse civilitatem, quædam  
11 scilicet, quæ non potest induci nisi per naturam,  
ut civilitas originalis; & circa istam (dicit ipse) sta-  
tutum non potest fingere, & sic statutum non ope-  
ratur aliquid circa istam civilitatem, sed subdit uni-  
cam, & singularem fallentiam, ut fecit etiam *Gloss.*  
in d. l. *origine*, hoc lex operatus in nupta quam ra-  
pit ad originem viri, citat d. l. *origine*, quæ est *per.*  
*C. de municip.* & *origin.* quædam vero est civilitas,  
quæ potest induci per constitutionem humanam, &  
ista ve. è inducitur per statutum, quia ubi est ve-  
ritas, ibi fictio ad idem tendens est possibilis, juxta  
*stat.* per *Bart.* in d. l. *si is, qui pro empture*, n. 22 hęc ille

Ex quibus verbis verè auctis dedicatur apertissi-  
12 mè casus noster, mutationem scilicet originis quam  
facit uxor, dum exuta propria transfertur in origi-  
nem viri esse naturalem, non autem civilem; & sic  
non esse inducātam simpliciter à jure, ex vi, & po-  
tentia legis humanae, scilicet civilis, ut quæ tantam  
vim non habeat, sed aliunde ex virtute matrimo-  
nii, quod clarissimè etiam voluit *Bald.* ipse *conf.* 4. 18.  
super primo puncto sciendum, n. 1. in fine, & in *conf.*  
4. 39. super primo puncto præmittendum, nu. 4. vers.  
quæritur quid jāris, lib. 4. ubi dicit, quod nuptiae  
habent vim originis, nam origo viri per unionem  
matrimonii reputatur uxor, quia uxor jungitur  
viro tanquam digniori, & eadem est conditio uni-  
torum, citans d. l. *origine* 4. cum concord. & infra in  
*vers.* posset etiam, subdit, quod licet in muliere  
nupta concurrent due qualitates, naturalis, sive  
originalis paternæ scilicet originis, & accidentalis  
originis viri, & quod videretur attendi potius cau-  
13 sa ipsa naturalis, tamen vivis rationibus contra-  
rium dicit se determinare in uxore, quod præva-  
leat posterior origo matrimonii licet accidentalis,  
tum quia in obligationibus, scilicet inducītis per sta-  
tutum inspicitur actus, sive status posterior, in quo  
scilicet reperitur mulier ad præsens; tum etiā quia  
ubi natura, & actus sunt diversi, inspicitur natura,  
sed ubi adversa sunt, & cōtraria, inspicitur accidēs,  
& sic

et sic cum in casu nostro posterior sit causa accidentalis, et actus sint contrarii, et pugnantes, cum haec domina non possit esse Civis, prout est, et extera quoad eximendum se ab obligatione statuti odiosi, ut idem Bald. considerat ibidem in casu suo, in *versiculo præterea istud statutum*, omnino ex predicto consilio Baldi, determinatur praesens casus in favorem Ducissæ, et idem Bald. ut probaret, hanc originis mutationem, quæ fit in uxore esse planè singularē, nec posse ipsi comparari ullam ex reliquis, domicili, vel civilitatis acquisitionibus à jure quovis modo inductis, respondit in *confil. 100. confide-*  
*rato*, quod dicta Domina Agnes lib. 5. uxorem adeò esse effectam veram, et propriam cивem originariam patriæ mariti, quod tanquam ejus originis unita per virtutem matrimonii, et tanquam pars corporis viri effecta sit; nam matrimonium est ictius virtutis, ac naturæ, quod transfundit originem uxoris in originem viri, ut in *d.l. origine*, et hoc etiam virtute unionis, in qua potentior pars attrahit ad se minus dignum: sed nulla est major unio, quam conjugalis,  
*15* per quam vir, et uxor efficiuntur una caro, et etiam est una substantia in duabus personis, *l. prima ff. rerum amotar. dicta l. i. § si vir, aut uxor, et capit. debitum de bigamis:* et ideo concludit, quod Domina Agnes, tanquam naturalis, et originaria Civis loci mariti debet reputari, cum jure divino sit una caro, et jus divinum consistat in pura veritate, et non in fictione; unde sequitur, quod propriè uxor est esse. Et concivis viri, ut tenet *Gloss. in dicta l. cives*, et in  
*16* terminis statuti, quod nupta nullo modo reputari possit velut forensis loci mariti, optimè *Peregrin. confil. 90. num. 22. & 27. libr. primo*, de qua uxor et cum viro unione, et quod una caro, unum corpus, una anima cum viro jure divino effecta est, et proinde de costa viri, non ex pede creata fuit, *cap. final. 33. quæst. 5. indeque non sine misterio Imper. illam*  
*17* esse viri lociam, non humani solum, sed etiam di- vini juris in *l. adversus C. de criminis expil. bæred. l. prima ff. de ritu nuptiarum, Gloss. in l. prima, ff. rerum amotarum*, cum infinitis, quæ post *Lucam de Penna in l. cum scimus, versic. corpus, C. de agricol. & cens. lib. 11. tradit Igneus de inseparabili corporum, & animorum inter conjuges unione, & de commix-*  
*18* tione familiæ in unam solam domum sub imperio viri, qui jure divino caput est uxoris; non è contra, in *dicta l. prima, § si vir uxor, dicto num. 179. & 181. cum sequentibus, Tiraquell. in 8. l. connubial. gloss. prima part. 8. ex num. 8. & 12. ut lat. viri in uxorem prædominium, prosequitur Nevizan. in sylva nuptial. libr. quart. § primo incipient. non obstat post num. 19. versic. unde maritus, cart. 267. unde prodeunt statutarie societas inter virum, & uxorem, de quibus latè egit *Cassas. in Consuetud. Burgund. rub. 4. § & participant. num. 1. & Hispani de lucis bonorum acquisitorum ex legibus relatis à Gomez in l. 50. & sequent. tauri ex numer. 70. & 71. & quod haec mutatio fori mulieris, quæ fit me-*  
*19* diante matrimonio, sit velut singularis, & eminentis inter alias, & aliis omnibus, domicili, siue fori mutationibus potentior, veluti innixa ipsi matrimonio, probat in puncto *Jas. in l. pluribus, num. 25. ff. de legat. 1. sequutus Gloss. in d.l. origine Bart. Bal. & alios in d.l. cum quadam puella*, ex quibus patet quod si vera est opinio *Glossa in dicta l. origine*, quod uxor ita in domicilium, forum, & originem viri transeat, & transfundatur ex vi matrimonii; propria, & paterna origine taliter exuatur, ut illam*

amisisse censeatur, consequens est, ut Pragmatica nostra, quæ nuncupatim loquitur de his, qui in qualifrogia forma, & causa hanno acquistata cittadinanza, & sic de his, qui retenta propria origine, alteram adepti sunt civilitatem, prout importat verbum (acquirere) quod nulla antiqui juris diminutione supposita, novi juris superadditionem cum beneficio, & gaudio importat, ut notat *Riminald. in § item vobis, num. 30. per quas person. nob. acquir. & latius per eundem in principio ejusdem tituli*; alias enim nō dicitur, quem acquirere, ubi jus, quod prius habebat quis perdit, sed dicitur mutatio, sive transfusio de uno in aliud, quod in puncto consideravit *Alexand. in dicta l. cum quadam, num. 5. versic. sed alia*, ubi in terminis dicit, quod alia persona, excepta uxore, quamvis acquirat in alio loco domicilium, non amittit tamen præcedens proprium originis, & hoc idem dicit *Cagnol. post num. 3. versi. magna est virtus, citans Bald. Alexand. et Systell. Ex hoc nullo modo uxor Civis Neapolitani comprehendendi potest in nostro Statuto loquente de his, qui etiam quovis modo novam civilitatem acquirunt, quos constat originem, ut immutabilem retinere, ut notatur in *d.l. origine*, et *d.l. cives*, præsertim cum sit odiosum, et in quo verba propriè, et strictissimè sunt intelligenda *juribus vulgaribus*. eam verò *Gloss. in 21 dicta l. origine*, esse veram, et receptam, præter superius adducta, probant *Bart. Bald. Angel. Francis. Baldi filius Panormitan.* qui dicit id fundari ea ratione, quia uxor tenetur sequi virum, non è contraria vir uxor *cap. unaquæque, malier 13. quæst. 2. et not. per gloss. quæ id fundatur jure diuino in cap. 12. de conjug. lepros. Roman. Platea, uterque Socin. Corn. Jas. Campeg. & aliis quos refert, & sequitur *Tiraquell. in dicta l. prima connubial. gloss. prim. part. 1. num. 30. in fin. Gratianus optimè confil. mox citando post 22 numer. 12. idem Felyn. Jas. Cassan. Jacob. & alii, quamplurimi, quos recenset *Petrus Duenas*, qui propositionem hanc mutationis domicilii inter receptas juris regulas prescripsit *regul. 377. ubi citat etiam Gratianus confil. 113. libr. 2. qui numer. 8. & 9. optimè loquitur, fundans hanc originis transfusio- nem, & ampliat etiam, ut uxor sepulturam viri sequatur, *Gloss. Domin. Panormitan. Imol. Bellug. Marian. Socin. Montal. Gregor. Lopez. Didac. Perez. De- cian. & alii, quos concessit Bobadil. in sua polit. com. 1. lib. 2. cap. 17. num. 146. & plures alios recenset. Barbos. in l. exigere dotem, n. 13. & sequentibus, ff. 23 de iudic. & sequuntur dictam *Gloss. novissimè Ale- xand. Raud. citans concord. Anton. Padil. novi Or- bis Praesidem. Decian. & Riminald. jan. in confil. 2. edito pro invictissimo nostro Rege in successione Regni Lusitaniae n. 111. vol. 1. quem refert, & additis Petro de Gregor. & Vivio, sequitur Andr. Knichen. German. de vestibus. par. 1. c. 4. n. 16. & 17. hujus autem glossa sententiam, non solum tam ingens DD. numerus sequitur: verum comprobatur ex altero insigni, & verè simul *dicto Bart. in l. quoties, n. 2. vers. nota singulariter, de privileg. Scholar. lib. 22. ubi per 24 illum text. decidit privilegium concessum alicui, & suis descendentiibus non comprehendere filias matrimonio collocatas; illa ratione, quia postquam virum assumunt in totum dicuntur ad alium locum se transferre, & statum suum mutare, ut in l. mulieres, C. de dignit. codem libr. 12. cui accesserunt ibi Angel. & Joan. de Platea, Roman. & Brixiens. qui ambo dicunt se ita de facto respondisse, & obtinuisse judicari, Jas. in pluribus locis, Bar-*******

*bat. Laur. de Palat. Georg. Natta. Curt. jan. Ripa*, & alii, qui omnes extollunt dictum, ut singulare, prout omnes refert Tiraq. in d.l. l. connub. gloss. i. part. i. n. 34, & ultra Tiraquell. Idem firmant Aut. Corset. Curt. sen. Martin. Laudens. Campeg. Thom. Ferrar. Marcell. Russ. Rimini. & in codem casu consultus Grot. Gorzad. Curt. jan. Silvan, & communem hanc esse opinionem testatur Socin. ian. consil. 168. n. 57. lib. 2. quos omnes refert, et probat Menoch. consil. 197. num. 47. lib. 2. qui amplius addit hanc esse receptionem opinionem, tametsi Bald. & alii numero, auctoritate multo pauciores dissentiant, ut constat ex relatis per Tiraq. d. loco n. 37. qui neque clare eligit, cui adhuc rere velit, verum Menoch. d. n. 47. in fin. dicit cum Bart. esse communis opinionem, prout eam expresse magis communem satetur Sard. consil. 140. n. 10. & i. lib. 1. quamvis conetur illam impugnare n. 67. & addit. Boff. let. Marcian. Natta. dicit. n. 11. in fin. et sequitur Petr. Gregor. velut in dubium de concess. feud. part. 4. quasi. 5. n. 4. et in hanc opinionem aperè inclinat articulo discussio D. de Franchis decif. 416, per totam in pulchro casu, quod mulier Neapolitana nupta extero non gaudeat privilegio concessio Neapolitanis, ut etiam actores trahant in omnibus causis conventos ad proprium forum ipsorum scilicet 27 ad Tribupalia Neapolitana, quod etiam confirmatur ex eo, quod nupta definit esse de familia patris, & adeò transit in familiam viri, ut filia nupta dicatur alienata, vel etiam translata in alienam familiam, l. ali. ff. de liber. bom. exhiben. l. quicunque 10. C. de re militar. lib. 12. Specul. Bart. Bal. Anch. Alexan. Socin. Corn. Curt. sen. Russ. Gras. Gorzad. Alciat. Socin. ian. Rimini. Corset. Cagnol. Cravett. Capbal. Paset. Covar. et alii quios citat, et probat Ozasc. decif. 127. ibi in vers. quin imd, quod mulier nupta non est amplius de cognomine paterno, sed de cognomine & familia viri, quod probat sextus in capite primo, ibi Domus de Columna, de scismat. ip. 6, quem ad hoc citat Raudensis responsio secunda, num. 211. & quod non sit de cippa patris, probat post Laur. de Fano, & alios, Vixius decif. 70. num. 7. 15. 16. latè Cassan. rubric. 4. §. 1. numero 4, versic. eo enim ipso, Rimini. ian. consil. 313, num. 51. libr. 3. & quatenus id non esset de jure, attamen indubitatum est, ex communis usu loquendi, nuptam esse verè de familia mariti non patris; & proinde in 28 dispositione testatoris, sive in ultimis voluntatibus, appellatione descendentiū, vel familiæ, non comprehendendi filiam nuptam, in specie probat Menoch. d. consil. 197. num. 50. & 51, unde idem in dispositio- ne statuti, in quibus similiter verba secundum communem usum loquendi intelligenda sunt, & dictum Bald. in d.l. f. emissa, sequitur Andr. Knicker. de vee stitutarum positionibus, part. 1. cap. 4. num. 16. & 17. & tam dictum Bart. in d. l. quoties, quam Bald. in d.l. f. emissa, adscriptis inter communis, & receptas sententias Cevagl. præst. commun. contra commun. lib. 3. cap. 828, num. 95. & 96. quæ autem diximus 29 de nupta, nedum eadem ratione, sed fortiori procedunt in vidua, quæ dicitur esse in primo matrimonio l. fig. ubi latè Pinell. n. 4. C. de bonis matern. l. filii 22. §. vidua, ubi gloss. in verb. domicilium, ampliat usque adeò, ut privilegium, quod vivo marito habebat reservetur, citans d.l. quoties, C. de privileg. scolqr. lib. 12. & alia jura, ff. ad municip. de quo ultimo Igneus in d.l. 1. §. si vir. n. 82. ad Syllan. plura Cagnol. in d.l. cum quadam, ex n. 5. ubi n. 8. in 2. limit. dicit optime procedere, ubi adhuc vidua in patria viri cō-

30 moratur, & quod retineat privilegia, Dominus meus Capys. dec. 129. n. 9. quem citat Roland. consil. 86. n. 3. 7. & 8. lib. 2. ubi in specie in vidua dicit illam esse de familia conjugis prædefuncti, non autem sui patris, & quod gaudeat privilegiis primi viri, latissimè Barb. in l. quia tale 14. post n. 23. vers. quod privilegium, & n. 25. & 26. ff. solut. matr. m.

Et ne deficiat decisio in terminis, hoc prævia disputatione ad partes determinat doctissimus Tesauro.

31 ut nupta in loco, nullo modo comprehendatur appellatione forensis, idque quia sit verè, & propriè Civis, & originaria loci, ubi nupsit, ut per eum decis. 123. per totam, & propriè ex n. 9. & 13. probat opinionem eorum, qui dicunt, quod nupta dicatur forensis quoad originem, sive patriam, ubi nata est, & quoad locum suæ naturalis originis, ex Anch. jun. qu. famili. cap. 9. ex num. 9. & ex 10. ubi ad hoc citat Anch. Castr. Panormit. Card. Flor. Aret. Alexan. Socin. Corn. Cravett. Socin. ian. & alios, ubi tandem num. 13. Tesauro. concludit hanc opinionem esse in utroque capite veriore,

Vnde ex prædictis patet, quod aut opinio Glaff. in d. origine, ut supra defensa, & comprobata est vera, & magis communis, & sumus in tuto; siquidem statutum nostrum loquens de his, qui quomodolibet domicilium, vel civilitatem acquirunt, nulla est ratione extendendum ad uxorem, quæ domicilium statutum, & originem mutat, non acquirit.

Sed admissa etiam, citra veritatis præjudicium, opinionem eorum, qui distinguunt, quod uxor, sive vidua in viduitate permanens, mutet in omnibus domiciliis, & originem paternæ patris, in iis tamen in quibus retrahi posset ab obsequiis viri, sive filiorum educatione si propriam originem retineret; in aliis vero, in quibus non agitur de distrahendo ipsam ab obsequiis, retinere dicatur originem patris: & sic videtur haç opinionem attenta, quod non omnino eximatur, neque perdat originem paternam, Bart. auctor. hujus opinionis in Lult. §. item rescripsit il primo n. 4. & 5. ff. ad municip. non simpliciter hoc admittit, ut nupta retineat originem patris, sed tandem in favorabilibus, ut ipsa expreßè se declarat, dum n. 5. vers. h. revertere possumus, exemplificat in statuto prohibente forensem acquirere, vel in statuto, quod puniatur gravius occidens Civem, & quia favor est nuptæ non prohiberi acquirere in loco originis, et quod ipsam occidens, puniatur tanquam occidens civem, in iis, inquit, Bart. se credere, quod gaudeat privilegii Civium, et sic mulier nupta retinet aliquid, iuxta Bart. sententiam, quoad privilegia tamen, favores, et commoda; modo propter id non distrahatur à viri famulatu; igitur aliud est id iis, in quibus agitur de damno, & odio ipsius mulieris nuptæ, quia in his etiam si non distraheretur Bart., non admitit nuptam in sui damnum, & odium retinere originem paternam, cuiusmodi esset in casu nostro, si daremus Dominam Ducissam comprehendi in statuto tanquam forensem.

Idque, nedum clare colligitur ex verbis Bart. cuius exempla de statutis favorabilibus nuptæ, et si non restringant, declarant tamen casus, in quibus procedere possit eius doctrina, ut per Everard. in loco à ratione legis larga. num. 38.

Sed Bart. & cum eo ipsius sequaces in his terminis 33 loqui expreßè dicit Tiraquell. fidissimus obversator in d.l. l. connub. num. 37. in vers. moventur plerique, ubi opinionem Bart. & aliorum, qui eum sequuntur, declarat procedere duobus concurrentibus,

bus; quoad privilegia, scilicet favores, & commoda, & modo non distrahatur à viri famulatu: & sic ubiunque agitur de ipsius mulieris odio, remanet illæsa opinio *Glossæ* in d.l. origine, etiam si non distraheretur ab obsequiis viri, ut in omnibus, & per omnia sit verè civis loci, ubi est nupta, aboleta paterna origine, & hoc in puncto docuit *Cravett.* conf. 271. in princ. vers. nec videtur, juncto vers. 3. non obstat, *Bart.* confirmatur ex iis quæ notat *Cagnol.* post *Aquensis* in d.l. cum quædam, post n. 6. dum distinguit in materia statuti inter favorem, & 34 & odium, & hanc opinionem latius comprobat iuribus, & authoritatibus *Borgnini.* *Cavalc.* omnino relegendus decif. 42. ex n. 46. usque ad n. 51. lib. 1. ubi infinitis relatis, dicit hanc esse communissimam opinionem, & quod hanc partem, & distinctionem omnino bonus iudex sequi tenetur, & contrarium tenentes loquutos fuisse inconsiderati, & post n. 51. eadem ita testatur judicatum per supremos Magistratus Florentiæ, & item cum hac distinctione per transiisse *Senatum Pedem.* & quod hæc est verior, & magis communis, & ita conciliari DD. dissidentium conflictum, qui alias esset inconciliabilis, dicit *Thebaeaur.* d. decif. 123. in fine.

35 Et tandem etiamsi concederemus nuptam retinere paternam originem etiam in concernentibus odium, in quibus ab obsequiis viri non distraheretur; quæ planè ex prædictis appareat esse contra communem, & magis communem, cum tamen nostra Pragmatica includat, ut forenses illos, qui privilegio juris, vel hominis, aut sub quavis forma, & causa civilitatem acquisierint: hæc autem acquisitio non fiat beneficio juris humani saltim solius, sed ex somento, & autoritate juris divini, cuius virtute uxor efficitur una, & eadem caro cum ipso viro, ut superius est fundatum, & probat in puncto *Alex.* in d.l. cum quædam puerilla, post n. 51. 10. dum dicit,

36 quod translatio personæ mulieris ad domicilium viri non est causa domicilii acquirendi, sed solum matrimonium, ex *Gloss.* in l. ea, quæ 32. ff. ad m. 37 nicip. & sequuntur ibi Dec. num. 15. *Cagnol.* post n. 3. ubi ex *Baldo*, & aliis dicit, quod vera causa est nexus matrimonialis: sub quavis igitur generali, aut universalis verborum formula, qua omnes uti forenses haberi statutum est, qui beneficio juris communis, aut municipalis civilitatem acquisierint, nullo modo comprehendendi poterit uxor, quæ non jure humano tantum, de quo laquitur Pragmatica, sed jure divino per matrimonium, domicilium, & originem mariti est consequuta, dum socia mariti divini, atque humani juris est effecta inseparabile connexione, & adhesione, adeò ut jure divino tenetur uxor sequi virum alio migrantem, ut domicilium transferat, cum ad mutuum obsequium teinantur, quod præstare sibi nequeunt, nisi simul habent: & cum sit vir caput mulieris *Paul.* ad *Ephes.* 5. & 1. ad *Corinti* b. 11. infertur uxorem in hac cohabitatione subditam esse viro cap. una quæque 32. quæst. 2. ibi, sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte, & de sepultura tradit. *Jof.* in d.l. cum quædam, n. 2. & optimè probat *D. Augustin.* in cap. bac òmago cum septem seq. 33. q. 5. ubi *Gloss.* in cap. cura caput, glolando text. qui dicit uxorem ex lege Dei viro subiectam, subdit, quia dixit mulieres esse subditas viris, conversio tua erit ad virum, & ipse dominabitur, & c. & in cap. final. ubi text. dicit, unam in viro, & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani, ex quo aperte probatur trans-

fusionem civilitatis, & originis uxoris jure divino inductam esse, adeò ut teneatur uxor sequi virum etiam peregrinantem, & in exilium missum, & interdum etiam sponte vagantem, quo sit ut maximè dubium sit, an valeat pactum quo vir promisit 38 sub certa poena in certo loco morari, ob legem divinam cogentem uxor sequi virum, ut latissime tradit post *Tiraquell.* d.l. 1. *connubial.* n. 39. *Sanchez* lib. 1. de *sponsal.* *disput.* 40. & 41. & utrumque resolutus *Gutier.* de *matrimon.* cap. 23. ex quibus patet nihil pœnitus obesse quod in nostra Pragmatica includatur expressè persona viri exteri pro dote recepta ab uxore Neapolitana, tūm quia ubi voluit, expressit, nec procedit argumentum à correlativis, ubi manifesta est ratio differentiæ, ut probat *Everardus* loco à *correlat.* manifestam autem diversitatis 39 rationem inter virum, & uxorem, in praesenti esse, constat, quia uxor virum sequi debet, non è contra ut benè advertit *Gutier.* d. cap. 23. n. 14. unde cum viri omnino exteri sint dotis fructus, non mirum si superindictio obligatur, at secus in uxore effecta vera civi per matrimonium, ut alias etiam differentiæ rationes omittam, quæ colligi possunt ex *Tiraq.* d. l. 1. *connubial.* n. 41. & 42.

Non obstat etiam, quod in dicta Pragmatica expressè dicitur comprehendi inter forenses ortos in Regno ex patre extero, qui mercimonia excent, tūm quia non valet argumentum in hujusmodi statutis odiosissimè fuit expressè inclusa aliqua persona, ergo & aliae similes, quia nulla fit extensio præsertim de persona quoad personam, tum etiam, quia in iis vigebat vera ratio, & causa imponendi superindictum, quæ fuit extractio moneræ, & lucrum, quod ex ea in mercimoniis fecerunt hujusmodi personæ, quæ cum omnino cesset in hac Domina, quæ suos reditus in Regno expendit pro suo, & filiorum usu, omnino ex diversitatis maxima ratione cessabit objectio.

Ultimò prudentes statuentes in ultimis verbis edicti reservarunt sibi facultatem faciendi declarations, che conforme l'occorrenze farà sopra di ciò necessario, quis autem casus considerari poterit, qui æquali, aut majori ratione declarari possit in edito non comprehensus, quam præsens, ex prædictis certè non video? præsertim cum damnum, & commodum totum pertineat potius ad ejus filios, quam ad matrem.

Nec casus præsens trahi poterit ad exemplum, quod noceat fini, quem habuerunt statuentes, cum nullus ferè reperiatur casus similis.

Die Veneris 19. Maii 1623. referente spectabile Domino Regente Dom. Joanne Enriquez nunc Marchione Campiæ, æquite non minus natalibus, quam morum candore nobilissimo, integritate, ingenio, & doctrina insigni, fuit decisum in supremo Collaterali, quod non molestetur Ducissa pro bonis dotalibus penes Josephum Scorzelum Regium Cancellerium; & longè post hæc scripta, & decisa, dum idem casus accidisset in personam Donæ Lavinæ Feltræ de Ruvere Marchionissæ Vasti viduæ Dom. Alphonsi de Avalos de Aragonia Marchionis Vasti, idem fuit decisum, non obstante, quod post mortem viri notorii Magnatis, & proceris Neapolitani, reversa fuisset ad patrios lares, ut viveret, cum Duce Urbini suo propagtruo, ut novissimè impressa est, decisio 75. insignis D. Regentis Roviti in volum. 1. impresso anno proximè præterito 1633.

Item addo ad materiam, quod dum ob ingentes belli necessitates, fuerit iustum retineri tertiam partem introitum debitorum exteris super arrendamentis, & introitibus fiscalibus Regni; à quo cum prætendisset Marchio Murconi Nobilis Florentinus se exemptum tanquam Civem ascitum à Dom. Electis, sive Decurionibus Neapolitanis die 17. Decembbris 1633. Reg. Camera referente Dom. Casanate concessit terminum juris in causa, & interim iusfit, non esse suspendendam retentionem tertii à dicto Marchione, Actuarius Alexand. Constantinus, quod decretum audio, reclamante Civitate, fuisse suspensum, & contrarium provisum in Supremo Consil. Collaterali referente Dom. Regente Enriquez sub prætestu, quod allectio prædicta fuisse confirmata per Excell. D. Proregem Scriba mandati Marc. Ant. de Lig. sed pro iustitia decreti Reg. Cam. ego inveni inter capita instructionum data in generalibus numerationibus Regni de annis 1545. & 1595. cap. 57. fuisse provisum, nullam habendam rationem de præd. aggregationibus factis, & faciendis per DD. Electos Neap. & ita semper fuisse observatum in præcedentibus numerationibus.

## S V M M A R I V M.

- 1 N eos ex filia vocatur ad successum feudorum avi, exclusis quibuscumque masculis agnatis in ulteriori gradu.
- 2 Constitutiones, quæ sunt jus comune in Regno, & tenor investituræ vocant proximiores in gradu claro, & aperto jure ad Feuda, & Regales dignitates, & num. 5.
- 3 Dispensatio, ut admittatur ulterior agnatus in præjudicium proximi multipliciter potest reddi nulla, & nullitates recensentur.
- 4 Fæmina admitti in Regno ad Feudorum successum, licet sub conditione excludantur à masculo ejusdem gradus tantum, si ab ipso dotentur.
- 5 Jus Constit. Regni inesse censetur in omnibus investituris, ipsaque informat.
- 6 Dispositio quælibet, à loci consuetudine informatur.
- 7 Titulus validus, & efficax est producendus per eum, qui prætendit immitti in possessionem Regalium, cuiusmodi sunt jurisdictione, Regales dignitates, Feuda, & alia, num. 16. & 17.
- 8 Possessorum mixtum, in quibus factum tantum attenditur, in mixtis vero causa legitima possidendi requiritur.
- 9 Interdicta possessoria mixta differunt à meris possessoriis, in quibus factum tantum attenditur, in mixtis vero causa legitima possidendi requiritur.
- 10 Possessorum mixtum, cuiusque generis sit, etiam retinenda, causam, iustumque titulum desiderat, idque tam si controversia sit cum Domino directo, quam si cum privato, num. 12.
- 11 Majoratus possessorum successori competens, ex l. 54. Tauri, admittam habet causam proprietatis, idemque interdicti Franciæ.
- 12 Præsumpto ubicumque militat contra possidentem, titulus est necessarius.
- 13 Possessio, vel quasi in incorporalibus, & regalibus non sufficit, nec actus possessoris, nisi administratum iuris accedit, num. 15. & 68. & substantia in istis possessoriis est coloranda cum qualitate dominii, num. 18.
- 14 Titulus invalidus, & vitiosus incaute exhibitas à prætendente possessionem Regalium, ipsum exclaudit.
- 15 Tituli inefficacia ostenditur ex lectura dispensationis.
- 16 Dispensatio, ut in feudo hereditario succedat ulterior, necessare est, ut contineat casum, non obstan-

- te, quod tempore deferenda successionis superficie proximior, num. 29. 31. & 35.
- 22 Dispensatio, ubi plura sunt obstantia, necessare est, ut clare exprimat omnia. num. 24. & 33.
- 23 Feudum non minus novum, quæm antiquum devolvitur ad proximiorem agnatum, ex l. investituræ.
- 25 Clausula, nisi præjudicium juris tertii, in dispensatione efficacia, & effectus.
- 26 Clausula, præterquam quoad expressa, operatur, quod reservatio non operetur quoad specificata, declara distinguendo, num. 27. & 28.
- 30 Petitione licet sit generalis, si tamen Dominus aliquid expressit, attenditur expressè concessum, scilicet bodie fiunt tales concessiones in Regno, teste Isern.
- 31 Expressio debet esse specifica, & particularis in obtinenda dispensatione.
- 32 Clausula ordinaria in assensibus, dummodo habet successores, jus & efficacia.
- 34 Verba dispositiva dispensationis sunt attendenda.
- 36 Renunciationis expressio in precibus dispensationis, quæ nulla est quoad feuda, confirmat nullitatem dispensationis.
- 37 Privilegia, & quacumque rescripta, & ordines expediti in Curia Regis debent registrari in Reg. Cancellaria Neapolitana vigore Pragmaticæ Caroli V. Caesaris infra annum, alijs ipso jure nulla redduntur, cum clausula irritanti, num. 38.
- 39 Dispensatio Neap. obtenta, quod exequatur gratia, lapsu temporis non obstante, non potest efficere, ut reviviscat gratia extinta.
- 40 Dispositio nova dicitur, ubi renovatur dispositio præcedens post lapsu temporis in priori præfixi, licet aliud durante primo termino.
- 41 Confirmans actum non omnino nullum, qui est in suspensiō. dare dicitur.
- 42 Dispensatio in successione Feudi, quo alteratur ordinatio succendi, odiosa.
- 43 Clausula apponi solita in investituris, & privilegiis circa concessiones Feudorum, ut intra annum registrentur in quaternionibus Reg. Camerae, debet adimpleri formaliter.
- 44 Registratio sequuta post lapsu temporis, non consolidat privilegium.
- 45 Dispensatio super lapsu temporis registrationis, cum clausula, citra præjudicium iurium Fisci, & Partium, nihil operatur.
- 46 Nullitas resultans ex eodem fonte privilegii, fortior.
- 47 Registrationis omissione, quæ requirebatur ex clausula adjecta in assensu in forma gratiae, reddit adhuc nullum assensum ipso jure in beneficium Fisci, & Partium, & ita iudicata, num. 62.
- 48 Moræ purgatio non admittitur ex defectu formæ, & solemnitatis substantialis.
- 49 Registratio in quaternionibus Reg. Camerae virum requiratur pro solo Fisci interesse, an etiam pro interesse partium, num. 51. 54. 59.
- 50 Rex solum de certa scientia dispensat, ut non obstante solemnitate registrationis concessæ substatuerat.
- 52 Nullitas non potest exerceri contradicente illo, in cuius favorem nullitas est inducta, sed eo tacente, adhuc est nullus, & aliter declar. n. 53. 55. & 56.
- 57 Jus tertio quasitum ex facto alterius etiam spe, non potest auferri per eum cuius facto illud jus quasitum fuit.
- 58 Reservatio iuris Fisci, & Partium, & inesse investituris,

- fūtūris; & p̄ivilegiis, num.60.*
- 61 *Tertius autem in materia hujus clausula apponi solita in dispensationibus circa feudorum successiones, dicitur primogenitus proximus successor.*
- 63 *Vicarius, non potest suam autoritatem interponere in reservatis Episcopo.*
- 64 *Immissio in feudis, vigore investiture, non est minus privilegiata, quam si immissio vigore testamenti.*
- 65 *Judicium hoc immissionis, non est possessarium, nec peritorium, nec requiritur libellus, & est summarissimum, num.67.*
- 66 *Decisio Sac. Conf. Castri Capuani, iuncto Supremo Collaterali de anno 1580. in causa propria autoris.*
- 69 *Magistratus, vel Doctor, qui verè non est, gerens se pro tali, non efficitur Doctor, vel Magistratus, cum certa forma sit data in illis creandis.*
- 70 *Silentium non dat titulum.*
- 71 *Titularos, sicut solus Princeps creat, & erigit, sic ipse cum suo concistorio, ipsorum legitimos successores ad exercitium Regalis dignitatis causa cognita, admittit.*

## A R G U M E N T U M.

Feudorum successio devolvitur ad certas personas claro, & aperto jure vocatas in Regno ex tenore, & lege investiture informatæ per constitutions, quæ sunt jus commune ipsius Regni, adiutorum ut dispensatio per Regem concessa, ut remotior etiam foemina hoc jure admissa, licet conditionaliter, proximiori præferatur, strictissimè sit interpretanda velut odiosa, qua pervertitur legitimus ordo succedendi, & de facili multis ex causis redditur nulla ex vitio subreptionis, & præfertim tam ex omissa exequitoriatione per lapsum anni, requisita per Pragmaticam Caroli V. quæ tanquam de forma substantiali reparati non potest, nisi ab eodem Rege supremo, quam ex omissa registratione in quinteribus Reg. Cameræ requisita de stylo pariter necessariò inducenti formam, pro interesse, nedium Fisci, sed Partium. Interdicta possessoria, pro Regalibus, & feudalibus mixta dicuntur, & juris foementum desiderant, ut de titulo constet, qui si degeneratur vitiosus prætendens immitti, se ipsum excludit, de diversis clausulis reservatis, & aliis, in accessibus adjici solitis, & aliis, quæ decisionibus co. firmantur.

Pro Dom. D. Francisco Protonobiliss.  
jure aperto successore Marchionatus Achajæ.

## C O N T R O V E R S I A XIV.

I N possessorio tituli Marchionalis dignitatis Terræ Achajæ, ob mortem strenui militis D. Alexandri de Montibus, obtainere D. Franciscum Protonobilissimum ipsius nepotem ex filia unigenita, excluso omnino, sive expulso D. Vicentio de montibus agnato in ulteriore gradu insuccessibili, quicquid ipse conatus fuerit attentare, & se intrudere, & ex actibus exercit's nullum jus in possessione ipsi quæsum, quo scilicet jus D. Francisci sit imminutum 2 suadent jus commune Regni, ex ejusdem Regni Constitutionibus, ex tenore investiture, ex quibusclaro, & aperto jure, nepos ex filia vocatur ad feudorum etiam de novo quæsitorum successionem, exclusis omnibus agnatis remotioribus etiā in gra-

- du successibili, si superessent, ita & fortius ad dignitatis Regalis possessionem, cuius omnino redditur incapax, qui ad legitimam feudi successionem aspirare non potest; resistente siquidem, nendum juris aperti dispositione, & investitura, verum etiam ipsomet privilegio, & dispensatione, cui ipse innitur, & quod exhibuit, & ex eodem excluditur, & repellitur, tūm quia ad casum, qui evenit non extenditur ex verbis, nec ex mente petentis, nec Regis dispensatis, tūm etiam quia etiā ad illum extendi posset, quod plenè negamus, ex multiplici defectu Regii exequatur, & registrationis in Reg. Camera in tempore non adhibitarum, quæ solemnitates sunt formales, & substantiales requisitæ ex tenore ejusdem Privilegii, & ex Regni Pragmaticis, cum clausula irritant, ex eodemmet privilegio ejusque lectura semetipsum adversarius excludit, dum privilegio carens juri communī cedere cogitur,
- 4 Et quoniam notissimi juris est in Regno somnam, & consequenter descendentes ex ea, vocari ad successionem feudi insimul cum masculo, ut in Constit. Regni in aliquibus, vers. hac igitur lege; licet præferatur masculus in eodem tamen gradu existens, dum tamen secundum paragium daret, & sic conditione excluditur à masculo ejusdem gradus dumtaxat, non ulterioris, ut ibidem notat Andr. volum.2. vers. quia visum est, & in 3. col. in fin. vers. quid si fratres, Canner. in cap. si aliquem, num. 14. vers. præterea, car. 332.
- 5 Hoc autem jus constitutionis commune jus esse in Regno docuit Andr. in cap. 1. n.5. de eo, qui sibi, vel bæredibus, Loffred. conf. 39. num. 16. quod inest in omnibus investituris feudorum Regni, quæ ab ipso jure constitutionis interpretationem recipiunt Paris. conf. 21. num. 48. volum. 1. Dom. Jo; Angelus Pisanell J. Conf. & Advocatorum primus, me & secunda uxoris proavus in respons. post opus Canner. n. 18. & 29. & informat ipsam investitaram, Pernus in cap. si aliquem, col. pen. verbo concedendi, Canner. in cap. si aliquem, §. opinio supradicta, n. 17. f. 25. 1. & in §. præcedens. incipiente, præmittendum, n. 46. fol. 24. 1. 7 quod regulare est, ut quælibet dispositio loci confusa tudine informetur Canner. in d. §. præmittendum est, num. 40. in fin. car. 247.
- Ullo igitur jure potuit D. Vicentius, quem constat ex tenore dispositionis per ipsum productæ, nendum esse agnatum remotiorem, sed esse in gradu non successibili, intrudere se, nec aliquo modo prætendere nancisci possessionem tituli, quia in materia jurisdictionis, & regalium, in quibus, sine concessione, & authoritate Principis jus aliquod acquiri nequit, necesse est, ut qui possessionem prætendit titulum validum, & efficacem exhibeat, l. 2. §. quædam, ibi, nam proprietatis causam continet hoc interdictum, ff. de interd. & extraord. act. l. 1. §. permittitur, ff. de aqua. quod id. & astiv. hæc enim interdicta, quæ aliter mixta dicuntur ex eo quod admixtam ipsam desiderant causam, sive justitiam in proprietate, differunt à meris possessoriis in quibus actus possidendi solummodo desideratur, in istis enim cum in mero facto possessorum constat causa possidendi non exploratur, l. sciendum, ff. ex quib. caus. major. l. 2. ff. si servitus vindic. gloss. Panorm. & alii in cap. quærelam de elect. sed solum id spettatur in his possessoriis, an agens quandoque possederit, Cravett. conf. 59. n. 6. in 4. in possessoriis vero mixtis inter quæ numerantur ea præcipue, in quibus de jutibus, sive rebus, quæ absque Principis concessu pos-

possideri non possunt; agitur causa ipsa possidendi, & sic titulus ipse perpenditur, quo cessante, cessat quoque effectus, requiritur enim legitima possessio, vel quasi, quæ sine titulo non prodest *Bald.* in *I. i. n. 6. in fin. in vers. quæro quid. C. si de momentan. possess.* & plenius in *repet. I. i. ex n. 4. vers. item probatur, cum plurib. seq. C. de emancip. liberor.*

10 Idque generale esse in omni possessorio, quod mixtam habeat causam proprietatis, sive recuperandæ vel adipiscendæ, etiam si de retinenda possessione agatur, ut aliter proponens obtinere non possit, nisi ostendat in promptu se verum, ac legitimum successorem ex *I. i. ibi, non aliter possessor constitui poteris, quam si sit defuncti filium esse, & ad hereditatem, vel honorum possessionem admissum probaveris. C. quoram bonor.* & ut omnes exceptiones ad id attinentes admittendæ sint, cum in hujusmodi possessoriis, quidquid adversarius detrahit proprietati, detrahit etiam possessioni, præsertim cum exceptiones in continenti probantur, nec altiorem exigunt

11 *indaginem, ut in possessorio, quod ex I. 45. Tauri, majoratus successori competit, quis tamen continet mixtam causam proprietatis, nisi succedere satagens probaverit se verum successorem, majoratum obtinere nequit latè probat Molina lib. 3. cap. 23. ex n. 9. cum seq. idemque de Francicis possessionum interditis, quæ plus juris, quam facti habent, tradit *Coppin. de Civium Parisiens. morib. lib. 3. cap. 11. in fin.* quod procedere indistinctè cum agitur de possessione feudorum; & jurium Regalium, nec distingui tam si agatur contra Principem, quam si agatur contra*

12 privatum, ut omni scilicet casu requiratur tituli ostensio cum neutra pars possit possidere feudum, vel jus super feudo, nisi precedente titulo, perbelè explicat post *Iser. & Afflitz. in d. illud, in I. Imperiale, Decian. respons. 45. post num. 8. vers. item dum dicent in I. Everard. cons. 76. ex num. 4. & ratio-*

est, quia quotiescumque; præsumptio militat con-

13 tra possidentem possessionis argumentum, hoc est titulum docere cogitur *Afflitz. in d. illud, n. 31.*

14 quia possesso, vel quasi incorporalibus, & regalibus non sufficit in iis, quæ sine concessu Principis obtineri non possunt, vel etiam ubi saltim requiritur authoritas superioris, *Bald. in I. barbarius lectura 2. num. 13. adeò, ut nec sufficiat probare*

15 actus possessorios, nisi adminiculum juris accedit, ut in possessorio jurisdictionis in specie loqui-

16 tur *Ossac. dec. 29. n. 10. vers. item in possessorio, & generaliter ex re ipsa subjecta, ut sive possessione feu-*

17 di, vel alterius rei, in qua non possit quis statum habere, nisi ex Principis indulto, in quibus non satis esse possessionem probare, nisi de titulo docuerit optimè probat *Vestrius dicens in his procedi ad instar beneficialium in praxi Roman. lib. 7. c. 3. n. 7.*

18 Substantia enim possessionis in iis possessoriis immittenda, est prælibata qualitate dominii, *Bald. consil. 161. num. 5. in 3. Alciat. cons. 50. num. 9. in 6.*

19 Unde dum in casu prælenti adversarius cognoscens teneri exhibere titulum, incautè produxit privilegium dispensationis, quod ex sui facie appetit invalidum, & omnino nullum, semetipsum excludit, quia inspectio tituli demonstrat veritatem, à qua sumebat initium virtus possessionis, ut cum *Bald. in I. liberti liberteque propè fin. C. de oper. libert. in puncto decisum refert feud. interpr. Franc. de Amicis in suo opere feudor. §. sequitur modo, post num. 8. vers. & similiter car. 244.*

Supereft igitur probare titulum exhibitum, cui

adversarius innititur, esse inefficacem, vel jam resolutum invalidum, & omnino nullum; siquidem si possessio etiam per veros actus quæsita in hujusmodi possessoriis mixtis, non prodest sine juxto termino: casus noster erit omnino indubius: in quo deficit non solum titulus, sed ex prætentis actibus nulla potuit transferri possessio. Et primo quoad inefficaciam tituli apparet ex lectura dispensationis, non fuisse aliud concessum *D. Alexand.* nisi quod posset 20 terram Achajæ cum titulo in unum masculum de sua agnatione, quamvis non sit in gradu successibili inter vivos, vel in ultima voluntate transferre, cum aliquibus clausulis pro efficacia dictæ concessionis, & non aliud, ut patet, ex verbis depositivis dictæ concessionis, fol. 21. vers. tenore igitur præsentiam, &c. Nec aliter dispensatur, ut erat necessarium, ut masculus nominandus in gradu non successibili præferretur fœmina, vel masculo ex ea descendenti, quatenus tempore delatae successionis, qui 21 casus evenit, reperiretur viva fœmina, vel ex ea descendens, qui claro, & aperto jure vigore Constitutionis Regni, & ex tenore investituræ ad feudi titulo decorati, successionem vocaretur, cum enim duo erant obstantia, sive specialia contra jus Constitutionis, quinimo & contra gratias, quibus postea est ampliata successio in feudis usque ad quartum gradum cum tot restrictionibus, & limitationibus, ut est notum. Primum, ut liceret nominare masculum penitus insuccessibilem ultrà gradus contentos in Regni Constitutionis, & in gratiis, quæ tot limitibus apparent restrictæ. Secundum, ut id effectum sortiretur, etiam ubi legitimus successor superesset tempore deferendæ successionis, & in ejus præjudicium, cui spe probabili, velut à lege, 23 & investitura vocato, esset successio saltim quoad corpus feudi deferenda, in quo nulla est differentia inter feudum antiquum, & novum.

24 Rex enim dispensando in uno in dubio non censetur dispensare in alio, & concessum de una re, non concessit de alia, juxta notiss. theoricam *Iser. in infra citando titulo, qui success. sen. il primo, in cap. 1. post n. 11. vers. quando specialia concedit.* Sed noluisse, expresse patet ex clausula ad hunc finem apposita ad tollendum omne dubium in fine privilegii, ub post 25 consuetas clausulas in forma additum appositissime, decernimus insuper, quod per hoc nostrum præjudicium nullum præjudicium inferatur alicui tertio, quæ clausula, ut speciali nota digna, sic addita cum non possit aliud operari, nisi conservationem juris legitimii successoris, cui soli potuisset præjudicium inferri, ex dispensatione in favorem ulterioris agnati, si aliter dispensationis verba contra mentem concedentis intellecta fuissent, consultò licet ad maiorem cautelam adjecta fuit clausula prædicta.

Nec obstat, clausulam prædictam reservativam 26 esse intelligendam, præterquam quoad expressa juxta theoricam *Iser. in cap. 1. qui success. ten. il primo titulo, cum concord. per Reg. de Ponte consil. 57. num. 23. & seq.*

Dicimus enim cum *Freccia*, qui notabiliter hoc declarat *lib. 2. in 29. autbor. num. 7. in fin. clausulam* 27 *reservativam jurium Fisci, & aliorum, non operari super eo tantum, quod est principaliter dispositum, sive concessum per præstationem assensus, super reliquis vero, quæ non sunt principaliter disposita, sive concessa, clausulam prædictam reservativam operari, ita *Iser. in d. c. 1. qui success. ten. il primo*, qui vere post num. 9. ubi vere *Iser.* hoc optimè*

explicat ibi, nisi aliud fuisse expressum, per quod aliud videretur, scilicet, non reservare in eo quod concessit, & ibi, confirmando, & reservando, modo praedito; videatur reservare alia, quam donata. Cf. ubi *Lipar.lib.9.vers.9* eo quod, citat concor, quod declarat optimè in puncto D. Reg. de Ponte conf.3. num.83. in primo, ubi perbellè discurrit, quod 28 cum DD. ratione implicationis, & contradictionis resolvant, quod clausula reservativa non debeat operari correctionem incontinenti ante expressorum, & concessorum, & ob id dicunt restringendam esse reservationem, præterquam in expressis, merito ubi nihil est specialiter petitum, & specialiter etiam concessum, reservatio cessante dubio correctionis, operatur suum effectum, ut latius per eum, unde cum in præsenti casu, non solum non sit aliquid expressè concessum in secundo capite, scilicet, ut masculus insufficiens excludat fœminam, vel ab ea 29 descendenterem, qui tempore delata successioni superviveret, quod velut maxima importantia erat specialiter petendum, & concedendum juxta not. per *Frec.lib.2.q.16.ante fin.* sed nec etiam hoc fuerit petitum, neque contentum in precibus invictiss. Regi oblatis, vel si id quovis modo potuisset in precibus saltim ex lata significatione contineri quod negamus, certum est, non fuisse concessum, siquidem licet 30 quid generaliter, & similičiter petatur, si dominus specialiter concedit, tunc non censetur concessum, nisi quod dominus expressit, quia taxavit, et limitavit, in quo est consensus, et tenorem dedit consensui, juxta distinct. *Isern.* quam dicit comm. in d. cap. I. post n. 8. vers. sed si generaliter, qui success. teneat, ubi subjicit hoc esse indubitate, ubi Princeps addidit reservationem jurium, sicut hodie dicit *Isern.* fiant in Regno tales concessiones, ibidem post num. 9. vers. vel reservavit. Nec pariter obstat; quod supplicans in precibus expresserit, se habere 31 D. Corneliam filiam, hoc enim erat præcisè necessarium exprimere ad finem obtinendi dispensationem, ut posset succedere masculus in gradu non sufficiens, quod alioquin Rex nullo modo concessisset juxta clausulam ordinariam in assensibus, et 32 dispensationibus apponi solitam, dummodo habeat successores in feuda, ut in Pragmatica 30. in fin. de feudis, et latè per Cons. de Anna, conf. 129, ex n. 79. D. Rovitum in Pragmatica de feudis ex num. 17. 32. 39. Q. 49, et sic dicta expressio produxit suum effectum, cum ea mediante obtinuerit dispensationem in primo casu; unde non extenditur ad secundum non specificè expressum, quod est majoris importance, et præjudicij, sufficit enim alicui, in paucis subveniri, *i. qui cum tutoribus, ff. de transact.* cum concord. per Liparulum ad Isern. in sit, si de feudo def. mil. futr. contr. §. si quis num. 3. Idque esse verissimum, hoc fuisse expressum per supponentem ad hunc finem, et non ad alium declaratur ex verbis, quæ max subjicit in precibus, ibi, que por tener eam teneat legitimo successor non se tratta prædicidit alcuna de su Regia Corte, et quicquid sit de 34 precibus certum est, in verbis dispositivis dictæ dispensationis, quæ attendenda sunt, et incipiunt in §. tenore igitur præsentium, nullia legitur derogatio juribus Donæ Cornelie filia, vel descendenterum ab ea, quæ erat præcisè necessaria, quinimò expressa reservatio jurium tertii adjecta ex abundanti, jura filia conservavit; poterat etenim evenire 35 re casus, ut tempore deferendæ successionis reperiatur præmortua absque descendantibus, filia,

quo casu dispensatio suum effectum sortiri poterat absque præjudicio legitimi successoris.

Nec quicquam obstat, fuisse expressum D. Corneliam filiam renunciasse, siquidem expressio renunciationis D. Cornelie, tantum abest, ut dispensationem validaverit, quod ipsam gratiam reddiderit subreptitiam Rex enim moveri potuit ad concedendum sub pretextu, quod Donna Cornelia erat exclusa renunciatione. Unde cum constet renunciationem factam in die votorum nihil nocere quoad successionem feudorum, non existente saltim sorore in capillo, vigere Pragmatica della Filingeria; ergo dispensatio ex hoc capite redditur subreptitia, maximè cum non sit punctus meri juris, sed juris intricati, qui equiparatur questioni facti: sit tamen, citra veri præjudicium dispensatio in se efficax, veluti continens utrumque casum, quod negatur, ipsa tamen 37 fuit resoluta, & redditæ nulla, & omnino invalida: ex quo non sit exequitoria infrā annum, juxta Pragmaticam Invictissimi Caroli Caesaris, cum clausula irritanti, amplissimis verbis quam esse in viridi, & inviolabili observantia testatur Reg. de Ponte conf. 3. num. 16, cum enim in Pragmatica, nedium sit præsumtum, & limitatum tempus an 38 ni, sed ulterius lex transeat disponenda, ut elapsa dicto tempore, sint assensus, privilegia, & gratias, nullius efficaciam, valoris, & momenti, pro talibus, & ut talia, ex nunc pro tunc declarata ab ipso Rege, etiam si esset quæsitus dominium, illud amitteret, acquirens ipso, jure non expectata sententia, juxta decisionem Andreae in cap. I. quo tempore miles, quod latius prosecutus, Reg. de Ponte d. conf. ex num. 16. cum seq. ita ut nihil ultra desiderari possit.

Nec aliquid obstat, quod post privilegium expeditum in Curia Regis de anno 1614. post sex annos, fuerit obtenta dispensatio à Prorege hic 39 Neapoli de anno 1620, quod exequatur, lapsu temporis non obstante, si aliud non obstat; siquidem si dispensatio concessa à Rege, ob lapsum anni ex Pragmatica ejusdem Regis taliter evanuit, & expiravit, ut ex nunc pro tunc, elapsi anno, fuerit funditus extincta, ac si nunquam fuisse concessa, ut clare legitur in dicta Pragmatica, quomodo potuit reviviscere, sive in vitam reintegrari dispensatio, jam funditus aboleta à Prorege, sive Collaterali, quibus in specie est interdictum assentiri, ubi ordo succendi statutus per Regni Constitutiones, ex pragmatice vulgo dicta novem Capitum, mutaretur.

Termini enim sunt notissimi, quod ubi lapsus 40 est terminus designatus, nova dicitur dispositio leg. sed & si manente s. ibi, ut soluta jam causa præcarii non reintegretur, sed nova causa constituantur, ubi *Glossa ff. de præcario*; & alibi fit discrimin, ut lapsu termino non dicatur quid prorogari, vel protelari, sed renovari dispositio leg. dies caerationi 4. ubi *glossa ff. de damno infecto*, unde nullo modo poterit vicem gerens, tametsi alias omnia ferè possit, quæ Rex ipse potest, dispensando, quod exequatur dispensatio, præsertim odiosa, & juri communia contraria, concedere de novo, lapsu jam anno, dispensationem ipsi, particulari lege prohibitam, si enim, qui confirmat actum non omnino nullum, sed qui est in suspenso, dare dicitur *i. lege obvenire, ff. de verborum significatione*, cum concord. per Liparulum in sit, per quos fiat invest. n. 10. & qui consentit,

sentit, donat, *Freccia* art. b. 29. num. 3. quanto fortius, qui de novo actum omnino extinctum in vitam restituit, & ob id, decisio *Reg. de Ponte* in dicto consil. 3. qui in individuo determinat, non posse Proregem, sive Collaterale, dispensare, ut assensus Regis extinctus ex lapsu anni concessi per Pragm. reviviscat, quia esset revocare, & revidere, quæ ipse facit ex sua suprema, & absoluta potestate, & idem testatur inolevisse praxim, quod expedituntur supracartæ, sive secundæ iussiones per eandem Reg. Majestatem, quibus dispensatur lapsui temporis, redditur indubitable, veluti fundata in certissimis juris principiis, quinidem, si hoc decidit Dominus *De Ponte* in assensu super alienariōne feudorum, & iterum repetit consil. 72. num. 32. & 33. quanto fortius hoc procedere debet in dispensatione odiosa, ex qua ordo succedendi commutatur, adversus leg. Regni, & tenorem invest. in quo non desunt contestes; siquidem *Freccia* lib. 2. in allegat. pro *Reg. Albert.* sub titul. quis dicitur, dux post num. 68. vers. nec etiam refragatur, aperte innuit in terminis, solum supremum Principem hoc posse, ut non immerit idem enixè docuerit. *Dominus meus Regens de Carte* in 2. par. tract. feudal. cap. 5. n. 175. ubi in omnibus probat dicta per *Reg. de Ponte* dicto consil. 3. & *Frecc.* & *de Ponte* relatis, idem censuit omnino indubium. *Dominus Rovitus* in dicta pragmatica 1. de privilegiis infra annum praesertim, num. 4. ita ut non videam, quorū tendat admiratio advocati ex adverso, qui nunquam potuerit contrarium fundare. Deficit, & tandem solemnitas requisita, & expressa in ipsomet privilegio dispensationis obtentæ à Rege nostro per Marchionem defunctum, in quo in fine leguntur hæc verba. *Volumusque, ut intrâ annum à die data præsentium numerandum, præsens nostrum privilegium in quaternionibus nostra Reg. Camera registretur, ut de præmissis omnibus, & singulis plena notitia habeatur, &c.* quæ clausula, non ex dispositione alicujus Pragmaticæ, vel legis municipalis, sed solita est de stylo apponi in privilegiis, & assensibus, ut advertit *Dominus Rovitus* in Pragm. 26. de feudis num. 8.

44 Unde, cum data privilegii fuerit sub die 31. Octobris 1614. & registratio non fuerit subsequuta, nisi sub die 14. Julii 1622. & sic post lapsum octo annorum, idque mediante dispensatione Collateralis Consilii nostri Neapolitani, cum clausula expressa, *citra præjudicium jurium fisci, & partium,* redditur ex hoc privilegium omnino nullum, ex iisdem rationibus adductis, in altera præcedenti nullitate exequitoriae in tempore non adhibita eoque fortius ex hoc capite, quam non fortius operatur nullitas resultans, ex eodemmet fonte privilegii concessi sub certa conditione, quæ formam inducit, qua non adhibita, actus corruit, prout ex tunc, ac si nunquam fuisset privilegium concessum, & inesse productum, prout in puncto in terminis ejusdem registrationis, adhiberi, injunctæ, non in dispensatione odiosa de qua nos agimus, sed in simplici assensu alienariōne feudi, qui dicitur esse gratia, docuit *Afflīct.* decif. 335. num. 14. & 16. & latissime *Regens de Ponte* consil. 5. ex num. 32. ad num. 85. ubi adeò plenè loquitur, resolvens per veros terminos quidquid objici posset, ut ejus sola remissione contentus esse debeam, dum ex Ifern. consil. Agn. 36. & aliis optimè fundat, hanc nullitatem ex lapsu solius temporis præfixi, velut ex

defectu formæ, & solemnitatis formalis, & substantialis esse insanabilem, nec admitti ullo modo sub 48 quovis quæsito colore, morte purgationem, ut ipse idem fundavit consil. 3. num. 24. ubi nam. 28. nihil prodesse dispensationem Collateralis, & iterum dicto consil. 5. post n. 57. versic. nec dicat pars; n. 58. & idem concludit, ut indubium tractat, de potestat. *Proregis*, dē assensibus Regiis, §. 4. num. 4. & de refutatione. *feud.* in prælud. post num. 12. in vers. binc pragmatici. & ritus.

Nec obstat, quod dixit idem *Regens de Po-*  
*ste* in consil. 17. num. 8. libr. 2. de quo adversarius magnum festum fecit in aula, quod hujusmodi 49 conditio registrationis requiritur pro interesse fisci, non autem partium, & ideo respectu partium, quandocumque potest privilegium regi- strari.

Non enim est aliqua habenda ratio ejus, quod perfunctoriæ sua sola fretus autoritate, dixit in dicto consil. contra ea; quæ alibi prævia longa disputatione, per veros juris terminos fundavit, nihil ex solidissimis fundamentis contrariis, resolvens in d. consil. 17.

Siquidem non solum in consil. 3. num. 24. 28. latè probavit ullo modo posse Proregem dispensare huic nullitati, quinidem nec ipsum Regem, ni- 50 si ex certa scientia, sed in dicto consil. 5. post n. 57. versic. nec dicat, & iterum ex num. 65. versic. ex quibus, vanissimum asserere dixit, clausulam registrationis in Regia Camera respicere solum in- 51 teresse fisci, & non partium, & iterum ex num. 77. 79. usque ad 84. resolvit objectum leg. 2. & 3. ff. de leg. commiss. quod scilicet nullitas non possit 52 exerceri contra voluntatem illius, in cuius favorem est introducta, hoc enim, ut ipse subjicit num. 78. ex commun. DD. conclus. non facit, quin interim ex existentia conditionis, contractus non sint resoluti, & procedit ubi principalis, in cuius favorem est inducta, expresse renunciat, secus verò ubi nihil dicit num. 82. Et num. 80. & 87. aliter ex secundo resolvit, ut regula dictæ l. 2. & 3. pro- 53 cedat quoad ipsos contrahentes, & quando jus tertio non est acquisitum, secus verò, cum agitur de interesse tertii, ut latius iple prosequitur, & ponderat *Afflīctum* in dicta decif. 335. hoc velle in individuo, dumfundat ex registratione assensus omisso, jus nedum esse fisco quælitum, verum 54 etiam partibus, adeò ut possit contractus revo- cari vigore Constitutionis Regni, & sic quoad omnes personas, quæ habent interesse, annullari 55 dispositionem num. 83. & sequentib. & ultra ip- sum, id confirmatur ex eo, quod licet nullitas non possit allegari nisi ab eo, in cuius favorem est introducta potest tamen allegari à tertio prætenden- te interesse *Ruin.* in specie consil. 40. num. 7. & 8. lib. 5.

56 Item non procedit, quando actus ex defectu solemnitatis non adhibita redditur ipso jure nullus, ut latiss. probat *Bursatus* consil. 82. ex num. 11. 13. & 25. lib. 1. nec dissentit *Surdus* decif. 108. num. 11. 15. & 20.

Et hoc casu habet locum regula, quod jus tertio 57 quælitum etiam ex facto alterius, nedum re, sed etiam sola spe, non potest ab invito tertio auferri, etiam per eum, cujus facto illud quælitum est ipsi tertio. si constante in fn. ubi Bald. notat. C. de do- nat. ante nupt. cum infin. congestis à Tiraquelli. in 2. retractat. §. 1. gloss. 7. num. 18. 21. & 22. & la- tiūs

tiis Dom. Praefid. de Francib. decif. 269. & 541. & maximè, cum in dispensatione ad registrandum impetrata à Consilio Collaterali sub die 14. Iulii 1622. sit adiecta expressa reservatio, non solum juris fisci, sed etiam partium, ex quo, nedum nullum fuit præjudicium, generatum ipsis partibus ex natura reservationis, ex Oldrad. consil. 237. Cravess. consil. 974. n. 17. Francb. decif. 437. in fine, Surd. decif. 163. sed ex hac formula, & stylo Tribunal. aperte declaratur, solennitatem registrationis, nedum requiri pro int. 59 teresse fisci, sed etiam partium, vel saltem Proregem ipsum in similibus dispensationibus nunquam velle præjudicare juri tertii, et si quæsita occasione fisci, cum pariter ius fisci, & partium conservare, & reser-  
go vare velit, quam juris tertii conservationem semper inesse concessionibus, assensibus, sive confirmationibus, investituris, & privilegio, adeò ut reducantur ad terminos juris communis, ubi agitur de præjudicio tertii, ut etiam verba clara ostendantur, & redundantur inutilia potius, quam juri alterius præjudicent, probat latissime Epichen in Encyclped. cap. 10. ex num. 174.

61 Tertius autem in his propriè terminis non factæ registrationis, dicitur ipse primogenitus, successurus in feudo hereditario, ut advertit in punto idem Reg. de Ponte d. consil. 5. n. 63.

Et contra author. Dom. de Ponte in dict. consil. 17. lib. 2. urgent, quæ ipse idem latius exaravit addendo, & confirmando le prius scripta in dicto consil. 5. pro eodem Secretario Soto in consil. 60. per tacitum, ubi latissimè iterum fundavit, ex defectu registrationis requisitæ infra annum assensum annulari ipso jure, etiam in beneficium partium, quia considera-  
62 tur in feudis interesse voluntatis, & qui in iis rigor servatur, & stricta fit interpretatio, & in fine refert ita fuisse judicatum per Reg. Camera, facta relatio-  
ne in Collaterali consil. & cum prædict. concordat, quod sapienter Dominus meus Auunculus, & Magister Reg. de Curte §. 5. post 158. dum subjicit, registrationem, quæ fieri debet in Regia Camera, non solum esse adhibendam pro interesse Reg. Fisci, ut suos sciat feudatarios, sed etiam requiri, ut caute contrahentes faciant contractum, & ne red-  
datur nullus, & apertius idem subjicit n. 175. ubi addit defectum istum non posse sancari, nisi imper-  
trentur litteræ ipso Rege, quæ vulgo, supracarte ap-  
63 pellantur, idque non sine ratione, cum & alias vicarius non possit suam autoritatem, & decretum interponere in his, quæ non spectant ad suam jurisdic-  
tionem, cujusmodi sunt reservata, quæ ad solum Episcopum pertinent cap. 2. & uim de offic. Vic. in 6. Gratian. tom. 2. c. 304. disceptat. n. 11. & 12.

Ex quibus omnibus solidissima redditur justitia  
64 D. Francisci, ut immittendes sit in possessionem non solum tituli, sive dignitatis regalis, verum etiam, & omnium feudorum remansorum, cum in promptu doceat se legitimum successorem, & solum à lege, & ex tenore investitura vocatum, quæ immisso, quæ petitur ex tenore investitura non est minus privilegiata, quam illa, quæ petitur vigore testamenti non cancellati vigore leg. fin. Cod. de edit. divi, ut ex Ifern. Praepos. Cand. Roland. Gorazdin. & aliis probat Borgnius decif. 36. numero 452. par. 3.  
65 & verè non est judicium, nec petitorum, nec possessorum, quia nec requiritur libellus, nec præstat investitura veteris feudi possessionem, neque dominium, sed confirmationem juris per

mortem quæsiti, adeò ut cum constat petenti esse legitimum successorem, et si contradic-  
66 etio appareat, dum in promptu appetit de non jure contradictis, non est impedienda expeditio investituræ, & demum postea de hoc tractandum, ut ex Ifern. in l. 1. imp. §. insuper, & aliis latissimè fundat Reg. de Ponte consil. 62. ubi numero 19. refert ita decisum, prout verè ita fuit judicatum in causa mea propria pro Lau-  
domia Como mea Avia paterna contra Lucretiam Como sororem secundogenitam in capillo, quam enixè defenderat ipse Reg. de Ponte uti ejus advocatus, & non obstante titulo institutionis in testamento non abolito, nec cancellato, consecuto per lo. Franciscum Baronem Carifi, & Casalis No-  
vi, & aliorum feudorum in quo instituerat hæredem Lucretiam sororem in capillo, & renunciatione Laudomia primogenita, fuit tamen Laudomia de-  
67 creto sacri, juncto Collaterali Consilio, conservata, in possessione dictæ terræ Carifi propè Arrianum, & possus Cannacum, cum bajulatione terræ Baruli tanquam primogenita ut in processu in banca de Caro, nunc de Felice, idque quia investituræ judi-  
cium, est summum Mastrilli. decif. 44. n. 10. cum concord. per Knibbe. de vestiar. paff. par. 3. cap. 1. num. 419. ubi, quod investitus fundatam ha-  
bet intentionem num. 418.

Nec obstat prætensis actus, quo adversarius præ-  
tendit se obtinuisse possessionem tituli, dum ab Ulcerio sub die primo Februarii velut hæres ex te-  
stamento Don Alexandri, prætenditur introduc-  
68 tus in aulam Principis, ut cum eo alloqueretur, ut Marchione. Ultra enim superius fundata ex quibus patet, quod et si D. Vincentius possessionem tituli nactus esset, cum vero titulo careat nihil ei prædoffs posset, quibus addo Gloss. Pan. Aman. Elyn. Robuf. & alios relatios per Gratian. c. 397. n. 43. & 44. lib. 2. discept. quia ut is dicit, cum non possit ha-  
bere titulum, non potest juvari possessione, quæ in istis non datur sine titulo.

Tamen ex actu exercito non potuisse ei posses-  
sionem acquiri, decidit singulariter Bal. in repat. lib.  
1. latiss. ex num. 3. C. de emancip. lib. ubi numero 5.  
69 in fin. probat, quod si quis se gerat multo tempore  
pro Doctore, vel officiali non tamen dici potest  
esse in possessione Doctoratus, eaque exorcendi,  
quæ Doctori convenient, quia certa forma est  
data super illis creandis, quæ non servata loco Pri-  
vatorum sunt, & addit id probari à sufficienti  
partium enumeratione, nam aut iste prætendit se  
Doctorem, vel Magistratum à seipso, & hoc est im-  
possibile, quia in seipso est privata persona, & quia  
nemo sibi ipsi dat titulum, aut à Principe, vel Rege,  
70 & hoc est fallum, quia silentium non dat titulum. I.  
si pro fundo, C. de transact. nam silentium nihil est,  
titulus autem, & iurisdictionis aliquid est, hæc Bald. un-  
decum Prorex Excell. nihil cognoverit, nihil positi-  
vè ordinaverit, vel statuerit, sed solum passivè se ha-  
buerit, audiendo illum, quem Uscerius, sive lan-  
tor introduxit, sive prece, vel pretio commotus,  
ex falsa etiam causa juris expressa per ipsum scilicet  
quod D. Vincentius esset hæres ex testamento, cum  
nec sit, nec esse possit ex silentio Principis, illius ti-  
tulus, neque possessio queri potuit. D. Vincentio,  
71 cum titulatos, uti solus Princeps creat Praefid. Sur-  
gens de Neap. Illustr. in addit. ad cap. 23. fol. 417. sic  
pari modo ipsius solius est causa cognita, cum Col-  
lateral. Consil. verum successorem in possessionem ad-  
mitte-

mitteret, prout petuit D. Franciscus precibus oblatis ultimo Jan. in fraudem cuius litis preparatae clandestinè attentavit D. Vincentius, prout ipse intimatus fatetur, & sic omni jure succumbere debet, ut à sacro, & supremo Collaterali Senatu simul iuris decernendum speratur 4. Junii 1623.

*Pro confirmatione eorum, quæ dixi in precedenti controversia ex num. 43. libuit inserere decisionem  
R. Camerae in eodem artic. de anno 1589.*

**D**ie 23. Augusti 1589. facta relatione in Regia Camera per infra scriptum Magnificum Rationalem Illustr. Domino Regenti Francisco Antonio David Locumtenenti Regiae Camerae Summariae, & existentibus Dominis Præsidentibus ipsius, qualiter in Relevio solvendo Regiae Curiæ per Magnificum Ferdinandum de Paladinis Baronem Casalis Campiæ per mortem quondam Magnifici Caroli de Paladinis ejus fratri inter alia onera paræ tensa per dictum Baronem, debere deduci ab introitibus dicti Casalis, & feudi Afræ, sunt ducati quatuorcentum annui venditi per dictum quondam Magnificum Carolum sub die 1. Martii 1582. Magnifico Marco Aurelio Paladino ejus patruo super dictis Casale, & feudo, in feudum pro ducatis quinque mille eidem debitum, cum pacto, quod non teneatur solvere adobam Regiae Curiæ: super qua venditione fuit obtempatum memoriale assensus sub die 1. mensis Maii 1582. & deinde privilegium ab Excellent. Prorege sub die 18. Februarii 1584. registratum in privilegiorum 26. fol. 22. quæ deductio per Magnificum Procuratorem Regii patrimonii, prætendebatur non debere fieri, stante quod prædictus Magnus Carolus mortuus fuit de mense Decembris 1587. & privilegium prædictum assensus non fuit prætentatum in Regia Camera, & registratum in quaternionibus ipsius infra biennium computandum à die data memorialis, cum assensus prædictus registrari debeat in quaternibus dictæ Regiae Camerae, aliæ habeatur pro non præstito, & viso dicto privilegio producto fol. 47. in Regia Camera, illud fuit receptum, & registratum extra terminum dicti biennii, stante memoriale porrecto Sue Excell. per dictum Magnificum Marcum Antonium die 17. Februarii 1588. per quod fuit ordinatum, quod si in dicto privilegio nihil aliud deficeret, registretur in dicta Regia Camera, non obstante lapsu termini citræ præjudicium jurium fisci, & partis: qua reservatione stante, fuit pro parte Regii Fisci prætensum, onus prædictum non debere deduci à dicto relevio, quia tempore mortis dicti Magnifici Caroli erat nullius valoris, & roboris: & si post mortem fuit de novo per suam Excell. validatum, fuit cum conditione, quod non inferatur præjudicium Regiae Curiæ.

Et discussio plures dicto negotio: fuit per Regiam Cameram consensu provisum, & decretum, prout præsenti decreto decernitur, & providetur, quod dicti ducati quatuorcentum non deducantur a dicto relevio in damnum Regii Fisci.

*Io: Franciscus de Ponte.  
Jo: Camillus Barba Rationalis.*

### S U M M A R I U M.

- 1 **I**nterdictum quorum bonorum pro adipiscenda possessione, & tenuta scudorum, rite recteque procedit, & deinde adversarius de iuribus petitiori experiri debet, & num. 3.
- 2 **R**emedium possessorum quorum bonorum est adipiscenda possessionis.
- 4 **A**gnatus possessus etiam si comprehensus in investitura feudorum, vocatus in testamento, & offerat in promptu de iuribus suis probare, tamen actor babens intentionem fundatam, immittitur in possessionem, & numero 6. & 8. & ita iudicatum. numero 9. & 10.
- 5 **A**ssensus de iure communis requisitus, ut in feudis Pedimontis presumptus ex lapsu 30. ann. sufficit, vel tacitus ex sola scientia domini, sed de jure Regni expressus requiritur.
- 7 **S**oror admittitur ad successionem in Comitatu fratribus, & de iure communis, quam feudorum.
- 11 **T**e testamentum in feudis omnino operatur etiam inter filios, & in beneficium proximi successuri. & num. 12.
- 13 **I**nstitutus immittitur in possessionem feudorum, si ramen is absque testamento succederet, & n. 25.
- 14 **A**ssensus, sive dispensatio ad faciendum testamentum, non dat titulum, sed regulatur ab ipso actu.
- 15 **E**xceptio non requirens altiorum indaginem, nec sit facti probandi, sed probati, potest obici adversus dispensationem, legitimacionem, & Principis rescriptum.
- 16 **I**nvestitura maximè regalis dat titulum, & est potens ad translationem dominii, & possessionis & n. 17. & quando sicut, competit etiam ex investitura abusiva, facultas investitu apprendendæ possessionem propria auctoritate, & nu. 18.
- 19 **I**nvestitus agere potest utile interdicto adipiscenda possessionis.
- 20 **F**eudi dominium, investitura, & successione, acquiritur.
- 21 **S**uccessori in feudo, vigore investitura competit interdictum adipiscenda longè potius, quam bæredi, vigore testamen t.
- 22 **J**udicium adipiscenda possessionis vigore investitura duplicitate praticatur, & num. 23.
- 24 **S**uccessor in feudo debet petere investituras, & probare se talem qualem aliæ denegabitur investitura, etiam quod sit bæres institutus.
- 25 **J**udicium investitura plenus est, quam simplex possessionis adipiscenda, vigore l. fin. C. de edict. Divi Adr. tol. & habet vim mixtam causam proprietatis, num. 27.
- 26 **S**ententia latia in iudicio adipiscenda vigore investitura præiudicat in petitorio, & num. 30.
- 28 **P**ossessorum, quod habet mixtam causam, sive adipiscenda, sive recuperanda, sive retinenda, iustificatur titulo, præscriptum, cum exceptiones aliorum non requirent indaginem, & nu. 29. & 32.
- 31 **J**us proprietatis, ex quibus verbis deductum censatur.
- 33 **A**dvocati causis allegant titulum, sed non exhibent, aliæ si invalidam exhibent, est detentor feudi per sententiam spoliandus, & nu. 35. & 37.
- 34 **T**itulum nullum exhibere melius est, quam invalidum.
- 36 **A**ssensus carere, & exhibere votoriè invalidum, paria sunt.

38 Assen-

- 38 Assensus, sive dispensatio, duo continere debet, primum, posse feudatarium vocare ad successionem extraneum incapacem, secundum etiam ad exclusiōnēm vocatorum superexistētū tempore deferenda successōis.
- 39 Dispensatio innixa falsa cause, sine qua Rex non concessisset, vel durius nulla est iudicanda.
- 40 Renunciatio per filiam à patre dotatam successioni feudarum deferenda, post patris mortem sine assensu nulla est, & de ratione, num. 43.
- 41 Renunciatio facta per filiam à patre dotatam, non importat simplicem abstensionem, sed sapit necessariōd successionem, & importat iurium translatiōnē, & num. seq.
- 44 Renunciatio praesata, velut conditionalis cōfessar collata in tempus mortis patris.
- 45 Filius primogenitus, quamvis heres matris, venit ex propria personā ad feudarum avi successionem.
- 46 Assensus cōfessar concessus suspensive, & ex defēctu exequitoriationis, & registrationis in tempore resolvitur, & reddit ad sua principia accrētivo.
- 47 Clauſula decreti irritans à superiori adiecta, nec etiam ignorantes ligat, & de ejus effectibus, n. 48.
- 49 Dispositio facta vigore dispensationis non solemnis, non reconvaleſcit.
- 50 Dispositio, vel testamentum nullum ex defectu inhabilitatis testantis, vel instituti, non reconvalēſcit, nisi nova intercedat voluntas solemnis.
- 51 Dispositiones, & decretationes in memorialibus absque cause cognitione adversus Pragmaticas sunt nullae.

## A R G U M E N T U M:

Successori in feudo, descendenti, aut collaterali intrā gradus ad successionem admisſos jure communī, vel Regni, velut claro, & aperto jure vocato, ex tenore investitura, competere interdictum adipiscendū longè potentius, quām hodi in instituto vi- gore testamenti, & de probata libelli formula in hoc interdicto successorio; verū si compareat tertius contradictor qui asserat se esse legitimū successōrem, ut necessariōd de hoc cognoscatur probato gradu, erit tunc ex accidenti plenitis iudicium, quām simplex possessorum adipiscendū vigore l. fin. & habebit admixtam causam proprietatis, quod generale esse probatur in omnibus interdictis possessoriis. Ex quib⁹ verbis in libello cōfessatur deductum jus proprietatis, & quomodo cauti Advocati allegent titulum verum non facile exhibeant ne cognito defectu succumbant, quotque variis modis reddi possit in promptu nulla dispensatio circa admissionem agnati ulterioris in praejudicium proximē vocati, & de renunciatione filia dotatæ à patre successioni feudorum deferenda, & assensu requisito & si noceat filio renunciantis, venienti ex propria persona, aliisque plūibus.

Pro eodem D. Don Francisco  
in eadem causa.

## C O N T R O V E R S I A XV.

**R**oborando, quæ omnium primus, plures versi in discursu cauſa super variis articulis, & novissimè ad tuitionem observantie Pragmatica Caroli Cæsaris, de jure scripsi ad fundandam nullitatem dispensationis pro D. Fran-

cisco Protonobiliss. ut tandem nato domino videamus stellam veritatis, & justiciæ in Oriente, & spērata fruasur victoria, subscriptas recolligimus conclusiones, ex quibus nōx, sicut dies illuminabitur

## Prima circa ordinem iudicis.

**J**UDICium scilicet adipiscendæ possessionis fendorum propositum per D. Franciscum uti nepotem ex filia, claro, & aperto jure vocatum ex tenore investitura, & Regni consti. rite, recteque procedere, ejusque esse natura, ut merito in hoc iudicio discussum sit de viribus, & validitate dispensationis, ut super hoc veluti discussio, & cognito, sit necessariōd pronunciandum, cum nihil aliud supersit, nec sit expeditandum pro restituenda tenuta fendorum indebet ex adverso occupata.

Hanc enim libelli formulam probavit in puncto in simili omnino causa *Decius conf. 4.24.* dum rogatus a Card. de Medicis, respondit pro D. Franciscā de Montibella Viceregina Neap. super successione Caroli fratris Comitis Montisbelli, & aliorum fendorum, quæ cum tanquam soror, & proximior in gradu fratri mortuo sine liberis, petiisset immitti in possessionem ex interdicto adipiscendæ quorum bonorum, contra Dom. Sebastianum de Montibello, qui cōperat possessionē comitatus, & tanquam agnatus, & possessor prætendebat se esse legitimū contradictem, & allegabat titulum fideicommissi quoniam Jacobi senioris, & Bigonis Montisbelli, & sic ab antecessoribus Caroli ultimo loco defuncti; duo resolvit *Decius*: Primo, bene, & consulte intentum fuisse remedium possessorum, quorum bonorum, quod constat esse adipiscendæ possessionis, ut ipse idem *Dec.* subiicit post n. 4. & salubre fuisse consilium, ut prius ex dicto remedio actrix obtineret possessionem, ut postea adversarius de viribus petitorii experiretur; ut tradit n. 1. 2. & 3. secundū, nedum in ordine, sed in justitia, actricem obtinere debuisse, & secundum illius petitionem esse pronunciaendum, ut post n. 3. vers. est ergo nunc, &c. & precise post n. 7. prædict. sāmen, & simil. non obstante, in fine, & per totum conf. quod integrum legendum obsecro cum videatur *Decium* allegasse in hac nostra causa.

Nec confiderari potest aliqua diversitas facti, quæ diversam juris decisionem importet quinimō a fortiori includitur in decisione *Decii* casus noster, siquidem ibi Sebastianus conventus, & possessor erat agnatus comprehensus in investitura, & de descendentiibus primi acquirentis feuda, ut fatetur *Decius*, dum tradit ipsorum genealogiam post n. 20. vers. & ista conditio, nec debeat in ejus beneficium vocatio facta in testamento, siquidem contendebat se esse vocatum, non in uno solum, sed in duobus testamentis Bigonis, & Jacobi, & obtulit se incontinenti probare de juribus suis, post n. 3. vers. secundo quis, & alibi inferius, & sic in termino patet probare de assensu, si requirebatur, qui in terminis juris communis, ut erat in feudis *Pedemontium*, de quibus agit, sufficiebat præsumptas ex la- psu 30. annorum, vel tacitus ex sola scientia domini, cum tamen de Jure Regni requiratur expressus, ut latè per *Annam in repet. confit. constitutio-* nem, ex n. 43. imò ibi conventus non se coarcta- verat, exhibendo assensum, qui ex sua inspectione apparuerit invalidus, prout hic, sed solum obtulit in promptu docere de jure suo, unde poterat etiam

- in petitorio docere de assensu etiam præsumpto, vel tacito, & nihilominus solum ex eo, quia Domina
- 7 Francisca actrix habebat intentionem fundatam de jure communi, & jure feudorum, ut tanquam soror admitteretur ad successionem in Comitatu fratri, ut probat, & repetit plures Dec. post num. 8. ex decis. tex. in cap. unico, §. inter filiam. & §. defuncto milite, quæ jura optimè expendit Dec. num. 11. & 12. juxta aperta verba S.C. & comm. omnium sensum, ut descendens, vel transversalis claro, & aperto jure vocatus, de jure communi Romano, si dubitetur esse scuda, vel de jure feudorum, si constet esse feendum, etiamsi sit foemina, cum infiniti sint causas, in quibus etiam jure communi foeminam admittitur, & maximè ubi viget consuetudo, ut est in Regno notoria, admittendus sit in possessionem, excluso quolibet agnato ulteriori, etiam capaci, ut de magis communi, verissima, [& receptissima, & rerum judicatorum autoritate à Senatibus totius orbis, cum Affl. decis. 119. Ofasc. decis. 26. ubi de communi, & recepta sententia, etiam contra agnatum, qui reperiatur in possessione, quod esse receptissimum in fine probant Roland. conf. 98. num. 31. lib. 3. & ex Glof. Bald. Laud. Alvar. Prepos. Dec. Brun. Soc. jan. Grato. Colle. Senat. Bonon. & Senat. Mantuan. probat Vivius, dicens contrariam opinionem esse nimis solitariam, decis. 409. num. 23. n. 3. & juxta conf. Decii, pro dicta Domina D. Francisca Viceregina Neapol. fuisse judicatum in Senatu Ducali Pedimentum in Civitate Taurini de anno 1527. quam reperi fuisse uxorem Don Caroli della Noy, qui eo tempore pro Carolo V. in Regno præterat, ut ex processu D. Hyppolite de la Noy, cum Domino Sergio Muscettula in banca Cioffi, testis est ita fuisse decisum Aymon publicius, qui in dicta causa, ut Senator Ducalis, votum dedit in Consuet. Alvar. tit. 2. artic. 4. num. 25. & tit. 3. art. 1. num. 13. refert Burfat. conf. 234. post num. 15. lib. 3. ubi opin. Decii. & decis. innumeris authoritatibus, comprobatur, &
- 10 extollit, ut non immerito judicatum pro D. Francisca, iterum pro D. Francisco judicandum sit, & datum conf. Decii extollunt Senatores Mantuanos in conf. 1. num. 55. inter conf. status Montisfort. & illis relatis Roland. à Valle conf. 98. num. 31. lib. 3. ubi advertit conf. illud Decii fuisse requisitum pro veritate, ulterius, & secundò ritè dicimus propositum remedium adipiscendæ, non vigore testamenti, & sic
- 11 ex vulg. l. fin. de edit. Divi, quod est summarissimum, cum ipse non sit institutus, sed vigore investituræ, quæ non solum dat eundem titulum, ac si esset haeres scriptus, sed longè potentiores; cum enim testamentum in feudis nihil omnino operetur, cap. i. de success. feudi, ibi, nulla ordinatione defunctorum in feudo manente, vel valente, cap. i. §. sed res, per quos fiat investit. cum concord. à Camer. in cap. Imper. cap. 24. col. 3. litera L. etiam inter filios, &
- 12 in beneficium proximè successuri, adeò ut licet agnatus possit feudum alteri proximo successuro per contractum refutare, minimè hoc facere poterit per actum ultimæ voluntatis, ut stet tanquam ultima voluntas, ut ex Isern. & aliis probavit latè Camer. car. 24. per totam, dum explicavit decis. d. cap. i. & precisi col. 4. lit. S. & T. D. Amatus latè d. consil. 100. ex num. 93. ubi ita demum, esse locum immisioni si is sit institutus, qui absque testamento succederet non aliter.
- 13 Et minùs etiam operatur assensus Regis, sive rectius dispensatio ad illud faciendum, quæ per se nullum

- 14 lum dat titulum, sed solum respicit licentiam faciē di testamentum, & sic regulatur ab ipso actu Anna sen. alleg. 67. n. 4., & cum dispensatio ipsa sit actus extra testamentum, et si de dispensatione appareat 15 per instrumentum, conceditur tamen facultas obiciendi exceptiones adversus ipsam, tametsi nihil contra ipsum testamentum obici posset, quod indubie procedere, ubi objectiones non requirent altiorum indaginem, nec essent facti probandi, sed probati, concludit in puncto Messob. de adipisc. posses. remed. 4. q. 80. n. 753. & 759. & seq. ubi constito de incapacitate hæredis instituti resolvit posse adversus legitimationem, & rescriptum Principis obici exceptiones, quæ ipsum in promptu invalidum redderent, etiam in judicio summarissimo dict. l. fin. ad latè tradita à Pereg. de fideccmni. art. 46. ex n. 35.
- Quod autem non operatur testamantum, potentissime sine dubio operatur tenor investituræ; si quidem investitura ipsa dat titulum, & potens est ad transferendum dominium, quod indubitanter procedere in investitura regali, et sic constituto feudo per Regem, tradit optimè fern. in c. i. quid sit investit. num. 2. in fin. vers. alii dicunt, quod in principibus, ubi Liparulus in verba regalibus, ist. X. al. legat eundem Iser. Alexan. Affl. Dec. Pern. Jacobin. Loffred. et alios dicebat Bal. quod in Regno Apuliae, ubi est privilegium Regis, statim est quæsitum utile dominium investito, ut per eum in l. 1. in ultimis verbis, C. de rerum permis. et quod transfe- 17 ratur dominium, et possesso, Affl. decis. 299. n. 21. cum sequent. & 24 plura in allegatione pro Regente Albertino in lib. 2. Frecc. de subfeudis, n. 68. fol. 138. plenissime Dominus meus avunculus, et Magister Reg. de Curte in 1. p. tract. feudal. c. 1. incipiente, ut igitur, n. 17. & 19. cum seq. quem citat, ut solet sèpè, cum aliis innumeris ad hoc And. Knichen. de jure territorii, c. 2. n. 8. 9. & 10. et ubi ex 18 investitura, n. 1. acquiritur dominium, nec possesso, competit saltim etiam ex investitura abusiva facultas investito apprehendi possessionem, propria authoritate Andr. et Affl. in c. i. §. si facta, si de feudo defunctorum militis cum concordantibus per Lipar. ad Iser. in d. c. 1. n. 1. in fine, lit. l. vers. non acquiritur. Dominus meus de Curte d. c. 1. n. 3. plura Intrig. de 19 feudis p. 1. qu. 55. n. 12. ubi probat investitum agere posse utili interdicto adipiscendæ possessionis, quæ si procedunt ab initio, antequam investitus possessionem apprehendat, longè fortius procedunt ad beneficium successoris illius, qui feudum possedit, 20 in quem dominium feudi ipso jure transit, investitura enim, et successione, dominium feudi acquiritur, Iser. in c. sanctimus, ubi quod statim dominium transcat, ex l. c. cum hæredes, etiam ante juramentum fidelitatis Affl. ibi num. 28. & seq. quo temp. miles, quod dominium semel successione quæsitum permane se, ut ex Gabr. & Grato probat D. Knichen. 21 de vestitur. p. 3. c. 1. n. 161. & 262. et ideo successor in feudo, vigore investituræ competere interdictum adipiscendæ possessionis longè potenter, quam hæredi investito vigore testamenti firmant in puncto Iser. Petr. de Raven. Alvarot. Prepos. et ceteri in d. §. inter filiam si de feud. defun. mil. Roland. Gonzud. et alii relati per Cavalc. dec. 36. n. 452. lib. 3. idem Roland. et Surd. quos citat Dom. Amatus postea visus conf. 100. n. 89.
- Hoc autem judicium adipiscendæ vigore investituræ duplicitate practicatur. Primo cum successor simpli,

Simpliciter petit veteris investitura confirmacionem, & ipsius vigore in possessionem feudi immitti respectu domini directi, & hoc est summarissimum, quod fine libello solet explicari cum non teneat ad effectus acquirendi feudum jam ex successione acquisitum, sed ad finem confirmandi jus, quod per prius habebat, & ex successione acquisierat recognoscendo, ut novus dominus, & fidelitatem directo domino pollicendo, *Iseria num. 59. & 60.* ubi etiam reliqui in d. s. *Insuper si filius.*

Secundo vero, cum adversus petentem investitutam, sine feudi possessione tertius opponit afferens actorem non posse succedere: sed ipsum tertium contradictem esse legitimum successorem, ut propriè contingit in casu nostro, tunc non erit controversia in vestitura inter heredem vasalli, & Dominum, sive fiscum in Regno, sed inter ipsos successores, ut liquidato, sive electo vero feudi successore, in illius personam expediatur investitura, & hoc casu non erit judicium summarium, sed ordinarium: non ex propria natura judicii investitura confirmatoria, sed ex accidenti respectu tertii comparentis, quia cum investitura sit facienda in personam successoris, & hoc contravertitur, perneccesse erit ut praæambulum cognosceretur ex collitigantibus sit legitimus, & verus successor, & sic omnia, quæ ad hoc conferunt, in hoc judicio discutienda veniunt, non per regulam possessorii, nec petitorii, sed ad explicandum concernentia actuum, & discernendum verum, & solum successorem, sine quibus ille declarari, sive in esse deduci, non potest *Iser. in d. s. sanctius, n. 10.* ubi *Affl. & Loff. quo tempore miles, Iser. in cap. sciendum §. fin. de feudi cognitione,* reasumit hec, & plurima alia formaliter latissimè discurrendo *D. Regens de Ponte conf. 62. pro Comito Triveneti à principio, & ex num. 14. usque ad 32.* & præsertim *nem. 15. 16. & 17. ubi num. 19.* dicit hanc esse communem omnium scholam fundatam in notoriis iuris regulis, cuius dicta ornat, & extollit *Knichen. de interd. adipiscend. quorū bonarum, cap. 6. n. 284.* & seq. & sequitur noviss. *D. Rav. postea visus conf. 5. ex num. 10.* ubi addit plura numer. 13. quæ apud eum videri possunt, & num. 18. subjicit *de Ponte,* qui vult succedere in feudo, debere petere investitaram, quæ probare debeat se tales qualem quod debeat ad successionem admitti, ut propriè fecit in præsenti *D. Franciscus*, dum probavit gradum, & nisi probet se proximiorem, & habilem, denegabitur investitura, etiam quod esset haeres institutus, quia remedium legis finalis cessat in feudis, nisi instituta persona, quæ alias ab intestato succederet, velut proximior *ex Affl. in vulgata dec. 119. in principio,* qui ita refert decisum per totum *S. C. accedit Frec. in 20. differentia feudi ex pacto,* & hereditarii, ita novissimè addit idem *de Ponte* judicatum in causa sororum *de Camo per S. C. in Collaterati,* quod mihi accidit in causa propria, ubi non obstante institutione Lucretiae Como sororis secundo genitæ in capillo, quam enixè defendit idem *de Ponte. conf. 13. lib. 1.* sed pro contraria parte scripsit *D. Jacob. Gallus conf. 64.* pro quo judicatum, & immissa in possessionem, & prælata, Laudonia Como primogenita, mea Avia paterna, tanquam vocata ex tenore investitura, non obstante renunciatione, & testamento, idque ex meritis, & discussa justitia causæ principalis, & prouinde subjicit idem *de Ponte* numer. 20. hoc judicium investitura se habere in plus, & sic plenius esse, quam simplex possessorium adi-

piscendas, vigore d. l. fin. quia cum oporteat verisimiliter petentem esse legitimum successorem, & necessarium debere discuti de proprietate, & dominio inter concurrentes ad successionem, & prouinde sententia lata in hoc judicio præjudicabit etiam in petitorio, ex *Bald. loco per eam citato, n. 21.* dicentem hujusmodi pronunciationem concernere jus hereditarium, omnemq; ipsorum successorum, quod necessarium venit discutiendum, & determinandum, & num. 23. & 24. hoc judicium habere admixtam causam proprietatis ex propria natura ipsius, cum ad justificationem possessorii oporteat docere de titulo, leg. 1. §. quædam, ff. de interdictis, 1. 3. §. hoc autem, ff. de itinere, actuque privato, causa enim ipsa possidendi, & sic titulus in istis mixtis perpenditur, qua cessante, cessat quoq; effectus, requiritur enim legitima possessio, quæ sine justo titulo non prodet, *Bal. l. 1. n. 6. in fine, vers. quero. quid, C. si de momentanea possessione,* & plenius in repetit l. 1. ex n. 4. vers. idem probatur, *C. de emancipatione libero-rum.* Idque generale esse in omni possessorio, quod mixtam habet causam, sive adipiscendas, sive recuperandas, sive retinendas, cum in his quicquid adversarius detrahit proprietati, pertrahat etiam possessioni, præsertim cum exceptiones incontinenti probantur, nec altiore exigunt indaginem, ut in possessorio, ex *I. tauri 45. probat latè Molin. lib. 3. c. 23. ex n. 9.* & de possessione feudi late tradunt *Iser.* & *Affl. in §. illud l. Imperiale, Dec. respons. 45. post n. 8. vers. item dum dicunt in primo, Verardus conf. 76.* substantia enim possessionis in his possessoriis imbibenda, & tingenda est prælibata qualitate dominii *Bald. conf. 161. num. 5. 125. Aleiat. conf. 5. n. 9. in 6.* & ut redeamus ad d. conf. de Poss. addit ipse, judicium investitura fundari mediante causa proprietatis, & prouinde fit, ut sententia lata in hoc judicio, pariat exceptionem rei judicatae in petitorio ex concordi sententia, ut is testatur omnium scribentium, nemine excepto n. 26. usque ad 31. Et maximè cum in casu præsenti non petierit *D. Franciscus* simpliciter immisionem, sed asseruit se Marchionem Terræ Achajæ uti filium & primogenitum *D. Cornelius*, filius unigenitus *D. Alexandri*, relicto ipso supplicante successuro, ex quibus verbis censeri deductum omne jus proprietatis, in terminis *idem de Ponte d. conf. 62.* post n. 31. ex quibus, & aliis verbis petitionis, nedum simul junctis, sed singulis, omnia concernentia titulum, & causæ justitiam deducta censentur, à quo titulo pendere possessionis justitiam, dixit *Sylv. de feudi recogn. quæst. 23. n. 44. Kinchen. d. cap. 135. Et de vestitur. paci. partium, par. 3. cap. 1. n. 228.* 33 adversarius autem cum potuisse uti cautela tradita à *D. D.* allegandi dumtaxat titulum, & non exhibendi, ut faciunt cauti Advocati, quod ut post alios admonet, & laudat *Camer. in l. Imperial. car. 8. litera C. Dominus meus Reg. do Cure. par. 1. de feud. cap. 16. num. 130.* quem ad hoc in specie citat *Mastrill. decisi. 114.* post num. 41. lib. 2. maluit tamen exhibere testamentum in dispensatione, quæ ex sui facie apparuit nulla, & invalida, licet melius fuisse ei nullum exhibere titulum, quæ exhibere invalidum *Bellam. decisi. 50. n. 1. Peregrin. conf. 2. 34. n. 50.* vnde meritò actor objicit *D. Vincentio*, tu habes titulum quo spoliari mereris, *Hieronym. Gigas conf. 14. n. 9.* prout contingit in casu *Affl.* 35 dec. 197. ubi ideo refert fuisse detentorem feudi per sententiam spoliatum, quia dixit se non habere af-

sensum, ut quod ea ratione continguisse testantur **A-**  
**37 na alleg. i. num. 33.** paria autem sunt fateri, assen-  
 su carere, quam exhibere notoriè invalidum ex re-  
 plicatione actoris in promptu nullum esse docentis,  
*Ksich. d. cap. 7. quorum bonorum, num. 298. & 299.*  
 qui enim incaute producit privilegium, quod ex  
 sui facie apparat invalidum, semetipsum excludit,  
 quia inspectio tituli demonstrat veritatem, à qua  
 sumebat initium virtus possessionis, ut ex *Baldo in*  
*I. liberti, libertaque, propè fin. C. de oper. liber.* in  
 puncto decisum refert *Franc. de Amicis* feudis in-  
 terp. in suo opere *feud. 6. sequitur modo, post n. 8.*  
*vers. & similiter, car. 244.*

**Secunda conclusio concernens iustissimam causam,** sit,  
 ut dispensatio Regis nostri non solum fuerit om-  
 nino nulla ex defectu solemnitatis formalis,  
 & substantialis, ut alios latè scripsimus, sed in se  
 ipsa.

**38 D**uo enim expressè continere debebat dispen-  
 satio, primum, quod posset D. Alexander  
 vocare ad successionem, extraneum in gradu non  
 successibili, & sic incapacem alterum verò, quod id  
 facere potuisset etiam ad exclusionem filii, quando  
 temporæ deferendæ successionis supervixisset, cum  
 tamen hoc ultimum petitum non legatur, & mul-  
 tò minus concessum.

Replicat coventus, sufficere se in precibus ex-  
 posuisse habere filiam D. Corneliam, quæ ab ipso  
 dotata renunciaverat; & licet rectè inquieti id spe-  
 cificè, & expressè petitum videri non possit, cum  
 id necessarium fuerit exprimere, ad finem obtainen-  
 di primum caput, juxta consuetam clausulam,  
**39** nammodo debet successores, ut ex indè appareat, non  
 fuisse hoc expressum ad alium finem, quam obti-  
 nendi primum caput habilitandi, scilicet inhabi-  
 lem, & maximè, cum in verbis dispositivis tam sup-  
 plicantis, quam concedeatis, nec verbum quidem  
 de secundo capite, quinimò adjecta fuit in fine  
 expressa reservatio juris tertii, quæ ad nullius  
 alterius beneficium verificari potest, nisi pro le-  
 gitimo successore, qui superstes esset, tempore  
 delataræ successionis. Sit tamen vera, citrè tamen  
 veri prejudicium, hæc partis intelligentia, quod  
 fuerit ex his verbis expressè petita facultas exclu-  
 dendì filiam, quia dotata renunciaverat, ex hoc  
 sequitur, quod si renunciatio prædicta fuit ex  
 duplice defectu nulla, dispensatio Regis super illa  
 fundata, quæ ab inicio, vel ex post facto evanuit, vel  
 subreptitia, & innixa falsæ, cause expressè ab im-  
 petrante, sine qua Rex non concessisset, vel durius  
 annuisset, consequens est, ut nulla sit judicanda, ut  
 optimè, & latè per *Frecciam de feudis lib. 2. que-*  
**40** *tion. 26. per totum, præsertim in fin. car. 212.*  
*& 213. renunciationem autem, quam facit filia,*  
 dum à patre dotatur, renunciando successioni feudo-  
 rum deferendæ post mortem patris, esse omnino  
 nullam sine assensu, docuit post antiquos in termi-  
 nis *Minadous in repet. constitut. in aliquibus in*  
*ostavo notabili, post num. 10. ibi; sed renunciatiq-*  
*nes, quæ solent fieri, respiciunt omnem casum suc-*  
*cessionis, ita quod potest comprehendendi casus, in quo*  
*renunciatio operatur effectum in favorem alterius,*  
*qui non est proxime successurus, vel etiam in favo-*  
*rem ipsius fratri, quando nos esset proxime suc-*  
*cessurus, ut puto, quia soror liberos suscepisset,*  
*tempore evénientis casus hæc *Minadous,**

Utrumque autem concurrit in casu nostro, quia  
 D. Alexander pater recepit renunciationem ad  
 hunc propriè effectum, ut institueret: nedum non  
 proximè successurum, comprehensum, tamen in in-  
 vestitura, de quo loquitur *Minadous*, sed proorsus in-  
 successibilem, & incapacem, de quo in facto constat  
 ex confessione D. Alexandri, dum in precibus ex-  
 poluit, que ha renunciado ex muy ampla, y valido  
 forma a beneficio del supplicante, que pueda disponer  
 de todos sus bienes, y particularmente feudales à  
 su libre alvídrio, y voluntad. Et in parte dispositiva  
 Rex se fundavit super hoc facto, ibi, nos autem  
 afferimus per dictam filiam suam juris, & actionis,  
 in bonis paternis sibi competentis, remquam bare-  
 di legitime ipsius Marchionis, &c. & sic recepit  
 Marchio renunciationem à filia, ut disponeret in  
 extraneos, prout disposuit, & amplius evenit,  
 quod consideravit *Minadous*, tempore evenientis ca-  
 sus, scilicet mortis D. Alexandri, suscepisse D. Cos-  
 peliam filios, qui fuissent proximiiores ipsius quo-  
 cumque, etiam conjuncto, cum ipsa refutasset, quinimò prædecessit ipsa patri, superstribus fi-  
 liis venientibus ex propria persona, qui casus est  
 longè fortior, & sic *Minadous* decidit in punto,  
 renunciationem in præsenti casu factam, esse nul-  
 lam sine assensu, doctrinam autem *Minadous* fun-  
**41** dari in solidissimis juris principiis, appareat ex eo,  
 quod cum filia, dote recepta, renunciat patri viven-  
 ti successionem deferendam, de necessitate renun-  
 ciatio non importat simplicem abstensionem, sive  
 abdicationem, sed sapit necessariò successionem,  
 & partis legitimæ, anticipatam perceptionem.  
*D. Reg. Rovitus conf. 46. num. 16.* & ideo importat  
**42** necessariò jurium translationem, cessionem, &  
 donationem, ut infinitis, probat *C. de Anna conf. 45.*  
 & num. 35. vers. & in primis, ubi num. 55. & se-  
 quentibus hoc fundat decem mediis, & infert n. 62.  
 ex hoc necessarium esse assensum, juxta doctrinam  
*Minadous*, & n. 68. resolvit contrarium, & dic-  
 cit communem, & ita judicatum in causa Beatrixis  
*Pignatellæ*, pro qua obtinuit, Dominus meus ficer  
*Camillus de Medicis confil. 35. ex num. 15. ad finem*  
*comprobans doctrinam *Minadous*. ex veris juris prin-*  
*cipiis, & n. 34. fundat, nunquam renunciationem*  
**43** hæreditatis talis deferendæ, valere posse absque as-  
 sensu, cum semper habeat tacitam conditionem an-  
 nexam, si hæreditas scilicet deferatur, & ob id, velut  
 conditionalis, non potest substineri, uti simplex, &  
 pura, juxta notata in c. 1, §. & *libellum, de aliena-*  
*tione feudi paterni*; fuit etiam ex alio virtus dictæ  
 renunciationis nullata ex post facto; si quidem cū  
**44** ipsa, velut conditionalis censeatur collata in tem-  
 pus mortis patris, quo tempore purificatur condi-  
 tio, juxta notata in *I. qui superstis, ff. de acquirenda*  
*hæred. Dominus meus Capiccius dec. 159. n. 14. quem*  
*citat Dominus meus ficer confil. 98. n. 15.* & 16. &  
 in punto doctiss. *Dominus Rovitus c. 46. n. 32.*

Cum ante mortem D. Alexandri prædecesserit  
 D. Cornelius superstribus D. Francisco, quem tue-  
 mur, & aliis filiis, renunciatio omnino evanuit, ac si  
 nunquam facta fuisset, adeò ut D. Francisco primo  
**45** genitus venerit ex propria persona ad feudorum  
 avi successionem, quamvis fuerit hæres matris sua,  
 ut ex communi, & magis communi, & plures judi-  
 catum, & inconculse servatum, testantur *D. de Fran-*  
*cis dec. 67. ex n. 7. ad finem, Regens de Ponte con-*  
*sil. 40. num. 6. doctiss. Dominus Georgius allegat. 30.*  
*num. 33.*

num.33.usque ad num.43.Morotius consil.22.in primo dubio, Consiliar.de Anna consil. 92. numer. 43. Peregr.de fideicommiss.artic.52.numer.93.car.mibi 308.

Ex quo sequitur, quod si D. Franciscus venit ex propria persona, ipse erit ille tertius, cuius jura voluit justissimus Rex reservare in dicta dispensatione, in clausula de per se principaliter adiecta, non in exequutivis; videns enim Rex, supplicantem fecisse mentionem de D. Cornelio filia, & quod ipsa renuntiaverat in valida forma, voluit, ipsius, & suorum descendientium jura reservare, quatenus sibi, vel filiis, renuntiatio non obesset, & ex propria persona, ut tertius veniret, qui casus propriè accidit, unde resoluta renuntiatione, quæ fuit unicum fundatum dispensationis, etiam juxta adversarii intelligentiam, omnino dispensatio inanis, & inficax redditur.

### Tertia Conclusio.

46 Dispensationem, non solum ipso jure nullam ex defectu exequutoriationis, & registrationis in tempore non factæ ex Pragmatica cum clausula decreti annullativa, quæ ipso jure irritat quoscunque assensus, & privilegia, quæ censentur concessa suspensivè, & demum lapso tempore, resoluuntur, & redeunt ad sua principia attractiva, quæ totum annihilat, ut ex Bald. & aliis ultrà loca citata fundat D. Reg. de Ponte de assens. Regis, §. 9. n. 3. & 4. post

47 Dominum meum Capycium decif. 9. ubi quod clausulæ decreti irritantis à superiori adiectæ, tanta est vis, ut nec etiam de consensu ambarum partium renuntiari possit, & quod liget etiam ignorantes, adeò ut dispositio reddatur nulla, etiam si pars non alleget, & sic non est necessarium, ut pars revocet actum, quod latius prosequitur D. Petr. ibi in ultima additione, quæ honorificè, & merito ad hoc citat D. Rovitus in Pragmat. 20. de fead. n. 2. & decem effectus hujus clausulæ irritantis, omnes ad casum præsentem accommodatos, congerit Alex. Barbosa 48 de clausulis, cap. 112. verùm, esto citrà tamen veri, præjudicium, quod non annullaret actum ipso jure sed quoad effectum, tamen hoc necessariò esset intelligendum, quando solemnitas adhiberetur post annum tempore habili, juxta partis intelligentiam.

Sed hic fiunt testamentum, & codicilli vigore dispensationis sub die 13. Junii 1622. & demum post factum testamentum, & codicillos, subsequitur memoriale cum decretatione pro registro Regiæ Cancelleriæ, & fit ipsa registratio die 14. ejusdem mensis; unde dispositio præcedens facta vigore dispensationis, quæ eo tempore non erat undique completa cum necessaria solemnitate, non potest convalescere, Surdus dec. 278. nu. 30. Marcobrun. optimè conf. 51. num. 48.

Nec potuissest ex nova voluntate supervenienti, post completum actum registrationis dicto die 14. convalidari, nisi ex nova voluntate solemnni, cum eadem solemnitate coram septem testibus, siquidem, nova voluntas solemnis fuit necessaria, dum defensio etius provenit ex inhabilitate testantis, vel instituti ut est in casu nostro, ubi nec testator poterat disponere, nec institutus erat capax ablique dispensatione, ex doctrina clarissima Bart. in l. 1. §. sed si filius familiæ, ff. de leg. 3. & in l. filio, n. 35. ff. de injusto, rupt. & sic etiamsi cōcederemus solemnitatem esse effectivam, non autem formalem, quod penitus negamus,

adhuc dispositio facta ante solemnitatem adhibitam, subsistere non posset, addo nunc Dom. Præfitem Amatum consil. 69. & quod dispensationes, & 51 decretationes memorialium. quæ fiunt, absque causæ cognitione, nulla præcedente informatione contrà dispositionem legum, & Pragmaticarum, sint nullæ, & invalidæ, & Principem præsumi in illis circumventum, idem de Ponte de diversis prævis. §. multoties petunt nra. 11. & 12. & num. 19. quod actum jam irritatum subsequens dispensatio non confirmat, neque prodeste possit, idem de Ponte consil. 1. num. 50. in 1.

### S U M M A R I U M.

- 1 **D**ispensatio omnia expresse continere debet, quæ obstatre possunt, idque specificè, & expresse num. 2.
- 3 **D**ispensatio Regis, ut ulterior agnatus in feudo bæreditario admittatur, stante renunciatione filiæ, redditur nulla, ut subreptitia innixa false causa, si renunciatio non ad. st, vel non est legitimè facta præsertim, si Rex dispensando se fundat in illa n. 5.
- 4 **R**enunciatio facta per filiam patri tempore dotacionis successioni feudorum deferenda nulla est sine assensu, & n. 7. & 8.
- 5 **F**ilia, quæ dote recepta, renuntiat patri, non solum se abstinet, & sic renunciatio importat abstensionem, sed importat juris translationem.
- 6 **R**enunciatio successioni deferenda, tacitam continet conditionem, si successio deferatur, & sic uti conditionalis, non sublinetur ut simplex refutatio.
- 10 **R**enunciatio prædicta censetur collata in tempus incertum paternæ mortis, cum viventis nulla sit bæditas.
- 11 **F**ilius renunciantis, matre decedente, ante quam successio deferatur, potest succedere ex proprio persona licet si bæres matri renunciantis de comm. & magis comm. & ita pluries judicatum num. 12.
- 13 **T**estamentum, vel dispositio, quibus testator vocavit agnatum ulteriore, excluso proximiore nulliter facta, non potuit reconvenire ex supervenienti registratione necessaria pro convalidatione prædictæ dispensationis, cujus vigore erat faciendum testamentum.
- 14 **T**estator etiam ex nova voluntate supervenienti non potest facere, ut reconvalescat testamentum nullum ex inhabilitate testantis, vel instituti, nisi cordam septem testibus.

### A R G U M E N T U M.

Roboratur motivum, de quo in præcedenti controversia agitur in dispensatione specificè exprimenta esse. omnia obstantia, nec sufficere mentionem facere de renunciatione facta per filiam tempore donationis, dum ipsa renunciatio erat nulla ex defectu assensus, sicut testamentum factum vigore dispensationis nullæ, ex supervenienti solemnitate reconvenire non potuit.

## Pro codem.

## CONTROVERSIA XVI.

**C**onfirmando motivum, de quo in priori controversia, dispensationem obtemptam a D. Alexandro de Montibus prodesse non posse D. Vincentio hæredi instituto; siquidem duo expressè continere debeat dispensatio. Primum, quod posset D. Alexander vocare ad successionem extraneum in gradu non successibili, & sic incapacem, alterum vero, quod id facere potuisse etiam ad exclusionem filie, quando tempore deferendæ successionis illa potuisse: cum tamen hoc ultimum petitum non legatur, & multò minus concessum.

Replicat adversarius, se in precibus exposuisse habere filiam D. Corneliam, quæ ab ipso dotata renunciaverat, *en mui ampla, y valida forma*, &c. ex quo infert sufficienter expressisse, se velle vocare ulteriorem agnatum ad propriæ filie exclusiōne.

Et licet recte intuenti, id specificè expressè petitum videri non possit, cum necessarium fuerit exprimere se habere filiam, & sic legitimam successorem, quia alioquin Rex non concessisset posse ulteriorem agnatum vocare, & sic cum fuerit id necessarium exprimere ad finem obtainendi primum caput, juxta consuetam clausulam, *dummodo habeat successores*, &c. non exinde infertur fuisse hoc expressum ad alium finem, quam obtainendi primum caput, & maximè, cum in verbis dispositivis tam supplicantis, quam concedentis, nec verbum, quidem de secundo capite quinimò adjecta fuit expressa reservatio juris tertii, quæ in nullo alio verificari potest, nisi in legitimo successore.

Sic tamen vera hæc partis intelligentia, citrā tamen veri præjudicium quod fuerit ex his verbis expressè petita facultas excludendi filiam, quia dotata renunciaverat; ex hoc sequitur, quod si renunciatio prædicta fuit ex duplice defectu nulla, dispensatio Regis fundata super renunciatione nulla ab initio, vel quæ ex post facto evanuit, vel subreptitia, & innixa falso cause expressæ ab impenetrante, sine qua Rex non concessisset, vel durius an quisset, consequens est, ut nulla sit judicanda: renunciationem autem, quam facit filia, dum à patre dotatur, renunciando successioni feudorum deferendæ post mortem patris, esse omnino nullam sine assensu, quem certum est hic non fuisse adhibitum, docuit post antiquos in terminis propriè nostris Minad. in repet. Consist. in aliquibus, in 8. notab. post num. 10. ibi, sed renunciations, que solent fieri, respiciunt omnem casum successionis, ita quod potissimum comprehendit casus, in quo renunciatio operatur effectam in favorem alterius, qui non est proxime successor, vel etiam in favorem ipsius fratri, quando non esset proxime successor, ut puta quia soror liberos suscepisset tempore evenientis casus, hæc Minad. utrumque autem concurrit in calu. nostro: quia D. Alexander pater recepit renunciationem adhuc propriè effectum, ut institueret, nedum non proxime successorum comprehensum tamen in investitura de quo loquitur Minad. sed proslus insuccessibilem, & incapacem, & hoc in facto constat ex assertione ipsius D. Alexandri, dum in precibus expo-

suit, Que hæc renunciando en mui ampla, y valida forma à beneficio del supplicante, que pueda disponer de todos sus bienes, y particularmente feudales a su libre alvidrio, y voluntad.

5 Et in parte dispositiva Rex se fandavit super hoc facto, ibi, nos autem attentis, &c. & in primis renunciatione facta, ut afferitur per dictam filiam suam, juris, & actionis in bonis paternis sibi competentis, tanquam hæredi legitimæ iphius Marchionis &c. & sic recepit Marchio renunciationem a filia, ut disponeret in extraneos, prout disponuit. Et amplius evenit, quod consideravit Minad. quod tempore evenientis casus, scilicet mortis D. Alexandri, suscepserat D. Cornelius filios, qui fuissent proximiores D. Cornelii, cuicunque etiam conjuncto, cui ipsa refutasset, quinimò prædecessit ipsa parti superstribus filii venientibus ex propria persona, qui casus est longè fortior, ut infra & sic Minad. decidit in puncto casum pro nobis, hujusmodi renunciationem nullam esse sine assensu. Quomodo igitur substineri potest dispensatio fundata per Regem in renunciatione, quam afferuit D. Alexander se habere in forma valida, & reporta est in forma omnino nulla, & penitus invalida. Quod autem doctrina Minad. fundetur in solidissimis juris principiis, appareat ex eo, quod cum filia dote recepta a patre renunciat in manibus patris viventis, successioni paternæ deferendæ, de necessitate non importat simplicem abstensionem, sive abdicacionem, sed cum sapiat successiōinem, & partis legitimæ perceptionem, quia dotatio est anticipata successio D. Rovitus conf. 46. num. 16. id est de necessitate importat iurium translationem, cessionem, & donationem, ut infinitis author. probat Conf. de Anna conf. 45. ex n. 35. vers. 3. in primis, cum seq. & præserit num. 55. & seq. ubi hoc probat decem mediis, & refert num. 62. quod ex hoc omnino necessarius est assensus, juxta doctrinam Minad. in prædicto loco ubi num. 62. resolvendo contoversiam, dicit hanc esse comm. & ita judicatum in causa Beatri. Pignatellæ, pro qua opt. mè ex juris principiis per veros terminos ante Fab. de Anna allegavit, & obtinuit Dominus Sacer inter oratores nostri temporis maximus Camill. de Medicis in suo conf. 35. ex num. 15. ad fin. ubi comprobatur doctrinam Minad. in n. 34. fundat, quod nunquam renuntiatio hæreditatis deferendæ valere possit sine assensu, cum non possit esse simplex, & pura, sed semper necessariò sit subintelligenda conditio, si hæreditas deferatur, unde cum sit conditionalis, sive conventionalis, est impossibile, ipsam substineri uti simplicem refutationem, quæ non aliter valere potest, nisi sit absolute simplex, & pura, juxta not. in cap. i. §. & si libellum de alien. feudi pater. cum simil. fuit etiam virtus d. renunciationis ex alio annullata ex post facto, siquidem, cum ipsa, velut conditionalis censeatur collata in tempus mortis patris, quo tempore purificatur conditio, cum vivente patre, renuntiatio non potuerit sortiri effectum, ex quo nullum jus sibi competere poterat, ut not. in l. qui superstitis, ff. de aeq. hæred. Dominus meus Capyc. decis. 159. n. 14. quem citat Dominus meus Sacer. conf. 98. n. 5. & 16. & in puncto doctiss. Regens Rovitus conf. 46. n. 32. cum ante mortem D. Alexandri prædececerit D. Cornelius, superstribus D. Francisco Porotonobilis. quem tuemur, & alius filii, renuntiatio omnino evanuit, ac si nunquam facta fuisse adeo ut D. 11 Fræscus primogenitus venerit ex propria persona ad seu-

ad feudorum avi successionem, quamvis fuerit hæc res matris suæ, ut de comm. & magis comm. & plus 12 si es judicatum, & inconcusse servatum, testatur D. de Francib. decif. 67. ex n. 7 ad fin. Reg. de Ponte consil. 40. num. 6. Cons. de Georg. allegat. 30. num. 33. & allegat. 23. post num. 43. Morot. resp. 22. in primq. dubio Cons. de Anna cons. 92. num. 43. Unde annulata, & resoluta virtute renunciationis, quæ fuit fundamentum dispositionis juxta adversarii sensum, omnino dispensatio corrue debet. Ultimo testamentum est factum die 13. Juli 1622. tempore, quo prima concessio dispensationis testandi in ulteriore agnatum facta per S. Majestatem, erat jam expirata, & resoluta, siquidem dispensatio concessa Neapoli pro faciendo registro, & registratio subsequens, quibus erat convalidanda prima, & originalis Regis dispensatio, subsequuntæ sunt die 14. eiusdem, unde testamentum precedens nulliter factum nullo modo potuit ex solemnitate supervenienti reconvalescere Surd. decif. 278. n. 30. Marcobr. cons. 51. num. 48.

Nec etiam, si nova voluntas supervenisset, quæ non esset solemnis coram septem testibus, adhuc est nullum, quando, ex inhabilitate testantis, vel instituti dispositio fieri non potuit Bart. in l. 1. §. sed si filius familias ff. de leg. 3. & in l. filio n. 35. ff. de iusto rapto, unde, & si concesserimus solemnitatem esse effectivam, non autem essentialem, quod negamus, dum testamentum est factum ante adhibitam solemnitatem reconvalescere non potest.

## S V M M A R I V M.

- C** Aroli V. Constitutio recensetur circa privilegia à Regia Curia obtenta, & infra annum Proregi non praesentata.
- 2 Eisdem Pragmat. optimus interpres fuit D. Regens Ponte in locis hic citatis.
  - 3 Commemorata sanctionis Imperialis verba describuntur.
  - 4 Literæ exequitoriales eisdem privilegiis post annum à Prorege impetrata omnimode nullitatibus vix laborant, & de ratione, num. sequentibus juncto num. 39.
  - 5 Dispositio quilibet ad certum restricta tempus, ulterius non progreditur idque multis illustratur similibus, & n. seqq.
  - 6 Permissio temporalis, prohibitionem includit post tempus permisum.
  - 7 Affirmativa certata ad certum tempus, eo elapsa inducit negativam.
  - 8 Privilegium interdum est temporale, & post illud tempus expirat, idque ampliatur.
  - 9 Mora purgatio excluditur propter temporis limitationem à lege, vel Statuto factam, seu præscriptam.
  - 10 Jus omne remittere, seu renunciare censetur, qui non exequitur id, quod in tempore omnino debet adimplere.
  - 11 Temporis lapsus, & renunciatio pari passu ambulant, seu aequiparantur.
  - 12 Renunciatio tacita quandoque plusquam expressa operatur.
  - 13 Temporis limitati à lege, vel statuto, vel ab homine plures sunt effectus, & num. sequen. ubi nec de libertate curatur.
  - 15 Solemnitas est duplex, una ante actum altera post actum adhibenda, & inter utramque magnum intercedit discrimin, quod interdum cessat, ut in-

- frā num. 21.
- 16 Bart. traditio in l. universa, num. 7. C. de precib. Imper. offer. circa testamenti insinuationem, quo pacto intelligenda.
  - 17 Temporis præfinitio formam importat, qua neglecta, statim nullitas actus inducitur, & n. 34.
  - 18 Contrabentes possunt recedere à contractu, non obstante juramento, non autem à forma per legem præscripta.
  - 19 Substantia variatur etiam ex tempore.
  - 20 Extensio de tempore ad tempus, cessat etiam in favorabilibus.
  - 21 Forma à statuto, quando induta dicatur.
  - 22 Tempus, quodcumque à statuto requisitum, est peremptorium.
  - 23 Verbum statuere, est novi juris inducivum.
  - 24 Anni prædicti tempus, computatur à die date eandem privilegiorum, sive continuum est, & currit de momento ad momentum.
  - 25 Super eodem articulo actus nulli, vel validi ob spretam solemnitatem à statuto requisitam, alia Bald. Jure Consulti pariter, ac philosophi eminentissimi, differunt traditione, que uti notabilis, & vera recipitur, & commendatur.
  - 26 Pragmaticæ ponderatio in illis verbis, intrà dictum tempus.
  - 27 Participi, Gerundi, ac relativi, qui, quæ, quod, vis, atque natura.
  - 28 Verba hæc nullius momenti, quid importent.
  - 29 Universalis negativa plus negat, quæ universalis affirmativa affirmit.
  - 30 Verba quadam recensentur, formam inducentia, quæ nō potest per aequipollens adimpleri, & n. 39.
  - 31 Geminacionis vis, atque effectus.
  - 32 Verba futuri temporis in quo differant à verbis præsencis temporis; verbi, declaramus, natura.
  - 33 Clausula, ex nunc, pro tunc, cuius sit virtutis.
  - 35 Principis indignationem incurrens, qua pæna plebit, possit.
  - 36 Actus nullitas insurgit ultra pænam à statuto inflata alicui facto, & de ratione.
  - 37 Verba privativa potentia, & potestatis, cuius sint effectus.
  - 38 Verbum præcisum est dictio, omnino, cuius vis, atque natura expenditur.
  - 39 Actus corruit spreta forma etiam in minimo, idque obtinet etiam in causis piis, & favorabilibus, & de ratione.
  - 40 Clausula, citrè præjudicium jurium fisci, & patrum quid importet.
  - 41 Successorem legitimum interdum contineri tertii appellatione, non est novum, nec extraneum.
  - 42 Pragmaticæ prædictæ dispensatio à solo Rege obtinendo, cuius secunda iusso vulgo dicitur, le sopraccerte.
  - 43 Doctori attestanti de consuetudine adversas legem scriptam vigente extra terram, quam inhabitat, non creditur, sed de propriis domiciliis consuetudine testimonium ferenti, fides adhibetur, præsertim si sit Doctor insignis n. 46.
  - 44 Stylis vis regulariter est magna, quæ interdum cessat, ut hic, & n. 48.
  - 45 Consuetudo juri communis præjudicialis, ut inducatur, plura de necessitate exiguntur, quæ ex ordine hic recensentur.
  - 47 Statutum usu non fuisse receptum, alleganti incumbit onus plenè probandi.
  - 49 Vicarii generalis potestas interdum limitata.
- 50 In-

- 50 Inferioris potestas, quando cesseret, & numerus ampliari, ut nec suffragetur consuetudo, & 54.  
 & 56.  
 51 Proregis potestas, in quibus praeter ceteris restri-  
 gatur.  
 53 Voluntas non attenditur, quando potestas deficit.  
 55 Superioris aditus, vel surisdictio, restringi, vel  
 tolli non potest.  
 57 Inferiori nequaquam licet tollere legem superioris.  
 58 Nec legato dispensare adversus Concilium, aut  
 Statuta Papalia, nisi specificè hoc sit datum sibi  
 in mandato.  
 59 Dicitio, inviolabiliter, tollit facultatem dispensandi.  
 60 Dictionis, omnino, eadem est natura.

## A R G U M E N T U M.

In eadem materia solemnitatis requisitas pro forma substantiali, ut investituræ privilegia, concessiones, & rescripta omnia, quæ ab ipsa Regia Curia promanant infra annum spatiū, exequutioni demandentur per supremum Collaterale Consil. Neapol. adeò ut illius omissio reddat hanc nullitatē insanabilem, quæ nullo remedio reparari possit, nisi ab ipsomet Rege concedendo, ut vulgo dicitur, *le sopraccarte*, de diversis solemnitatibus speciebus, & præcipue, quæ dicantur substantiales, & formam inducant de efficacia nullitatis insurgentis ex lapsu temporis, & pœnæ adjectione, & omissione stylī, de clausula irritanti, universalī negativa, vigeminationis, & potestate vicarii, & reservatis Principi, utiliter agitur.

## Pro eodem in eadem causa.

## CONTROVERSIA XVII.

**E**O' calamitas præsentis temporis pervenit, ut contra expressa, & clarissima verba *Imperialis Constitut. Caroli V. Cæsaris immortalis memoriae*, qui, dilucida sanctione, irritavit omnia, & quæcunque privilegia, & scripturas à Curia Regis nostri invictissimi emanatas, quæ infra certum anni spatiū tempus præfixum, non fuerint Viceregi præsentata, & ab eo exequutioni demandata, prætenditur hodiè, privilegium dispensationis obtemptum per D. Alexandrum de Montibus circu suorum feudorum successionem, nullo modo infra præfixum tempus, nec exequitoriatum, nec etiam in Regia Camera registratum, & sic obstante dupli defectu, valere.

Nec erubescunt adversarii allegare, constitutio ne m prædictam non continere casum, ubi privilegium fuerit post annum ex dispensatione exequitoriatum: idque Proregem, & Collaterale Consilium Neapolitanum facere potuisse, & substineri dispensationem ex stylo Cancelleriae, & alia quoque effundunt, quæ alias, prisco tempore, fuerunt allegata: sed quæ adeò inania visa semper fuerunt, ut etiam autoritate rerum plures judicatarum, rejecta, & explosa, adeò ut ad instar allegantium leges abrogatas, nendum reiciendi, sed multandi sint pro calliditate adversarii, saltim causæ amissionem, & licet Pragmatica prædicta sit optimè in proposito pro nobis explanata per D. Reg. de Ponte in suis consilio 3. & num. 16. ad 32. & consilio 5. num. 32. ad 65. libro primo, qui ita refert judicatum, & in terminis Pragmaticam prædictam, tametsi requirat solemnitatem adhibendam post actum, jam in esse deducitum, tamen illius omissionem, statuto tempore importare nullitatem actus, nendum quoad effectum, sed etiam ipso jure, adeò ut nullo reme-

dio reparari, nec reintegrari possit actus resolutus, & funditus extinctus.

Ut tamen omnis nebula cesseret. Primo fundabimus pragmaticam expressissimè decidere præsente m casum, ut nullo modo exequitoratio post annum fieri possit, ipsamque expressè, & dilucidè inducere nullitatem actus, nendum ab effectu, sed ipso jure ex pluribus, ita ut, neque ex ullo stylo præser- tim inferioris, etiamsi aliquis adest, ut verè non adest, actus extinctus reviviscere possit, nisi solus Rex de novo dispensasset, cum secunda iussione, vulgo dictæ, *le sopraccarte*, qui verus est stylus, & ita semper judicatum, nec unquam contrarium admissum. Et quoad primum verba *Pragmatica fideliter refert Regens de Ponte d. cons.* post num. 16.

- 4 Quibus clarissimè deciditur, ut post annum nullo modo, aut quæcito colore possint concedi li-  
 teræ exequitoriales a Prorege, siquidem ea est vis,  
 & natura dispositionis cujuscunque ad tempus li-  
 mitatæ, ut non extendi possit ultra tempus præ-  
 fixum, l. Imperator, ff. de postul. l. 4. ff. de scrutat. l. si ita  
 quis, ff. de vulg. & pupill. l. statu liber. §. sticibus, ff.  
 de leg. 2. l. Pater filium 36. §. fundum, ff. de legat. 3. l.  
 si minor. ff. de verb. oblig. l. 1. & 2. C. de iis, qui in ex-  
 ilium dati, vel ordine moti sunt lib. 10. cap. præsen-  
 tium, de cler. percussor. cum concord. per Dec. consil.  
 61. & protinus in fine, Paris. cons. 25. num. 13. & 14.  
 in secundo, Proi. cons. 61. n. 14. & infinitos congerit  
*Tiraquell. de retract. convenient. §. 1. gloss. 2. ex nu. 46.*  
 6 ubi latissimè probatur, permisum infra certum  
 tempus censi postea omnino prohibitum, & nu.  
 7 47. reddit rationem ex Bald. quod affirmativa limi-  
 tata ad tempus, inducit negationem post illud, sub-  
 dens, illum, qui errat in calculo, debere sibi, imitare  
 si tempus labatur, quia post remedium frustra in-  
 tentare, & loquitur in tempore præfixo à statuto  
 pro validitate, & efficacia privilegii, ut finito, tem-  
 pore privilegium omnino expiret, idque fieri pro-  
 bat ipso jure, ita ut, nec etiam favore libertatis, tem-  
 pus constitutum ad aliquod faciendum protrahi  
 possit ex text. in l. Thais, §. intrat tempora ff. de fidei-  
 comm. liber. & in l. sticibus, §. Titius ff. de stat. lib. &  
 id, in universum, & omni calu procedere probat n.  
 48. in fin. & alii DD. dicunt, quod cum à lege, vel sta-  
 tuto, tempus statuitur, non admittatur quis ad pur-  
 gandam moram, etiamsi id in lege, vel statuto adje-  
 ctum non fuerit l. ultima, ff. de descr. ab ord. faciend.  
 9 & l. hoc commissa C. de adulter. ut ex Innoc. Alberic.  
 Bald. Angel. Panor. Card. Anctar. Imol. Alexand.  
 Guid. Pap. Felyn. Socin. Afflict. & aliis innumeris  
 probat dem *Tiraquell.* loquens de termino præfixo  
 à lege, & fortius à statuto de tract. cons. §. 3. gloss. 4.  
 10 num. 2. & seq. utrobique probat, omittentem ob-  
 servare id quod in tempore faciendum erat, cense-  
 ri jus omne remittere, sive renunciare; quinimò  
 11 temporis ipsius lapsus habere vim renunciatio-  
 nis, paria enim sunt, quem excludi tempore, vel re-  
 nunciatione l. bonorum, ff. rem rat. bab. & in d. 2. re-  
 tract. §. 1. num. 5. 1. & 52. illud addit, magis nocere  
 hanc tacitam renunciationem, quæ inducit ex  
 lapsu temporis propter legis autoritatem, quam  
 expressam, quod latius prosequitur idem *Tiraquel.*  
 post ll. connub. gloss. 7. verbo ex express. ex num. 75.

Tantaque est vis, & potentia temporis limitati adjecti in lege, vel statuto requirentis, ut quid stat in-  
 fra certum tempus, ut illius virtus, & efficacia non  
 proveniat ex vi argumenti à contrario sensu, sed  
 expressè ab ipsam lege, vel statuto, & verbis ipsius  
 & ut

& ut ipsius fermonis limitati, in sensu scilicet directo non contrario, & ob id, haec interpretatio admittitur etiam in statutis, atque etiam adversus jus commune & ad ipsius correctionem Bald. in l. observare, s. proficiisci, in 3. quæst. n. 5. ff. de offic. Pracon. extollit hoc latissimè exornans, idem Tiraq. in d. 2. retract. s. 1. gloss. 2. n. 49. vers. & hac quidem omnia, Menoch. in puncto consil. 151. n. 46. & 48. lib. 2.

Et ex recentioribus, ultra congestos per Tiraq. Sard. conf. 294. ex n. 5. & 6. ubi cumulat Roland. Cephal. Beccium, & cæteros moderatores lib. 2. & exemplis, comprobat, idem Sard. deci. 75. ex n. 1. ad 7. deci. 207. s. 17. & 244. num. 11. Idque procedere generaliter tam in statutis, quam in privilegiis, in contractibus, & conventionibus quibuscumque, & in ultimis voluntatibus, & termino ad aliquid adimplendum concessio per testatorem, in decreto, vel intentia Judicis, & in omni proctus dispositio ne probat latius discuerendo Carrotius decis. seu casu 76. & cum his eruditissimè convenit Sylvester. Aldobran. Pontificis protis gemitor, consil. 17. numer. 3. & 11. Affili. Alban. Socin. jun. Mansica. Menoch. Decian. Vaszquez Seraphin. Cardinal. Tuscus, Peregrinus Leander Galganensis, & alii quorum dicta logna serie recensendo comprobant alter Hispan. Castill. 4. tomo de conjectur. & interpr. ait. volant. cap. 25. ex numero 11. ubi num. 14. affirmat genialiter id accipiendum in quaunque dispositione, in qua certum, & taxatum tempus statuitur ad aliquid faciendum, ut lapsu tempore, dispositio fit nulla, & excludatur privilegiatus à beneficio sibi concessio, etiam si ageretur de libertate, & iterum cap. 36. ex n. 11. vers. tempus neque, ubi addit Corvaz. Ludov. Molis. Castell. Gregor. Lopez. Telluma Matthiensi. Sarmient. & Micref. & tandem latissimè c. 45. ex n. 25. ad finem, & cum his noviss. Gratian. discept. leg. 3. cap. 526. num. 10. & in literis, & re scriptis Principum, ut jussum uno tempore fieri, vel una die, ad alteram non producatur in term. Regiam. iuv. conf. 33. post n. 15. & vers. & permisam lib. 1. ubi n. 16. & seq. pulchras reddit rationes de cidentes casum nostrum, quia limitati temporis tanta est vis, ut eo lapsu, contrariam inducat dispositionem, ut ex Bald. Angelo, & Sardo refert. Giurb. decis. 9. num. 3.

15 Nec obstat, quod solenitas requisita post actum in esse deductum, sive formatum non annullat actum ipso jure, sed tantum quoad effectum, ex vulg. do. Etrin. Gloss. ubi Bart. in L. universa. C. de precio Imper. offer. dicet aliud sit in solemnitate, quæ debet intervenire in ipso actu à principio, quam distinctè dixit Jas. ibidem n. 8. sequi totum mundum; siquidem hæc distinctio in primo scilicet capite non procedit. ubi lex, vel statutum exigit solemnitatem, licet post actum cum certi tamen, & limitati temporis præfinitione, sive taxatione, ut præmissa disputatione do. Etissimè resolvit Angel. in suo solemn. conf. 36. pro decisione quæsitorum, ubi postquam in principio, usque ad n. 3. vers. secund. præmitio, declaravit plena manu terminorum distinct. in fin. ante num. 5. ver. 16. sic. & redendo, hoc docuit distinguendo sex temporas, & in specie declarat dicta Bart. in dict. leg. uni. versa num. 7. vers. item hoc statutum, qui in exemplo statuti, quod testamentum debeat insinuari certis mensibus, alias non valeat, videbatur contrarium innuere, ut intelligi debeat Bart. exemplum, ante scilicet moram completam ex lapsu temporis præfixi, dum est in suspenso, secus verò post la-

plum temporis. cuius Angel. decisio, & intelligentia ad doctrinam Bart. nedum est verissima, sed necessaria, quia alioquin contradicoret concordi omnium DD. sententia dicentium, tempus constitutionis, vel 17 statuti importare formam, adeò ut si non observe tur, censeri in forma peccatum, & idem actus indi rectè reddit nullus, ut ex l. scire etiam oportet, s. consequens, ibi, non aliter audietur, quam si obseru eris, constitutionis tempus, ff. de excusat. testor. probat in specie Bald. in arch. quæ supplicatio in fin. in 3. nosab. C. de precib. Imper. offer. & in l. omnes Populi, post n. 26. vers. item nota, subjicit hæc verba, item nota, quod à forma statuti non est recedendum, ut in l. constitutionib. in fin. ff. ad mancip. unde si statutum requirit tempus, & tu require tempus l. 18 Titius, ff. de milit. testam. & in puncto statuti præcipientis, contractum registrati infra certum tempus, consuluit Bald. adeò registrationem esse de forma, ut partes possunt à contractu recedere, non obstante juramento conf. 411. casus talis est lib. 3. plenissimè Felic. in cap. cum dilecta, de rescript. post n. 6. ubi explicando materiam formæ, postquam in vers. ante rem solemnitas, & in vers. sextum signum, regulit distinct. Bart. in l. universa, & comm. inter solemnitatem, quæ debet præcedere, & illam quæ posset subsequi, subdit in octavo signo, quod quando constitutio apponit tempus, qui non observat tempus, dicitur non observate formam, & multis comprobans extollit Costa in memoriali, verbo tempus constitutionis, vel statuti, cum in fin. congestis à Tis aquell. in primo retroff. s. 3. gloss. 4. n. 3. & 4. 19 Tempus enim inducit diversitatem in substantiâ l. 1. s. si quis simpliciter ff. de verb. oblig. & aliud: est quid tali die fieri aliud alio, secundum Bart. in l. is qui tens. ff. de public. jud. & in l. denunt. affe, s. quid 20 tamen, ff. de adul. & ob. id. in dispositione quantumvis favorabili, non si: extensio, ut nec de una die dictum, ad alteram producatur, ut de litteris Regiis, limitatè disponentibus pro biennio, alterius nullo modo extendi ex Aloiat. Capyc. Cart. jun. & aliis consulti Hypol. Rimini. conf. 33. n. 16. 17. lib. 1. optimè Cisill. locis supradicatis, & in specie d. cap. 45. n. 38. ubi addit Decian. Tascum, & Sardum.

21 Secundum non procedit distinctio, an solemnitas præcedere debeat, vel subsequi possit, ubi novè aliquid ad solemnitatem actus per statutum inducitur, seu fieri injungitur, præter, vel ultra dispositionem iuris civilis ex hoc enim, quod statutum inducit, illud de novo, dicitur esse de forma, Ancar. Soc. Cravett. & aliis, quos citat Hypol. Rimini. in repet. l. post bumo, n. 634. C. de bonor. poss. ff. contratab. ubi purificat solemnitatem, quæ requiritur tempore actus, aut per conditionem, si quicunque solemnitati, quæ de novo introducta sit per statutum, ut pariter omnes 22 censeantur de forma, et essentia actus, et quod tempus quodcumque requisitum à statuto, sit peremptoriū, ita ut si actus celebretur post tempus, sit ipso jure nullus, ex Salic. Felic. Neviz. Pratt. pap. et aliis latissimè probat Cavalc. decis. 13. de judic. post n. 57. vers. quia tale tempus, et maximè, cum in casu nostro, nedum constet de novo, vel aliter saltim, et sub diversa forma, introductam esse per hanc sanctionem privilegioru, et scripturarum regalium à Curia emanatarum, exequitoriationem, et clarum est, et patet ex verbis constitut. ibi censemus statuimus, & ordinamus, quæ singula, si 23 cut novi juris inductiva, ut de verbo statuimus, est text. in elem. fin. ubi gloss. vobis statuimus de rescrip. cum

cum concord. tradit *Barboſa jan.* de diciton. in verbo, statuimus, verum non simpliciter statuitur, ut obtineri debeant littere à Prorege intrà annum, sed amplius additur, computandum à die data eorumdem privilegium, &c. & sic cum potuisse incipere cursus anni à die saltim, quod in Regnum deferri, & transmitti potuerunt scripturæ, dempto scilicet, tempore transmissionis necessario, & tamen noluit, sed ut curreret continuo à die data, ex hoc potissimum enixa colligitur voluntas Imperatoris, ut tempus esset continuum, & curreret de momento ad momentum, unde eo sortiūs quo temporis adjectio est limitata, & restricta vehementius operatur actus nullitatem solemnitate in tempore non adhibita alioquin frustra adiiceretur, computandum, &c.

25 Tertiò etiam solemnitas, quæ debet intervenire post actum, & debet conservare actum in esse produtum, si non adhibetur, reddit actum ipso jure nullum, si lex procedit ulterius annullando *Bald.* enim, qui suo ingenio sublimi melius omnibus loquutus est in hac materia usus terminis *Aristot.* & *Aver.* ut resert *Jaf.* loco mox citando, is inquam *Bald.* in leg. bi qui ad civilia post numero 7. vers. considera, C. de appell. docuit, quod si lex dat formam actui facti, quæ forma debet conservare rem in esse, tunc, aut lex ultrà procedit annullando, & efficitur nullus ipso jure, aut non procedit ultrà annullando, sed dando dumtaxat modum annullandi, & tunc valet mero jure, nisi petatur, & hanc dicit esse theoreticam *Din.* sequitur *Jaf.* in dict. leg. universa, & post numero 7. alibi idem *Bald.* undè cum Pragmatica ulterius expressè progrediatur annullando, non autem tradendo solum modum, & constat in vers. privilegia, & provisiones, ex quibus intra dictum tempus &c. sequitur, ut omnino fuerint, lapsus tempore prefixo, ipso jure nullæ, non autem annulandæ.

26 Ponderando primò, dum iterum repetit, intrà dictum tempus, ut ostenderet vim totam consistere in limitatione temporis, ut scilicet illa sit causa annulandi.

27 Secundò, participia illa intrà annum computandum, & scripturæ obtainendæ, ex quibus, &c. & fortius repetitum participium restringit dispositionem quia resolvitur, ac si dixerit, qui computabitur, & quæ obtinebantur, unde sicut relativum sine copula restringit leg. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. cum concord. per *Surdum* decis. 241. num. 4. sicut de gerundo, quod importare necessitatem presumi facere causam finalem, & inducere formam *Tiraq.* tractata cessante causa, limit. 1. ex num. 79. & in materia solemnitatis, requisitæ per statutum pulchre confuluit *Caldas* cons. 19. numero 46. & de participio, quod importet canonem latæ sententiae, & sic actus nullitatem, etiamsi alias verba hoc non patentur, ex *Jo: Monac. Archid. Jo. Andr. Bart. Imol.* probat *Tiraquell.* in l. si unquam, vers. revertatur, n. 62. & 64. C. de revoc. donat.

28 Quartò principaliter eo maximè redunduntur funditus, & ipso jura omnino nulla privilegia ex lapsu anni, ex verbis, quæ in dicta const. sive *Pragm.* subiiciuntur ibi nullius efficacij valoris, & momenti existant, & pro talibus, & ut talia, ex nuo protunc declaramus, si enim verba illa nullius momenti, important, & vim habent clausulæ irritantis: quātù fortius adjuncta cum tot aliis verbis, quorum quodlibet de per se sufficeret, ut dispositio reddetur nulla ipso jure, dictio enim nullus adjuncta cum verbo cuiuscumque temporis, inducit nullita-

tem ipso jure, gl. in c. innotuit, in verbo, nullam esse de electione cum concordantibus per *Tiraquell.* in dict. repet. l. si unquam, verbo, revertatur, n. 202. limit. 75. C. de revoc. donat. & de clausula nullius momenti, cum sit universalis negativa, quæ videlicet universaliter neget, & proinde qualcumque tempore loquatur importat nullitatem ipso jure, & canonem latæ sententiae, non ferendæ, nam alioquin, si dispositio ipso jure valeret, non esset nullius momenti, sed haberet aliquid momenti, l. an inutilis, ff. de acceptis. gl. in l. si quis plures ff. de jure patronatus, cum infinitis per *Tiraq.* ubi latè exornat in dicto verbo revertatur, n. 81. limit. 24. ubi n. 85. hanc esse veriorem, & magis comunem, profitetur optimè *Zucard.* videndum in repet. in d. l. postbumo, n. 629. C. de bon. possess. contr. sab. *Farinac. Gonzales.* & alii, 29 quos ad hoc citat *Alexandr. Barbus.* tract. de dictiobus, & clausulis c. 193. universalis autem negativa, quæ semper plus habet virium, & roboris, efficaciusq; obligat, ac magis præcisè astringit, quam affirmativa, *Panorm.* in cap. novit. col. 12. vers. secundò queritur num. 34. de judicis, ejus. etiam est naturæ, ut omnem etiam dispositionem impedit, & facultatem dispensandi tollat, ut infinitis probat *Tiraquell* in d. verb. revertatur limit. 22. num. 78. ubi num. 79. probat hujusmodi clausulas habere vim decreti irritantis, importare canonem latæ sententiae, & auferre potestatem dilponendi, & verba illa alias non valeant importare præcisè formam, adeò, ut actus non possit impleri per squipollens, latè probat *Tiraquell.* ad ll. connub. gloss. 7. n. 141.

31 Et tanto fortius, cum in casu nostro geminatis, & repetitis verbis adjiciatur hec universalis negativa, sub illis verbis nullius efficacij valoris, & momenti, ut de verbo, viribus evanescat, textus est in c. si postquam de electione in b. in cap. *Clericis de Immunitate Ecclesiistarum* cod. libro.

Vbi autem in eadem constitutione adiicitur duplex, sive geminatum verbum, licet alias ex eorum natura non importarent nullitatem ipso jure, neque canonem latæ sententiae, sed ferendæ, tamen ex via geminationis importat canonem latæ sententiae, & sic nullitatem ipso jure, *Cotta in memorial.* verbo geminatio verborum, & in altero incipiente verba futuris temporis, latissime *Tiraq.* in d. verb. revertatur, n. 39. in 4. limit.

32 Quintò, non procedit distinctio solemnitatis antè, vel post actum, quando lex utitur verbis præsentis temporis, tunc enim cadit disputatio, an actus sit ipso jure nullus, & sic irritus, vel inutilis, & sic cum effectu, quando videlicet lex utitur verbo futuri temporis, secus vero ubi utitur ex verbo præsentis temporis, quia tunc indistinctè actus sit irritus ipso jure, gl. in l. in criminali, C. de iuris. ovani. jud. gl. *Bar.* & *DD.* in l. jubemas nulli s. sanè si hac C. de *Sacr. Ecc. Jason.* optimè in d. universa, n. 14. in fine, & quod verbum, vel participium præsentis temporis sit canon latæ sententiae, latissime *Tiraq.* in d. verb. revertatur, ex n. 17. ubi in fine, testatur hanc esse frequentiorem Doctor. sententiam.

33 Vnde, cum Pragmatica utatur verbo declaramus, quod est præsentis temporis ex omni capite inducitur nullitas ipso jure, etiam ea est natura verbi, declaramus, & aliorum quorumcunque verborum, quæ declaratoria sunt, ut semper sint latæ sententiae gl. in c. novit. de his quæ sunt à Prelatis, cum aliis per *Tiraq.* d. verbo revertatur n. 58. in 14. fallent.

34 Sexto specialiter ponderatur clausula illa, ex nunc pro-

*pro ranc, quia si sola dictio, ex ranc est latæ sententiae c. cupientes, §. ceterum, cum gloss. in verbo, suspensus, de elect. in 6. cum concordant. per Tiraq. in d. verbo revertatur, limit. 43. n. 117. eo fortius juncta, cum dictione., ex nunc, quo casu operatur, ut tempus futurum retrotrahatur ad tempus datæ, operatur enim, ut futurum tempus insit præsentis, & ut actus videatur purè factus ex nunc à principio gloss. in clem. notentes, verbo, ex amic. de hereticis, Bald. & alii in authent. contra rogatus, C. ad Trebellionum, & sic actus censetur factus de præsenti tempore, prout ex nunc, latissimè Tiraquell. in 2. retract. §. 2. gloss. usica, num. 86. Gratian. disceptas. forens. cap. 239. n. 18. Cenedus singulari 14. de dictiōnibus. Barbosa j. n. do clausulis c. 26. & plures Rotæ dec. apud Cassiod. Puteum, Crescent. et noviss. congerit uoster Camill. Borrel. in sum. decis. orbis tit. 20. de benefic. n. 382. Morts de claus. part. 1. claus. 54. et part. 2. claus. 27.*

34 Septimò, ubiunque contrafacienti injungitur pena, ibi nullitas actus inducitur ipso jure, etiam si alioquin verba id non importarent, quia ubi lapsus tempore legis, vel statuti, incurritur pena, illud tempus dicitur de forma, Bald. in auct. j. abemus ad fin. C. de judic. Felyn. in d. cap. cum dilecta, in 8. signo, ex quo eligitur solemnitas de forma in fin. de. rescript.

Unde, cum in præsenti Pragmatica præcipiatur tam Viceregi, quam omnibus, et quibuscumque Officialibus, sub verbis valde præcisis in §. qua propter, at non contrafaciant, vel veniant, sed contrafaciēti permittant ratione aliqua, hoc causa, si præter ira, & indignationis Regiae incursum, penam etiam ducatorum milite cupiunt evitare, omnino per neccesē sequitur: ut nullitas actus inducta censeatur ipso jure, sitque canon latæ sententiae, ponderando illa verba, Officialibus constitutis, & constituendis, ut sic semper loquatur lex præceptiva, & mox dicimus, & distictè præcipiendo mandamus, quæ sunt verba præsentis temporis, & ibi, pena unciarum milie adiecta, quæ magnam summam continet, ut juxta varios mores gentium, discurrit Knichen in comment. de jure Saxon. c. 5. ex n. 1. & ibi, præter ira, & 35 indignationis nostræ incursum, quæ Principis indigatio, quam gravis, & atrox pena censeatur, apud eos videre est, qui dixerunt ob contemptum, extendi posse usque ad mortem inclusivè, Covalc. de brac. Reg. par. 2. n. 256. & multas severas penas inclu- 36 dit, ex Fulg. conf. 191. n. 2. latè Knichen. d. c. 5. ex n. 2. ad 9. qui codem c. n. 35. pro coronide addit, quod ubi statutum penam adjicit, etiam soluta pena, actum minimè valere, quia annullatio actus, & pena concurrunt.

37 Octavò, nullitas inducitur ipso jure, cum lex utitur verbo privativo potentiae, & potestatis, ad judicem directo, ut hic in Pragmatica ibi: *Omnia singula in ea contenta firmiter teneant, & observent, tenerique & inviolabiliter observari faciant, & non contrafaciant, sed aliquem contraire permittant, &c. Bart. in l. 1. C. de dilation. quod in puncto multis exornat, & comprobat Tiraq. ubi sup. amplians, etiamsi verba privativa potentiae, non ad Judicem, sed ad partem referantur.*

38 Nonno, & tandem, ubiunque omittitur observationis actus extrajudicialis, etiamsi non sit adiecta per legem pena tituli resolutiva, & utatur lex verbis futuri temporis, tamen omissione ipsius actus inducit tituli nullitatem ipso jure, etiam absque sen-

tentia, ubi adsunt verba præcisa, ut est dictio, omnia, vel similis, ut de communi resolvit Jas. in l. 2. n. 14. vers. quid tenendum, C. de jure emphit. ubi dicit, istam esse comunem, ubi additio littera E. hoc confirmat ex Alexand. Dec. Clar. Roland. & aliis & ut veram, & communem, eam profitetur Tiraqu. in d. verb. revertatur, num. 49. Vnde cum hic adhuc tota verba, & dictiones præcisas, & repetitæ, cum poenæ adjectione, non est quid ulterius immoremur.

39 Sed concludere oportet, ut cum hæc solemnitas exequitoriationis, licet post concessionem gratiæ adhibenda sit de forma, quod abundè probatum existimo, ipsius omissione, licet in minimo, actum omnino vitiet, etiam in causis piis, & quantumvis favorabilibus, cum forma sit de genere indivisibilium, & quælibet mutatio, sive omissione, formam corruptit, cum non possit per se ipollens adimpleri; ut latiss. prosequitur Tiraquell. in 1. retract. §. 1. gloss. 2. 1. ex n. 1. idque latius explicando, quid sit forma, idem Tiraquell. eodem tract. §. 36. gloss. 2. num. 26. & de II. consub. gloss. 7. n. 98. 158. & 188. & specificè impleri debet etiam in his, quæ sunt notoria, & evidenter, dato etiam, quod illud adimplere sit superfluum Caffen. conf. 12. num. 7. & de forma à statuto præfixi, tenaciter, & adunguem observanda, plura in pulchro casu Caldas conf. 19. ex num. 46. & in fin.

Et tantò magis, cum in casu nostro agatur de privilegio dispensationis exorbitanti adversus præscriptum, & consuetum ordinem succedendi in feudi, ex constitutionibus, capitulis, & gratiis, quæ extraneus, licet de familia, præferendus esse propriæ sobolis, filiæ scilicet, & dignissimo nepoti, quod undequaque apparer odiosum.

Quibus non oblitus stylus Cancellarie Regni, quo prætenditur solere dispensari, at lapsus temporis non obstante, &c.

40 Quia fiunt dispensationes prædictæ, cum grano salis, cum clausula, citrè præjudicium jurium fisci, & partium, & ita ferè semper solere fieri notorium est, & intentio Regentium fuit semper, & est nolle juri etiam in legitima spe quæfito, ex communi forma investiturarum, & constitutionum, sive legi municipalium Regni derogare, in præjudicium vocatorum ex tenore investitura, & constitutionis, & legitimū successorem comprehendendi hoc casu appellatione tertii, in specie probavit de Ponte conf. 5. n. 63. in prioribus scriptis allegatus.

Et ita idem per Coll. & Sac. Conf. centies declaratum fuit, & novissimè in causa Marchionis Arpadii cum creditoribus de anno 1621. referente Conf. Pagano penas Galterium, sive de Litto, & in causa Vincentii Caraccioli de Casadarbore, cum D. Christoforo Carafa Principe Tarlass, & aliis, nec 42 aliter unquam intentionis fuisse DD. Regentium dispensare derogando dictæ Pragmaticæ, testantur tres eminentissimi viri, qui omnes fuerunt consummatis Advocati, & demum Regentes in utroq; Consilio etiam Hispanico, scilicet de Ponte, & de Curte feudorum interpres, aliter vero D. Reg. Rovitus eundem gradum meritissimè assequutus, qui omnes testatur, non esse aliter unquam dispensari Pragmaticæ, nisi ab ipso Rege Authore Pragmaticæ, qui dum hoc voluit, concessit dispensationes, vulgo dette le sopraccerte, quod solum remediu superesse dicit de Ponte conf. 72. n. 32. & post n. 33. & ante hos Frecc. in prioribus scriptis citatus, quibus

bus omnino est credendum, velut in nostro foro versatis, & in maxima culpa fuit D. Alex. si omissis 43 insignibus DD. Neapol. consulere maluit Magistr. & Mutam, licet alioquin doctos de moribus, & consuetudine fori Neap. adversas l. scriptam, non enim extra curiam regionis, in qua versatur creditur Doctori attestanti de consuetudine cumulat author. *Mascord.* 1. de probas. concl. 426. n. 21. & 22.

Nec diversum unquam fuit judicatum in causa Majoratus Marchionis Vallis, in qua prolixè scripsit pro validitate dispensationis b. m. *Præf. Minadus*, quinimò fuit creditoribus satisfactum, & idē Marchio, sive secundogeniti consenserunt, ut quo ad eos, vita, & militia, & paragium liquidarerur justa majoratum, & licet multa effunderint Advocati contrà veros terminos, his non consideratis obtinere non potuerunt. *Stylus autem*, & si magni faciendus sit ut cōpīosè T. b. in 1. dec. ex n. 9. loquitur de styllo Cancellariæ, tamen non est tanti vigoris, ut attendendus sit, si iura præsertim prohibitiva refagentur, ut ex c. cum olim de consuet. in specie de styllo Cancellariæ *Gomes de infirmis refg. q. 1. 4. n. 1.*

45 Et plura requiruntur ad hoc ut consuetudo, iuri communi, vel scripto prejudicet, & inter alia, quod, sit rationabilis, & præscripta, ex certa scientia, non per errorem, & eo animo, ut utens crediderit seipsum jus habere, ut in posterum id faceret, alias non prodest, & sic solæ vices non inducunt consuetudinem, quia non exemplis, sed legibus judicandum, item sciente illo, qui potest jus concedere, & legem abrogare, & quod sit obtenta in contradictorio iudicio, & plura: que recenset *Gl. quam seq. comm. DD. in c. ult. verb. legitime de consuet.* & in l. de quibus ubi *Jaf. n. 33. ff. de legib. Iser. in §. si ruficlus n. 18. ubi Aff. 7. notab. de pace tenenda*, quæ omnia debet articulare, & probare is, qui legem per contrarium usum abrogatam, contendit, latè *Salaz de usu, & consuet. c. 8. n. 10. 11. & 12. & melius omnibus. quos viderim in proposito Caralus Ant. Puseus conj. unicō post conf. Sforz. Oddi n. 93. ubi de comm. requiri, quod non fuerit observatum animo contrarium, inducendi, & quod in contradictorio iudicio præcontraria, contra statutum, vel non usum, fuerit obtentum, & judicatum, & non sufficere, quod ita plures fuerit trāslactum, sed quod per judices id fuerit diffinitum, ubi n. 94. ex *Crav. ampliat procedere, etiā quoad interpretativam statuti consuetudinem, non modo derogatoriā, ut in iudicio contradictorio, non per transactionem sit obtenta, & n. 97. in fin.* quod 46 in hoc standum sit Doctoribus famosis, loci, qui de statuti observantia, & vigore, super illius interpretatione respondentes, fidem faciunt latissimè etiam hoc tradit *Rimin. in princ. de test. ex n. 147. in 12. notab. usq. ad n. 177. & quod allegans statutum, usum non receptum, id plenè probare debeat latè Crav. conf. 8. 1. ex n. 8. lib. 5. ubi n. 9. quod inter alia probanda sit domini, & sic statuentis scientia, & quod usus legi, aut statuto planè contrarius intercesserit n. 12. ex *Bar. in §. cum ante in procem. ff. ubi; absit à seculo inquit ipse Bar. ut statuto per nō usum abrogetur, ut refert plures iudicatum V. vius in Rot. Rum. & in S. C. dec. 338. n. 7. Beross. q. 77. n. 3. N. r. conf. 245. n. 6. Corav. rit. 182. n. 1. Knichen in cāment. de saxon non prov. jure. c. 3. n. 22. & licet sciā multos tenere, non esse necessarium, ut consuetudo firmetur sententiis in contradictorio obtentis, cuius contraria expresse probatur in tex. clariss. in l. cum de consuetudine, ff. de legib. quo utitur Gl. in d. c. fin. de consuet. P. uor.***

*Alex Aret. Paris. & alii*, qui affirmativam sequuntur, tamen etiam admissa negativa eorum, qui dicunt hoc non esse necessarium, declaratur tamen procedere in astibus merū extrajudicialibus, ut quæ non ventilantur in iudicio, nec à judge dependent, ut est consuetudo testandi, restituendi dotem, succēdendi ab intestato, quæ sunt voluntatis potestatis, & extra iudicium oriuntur & fiunt, nec pertinent, nec expedienda sunt à Judge, vel Magistratu de aliquo juris necessitate, secus verò in astib judicialibus, qui ad Judicem pertinent, quia in istis, ut consuetudo adversus legem, aut statutum inducatur, requiritur, quod plures in contradictorio, ita sit obtentum, & iudicatum *Bald. formaliter conf. 210. n. 1. lib. 1. Salyc. & Aret.* quos sequitur *Vivius comm. concl. tom. 1. cap. 162. verb. consuetudo debet esse obtenta in fin. Mascord. de probat. som. 1. c. 427. n. 4.* & in extrajudicialibus taliter constare debet, quod inde colligatur intervenisse tacitum populi consensum, vel majoris partis puta, quod primogenitus solus successit, vel masculus exclusit feminas, & ita iudicatum, vel extrajudicialiter fieri, præsente majore parte populi, & approbante *Rimin.* ita in specie restringens negativam opin. quam enīx defendit ad d. princ. de testam. post num. 178. & propriè n. 185. consuetudinem autem iudicandi ex bina iudicatura, induci afferuit *D. Præf. de Franc. d. c. f. 91. n. 16.*

Nec debet attendi stylus contrarius statuto, nisi 48 circa ordinatoria iudicij, non autem circa dicitoria *Panorm. in cap. cum causam, nam. de electione.*

Et inferior non potest introducere stylum contra statutum Superioris, nec etiam Judges in eorum sententiis, ut plura in terminis latis *Covalc. decif. 1. 3. 1. par. n. 57. 59. 60. & seq. ubi refert Boer. invehi contra illos, qui dicunt, ita fuisse observatum, in conf. 4. n. 46. & 47. Vicarius etenim, licet generalis, nō mutat ea, quæ specialiter sunt provisa per dos minum l. si bonum, ubi *Bart. ff. mand.* & cum superior apposuit manus, deficit potestas inferioris, ut ex vulg. cap. ut debitas honor, de appell. & Roman. 51 conf. 325. n. 5. & 350. n. 11. in pūnto in Prorege, quod non potuerit nullo modo alterare ordinata per Carolum Cesarem, tradit *Dominus meus ficer. conf. 54. in fin.* & ubi quid specialiter à Rege prohibetur, nullam posse Proregis autoritatem ad ea extendi, sed necessariò adeundum esse Regem, & ita practicatum, licet de facto aliud quidem Proreges observaverint, male tradit *Reg. de Ponte* loquens de licentia fabricandi in suburbis, de potestat. *Proreg. sit. de abun. civit. §. 4. ex nura. 1. & n. 6. quod fieri non posse etiamsi aliter vicarius rem fæliciter, & prospere gerat, exemplis Romanorum, probat Surgens de Neap. illusfr. f. 432. antè finem.**

52 Nullo etenim casu inferior, in superiorē potestatem aliquam, vel jurisdictionem exercere potest, usque adeò, ut consuetudo contrarium disponens non valeat, *Archidiac. in c. inferior 2. 1. distinct. Rocca. de Curtē de consuet. n. 225. cum infinitis, Schrader. de feud. som. 2. part. 10. sectione 1. n. 42.*

53 Et hoc casu, quando sumus in inferiore, qui nou habet potestatem derogandi legibus, vel dandi, alia lege, vel modo, quām privilegium maneat, frustra sine dubio consideramus illius voluntatem, cui potestas deficiat, iura cumulat, & author. *Iser. Minad. in repet. constit. ver. Comitum n. 55.*

54 Quod in tantum procedit, ut nec per indiretum admittendum, ne sub quovis quæsito colore inferior possit derogare statutis Superioris, quia esset deroga-

derogare superioritati, & intromittere se in rebus  
vatis supremo Principi, l. si optio, ff. qui, & quibus,  
ut in puncto plura per Osasc. decisi. Pedem. 101.  
n. 9. Menob. cons. 7 16. num. 5. lib. 8.

55 Et si licet Proregi dispensare, aditus ad supe-  
riorem tolleretur, qui nullatenus est precludendus  
cap. venientes de jure jur. cap. ex insinuazione de ap-  
pell. Roman. cons. 437. num. 8. cum in fin. aliis, quæ  
congerit optimè ad propositum Knichen Germ. in  
commen. de jure Saxos. c. 2. & n. 70. & 72, probat  
inferiorem non posse falcam imponere juri, vel in-  
teresse superioris, neque restringere, sive tangere  
superioris jurisdictionem, nec quidem in consequen-  
tiam, nec quidem inducendo consuetudinem, ne-  
dum stylum n. 68. & 76. cum planè absurdum con-  
tineat, idem Knichen. de uestis. part. part. 2. cap. 3.  
num. 96. & par. 3. cap. 2. num. 233. in prohibitis  
56 enim, & reservatis, inferior nullo modo potest se  
intromittere Feder. de Sem. de permis. benef. cap. 1.  
num. 3. tomo 15. tract. part. 1. nec aliter super facto  
Principis Bellam. ead. tract. de permis. part. 3. qu. 1.  
num. 11. eadem tomo, & par.

57 Et sicut absurdum reputatur, inferiorem habere  
potestatem abrogandi legem superioris Alberic. de  
58 fissa q. 7. n. 2. tomo 2. sic etiam si sit legatus, non  
poterit contra concilium, aut statuta Papæ dispen-  
sare, nisi sibi specialiter concedatur Clem. ne Roma-  
ni de elect. cum concord. per Ladov. Gomez. tract.  
de gratiis expellasi. n. 44. tomo. 15. par. 1. nec usur-  
pare, quæ ad superiorum spectant. Card. Jacob. de  
Concil. l. 3. artic. 1. num. 23. tomo 13. part. 1. nec  
ponnam à superiori indictam tollere Anson. Rosell.  
de indulg. n. 46. & 72. tomo 14. prout sublata esset  
isthac Pragmatica Caroli Caesaris, cum posna indi-  
cta, si passim licet Viceregibus dispensare, & dis-  
pensationes prodescent, absq; nova Regis munifi-  
centia, & sic tantus ordo, & forma observatio uno  
verbo, in irritum redacta esset, quod non est dicen-  
dum; & maximè in casu presenti, ubi specialiter est  
in dicta Pragmatica sublata potestas, & facultas Vi-  
ceregibus dispensandi, non solum ex iis, quæ supra  
diximus sub vers. quarto personaliter, in fin. sed etiā  
59 ex illa dictione, & violabiliter, quam tollere facul-  
tatem dispensandi, quis aliis non servaretur invio-  
60 labiliter, si aliquo casu admitteretur, dispensatio,  
ad instar dictionis, omnino, quæ similiter excludit  
dispensationem, in puncto probat Socin. cons. 1 15.  
circa primam quest. post num. 6. lib. 1. sequitur add.  
ad dict. Alber. vers. inviolabiliter.

### S V M M A R I U M.

- 1 Pragmatica Caroli V. de privilegiis intra annum  
exequioriandis, dilucidatur, ac multa de ejus  
usu, & observantia differuntur.
- 2 Decisio in causa Marchionis Arpadii ad ejusdem  
pragmaticæ observantiam, & intellectum, ad-  
ducatur.
- 3 DD. Neapolitanis testantibus de ejusdem Civita-  
tis stylo, & confutative credendam magis,  
quædam exteris.
- 4 Stylus, & consuetudo, ad hoc, ut per contrarium  
usum abrogetur, plura debet habere requifita.
- 5 Decisio in causa Marchionis Vallis ad hoc adduci-  
tur, & explicatur, ac multa alia exempla.
- 6 Privilegium Marchionis Vallis, non exequioria-  
sum in tempore, nullius fuit roboris, ac firmatis.
- 7 Decisio adducta pro Comite Policastris, in contra-  
rium retorquetur, & Pragmaticæ faudos obser-  
vantiam.

- 8 Privilegium eidem Comiti concessum fuit in renun-  
tiationem servitorum, & sine tertii prajudicio.
- 9 Rex in prajudicium tertii de ordinaria potestate,  
dispensare non potest.
- 10 Privilegium concessum Comiti Policastris fuit  
gratiosum, secus in casu nostro.
- 11 Decisio in causa Comitis prædicti, explicatur;  
ejusque afferatur ratio per D. Reg. de Ponte.
- 12 Collateralis Consilii Decanus, absente Prorege,  
ejus vicem gerit.
- 13 Privilegium semel extinctum, prorogari non po-  
test, sed nova indiget concessione.
- 14 Privilegium Comitis Policastris primo loco conces-  
sum, per secundum confirmatur.
- 15 Principis munificentia procedere debet in poste-  
res, habita ratione parens.
- 16 Fiscus pro suis partibus agendis semper opponit,  
licet aliquando ejus oppositiones non subsistant.
- 17 Sententia lata in beneficium Comitis Policastris  
adducitur, ac de ea redditur ratio, per D. Reg.  
de Ponte.
- 18 Privilegium alicui concessum, si justa de causa  
impeditam, illud in tempore non præsentet, non sibi  
præjudicat, sed potest post annum præsentare.
- 19 Stylus, vel consuetudo non inducitur per concessio-  
nem ab inferiore factam sine cause cognitione.
- 20 Privilegia cur ita facile exequantur in Regia  
Cancellaria.
- 21 Privilegium non registratum in tempore, nova  
indiger confirmatione, adducitur ad hoc exem-  
plum Bernardi Mazzulli, ac ejus redditur ex-  
planatio.
- 22 Stylus ultimus, ad morem servari debet, etiam si  
aliter per prius fuisset servatus.
- 23 Decisio causa D. Vincentii de Montibus pro con-  
cessione privilegii Capitani Mirloz de Crâ, ad-  
ducitur ad ejus confirmationem.
- 24 Privilegii, iustis de causis dispensari solet, &  
Caroli Imperatoris adducantur exempla, ac con-  
cessiones verba.
- 25 Pragmatica Caroli Caesaris, validissimo munita  
argumento, & ejusdem afferunt observantie  
ratio.
- 26 Assensus conceditur, vel à Regia Majestate, vel à  
Collaterali Consilio, ac de eorum differentia.
- 27 Praesidentes Regia Camera oculati esse debent in  
ferendis decretis, nè Fisco Regio prajudicent.

### A R G U M E N T U M.

Pragmatica Caroli V. de privilegiis intra an-  
num exequioriandis, fusè explicatur, ac multa  
ad ejus intellectum, & observantiam adducuntur  
exempla, quæ latè explanantur.

### DISCURSUS, IN QUO PLURES CASUS, & DE- CISIONES IN CONTRARIUM ADDUCUNTUR, DILUCIDANTUR, & EXPLICANTUR.

#### CONTROVERSIA XVIII.

Uamquam scripturæ de novo exhibite in  
Aula per D. Vincentium de Montibus,  
quibus nititur fundare, pragmaticam  
Carolii V. fœlicis memorie de privilegiis  
intra annum exequioriandis, nunquam fuisse  
usu receptam, vel saltim per contrarium usum  
abrogatam, cum semper ei fuerit dispensatum ab  
Excellen. DD. Progegibus, & à Regio Col-  
laterali

tetrali Consilio, ponderantes in specie sententiam latam in causa Comitis Policastri, & decretum, quod consulatur S. Majestas in causa Marchionis Vallis; licet responderi posset una tantum consideratio, quæ sufficit ad tollendum omne scrupulum, & quod in contrarium est evidenti cum dicta Pragmatica semper fuerit, & hodie præcipue in sua viridi obseruantia, ut præter quamplurimos casus, in specie 2 ultimo, in causa Marchionis Arpadii.

Ita testantur ferè omnes moderni Authors Neapolitani, de ejus stylo, & obseruantia instructissimi, ut inter alios, *Frecc. Camillus de Carr. & Rovitus* & ita præsumendum ut, cum non afferatur evidens experimentum in contrarium, itaq; cum extent Doctores in Regno tante ex estimatione, non potest haberi ratio *Mura, & Mistrilli Siculorum*, præterquam non testantur, nisi in confuso de dispensationibus, & non de modo, neque ad hoc concurrit aliquod ex necessariis requisitis: ut lex abrogetur per contrarium usum, præter hoc in casu Marchionis Vallis, ubi fuerunt adducta omnia exempla præcedentia Policastri, cum dispensationibus factis pro tempore post decretum, quod pars afferit, in quo referente *Otcig*, licet in duas Aulis, fuit decretum, quod consulatur S. Majestas 14. Julii 1585. f. 202. d.c.

Fuit à Marchione simul cum Regio Fisco, ut declarare faceret vinculum non subsistere, cum non fuerit in tempore exequitorium privilegium obtentum ab *Alercosa*, quod, ut decideretur dictus articulus, quem Fiscus dixit esse validè exemplarem fol. 202. unirentur Tribunalia S.C. & Regia Camera die 15. Septembris 1586. fol. 202. & sic non solum fuit suspensum dictum decretum, nullumq; servatum est effectum, sed semper deinde pro certo habitum est, nullum adesse vinculum, & creditoribus 6 satisfactum est super dicto Statu, cum pro certo haberetur vinculum fuisse annulatum, atque resolutum ob defectu exequitorii non facti in tempore, ut patet in dicto processu Marchionis Vallis, cum fratribus penes *Scacciavento* fol. 90. ubi legitur decretum, quod consulatur S. Majestas, à quo fuit reclamatum per Marchionem, cum memoriali posseto S.E. die 7. mensis Augusti 1585. fol. 91. & fuit obtentu aliud memoriale sub die 15. Aprilis 1586. quod S. C. causam expediatur, absque alia ratione facienda S. Majestati, fol. 92.

Et post diversas decretationes Regii Collateral. Conf. tandem post memoriale fol. 133. fuerunt lata plura decreta, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt in causa reclamationis à decreto, quod consulatur, fol. 145. & 157.

Tandem sub die 18. Martii 1609. referente *Aibar*. fuit dictum, procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cause, absq; alia consultatione facienda fol. 179. & confirmat in gradu reclamationis, fol. 188. à ter. 10. Aprilis ejusdem anni, referente eodem *Aibar*. imd decreto Sacr. C. referente Conf. de *Georgio* die 8. Octobris 1612. fuit dictum, quod castra, bona, Terræ Marchionis Vallis, afflentur nomine Sacr. C. cum jurisdictionibus, excepta pro nunc jurisdictione terre Rendæ, in qua habitat dictus Marchio, fol. 350.

Et hunc habuit eventum scriptum *Præsidentis Minad*. qui innixus fuit fundare pro dicto Francisco filio dicti Marchionis, vinculum subsistere, ubi hodie pars totas suas fundat rationes, ut sigillatim respondeam allegatis per partem incontrarium in facto. Non obstat primò simile adductum pro Comite

Policastri, quia illud retorquetur manifestè in contrarium, & fundat inconcussam pragmaticæ obfervantiam, quoniam præterquam in illo casu, non agitur de mera gratia facta a Sua Majestate, dum concessit Jo: Carræ, & Petro Antonio ejus filios Comitibus Policastri, annuos ducatos quatuor centum, super tractibus Policastri ob maxima, exi- 8 miaque servitia à Carolo V. expressa, absque ulla legis prohibitus, dispensatione, ac tertii præjudicio, cui te, vel spe fuisset quæsitum jus, ut in re præsenti, ubi agitur de dispensatione, & derogatione pragmaticæ novem capitum immutando, & alterando naturam successionis feudorum, à constitutionibus prescriptam, & contra formam, & tenorem investiture, in præjudicium, & damnum legitimis, & veri successoris vocati, cui erat quæsum jucundum, ut mortem infra sex dies, scilicet 19. Julii 1622. qua morte sequuta, & dominio ipso jure quæsito legitimis successor, definit esse res integra, & casus 9 est indispensabilis, etiam per ipsum Regem de protestate ordinaria.

Et sic inter casum, ubi agitur de præjudicio tertii etiam successoris in feudo, cui præsertim est jus specificè reservatum, ut fecit hic in dispensatione, & casum, ubi agitur de solo præjudicio Regis concedentis, quo casu dummodo verè, & propriè sit beneficium, est maxima diversitatis ratiō, ut in simili testatur, ob id diversa, quinimò contraria decisione fuisse hos casus, alias terminatos, *Loffred*.

Et sufficit, ob id dare instantiam, quod in casu Comitis Policastri, agebatur de simplici gratia, & beneficio, nos verò sumus in dispensatione odioſa, undè contrarius usus, sive limitatio Pragmaticæ, non fundatur in terminis, de quibus agimus.

Præterea non est verum, in facto in dicto casu fuisse judicatum pro validitate privilegii, quamvis non fuisse exequitorium in tempore, & in hoc adversarius allucinatur, imd retorquetur exemplum contraria partem, quia bene verum est, tria fuisse concessa privilegia, sed gratias dictis Comitibus Joanni, & Petro Antonio, à Carolo V. diversis temporibus, eadem tamen gratiam continentibus, annuorum scilicet ducatorum 400. super tractibus Policastri, cum aliquibus ampliationibus.

Primum enim conceditur Comiti Joanni Validolici sub die 22. Maii 1523. f. 176. à ter. & fol. 179. cum clausula refectionis fol. 177. à ter. quod licet exequitorium ab Andrea Carrafa Sanctæ Severine Comite, tunc temporis Locumtenente generali sub die 1. mensis Februarii 1525. atque adeo actio, vel novem menses post annum fol. 191. debite exequitioni demandatur, cum Regia Camera rescripto, cuius erant partes absque Fisci contradicentes, nec alicuius, 18. Maii ejus anni 1525. ut ex provisionibus Regia Camera, quæ incipiunt fol. 187. & data fol. 192.

Atque hanc fuisse veram dictæ decisionis causam, 11 inveni post hoc confectum notamentum, ita notatum manu d. Reg. de Ponte in processu Marchionis Vallis, super fideicommisso cum fratribus, in banca de *Scacciavento* fol. 45. à ter.

Attemen Comes Petrus Antonius filius, secundū obtinuit privilegium ab eodemmet Carolo V. sub data Hyppali 9. Aprilis 1526. in quo, cum exposuerit, primum privilegium atque gratiam concessam Comiti Joanni Patri viventi tunc temporis, & quod verè fruebatur, & percipiebat dictos annuos ducatos

dueatos 400.de dictis tractibus,duratura dicta perceptione, vita ejus patris durante, cum clausula perfectionis, ut suprà fol. 184.& additur clausula, eo modo, & forma, quibus predictus Comes ejus pater melius, & plenius virtute sui privilegii habet, tenet, & consequenter, & habere valet, quod privilegium, licet hic non inscratur, habere tamen de certa scien-  
zia, & dominica potestate pro inferno volumus, & ju-  
bemus, ac de varbo ad verbum, specificè declarato,  
fol. 188. atque jubet, & disponit, dictam gratiam ampliari, & prorogari, sicuti illam concesserat, & prout, illa fruebatur, ac possidebat Comes Joannes eo vi-  
vente, atque post mortem dicti ejus patris illam pos-  
sideret, ac fruetur comes Petrus Antonius fol. 184.  
à ter. in fin. & fol. 185. & à ter. cum data f. 186. in pr.

Quod secundum privilegium in se primum con-  
tinens, fuit exequitoriatum Neapolitani Reg. Colla-  
ter. Consil. sub 13. mens. Novembris 1526. & hoc in-  
tra menses septem, quod fuit confectum à Reg. Colla-  
ter. Consil. tantum, ac pro eo à d. Regente Montalvo,  
tunc Decano ob absentiam fortasse Excellent. Pro-  
regis, ut clarè est videre fol. 183. in principio. ibi Ca-  
rolas, &c. ejusq. Reg. Coll. Consil. & fol. 186. à ter. ubi  
12 inscribitur Montalvus Regens pro Collat. Conf.  
cum de Colle Reg. Cam. Locumtenenti, atque Nea-  
politanæ, Urbis Thesaur. General.

Et ita cernitur, quod præterquam primum privi-  
legium anni 1523. fuit mera gratia, & non dispensa-  
tio, quamvis fuerit exequotoriata post menses octo  
ab anni lapsu, tamen fuit exequuta, & in possessio-  
ne positus Comes Joannes, cum observatorialibus  
litteris Regia Camera, & absque Fisci contradic-  
tione.

Et deinde, quod liti finem imponit, fuit con-  
firmatum, & ampliatum, ut exequeretur etiam pro vita  
comitis Petri Antonii, adhuc vivente comite Joa-  
nne primo concessionario; & sic re integra; atque  
aded hæc secunda gratia habuit majus robur, quam  
quodlibet aliud simplex rescriptum, cum clausula,  
cuius tenor habeatur pro inferno, ut suprà. Et ut de-  
monstretur mentem ipsius Imperatoris, ac verba,  
uniuscuiusque confirmare etiam primam gratiam, te-  
gantur verba ibi: *Tenore præsentiam de certa nostra  
scientia, deliberatè, consultò, ac motu proprio, & ex  
gratia speciali, & cum matura Consil. deliberatione,  
ampliamus, protendimus, prorogamus, damus, dona-  
mus, concedimus, ac gratiosè elargimur, investientes  
ipsum, ex nunc post obitum ejus patris, ipsi Petro  
Antonio ad ejus vitam observetur, &c. quibus clau-  
sulis, & verbis, prorogamas Imperator confirmavit,*  
ac roboravit etiam primam concessionem, volens se-  
cundam esse primæ continuationem, & quod ab illa  
sumeret robur, alias enim quod extinctum est, am-  
pliari, protendi, nec prorogari potest vulg. l. sed et si  
manente, ff. de prec. & l. dies cautioni, ff. de damno  
inficit. cum simili.

Quin ultrò processit res, nam Imp. Carolus V. ter-  
tium concessit privilegium eidem Comiti Petro  
14 Antonio, quo illi ampliavit d. gratiam ann. duc. 400.  
ad unum hæredem filium, vel generum per eum in  
vita, vel mortis articulo nominandum, fol. 180. à ter.  
sub claris verbis, quæ etiam respiciebant confirmationem primi, Comiti Joanni, ejusdem patrii conce-  
ssi, ut ex proæmio, ibi, *Principis est id, quod via pra-  
15 durante, parentes habent in eoru liberos mirificè pro-  
pendere, fol. 180. sub dat. Aspurch. 5 Jun. 1530. f. 182.*

Sed quia dict. ultimum privilegium non fuit in  
tempore registratum Comes Joannes Baptista filius

dicti Antonii Comitis, & nepos ex filio dicti Comi-  
tis Joannis, in anno 1567. nihil aliud prætendit, nisi  
ad ipsum uti hæredem dictorum ejus patris, & avi  
spectare annatas, quæ a suis authorib[us] debebantur,  
fol. 176. virtute dictarum clausul expressarum refe-  
ctionum, ut suprà.

Et licet fiscus, qui sèpè ed se exonerandum oppo-  
nit quicquid ei videtur, opposuit, quod gratia non  
erat exequuta infra annum fol. 192. in fin. quod &  
16 benè quoad primam, & Comitis procurator Joa-  
nnes Antonius Vecchius antiquum se præbuit vi-  
rum, non penetrando veram, & germanam respon-  
sionem, sed fundavit se in stylo dispensationū, qua-  
rum protulit fasciculum sub anno 33. & 34. quas d.  
Minad. in scripto profilio Marchionis Vallis dixit  
esse casus 64. ut ex replicatione dicti procuratoris  
Comitis fol. 192. à ter. & fide offic. regist. ex fol. 193.  
tamen sententia referente D. Præf. Fabr. Villano fa-  
cta relatione in Coll. Consil. sub die 27. Junii 1573.  
merito condemnavit ex supradictis rationibus Reg.  
Fiscum, ad solvendum annatas decursas viventibus  
Comitibus Joanni, & Petro Antonio; ad beneficiū  
comitis Joannis Baptiste hæredis, non obstantibus  
17 oppositionibus, per Regium Fiscum factis fol. 200.

Non alia adducti ratione, ut sententia necessariò  
intelligatur lata ex causa ex qua ferri debebat, cum  
unica præsertim reddi posset, & non alia, & prout  
juris erat, eamque fuisse veram causam testatus est  
Reg. de Ponte propria manu in margine processus  
Marchionis Vallis fol. 45. à t.; quia primum privile-  
gium fuerat confirmatum, & ordinatum exequi per  
secundum concessum Petro Antonio, à quo appare-  
bat enixa Caroli V. voluntas, qui ampliando, & pro-  
rogando illud in personam Comitis filii, necessariò  
jubebat, ut inconcussè obseraretur Comiti patri. Et  
hoc clarè significat, atq[ue] ostendit Suæ Majestatis re-  
scriptum, missum pro hoc negotio Ducè Alcalà an-  
no 1570. dum dicit, *Visto las difficultades, que los de  
la Camera basen vella esequitoria del primer privi-  
legio, y aunque las razones, que apuntan los Regentes  
en favor del dicho Conde &c. se ordina se baga en  
tero cumplimento de Justicia, fol. 199. & à ter.*

Et hoc totum confirmatur, quia cernitur tertium  
privilegium concessum Comiti Petro Antonio an-  
no 1530. pro ampliatione dictæ tractæ, ad unum hæ-  
redem filium, vel generum fol. 182. quia in tempore  
non fuit exequotoriatum, nullum habuisse effectū,  
quoniam ex hoc perspicitur, Comitem Joannem Bapti-  
stam ejus filium, aded illud privilegium, nullum &  
invalidum habuisse, ut heque illi visum fuerit posse  
illud prætendere, ac proinde petuit solum redditus de-  
cursos, viventibus Comitibus Joanne avo, & Petro  
Antonio patre, ut ex instantia anni 1567. dicto fol.  
176. & sententia Villani anni 1573. f. 200. quia nul-  
lo modo agitur de tractis, quas prætendere poterat  
ipse Joannes Baptista, uti filius, vigore tertii privi-  
legii, quia non fuit in tempore exequotoriatum.

Quamquam prætendere potuisset justam habuif-  
18 se causam, Comitem Petrum Antonium illud non  
exequotoriandi infra annum, tanquam rebus belli-  
cis impeditum, quæ eodem tempore fuere, ut ipse  
met Imperat. testatur, narrans eximia ab eo patrata  
servitia in Lyguria, dum victus, ac captus fuit Rex  
Franciscus, ubi suum amisit germanum, fol. 184.  
quoad Regni Neapolitani invasionem, dum nuper  
ab hostibus invaderetur, bonaque ejus partem  
occuparent, fol. 180. à ter.

Nec obstat fides cœfecta à Dominico de Magistris,  
I 2 registri

registris scriba, qui testatur, quod, perquisitis libris Registri à tempore Excell. D. Petri de Toledo ab anno 1530, usque ad tempus Excellentissimi Prog. Alcalá 1568, reperiisse 64. casus, in quibus per Regiam Cancel. Regni Neap. fuerunt concessæ exequi toriæ, elapso anno, fol. 193.

Quia respondet primum, quod licet concedatur Neap. ab inferiore exequatur simpliciter, privilegiis, ac scripturis, à Suprema Regis Curia expeditis, elapso anno, ad partium petitionem, absque causa cognitione, & absque dispensæ formula, & absque clausula, non obstante tali lege, dum obstat lex Imperialis, sive Regia ita præcisa, non id est aliquo modo derogatur ipsa legi, neque inducit stylus, ac consuetudo, prout fuit probatum est superioribus allegationibus.

Et hinc cernitur, confessas fuisse, absque ulla consideratione, nisi ad simplicem petitionem cuiusmodi solent concedi Rcg. exequatur privilegiis supremæ Curie, ac potuit etiam induci abusus, ne privatetur Regia Cancellaria emolumentis, & quia sèpè sepius, cum non agitur de tertii præjudicio, ulla adest contradicatio, vel quando agitur de mera gratia, res absque ulla difficultate pertransit. Respondet secundò in multis dictorum exemplorum, erratum esse sub diei appositione, in formandis, ac exemplandis fidibus, prout in 5. 13. 27. 58. 60. 61. quibus cernitur, fuisse exequutorias infra annum, & in decima, in qua agitur de privilegio concessio etiam à Carlo V. Neapoli 1536.

Et in omnibus serè, si indagaretur id, quod privilegia continerent, in quibus agitur de legitimationibus; simplicibus gratiis, & officiorum provisionibus. Reg. assensibus aliisque rebus gratiosis, in quibus nulla adesse poterat contradicatio, nec tertii præjudicium.

Tertiò, in quamplurimis agitur de paucorum dicrum excessu, vel saltim mensis, prout in 31. 36. 37. 47. 50. 51. ad 57. & 64.

Quartò convincitur ab exemplo 62. fol. 198. à ter. in qua idem Scriba, qui fecit dictam fidem, dicit in privilegio Bernardi Mazzulli, expedito in Suprema Regis Curia sub die 5. Martii 1567. ob defectum nonnullorum membrorum, fuisse ab eadem Curia expeditum rescriptum 5. mensis Maii 1568. quo fuit ordinatum, quod lapsu temporis non obstante, exequitioni mandaretur, & fuit expedita exequatoria intrà annum sub die 18. Aprilis 1569. licet deinde obsignatum, ac registratum 22. Junii anni prædicti fol. 198. à ter.

Ex quibus apparet, ultimus stylus atque mos, qui debet prævalere, & si prius alius fuisse in contrarium, qui verè nunquam fuit, & juxta consuetudinem, de qua testantur DD. nostri in signis, necessarium esse Regis rescriptum.

Quinto hoc probatur, ac validis firmatur rationibus alio exemplo exhibito à D. Vincentio de Montibus, atque assumpto à scripturis productis à Marchione Valli in ejus processu, fol. 203. & 206. à ter. in quibus cernitur, quod dum concessisset Carol. Quintus ob maximorum servitorum remuneracionem, Capitan. Mirlot. de Crù ann. duc. 200. Madrid. 20. Januarii 1535. fol. 205. quia privilegium prædictum presentari non potuit Neapol. usque ad 1552. non modo fuit necesse rescriptum ipsiusmet Carol. V. verum etiam in illo exprimitur urgentissima causa dispensationis, & simul testatur expressè Imper. suam pragmaticam anni 1518. ne-

cessariò esse obseruandam, atque eam esse in suo robo, adeò quod necesse erat in eo casu, justis de causis dispensare, ejusque verba sunt hæc. Nò bñ podido presentar dentro del año segun, que por disposition de nuestra real pragmática, era obligado al privilegio, che deijo le mandamos despacbar por baverse siempre ocupado despues en cosa de nuestro servicio, y porche no es razon, che por esto dexé de conseguir la merced, que por sus servicios le bezieramos, os encargamos, que el dicho privilegio le sia admitido, bien assi dentro del agño l'huijisse presentado, non emergante la dicha constitution, aunque lo presente dentro d'otros seis meses, y se cuente de la fecha desta en adelante, dando assi mismo orden, que le corra des del dia della fecha de su privilegio.

Ac fuit expeditum hoc rescriptum 30. Jan. 1552. & excutum 21. April. dicti anni fol. 205. à ter. & 206. Atque hoc Imperiale rescriptum majus est, quam renovatio observantiae ipsius pragmaticæ, & ex hoc cernitur, testari Imperatorem dictum Capitulum fuisse obligatum illud presentare intrà annum, & quod justa de causa dispensavit, quod necessarium non fuisse, si consuetudo derogasset dictæ pragmaticæ, & tanta noscitur observantia, ut neque annus, sed tantum sex menses concessi fuerint.

Nec obstant dispensationes factæ in registro Regis Camer. quia quotquot pars producit, fuere confessæ ab Excellentiss. Proreg. & ab ejus Coll. Cons. ut registrantur assensus expediti ab ipsismet, quod non negatur, quoniam verum est, dictum registrum, non fieri virtute alicujus pragmaticæ, sed vigore clausularum apponi solitarum in assensibus importantibus translationem dominii,

26 Et hi, vel sunt assensus dati à Rege cum dicta clausula, & iis non prodest dispensatio Proreg. & Collat. Consilii, vel sunt expediti à Reg. Coll. Neapol. & hæc sunt exempla, quæ pars adducit, in quibus non negatur; hoc fieri posse, atque eas esse omnes dispensationes super assensibus ab ipsis Vicariis, clarè patet ex fidibus exhibitis, confessis à Sergio Conservatore, & ab unaquaque earum videlicet, fol. 210. 213. 215. à ter. tamen serè, ut plurimum ab oculatis Præsidentibus semper addita est clausula, citrè præjudicium jurium fisci, ut legitur in decreto, referente Præsidente David in casu Fabritii Sellaruli die 23. Jun. 1596. fol. 213. fol. 216. à ter. & 217.

### D E C I S I O.

**H**ic Controversia, magna quidem votantium altercatione, variisque lentiis inter definitendum, exagitata multitudine tandem, ut postea audi vi præbuit eventum, qui profecto parum absuit, quin longè alijs esset. Votantes enim in ea fuere duodecim, novem scilicet ex S. Cons. tres vero Regentes Collateralis, inclusio Præside S.C. D. Valentiniela, & sic die Jovis 30. Maii 1624. referente, tunc Consiliario, nunc dignissimo Regente D. Scipione Rovito, junctis Aulis in Collaterali, fuit decisum Absolvatur Don Vincentius de Montibus convenitus à petita immissione, salvis juribus in petitorio. Non intervenerunt Domini Regens Enriquez Marchio Campiæ, nec quondam Reg. Brandolinus, illa die infirmi, pender reclamatio.

S V M M A R I U M.

**C**onclusio in causa processum perficit.

**C**Recipmatio non debet declarari deserta ob lacsum

- psum fatalium de jure comm. nec de stylo Tribunali Regni, & ita in dubio judicandum n.51.
- 3 Fatalia non currunt in Concistorio Principis, id quæ speciale est multis rationibus n.13.
- 4 Sententia S.C. & Reg. Camerae, habent equeuationem paratam ad instar sententiæ Præfecti Prætorio,
- 5 Instantia introducenda, nec finienda appellatio-  
nis, non currit in concistorio.
- 6 Intellexus authen. sed & lis, C. de tempor. appell.  
procedere non solum in lita, qua inferri speratur,  
sed etiam in lita illata.
- 7 Decisio[n]es in Curia Romana, & Camera Imper-  
iali, n.8.
- 9 Tempora appellationum observanda in S. C. circa  
fatalia restringenda sunt ad appellationes ab in-  
ferioribus, non autem in reclamacionibus, &  
num. 10.
- 11 Stylus, ut excludatur desertio, est conformis juri  
communi. Et est comm. opinio DD. n.12. & ita  
servabatur in S.C. tempore Domini Capycii, &  
n.17. & bic stylus prævalere debet n.21.
- 15 Decretum S.C. de anno 1539. quod Pragmatica Reg.  
Ferdinandi I. servetur etiam in causis reclamo-  
tionum, quomodo sit accipendum.
- 16 Grammaticus in sua decis. 13. refers in casu suo  
fuisse exclusam desertionem, non obstante dicto  
decreto inserto inter Pragmaticas.
- 18 Decretum prædictum, & casus relati in decis. de  
Franchis 646. declarantur, & distinguuntur,  
& n.22.
- 19 Loffred. cons. 14. testatur, dictum decretum non  
esse usu receptum.
- 20 Casus plures ultrâ Loffi. afferuntur cum decisio-  
bus in diversis processibus quibus idem probatur.
- 23 Fatalia sunt in tripliæ differentia.
- 24 Decretum prædictum procedere possest in primo, &  
secundo genere fatalium, in quibus negligentia  
impari potest reclamanti, secus in 3. ubi instru-  
ctio processu, stetit per judicem, & n.25.26.27.28.
- 29 Distinctionis hujus auctor Guido Papè, quem plu-  
res sequuntur n.30. & 32. & ita servari in Ca-  
mera Imperiali, & Senatu Pedemont. num. 30.  
& 31.
- 33 Desertio reclamacionis impeditur iustis de causis,  
& quæ sint n.34.
- 35 Conclusio in causa operatur, ac si sententia effe-  
lata quoad processus instructionem.
- 36 Citationis ad sententiam omisso, facta conclusione,  
non vitia sententiam & quid servetur in Hy-  
spania, n.38.
- 37 Citationis ad sententiam omisso, est solemnitas ju-  
ris positivi.
- 39 Monitio ad dicendum, successit loco citationis ad  
sententiam, & unica sufficit.
- 40 Monitiones ad dicendum successive factæ in causis  
reclamacionum, idem operantur, quod reiterata  
protestationes, requisita de jure.
- 41 Monitio unica perpetuat instantiam ad triplex-  
tum.
- 42 Dilectionis requisita de jure, ad exitandum car-  
sum fatalium, debent intelligi, ut strictè proce-  
dant in appellatione non autem ita rigide in re-  
clamacione.
- 43 Rectificatio, & appellatio pari passu ambulant,  
nisi ubi diversa ratio concurrit, & 44. Et quæ sit  
diversa ratio, in casu præsenti n.45. & 46.
- 47 Observantia subsequens, & practicata, inter cur-

sum priorum, & tertii fatalis in Tribunalibus  
Neap. juxta predictam casum distinctionem non  
nihil confirmat discrimen prædictum DD. distinguen-  
tibus factum, & n.48. referuntur casus decisi.

- 49 Fides habita à praticantibus, probat stylum Tri-  
balis, & 50.
- 52 Fatalia utrum currant in decretis interloquutoriis.
- 53 Quid pendente verbo faciendo à decretis M. Car.
- 54 Decreta interloquatoria non transcut in rem ju-  
dicatam, quoad judicem, sed quoad partem.
- 55 Fatalia non currant, ubi non dasur terminus,  
nec compilatur processus.

## A R G U M E N T U M.

Fatalia, quando, & quomodo currant in causis appelle-  
tationum, & revisionum per viam supplicationis,  
quas reclamaciones appellamus, tam de jure com-  
muni, quam de stylo, & observantia superiorum  
Regni Tribunalium, & præcisæ Sacri Consilii, &  
Reg. Camerae. Et quomodo decretum Sac. Cons.  
de anno 1539. insertum inter Pragmaticas, quod  
fatalia currant in Sac. Consilio, etiam in causis re-  
clamationum, declarari, & restringi debeat ex sub-  
sequuta observantia, cum distinctione inter pri-  
mum, & secundum, & tertium fatale, quod, discrimin  
a pluribus DD. traditum, uti juri conforme proba-  
vit, evidenter ostenditur, ponderando plures deci-  
siones, que optimè theoreticam, cum praxi, conjun-  
xerunt.

## Pro Domino Duce Andriæ.

## CONTROVERSIA XIX.

- P**ost varia impedimenta opposita pro parte D.  
Principis Sancti Severii, adversus expeditio-  
nem cause reclamacionis interpositæ per Domi-  
num Ducem Andriæ à sententia Regiae Came-  
rae lata super evictione Casalis de Tre case. Confugit  
tandem ad exceptionem desertionis reclamacionis,  
asserens ex lapsu, nedum primi, secundi, sed etiam  
tertii, & ultimi fatalis, D. Duci in sua notoria justi-  
tia, esse audientiam denegandam. Verum pro D.  
Duce fundabimus, reclamacionem fuisse infra legiti-  
tima tempora interpositam, introductam, & prole-  
guutam, usque ad conclusionem in causa, ex qua  
1 processus integrè perficitur, & successivè fuisse in-  
statum pro cause expeditione ex monitionibus ad  
dicendum, adeò ut nec de jure, nec de stylo nostro-  
rum Tribunalium, prælertim vero Regiae Camerae,  
hujusmodi reclamatio possit prætendi deserta, quo-  
minus ad revisionem procedatur: de quo jure si  
3 quidem communis clarum est in concistorio Prin-  
cipis, cuiusmodi constat esse S. nostrum C. & Reg.  
Cam. in quibus sententiae habent executionem  
4 paratam, ad instar sententiæ Præfecti præto-  
rio, non currere fatalia, l. fin. §. si tamen, C. de tempor.  
appell. ubi in S. Concistorio perpetuari instantiam  
appellationis conceditur, cum iniquum sit propter  
occupationes florentissimi ordinis, causas hominum  
deperire, id est aperte in autem, sed & lis C. eod. ubi  
lis, que speratur in concistorium Principis inferri,  
absq; damno moræ remanere debet intacta, donec  
ipse faciat eam introduci, & à proceribus, secundum  
5 morem, dirimi; & sic non currit instantia introdu-  
cenda, nec finienda appellatio, si enim Imper.  
tantummodo dixisset, dove s' introducta, videretur  
innuere, quod post introductionem fatalia curre-  
rent, sed addendo expressè donec fuerit direpta,  
ostendit quod antequam causa expediatur, nullū pa-  
titur

titur temporis præjudicium, ut post *Fulgos.* in d. autb. sed & lis, & *Panor.* in cap. & ratione n. 6. vers. ego evitando, ubi Dec. num. 22. dicit communem de-  
appel. & autoritate etiam *Gloss.* in §. 1. vers. si ver-  
neatur, verbo, occurrat, autb. de his, qui ingred. ad ap-  
pell. probat *Ruyn.* conf. 172. col. pen. num. 12. lib. 4.  
*Bursat.* conf. 2. n. 4. lib. 1. & optimè *Natta* reviden-  
dus conf. 383. vertitur dubitatio quicquid dixerit  
*Roland.* loquens contra expressa verba d. autb. sed  
& lis. conf. 15. lib. 2. *Sfort.* conf. 11. n. 11. contra quos  
stat etiam decif. *Gard.* Papè 135. in fin. ubi advertit,  
6 quod licet in d. autb. fiat mentio de lite, quæ spera-  
tur iasferri, idem tamen de ea, quæ jam est illata, &  
notificata, & *Addent.* noviss. ibi in 1. addit. probat ex  
*Spec.* in 2. p. tit. de supplic. §. effectus, ex peculiari vi  
supplicationis Principi oblatæ, & rescripti super il-  
la emanati, perpetuari instantiam usque ad trin-  
ita, vel quadraginta annos, & aliorum velut indubi-  
tata, & cū opin. *Nattæ* fuisse decisum in *Curia Rom.*  
7 de ann. 1573. testatur *Cord.* *Seraph.* dec. 997. n. 8. &  
8 sic pariter *Imperiali* decisione id fuisse terminatum  
de anno 1586. in causa Dominorum de Valperga,  
testis est *Alex. Raudens*, qui tametsi pro desertione  
juxta vulgatas regulas fatalium, latiss. scripsisset in  
eius conf. 30. vol. 1. attamen in calce refert copiam  
Imperialis decreti, quo rejecta fuit desertio, &  
admissa appellatio: de stylo verò nostri Neap. Sena-  
tus, quidquid fuerit de jure communi, clarum est  
*Prag. Regis Ferdinandi I.* qua fuit statutum *Conf.*  
9 *Reg. Appellationum tempora*, servari deberi etiam in  
S. C. circa fatalia, quæ est 1. prag. sub tit. de appel. ex  
antiquissima interpretatione fuisse receptum, habe-  
re locum dum taxat in causis appellantionum, quæ ad  
Sac. Cons. ab inferioribus Curiis, & Regni judi-  
cibus introducebantur, non autem in causis recla-  
mationum, a sententiis ejusdem S. C. de quo stylo  
& obseruantia plenè testatur *Afflitt.* dec. 78. qui in-  
fine, dicit quod suo tempore fuit de dicto stylo ca-  
pta informatio à practicantibus, & ita fuisse decla-  
rata prag. servatum, & decisum, tempore Regis  
Federici Aragonæ, & *Ursill.* ibid. post num. 3. vers.  
sed circumscripta, advertit, quod citra dispositio-  
nem novæ prag. anni 1539. de qua infrà, hunc stilum  
esse conformem juri communi, & concordare cum  
12 traditis per DD. in d. c. ex ratione, subdens hanc es-  
se comm. opin. à qua Dec. ibi non ausus fuit recede-  
re, cuius non eam veram rationem tradit, quod dif-  
ficilis sit aditus ad Principem, sed quia speciale est,  
quod causa introducta in ipsius concistorio, fatalia  
13 non currant, & quia minimè sunt mutanda, quæ  
antiquam interpretationem receperunt, quamvis  
alias, & meliores rationes, potuisset *Ursill.* assigna-  
14 re, de quibus infrà, & juxta, stylum *Afflitt.* judicari  
in S. C. suo tempore, velut indubiatum, supponit  
*D. Capyc.* dec. 109. n. 5. & de *Afflitt.* meminit *Re-*  
*buff.* supponens idem servari in *Francia de supplic.*  
9. 9. in *præfat.* n. 57. & quamvis *Gram.* in decif. 13.  
dicat suo tempore de anno 1539. fuisse decreto  
15 S. C. provisum, quod *Prag. Regis Ferdinandi I.* cir-  
ca fatalia servetur etiam in causis reclamationum  
à sententiis ejusdem S. C. quod decretum est hodie  
16 insertum inter *Prag. de off. S. C. c. 54.* & de eo memi-  
nit *Ursill.* d. dec. 78. in princ. attamen in casu sive  
dec. *Gram.* adhuc refert fuisse decisum, ut recla-  
matio non censeatur deferta, juxta stylum ab *Aff.*  
relatum, tametsi in d. catu *Pirrus Campanilis recla-*  
17 *mans,* solum procurasset commissionem reclamatio-  
nis, quam nec præsentavit, nec reclamationem pro-

sequutus fuisset, ob quod omnia fatalia erant de-  
cursa, ut ipse retulit in principio.

Cum igitur usque ad annum 1539. inconcussè  
fuerit servatus stylus, de quo meminit *Afflitt.* qui  
17 vel est omnino juri comm. conformis, secundum  
opinionem *Fulg.* quam tuentur, *Rays.* & *Natta*,  
vel saltim approbavit alteram, ex diversis DD. opin.  
& sic fuit stylus interpretativus, non autem juri  
communi contrarius.

Restat solum respondere ad decretum prædictum  
18 anni 1539. & noviss. ad relata per *Dom. de Fran-*  
*chis* decisione 646. ubi refert, in multis causis fuisse  
decisum, & practicatum, quod fatalia currant in S.  
C. & pro resolutione adverto primò, quod in præ-  
dicto decreto, sive pragm. non est tanta vis facien-  
19 da, siquidem insignis *Loffred.* in conf. 14. postquam  
plurima tradidit circa desertionem, subjicit hæc ver-  
ba: Quamvis in ipsa Pragmatica non insistam, ex quo  
in causa Alphonsi de Guevara cum Mattheo Sten-  
dardo, fait per S. C. declaratum, Pragmaticam non  
procedere in supplicatione à sententia Regia, sed in  
appellations ab inferiori de ann. 1556. & sic aperte  
constat, ex tanti viri testimonio contrà Prag. prædi-  
ctam, longè post annum 1539. fuisse decitum post  
annos sexdecim, & sic in effectu, non fuisse usu rece-  
ptā, eiq; derrogatū ex contraria decis. ejusd. Senatus.

Et cum postea, antiquioribus, & novissimis tem-  
poribus, tam ante, quam post casus relatos per *D.*  
de *Frauch.* fuerit, adhuc non obstante prædicto de-  
20 creto, decisum, fatalia non currere in S. C. ut in  
promptu exhibentur casus, & decisiones.

Ex hoc, vel omnino prævalere debet ille stylus,  
21 qui favet reclamationi, & excludit desertionem, si  
concedamus, fuisse diverso modo servatum, &  
decisum, ut voluit in specie *Lad.* dec. *Perus.* 96. n. 22.  
vel, & melius hoc decretum anni 1539. & casus de-  
cisionum, relati per *D. de Franck.* veluti juri com-  
muni, & antiquo stylo S. C. contrarii, debent  
22 restringi, & limitari, ut minus lèdant jus anti-  
quum, quam sit possibile, & decretum ipsum coar-  
ctari debet, ut procedat juxta limites facti, & ca-  
suum, in quibus fuit practicata desertio reclama-  
tionis, non extra; concordando omnia, fædere di-  
stinctionis, deductæ ex juris principiis.

23 Cum enim fatalia sint in triplici differentia, quæ-  
dam enim ad interponendam, quædam ad introdu-  
cendam, coram judge reclamationis, postrema  
verò ad finiendam appellantionem spectant, ut ple-  
niss. prosequitur *Gail.* lib. 1. ob serv. cap. 239. in prin.  
& sequitur *Raud.* conf. 30. num. 2. in fin. lib. 1.

Concedimus, ut ex dicto decreto sit introdu-  
24 cendum in S. C. ut fatalia currant in primo, & secun-  
do genere, ubi quis scilicet, vel reclamationem in-  
fra biennium saltim, non interposuerit, ut quia non  
25 procuraverit, causam committi, quod hodie faci-  
liter fieri posse *Ursill.* advertit in d. dec. 78. num. 1.  
26 & 2. vel rescriptum commissionis non præsen-  
tavit, nec parti intimandum curavit, & sic processum  
non instruxit, ut erat in casu dec. *Gram.* in d. de-  
cif. 13. tunc enim, si velit post multum temporis, re-  
clamationem prosequi, ex quo per ipsum stetit, re-  
scriptum obtinere, præsentare, & processum in-  
struere, quæ de facili fieri posse, & à sola reclaman-  
tis voluntate pendere, experientia ipsa docet, tunc  
in ipsius negligentis odium, & pœnam, meritò de-  
27 cisum fuit, fatalia currere, at lecus, ubi quis post  
interpositam reclamationem, omnia ad instructio-  
nem, & processus compilationem necessaria, usque  
ad mo-

ad monitionē ad dicendum inclusiō, fieri curaverit, quia si deinde causa non fuerit expedita, id reclamanti imputari non debet, cum id, ob multitudinem negotiorum, vel ob judicū numerū, in Principis concistorio evenisse, credendum est, quod partibus nocere non debet, quominus earum jus pereat; ita hanc distinctionem satis rationabilem considerat Gaid. Papē magnus practicus in tract. de appell. quāst. 101. numero 67. in 5. tom. trac. his verbis de stylo Curiarum præsentis patrī Delphinarū, facta assignatione ad diffiniendum in causa etiō si restaret causa in dormitorio, per decē annos, appellatio non diceretur deserta, quia tunc non stat per partem, sed per jadicem appellationum, quominus sententia appellationis diffiniatur, Ita semper vidi servari à triginta tribus annis citrū, à quibus incepit practicare; idem probat Gail. lib. 1. cap. 141. post num. 6. vers. in Camera Imperiāli, neque bujusmodi fatalia appellationis prosequenda, nec etiam fatalia primā instantiā, habent locum in Camera, idque propter multitudinem causarum, sed tantum tempora interponenda, & introducenda appellationis diligenter attenduntur; facit quod regulariter in concistorio Principis, non currant fatalia prosequendæ appellationis, propter rationem prædictam, juribus per eum citatis, & sic fundat Gail. observantiam in jure communi, ubi etiam fundat Tbesaur. eandem observantiam in suo Senatu decis. 10. n. 15. in fin. idemque Anton. Fabr. defin. 15. super tit. C. de tempor. appell. sic etiam Lanfr. Halbus decis. 128. dicens, quod pro testationes non sunt necessariae, sed deserviunt ad maiorem cautelam, ubi processus est instructus ita declarans doct. Bald. in autb. si appellatione, C. de tempor. appell. & probat Azeved. in lib. 4. t. 18. l. 1. in fin.

Et quod tam multitudine causarum, quam multitudino judicū, sint justæ cause impedimentū, ne reclamatio deseratur, de prima est sex. in d. l. fin. §. si tamen. C. de tempor. appell. & tradit Alex. in leg. properanda. n. §. si autem utraq. C. de judic. post Roman. n. §. de viru. fall. 45.

Et de secunda meminit Afflīt. in Constitut. sapè 34 contingit. n. 3. dicens hoc imp. dimentum multitudinis judicū esse omnissimum à Doct. in cap. ex ratione dum alia impedimenta describuntur, de quibus post Tbesaur. d. dec. 10. Castill. decis. Sicil. 47. & utramque causam tradit Reg. de Ponto, citans Afflīt. in d. Constit. conf. 142. num. 8. & 9. 2. vol. & comprobari potest etiō hæc distinctione authoritate Paridis de puto de sindic. verb. instantia, cap. 2. num. 3. vers. tamen e. g. quem sequitur Vant. de nullit. ex defec. juridic. ordin. n. 116. in fin.

Nec mirum videri debet, quod in valuerit ex stylo S. C. ut fatal a currant in causa reclamatio, antequam sit conclusio, secus postquam est in causa 35 conclusum, quia pars sunt, esse conclusum in causa, & sententiam esse latum, saltim quoad reclamantem ut per Afflīt. & Ursill. d. c. 396. cum aliis per D. de Franch. dec. 296. adeo, ut post conclusionem, utriusque 36 que parti intimatam omisiō citationis ad sententiam non redderet sententiam nullam, cum sit solemnitas de iure positivo, quæ non attenditur in concistorio Principis, ut per Afflīt. decis. 283. num. 6. Vantum de nullit. c. fin. n. 107. & ob id in Hispania sufficere conclusionem in causa absque alia citatione ad sententiam tradit Gozal. ad reg. 8. Cap. glo. 9. in adnot. contr. nullit. & assert. n. 155.

39 Et fortius, ubi post conclusionem saltim unica fit monitio ad dicendum, quæ successit loco citationis ad sententiam, ut advertit Ursill. ad Afflīt. d. dec. 283. n. 13. cum hic, non unica, sed piures successivæ sint factæ monitiones, quæ idem operari, quod protestationes ad excludendam desertionem innuere videtur Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipse Prætori, post n. 4. ff. de oper. novi nunt. & ita vide mus practicari, & sufficere monitiones ad dicendum, & ex unica monitione perpetuari instantiam, usq; ad triennium, quinimò novennium, trahunt D. de Franch. decis. 643. de Ponte d. conf. 142. n. 5. in 2.

Idque èd fortius est admittendu in reclamatio ne, cum omnia jura, quæ sic rigidam, & ferè scrupulosam diligentiam, ad evitandum cursum fatalium exquisiverunt, de quibus post Ofasc. dec. 12. 28. 109. & Becciam conf. 171. lib. 2. loquuntur in 43 appellatione, non inreclamatione, quæ etsi regulatiter pari passu ambulent, ut notavit Isr. in c. Im- 44 perial. §. præterea, si inter duos, num. 81. in fin. id non procedit, existente diversitatis ratione, ut ex Roland. concedit Sola ad Conflit. Sabaud. de modo supplicandi, gl. sec. n. 14. & amplè habetur apud Rebuff. in præfat. tract. de supplici.

45 Ratio autem diu sit. tis in præsenti casu evi dens redditur ab Imper. in §. 1. sub vers. scimus enim ibi, vitori omnino erat inexplicabilis victoria, non valens, neque iis, quæ erant iudicata frui per appellationem authen. de iis qui ingred. ad appell. quæ 46 ratio cessat in reclamatione, quæ non admittitur, etsi prius exculta sententia, unde mirum, si vi citus reclamans, qui gravatus in uno, ut statim sententia exequatur, relevetur, ut non sic rigide curvant fatalia victore jam possidente.

Et si deficerent jura, & authoritates DD. distinguentium, inter cursum priorum, & postremi fatalis, in sententiis Senatus, hoc declaravit subsequuta 47 observantia, quæ potuit declarare, & restringere, decretum anni 1539. ad latè tradita per Fab. de Anna conf. 40. n. 7. & conf. 129. n. 39. Q. 45.

48 Authoritas enim, & usus sublequens rerum judicatarum, declaravit cursum fatalium attendi in S. C. ubi in tempore non est reclamatum, vel non est compilatus processus; & ita procedunt casus relativi à D. de Franchis dec. 646. in causa Dominorum de Carrara cum D. Marchione Mariliani, securus vero, cum in tempore reclamatio fuit interposita, & instructus processus, quamvis postea diu tacuerit, ut fuit decisum in causa Virgilii Montalto, cum Marchione Argentii, Julias de Restaino, cum Lavinia de Morris, Jacobi de Bononia, cum Sedili Nidi, & aliis multis. Et novissimè fuit facta fides amplissima

49 a practicantibus, & Officialibus Reg. Camera, qui stylus velut particularis est attendendus, cum agi- 50 tur de causa vertenti in ipsa Reg. Camera, & in du- si b. o ad excludendam desertionem, judicandum esse, latè fundat Surdas conf. 238. n. 14.

52 Utrum autem fatalia currant in decretis interloquitoris, alias de anno 1622. dubitavimus pro Odoardo Cicala defenderem nullitatem venditio nis terræ Angri, contra Marc. Ant. Doria in banca Cioffi. Et licet Ursill. dec. 42. n. 2. dicat eadem tempora servari citans Afflīt. in Constit. appellationum tempora, num. 13. qui nihil dicit, & iterum idem Ursill. dec. 78. n. 7. dicat non currere fatalia, pen- 53 dente verbo faciendo à decretis Mag. Curię, tamen veritas est, quod non currunt fatalia in interloquitoris,

toris, quia ubi non datur instantia formata, nec te-  
la judicaria ibi non currunt fatalia. Et quia nun-  
quam decreta interloquutoria transeunt in rem ju-  
dicatam quoad judicem, licet bene transant quoad  
partem, & quod dicit *Vrsell. dec. 42. & 79.* proce-  
dit quoad desertionem, si infra decennium non ap-  
pellatur ut in *cap. non solum 7. de appell. in 6. secur*  
*verò, interposita appellatione, quia ubi non datur*  
*55 terminus, nec compilatur processus, fatalia non*  
*currunt, ut colligitur ex Ramano conf. 501.* Et di-  
ctum *Vrsell. d. decif. 78. n. 7.* est verius indistinctè  
in omnibus interloquutoriis.

## DECISIONE.

**D**ie Jovis 22. Decembris 1616. post multas sessio-  
nes, referente Dominō tunc Prælide, hodiè me-  
ritissimo Regente D. Joanne Enriquez, in processu  
R. Cameræ, penes Magnificum Franciscum Boli-  
num, nunc Reg. Cameræ Secretarium, cuius acta  
conservantur hodie per Joannem Angelum Scale-  
fium; fuit decisa causa in favorem D. Ducis nostri  
meritissimi clientis, in Reg. Camera, cum quinque  
adjunctis Sac. Cons. quod procedatur ad decisionem  
causæ reclamationis, non obstante desertione alle-  
gata, sed cum ab hoc decreto reclamasset D. Prin-  
ceps Sancti Severii Paulus Sangrius, fuit in gradu  
reclamationis mutatis aliquibus ex judicibus die  
Lunæ 15. Januarii 1618, decretum revocatum, &  
decisum obstat desertionem, habent sua sydera  
causæ.

## SYMARIUM.

- 1 **S**tylus, & observantia Tribunalium etiam post  
annum 1539. quo tempore scripsi Gram. dec. 13.  
excludit desertionem.
- 2 **R**eclamatio interposita, cum processu compilato in-  
tra legitima tempora excludit desertionem.
- 3 **D**ecisiones relatae per D. de Franch. decif. 646. pro-  
cedunt, quando reclamatio non est commissa, aut  
non prosequuta.
- 4 **F**atalia in Reg. Camera, non currunt de particu-  
lari ipsius stylo, & præsertim in causis, in qui-  
bus interponens reclamacionem, fuit impeditus  
illam prosequi, n. 5.
- 5 **D**ecisio cursus fatalium, fuit desertionis, in cau-  
sa nullitatis venditionis terra Merilianæ, inter  
Vincentium Carrafam, & D. Cesarem Gonza-  
gam ponderatur.
- 6 **D**ecisio circa desertionem reclamacionis Julii Ca-  
saris Lamæ, discutitur.
- 7 **D**ecisio in causa inter Ducem Suezæ,  
& Marchionem Turris Majoris, perpenditur.
- 8 **D**ecisio consimilis in causa inter Ducem Suezæ,  
& Martium Corrafanum super relaxatione Terra  
Argentii, quare fatalia reclamanti, non obfue-  
rint, explicatur.
- 9 **D**ecisio inter Julianum de Bestaino, & Laviniam de  
Morra, in medium offertur, & sic pariter altera.
- 10 **D**ecisio inter Jacobum de Bononia, & Sedile Ni-  
di, cum alisis conciliatur.
- 11 **D**ecisio inter Fabritiam Mormilem, & Jo: Anto-  
nium Nave, ceteris connectitur.
- 12 **D**ecisio inter Lucretiam Pitera, & Jo: Albonsum  
Susanna, quare desertionem excluderit, diluci-  
datur, & cum ipsa, altera.
- 13 **D**ecisio inter Baldaxarem, & Jo: Antonium Gam-  
bacurta, conjungitur.
- 14 **D**ecisio inter Laviniam Petralbes, & quosdam de  
Pace ex una, contra Principem Hostilianum, pro  
decisione tertii puncti, in medium offertur.

- 16 **D**ecisio consimilis inter fiscum, & D. Joannem de  
Ghevara Bovini Duce, item alia.
- 17 **D**ecisio inter Horatium de Loff ead., & particula-  
res Consentinos, declaratur.
- 18 **D**ecretum per Judicem domi latum, & decretum  
in Tribunalis, exequantur quoad hoc ut pari mo-  
do transuant in rem judicatam, Fatalia currunt  
eodem modo in interloquutoria, scilicet in diffiniti-  
va cum declaratione: Instantia, ubi non datur, nec  
compilatur processus, cessat cursus fatalium.
- 19 **D**esertio in casu presentis Controversie inter Da-  
cem Andriæ, & Principem Sancti Severii, est  
excludenda, ob extremas diligentias addibitas  
ex parte reclamantis; & ob moras, & infinitas  
propæ dilationes allatas ex parte reclamantis, &  
tandem additur pro coronide alia.
- 20 **D**ecisio inter eundem Ducem Andriæ, cum Reg.  
Fisco, ubi non obstante longa mora fisci lis viva  
pendet mortis nescia in Reg. Camera.

## DECISIONES.

## Discordes concordatae.

**V**T antiqui veteris supremorum Tribunalium  
styli, atque usus elucebat veritas, & intelliga-  
tur, quam optimus inter eos, & legum dispositio-  
nem fuerit consensus, iis potissimum in Tribunalib-  
us, in quibus, nisi eminenti doctrina viri, ac sa-  
pientissimi, præsident, quia ab ipsa legum medulla  
stylum eruunt, visum est, quod ab antiquis, diver-  
sique utriusque Tribunalis processibus extraxi-  
mus, hic annotare. Quo sit ut cognoscatur, quam  
bene præsteritarum decisionum varietas, facti di-  
versitati concilietur.

## Pro eodem in eadem causa:

**C**ONTROVERSSIA XX:  
**D**VX Andriæ, ut prætensam reclamationis deser-  
tionem, a Principe Sancti Severii oppositam,  
& fatalium lapsum funditus evertat, fundat in  
promptu stylum, & observantiam, etiam post de-  
cretum anni 1539. relatum à Grammatico in dec.  
13. viguisse, ut infra plenissime probabitur, idque  
clarecere iisdem exemplis, à Domino Præsidente  
allatis in dec. 646. aliisque processibus, & decretis  
ante, postque latis.

Primo, quia in Sac. Cons. ejusmodi desertio nun-  
quam fuit nec commissa, nec usu recepta, quando re-  
clamatio intra legitima tempora est interposita, &  
processus compilatus, licet postea causa, longo tem-  
poris intervallo non fuerit expedita, aut de expe-  
ditione instatum.

Secundò, quia exempla in decisâ Domino Præ-  
sidente relata, & alia quævis afferantur, tunc proce-  
dunt, quando aut non commissa reclamatio, aut  
processus non fuit opportuno tempore compilatus  
quod utique, nec semper quidem fuit observatum,  
nisi ubi longa in compilando processu, mora, sum-  
maque negligentia intercessit.

Tertiò, quia in Regia Camera, vel iis in causis,  
quæ inter partes aguntur, est de peculiari stylo, ut  
4 quoties tempore opportuno fuit reclamatum, per-  
mitteretur, reclamationes procedere, licet proces-  
sus, non fuerit in tempore compilatus.

Quartò, quia hujusmodi Cameræ stylus, eo ma-  
gis est in casu nostro admittendus, quod plures,  
æque præcipuae rationes concurrent, veluti adjū-  
ctorum

ctorum iudicium alterius Tribunalis, numerus, & diversitas; summae Ducis diligentia: penè infinita rescripta, & iussiones Proregis, frustra pro expeditione impetrata: Denum ejusdem Cam. decreta, & capta, de causa expedienda consilia. Quæ omnia, ob extremas, exquisitissimasq; partis dilationes, nihil ad rem contulere.

**6** Adducta à Domino Præsidente exempla ita rem exprimunt. Et primò, quidem si processu nullitatis venditionis Mariliani, sententia contra Vincentium Carafa actorem ad favorem D. Cœsaris Gonsaga, fuit lata 14. die Octobris anno 1572. referente Scalaczone fol. 131,

De ea reclamatum fuit in forma die 21. Octobris ejusdem anni 1572. fol. 141. & à terg. in fin. Sed pars reclamans conticuit usque ad mensem Junium anni 1576. in quo causam committi curavit, & supplicationem intimari, fol. 136. & 137.

Idcircò, cum ei opposita fuerit desertio per annos quatuor, nèdum per duos, die 10. Julii 1576. fol. 138. quia causam non prosequuta fuit, nec processum compilavit: cum non licet de facto negare, justa se impedimenta habuisse allegavit. fol. 138. in fin. & 143.

Et quia ejusmodi impedimenta haud admittenda esse censuit Sacrum Consilium, nudo remanente articulo referente de Franchis in Collaterali fuit decreto provisum hls verbis: *Vltimo Junii 1578. reclamationem interpositam à sententia lata 24. Octob. 1577. fore, & esse desertam, fol. 252.* atque ita patet, desertionem ex eo ortam, quod processus quatuor annorum intervallo, non fuit compilatus.

**7** Secundò in processu reclamationis Julii Cœsaris Lama penès de Felice sententia fuit lata anno 1569. ut videre est in decreto desertionis ann. 1569. fol. 91. à terg.

Et licet interposita reclamationis tempus non appareat; certum est temen, eundem Julium Cœsarem, cum se reclamasse affereret, obtinuisse, ut reclamatio prædicta committeretur mense Julii 1586. fol. r. atq; intimaretur contra supplicata mense Augusto ejusdem anni fol. 2. à tergo. Et licet statim, & immediate curaverit dari terminum, ad non posita ponendum die 25. Seprembris 1585. fol. 4. & processum compilaverit mense Maii anno 87. fol. 23. à ter. nulla interposita mora, quinimò post compilatum processum, non modo singulis annis, verùm singulis quibusque mensibus, fieri monitiones pro expeditione, curavit, ut re ipsa complures, ac diversi actus intercessere; veluti causæ commissiones diversis Consiliariis: commutations Commissariorum, fol. 50. 52. 60. ; decreta, quod audiantur tertii comparentes fol. 46. Tribunalis translatio fol. 77. protestatio, fol. 55. ac Proregis pro expeditione mandata fol. 79.

Quia tamen, quoad processus compilationem, non est in tempore prosequutus reclamationem, idcirco, referente Consiliario Vespulo fuit decreto mense Februarii anno 1596, atque, cum mysterio dictum, auditis partibus super exceptionem desertionis, visisq; pro utraque parte super prædictis, & in eorum scriptis allegatis, reclamationem à sententia lata in anno 1569. fuisse, & esse desertam, q; lapsum fatalium,

**8** Tertio, exemplum causæ Ducis Sueßæ contrà Marchionem Turris Majoris, est longè à casu nostro diversum: quia licet Dux, status relaxationem, vel Fiscum condemnari ad refectionem prætende-

rit, fol. 52. & 95. à tergo; fuerunt tamen Marchio, & Fiscus absolti in Collaterali 10. Novembri 1552. fol. 101. à tergo his verbis: *Visis litteris Sua Majestatis, expeditis 22. Martii 1518. non esse procedendum in causa prædicta sed dicto Ducis esse imponendum perpetuum silentium, & Fiscus absolvatur.*

Et postea per aliud Collateralis decretum 9. Octobris die 1546. fuit dictum, non esse recipiandas scripturas, quas procurator Ducis presentare intendit, sed esse publicandum decretum intimatum Ducis procuratori 11. Octobris 1554. fol. 102. De quo reclamat Dux infra biennium 8. mensis Octobris 156. fol. 102. in fin. à terg. cessat postea reticens per biennium, & reclamationis causam committi curat per S. Majestatis litteras, datas 23. Maii 1558. fol. 113. & 117. in fin.

Mense Octobris 1559. plures pro Marchione, monetur, requiriturq; Ducis procurator, iteratim impositione silentii contrà partem adversam fol. 133. à ter. & monitione à Revertera firmata, fol. 134. à ter. Joannes Antonius Torno Ducis procurator, plures variaque opponit dilationes, nempe ob auctorum obitum: petitq; terminum ad denunciandum Hispaniis, fol. 135. & à ter. ad hoc pro Marchione replicatur, quod ipse reclamavit, & ipse causam protrahit, fol. 136. locis signatis; conceditur illi terminus dierum sex, ad instruendum auctores, ultimo Octobris 59. fol. 136. & 137. & 138. ubi intercessere plures hinc inde, partium replicationes, Die 20. Novembri 1558. instantे Marchione fuit decretum; Procedatur ad expeditionem causæ reclamationis, oppositis non obstantibus fol. 136. ubi replicat à ter. quod certioravit, Ducem principalem ad finem deliberandi, si opus esset petere terminum ad non posita ponendum, fol. 141. ac denuo per Marchionem pro expeditione instatur 15. Decembris 1559. fol. 140. à ter. Et quamquam anno 1560. insteterit Dux, ut declararetur, num Regentes, uti delegati, an ut ordinarii intercederint, fol. 142. hoc tamen 28. Martii 1560. fuit depreto declaratum, intervenisse scilicet uti ordinarios fol. 144. Postea nihil agens, retinet usq; ad 24. Aprilis 1563. quo tempore petit terminum, ad non posita ponendum, f. 144. à ter. & iterum 12. Julii 1563. fol. 146. quo etiā tempore addit nonnulla, & de nullitate dicit; & licet deinde mense Septembri 1584. protestetur de fatalibus fol. 172. à ter. & 173. hoc tamen illi, post tantam moram non prodest; atque ita postea 1. Julii 1585. fuit declaratum in Collaterali, obstat lapsum fatalium, & desertionem, f. 260. in 3. vol. Ducis Sueßæ.

Quod vero ad alterum punctum: nimirum, quod diurna taciturnitas, & negligentia non officit, sic fuerit, reclamatum in tempore, & processus compilatus, assertus.

Primò, quod, cum Martius Carafa Arientii Marchio fuerit absolutus à relaxatione ejusdem terræ, petitæ à Virgilio Montalto, ultimo Junii 1568. fol. 688. penès Burrellum.

Et Virgilius de sententia reclamasset, fuissetq; statim commissa reclamatio Cadeneæ, mense Septembri 1568. f. 689. & à ter. insuper facta conclusio, f. 690. à ter. & expedita citatio ad dicendum Junii 1570. f. 691. nec non introducta causa 2. Junii 1570. f. 692. licet Virgilius reclamans toto novennivo retineretur usq; ad 4. Martii anni 1579. in quo illi intimari curavit monitionem ad dicendum, fol. 694. & licet dictæ monitioni oppositum fuisset.

fuisset reclamationem, esse non solum deflagram, sed desertissimam.

Et etiam post dictam oppositionem per integrum biennium tacuerit in quo novam monitionē intimandam curavit, fol. 695. à ter. tamen latum est Sac. Consilii decretum 24. Novembri 1581. Procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione causa reclamationis non obstante allegata desertione, f. 699. à quo decreta, cum reclamatum esset per dictum Marchionem Arientii, fol. 700. fuit tamen confirmatum referente Consil. de Haro fol. 716.

10 Secundò assertur, quod, cum Julia de Restaino quadam de sententia anno 1560. lata ad favorem Laviniae de Morra, reclamasset fuissetque terminus assignatus; ac processus compilatus, & facta monitio anno 1565. fol. 703. licet posteà silens per sex annos quandam monitionem anno 1571. fieri cūraverit, ut videre est ex scribæ relatione, a processu ex tracta fol. 703. in fin. mense tamen Octobris 1572. referente Villanova, fuit decreto admissa reclamatio, fol. 702. à ter. & 703. à ter.

Verum, quia reclamans nova desidia torpuit, cum per alium, & integrum triennium reticuerit, 20. Martii 1576. fuit, referente Orificio, declaratum reclamationem esse desertam, fol. 703. à ter. in fin. & 704. penes Figliolam.

11 Tertiò cum Sedile Nidi, & familia Bononia, referente Consiliario Manzo, fuerint absoluti à prætensione Iacobi de Bononia Scipionis patris, 8. Iunii 1561. fol. 697.

Cumque Iacobus reclamasset, ac reclamationis processum in tempore compilasset, ut colligitur ex decreto introductionis in S.C. 12. Iulii 1566. referente Consil. Vinc. de Franch. d.f. à ter. & cum deinde longo temporis intervallo desidens, causæ expeditionem prætendere, opponereturq; illi præstatum Nidi Sedile, allegans reclamationem esse desertissimam, ob assiduam duodecim annorum cessationem f. 697. à t., cuius oppositionis præsentatio legitur f. 698. in princ. cui adhæsit familia de Bononia.

Tamen junctis Aulis referente Consil. Cadena, ultimo Martii 1579. exortum est decretum, quod non obstante desertione, procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione, apud Cioffum.

12 Quarto in reclamatione Fabritii Mormilis, de sententia, mense Iulii 1569. lata ad favorem Ioannis Antonii Navis, reclamat Mormilis, ac Septembri 1570. obtinet statim, quod reclamatio committatur, f. 245. & a ter. ut ex copiis in processu Terræ Marilianæ, posteà 12. mensis Iulii 1571. assignatur terminus. dito fol. 245. à ter. & ulterius non sit progressio, tacuit deinde Mormilis per integrum quinquennium, & anno 1576. obtinuit ut reclamatio, ob Quadræ obitum, denuò committeretur Consiliar. Cadene, fol. 248. opposita est ei per Navem desertio, his in specie verbis: *Tum, quia non fuit interposita, tamen etiam, quia non fuit prosequuta infra tegitima tempora: hoc tamen non obstante 24. Maii 1577.* referente d. Cadena, sequitur decretum terminus alias datuſ currat non obstante desertione allegata, d. fol. 244. quo decreto patet, verum esse, non fuisse Mormilem in tempore reclamacionem prosequutum.

13 Quintò in reclamatione à Lucretia Pitera interposita de quadam sententia, anno 1534. referente D. Cicco Loffredo, lata ad favorem Ioannis Alphosi Susanna, cùm dicta Susanna opposuerit desertio, afferens, quod licet Pitera reclamaverit in tem-

pore, non tamen in tempore prosequuta est reclamationem, sed reticuit usque ad annum 1587, fol. 1. in processu magno juncto, fol. 88. referente tamen Pompeo Salernitano 11. Januarii 1588 fuit decreto S.C. provisum terminus in causa, exceptionibus de merita reservatis fol. 84. à ter. confirmatur 16. Februarii 1588 fol. 95. à ter. & licet non dicatur in specie non obstante desertione, hoc tamen ori potuit, quod in supplicatione, fol. 1. additæ fuere aliæ quoque prætentiones & non nullæ etiam aliæ exceptiones fuerunt oppositæ: sed dubio procul est, inter cæteras fuisse rejectam desertionis exceptionem, & in specie fuisse processum in causa reclamationis.

14 Sextò tandem allatum est S.C. decretum, junctis aulis in reclamatione à Baldassarre Gambacurta interposita, quo, non obstante desertione, nedum opposita, verum etiam ex calendario processus probata à Joanne Andrea Gambacurta, fuit tamen jussum, ad expeditionem procedi penes Carbonum, & sic prima novissimis uniuntur exempla.

Quoad tertium punctum, quod scilicet in Camera, nulla habita sit ratio fatalium lapsus, apparet exemplis in processu Marilianii productis.

15 Primò, quod cùm ii de Pace, & Lavinia Petralbes, de quadam sententia in favorem Principis Hostiliani, referente Escobar, cum adjunctis de Consilio (uti prorsus est casus noster) lata 22. Februarii 1565. reclamasset in tempore 9. Decembri 1566. fol. 247. per annos octo silent reclamantes usque ad Junium 1574. quo tempore fuit facta quædam monitio, & licet per Principem fuerit in specie replicatum de desertione, quando spatio novem annorum, quadruplicata fatalia lapsa fuisse, d. fol. à ter. sequitur tamen Cameræ decretum, referente Præf. Moles, cum adjunctis de Consilio, Antonio Oreficio, & Vitello 9. Februarii 1576. quod non obstante desertione, procedatur ad expeditionem, penes Marcellum de Amato.

16 Sectiò, quod cum pro fisco contrà D. Jo. de Ghevara, per Cameram in Collaterali, referente Præf. Pignone, lata esset sententia 11. Martii 1551. sicut D. Joannes usque ad 27. Martii 1576. quo tempore Bovini Dux comparat prosequens reclamationem, fol. 249. à ter. in fin. & fol. 250. & licet finis statim desertionem objiceret s. tamen Junii 1577. referente Præf. David exortum est decretum, quod opposita desertione non obstante, detur terminus, ad non positâ ponendum fol. 251. ante. fin. penes Eufremum de Petrillis.

17 Tertiò assertur, quod cum 1. Decembri 1601. pro Horatio de Loffredo contrà particulares Consentinos, fuerit in Camera pronunciata sententia, & in calce illius, per eisdem Consentinoes reclamatum, fol. 250. licet prædicta sententia fuerit confirmata 16. Maii 1602. post bicunium, tamen 7. Julii 1604. impetratum est, ut reclamatio committeretur, fol. 505. & quia usque ad annum 1607. non dum erat processus compilatus, opponitur illius dicitio, Februario 1607. f. 539. & à ter. per Dominum Montalium 22. Martii 1607. fuit domi provisum quod procedatur in causa reclamationis, oppositis non obstantibus.

Quod decretum, cum de eo non fuerit appellatum, uti latum de Cameræ stylo, transivit in rem 18. judicatum: nullum enim est discrimin quoad transitum in rem judicatam, inter decretum domi latum, & decretum latum in Tribunalis, facilia enim corrut codem

eodem modo in interloquitoria, sicut in diffinitiva, *Ursill. decis. 42. num. 2. & decis. 79. num. 6.* quod tamen procedit quoad desertionein, li infrà decem dies non appellatur, secus verò interposita appellatione quia ubi non datur instantia, nec compilatur processus, ibi non datur cursus fatalium, cum presumatur stare per Judicem, & quod non currunt fatalia, ab incidentibus, idem *Ursill. decis. 78. n. 6.* & 7. ubi licet loquatur, pendente verbo faciendo à decreto M.C. ratio tamea est generalis.

Quo verò ad quartum punctum, dicitur in casu nostro prorsus non posse, neque debere de desertione agi, variis de causis, iisq; præcipuis, nimis omnes, dilationesque penè infinitas a parte allatas: ob extremas assiduasque diligentias a Duce adhibitas: ob complura Camerae de expeditione decreta: ob infinitas Proregis epistolas, & mandata; ex quibus clarum est, maximo adjunctorum, diversorumq; judicium numero, quibus erat decretationi intervenientium, fieri non potuisse, ut causa definere-  
19-tur, sententia contra pupillum Ducem, fuit, referente Valcarcel prolate 26. Novembri 1597. fol. 273. de qua, cum intrà deceas dies reclamasset Dux, dicto fol. à ter. in fin. & 274. impeditus postea, exequitione, de qua agebatur, haud potuit reclamatione in prosequi: & tandem coetus quatuordecim millia ducatorum depositus, quod cum mense Martii 1598. fuerit parti intimatum, fol. 292. & 293. deposita pecunia fuit liberata Duci Turris majoris, ac pro eo Præcipi Hostiliani fol. 295. verùm facta exequitione prædicta, statim Dux reclamans causam reclamationis committendam curat Domino Montoyæ: menseq; Aprilis 1598. omnes, quorum intereat, fuere citati, mense Maji fuit facta processus apertura, datuque terminus ad non posita ponendum, anno 1599. ac demum non obstante adversa partis oppositione, quod non poterat procedi, nisi demandata exequitioni sententia, etiam pro interesse, fol. 3. & 5. & 4. fuit facta examinatoris electione, atque alia nonnulla acta, ut ajunt, ordinatoria, de quo licet adversarius reclamaret, diceretque de nullitate, fol. 7. à ter. & non obstante fisci oppositione, fol. 1. mense Martii 1600. examinatur, cum ejusdem fisci interrogatorio, fol. 17. completeturque examen, fol. 33. à ter. & 35. mense Aprilis 1600. fuit in causa facta publicatio, & petita repulsa concessa, fol. 37. fuit etiam facta conclusio, & ad dicendum 3. & 10. Julii 1600. fol. 38. & 39. cum monitione fol. 40. ardenter tandem Dux reclamans judicium, & reclamationis expeditionem prosequitur; utq; partis adversa prolationes, & moræ penæ infinitæ removerentur; fuit necesse, ut plures interloquitorio Camerae decreto, provideretur, quod procedatur ad expeditionem causæ, fol. 42. à ter. atque etiam alio decreto; domi lato anno 1602. ubi declaratur, nullitates opposites, non militare, fol. 55. à te. de quo, cum obtinuissest adversarius, verbum fieri, fol. 56. facto postea verbo in Camera 5. Decembri 1602. fuit dictum, bene provisum; verùm, terminus repulsa currat ab hodie, fol. 62. & quia pars adversa novos adjunctos petédo, semper causæ finem impediens, fuit provisum ad instantiam reclamantis, quod expediatur causa sine adjunctis fol. 60. & 61. atq; ita variis à Duce reclamante Proregis epistolis, compluribusq; ad dicendum monitionibus, à parte verà adversa diversis prolationibus, ac novis, iisque notoriis ad differendum inventionibus pergitur usque ad Decembrem 1609. fol.

133. & 136. legatur quæso epistola in fol. 133. & 136. ex eo enim intelligitur, fuisse necessarium, ut judicio dies constitueretur post meridiem, cum fieri non posset, ut mane Consiliarii in Cameram convenirent, verūm quidem est, anno 1610. non apparere factam monitionem ad dicendum, cùm fortasse amissa sit anno 1611. reclamans petit adjunctum ad compleendum numerū quinque adjuctorum, cum ad instantiam partis adversa fuit declaratum, esse necessarium, fol. 99. à ter. qui quidem adjunctus, ut ex memoriali patet, fuit petitus, ne causa cursus impediatur, fol. 37. & fuit dictum, intimetur parti, ut fuit intimatum 23. Februarii, & cum multas post replicationes fuerit provisum, ut interveiret Dominus Altenius, intimatur 14. Martii 1611. fol. 138. licet à parte fuerit pro suspecto allegatus, fol. 135. deinde anno 1612. & 1613. non apparent monitiones, quæ quidem, aut amissa, aut procuratoris negligentia, non sunt factæ, anno 1614. Dux Andriæ supplicat Proregi, ut in locum Joannis Sances defuncti sufficiatur aliis adjunctus, ne ansa præbeatur parti, causa cursus impediendi, quod prout iussum est, ipsi parti intimatur, mense Novembri 1614. fol. 140. à anno 1615. mandato Proregis, die Veneris, & Sabbati, alias designati, quod causa expediatur, iterum causa judicio consti-tuantur, fol. 123. cum nova monitiones, fol. 124. cum alia Proregis epistola, in quo jubetur fieri judicium à meridie: & cum alia Proregis de quatuor adjunctis epistola fol. 125. & seq.

Addo post hæc vidisse processum inter eundem nostrum Duxem Andriæ in diversa causa, scilicet, cum Regio Fisco super augumento foculiori, in quo observavi, quod cum die 12. Junii 1585. referente Præsidente David, fuisse Fiscus absolutus car. 158. & deinde in causa reclamationis, cùm Judicibus adjunctis, referente Præside Castellet Fiscus condemnatus 21. Julii 1590. car. 178. a quo decreto, cum Fiscus reclamasset, ibidem à tergo, opposita desertione per Duxem 27. Septemb. 1594. fol. 192. fuit latum decretum, referente prælide Montoya 28. Februarii 1598. quo fuit provisum, desertionem non obstatre fol. 21. & postea dato termino ad non posita ponendum de eodem an. 1598. fol. 202. à ter. tametsi Fiscus tacuerit usque ad annum 1605. fol. 203. adhuc de anno 1619. tractata fuit reclamatio, pro cuius expeditione, ego tanquam Fisci patronus insteti, fol. 216. à ter. processu Regis Cameræ, penes, Franciscum Fasanum.

### S U M M A R I U M.

- 1 **P**rivilegium mutuantis ad remendam, conceditur super re empta, non super aliis bonis debitoris.
- 2 **P**rivilegium Fisci pro tributo, & retentione pro melioramentis, non extenditur ultra prædia tributaria.
- 3 **P**rioritas temporis non consideratur inter plures mutuantes ad remendam quoad sortem, & de ratione numeri sequent.
- 5 **C**onditione simul existente in re obligata duobus, sub conditione ambo concurrunt.
- 6 **P**rior in tempore poscar est jure, non ex privilegio, sed ex rigore juris innoxio conventioni, etiam si primo obligetur res debita, secundo jam effecta propriis n. 8.
- 7 **H**ypotheca retrorabatur ad diem contractus in creditores, conditionali.
- 9 **P**upillus in re empta ex proprio pecunia, præser-tat

- sur creditoribus anterioribus, quatenus ex ejus pecunia sit solutum.
- 10 L. licet, C. qui potiores in pign. causam, & conventionem, requirit, in personis non privilegiatis, ut anterioribus tempore praferantur.
- 11 Mutuans ad refectionem, & in rei emptionem quo ad prælationem equiparantur, & in quoque est necessaria expressio causa, ex qua oritur privilegium, & n. 12. & 40.
- 13 Creditor mutuans ad refectionem, an habeat hypothecam, etiam si de ea non conveniat, an causa, & conventione propter causam requiratur, & num. 14.
- 15 Causa, ob quam pecunia mutuad datur si non ex primitur, superfluum est probare in eam rem versus esse.
- 16 Usura non fortiantur privilegium l. licet 7. C. qui potior. in pign. & quare, & n. 19. & 46.
- 17 Mutuans ad refectionem, non consequitur privilegium ultra summam necessariam refectionis.
- 18 Prior in tempore pro forte, erit etiam anterior pro usuris, quod non procedit in potiore ex causa, n. 19. neque in usuris, qua de per se, non accessoriè debentur, n. 25. & 34. neque in potiore ex privilegio, n. 33.
- 20 Hypotheca tacita competens pro dote debet extendi etiam ad interesse ex identitate rationis, & n. 22. & quid, quoad ipsius alimenta, & n. 21.
- 23 Assensus concessus super hypotheca feudi pro dote, extenditur ad interesse debito ex jaris dispositio- ne, secus ex promissione, & pacto boniis, & num. 24.
- 26 Assensus super forte extenditur ad usuras, quando stat in forma simplicis gratia, & beneficii, secus, ut dispensatio.
- 27 Assensus super forte non extenditur ad interesse, quando bona in certam tantum causam obligari permittuntur, & agitur de præjudicio tertii.
- 28 Mutuans ad refectionem praefertur pro forte, non pro pena, sive interesse, quod procedit fortius in tertii conventionis, n. 36.
- 29 Usura pena est, praescit in pena, quatenus cum interesse concurrit, & dicta de pena pro- cedant in usuris, & n. 31. & 32.
- 30 Argumentum de pena ad usuram, validam.
- 34 Interesse, sive usura accessoriè debentur, introitus verò principaliter, id est interesse tertiarum, non autem usurarum, debetur, & n. 35.
- 37 Mutuans ad rem emendam, si cum ipsa forte emit à debitore annos introitus, non est simpliciter potius pro forte, & tunc cessas regula l. Lucius 19. ff. qui potior. in pign.
- 38 Posterior tempore praefertur anteriori ex privile- gio à jure inducto, non autem ex rigore juris, & n. 39-42. & 43.
- 41 Creditor posterior, ex cuius pecunia res emitur, non est prior, sed tamen potior ex causa, indu- cente privilegium.
- 44 Debitor in querendis possit præjudicare credito- ribus, & venditor convenire, cum emptore, ut in re acquirenda ius ipsius non queratur, & n. 47.
- 45 Creditor anterior conventione praefertur in re qua sit debitori, tempore, quo uterque repeti- tur creditor.
- 48 Creditor in re, ex sua pecunia emenda, an pactum aliquod constituere possit, & debitor in illa, ex sua conventione anterioribus creditoribus, præ- judicare, an valeat.
- 49 Creditor ad rem emendam, ex pacto inter se, & debitorem, ut res sit specialiter obligata, & si venditor non interveniat pro pecunia credita, pre- fertur super augmento, tamen anterioribus, creditoribus, non possit præjudicare, & n. 51.
- 50 Augmentum rei emptae ex pecunia posterioris creditoris, posterioris tamen ex causa, sive perve- niat ex tempore, sive ex industria, quod præsu- mitur, communis debitoris est.
- 52 Primum feudi, si iterum ad emptorem redeat, ad beneficium creditorum revertitur.

## A R G U M E N T U M.

Mutuans ad rem emendam, vel reficiendam, an- sicut pro forte mutuata prioribus creditoribus praefertur, ita quoque praefertur pro usuris, & tertii. Latè igitur de verò sensu l. licet 7. C. qui potior. in pign. & quomodo sit sanè intelligendum vulg. axioma, quod anterior pro forte sit anterior pro usuris, seu interesse ad texti in l. Lucius 19. ff. qui potior. in pign. Tertius, an differant ab interes- te, quid in pena. De pactis inter creditorem mu- tuantem, & debitorem, an præjudicare possint cre- ditoribus debitoris, & aliis.

**Pro Domino Petro Feo Raymundo patritio Januensis dominii, su- per liberatione depositi Terræ Theanæ.**

## CONTROVERSIA XXI.

Aulus Franconus pro emenda Terra Theanæ, vendita sub hasta, urgentibus creditoribus Andreas Franconi pro ducatis sexaginta mil- libus, vendit prius de anno 1600. annuos introitus Alexandro Raymundo pro pretio ducato- rum triginta millium, & quingentorum; & post- modum Ferdinando de Palma, sive aliis, alios an- nuos introitus pro diversis summis ad complemen- tum ducatorum 54. millium, restantes verò ducatos sex mille pro integro pretio solvit de propria sub- stantiâ vendita verò iterum Terra ad instantia, cre- ditorum Pauli emptoris, Marco Antonio de San- Etis qui ultra idem pretium duc. 60. millium, respe- ctu corporum feudalium, obtulit solvere alios du- cat. 3500. pro pretio burgensaticorum, que verè possebat Paulus emptor titulo particulari prius- quam emeret dictam Terram, cum pretium perva- tum non sufficeret pro solvenda forte principali, & tertii debitis creditoribus prædictis, qui dederunt pecuniam ad rem emendam Dominus Consil. Gior- gius, causa Commissarius, liberavit omnibus cre- ditoribus pro rata quantitates ipsius pro forte de- bitas usque ad prædictam summam duc. 54. mill.

Verum pro credito tertiarum orta est controver- sia inter Dom. Petrum Raymundum hæredem Ale- xandri, qui primo loco credidit in rei emptionem, & cæteros posteriores, prætendente Raymundo, quod quamvis pro forte coactus fuerit concurrere, diversum fore respectu tertiarum, in quibus ces- sante privilegio, omnino esse attendendam regu- lam juris generalem, ut prior in tempore, &c.

Et ut antequam ostendere incipiam pretensiō- nē Raymundi, solidissimis juris fundamentis dedu- cits ex veris juris principiis inniti, illud animadver- tere libuit, nos questionem proponere super casu magis dubitabili, nèpè quis sit præferendus super pre- tatio ejusdem Terræ faciliter, si quod adest in præten- ti calu

si casu, fortè majus pretium per ventum ex augmen-  
to temporis, etiam intrinsecè causato ex eadem  
met re; si quidem quoad ducatos duos mille, qui  
adhuc supersunt liberandi ex resta ducatorum sex  
millium, quos pro complemento integri pretii im-  
plicavit Paulus emptor, idemq; debitor de propria  
substantia, nec non quoad aliam similem quantita-  
tem, quæ adhuc supereat de pretio burgenstico-  
rum, si Sacrum Consilium, prout speratur, ju-  
dicabit bona illa fuisse quæsita Paulo, titulo parti-  
culari, longè ante emptionem, quod in particulari  
facti nota deduximus, quoad has summas absque  
ulla probabili controversia Raymundus ex sola  
temporis prioritate erit potior cœteris neque in isto  
casu opus erit dispungere juris articulum, cum  
absolutum sit de jure privilegium mutuantis ad  
rem emendam, de quo in leg. licet, C. qui potior.  
in pign. non concedi, nisi super re empta, non  
autem super aliis bonis ejusdem debitoris, ut in  
terminis adnotat Covarr. variar. lib. 1. cap. 7. n. 2.  
vers. præter hac, sicut etiam privilegium fisci pro  
tributo, & retentionem pro melioramentis, non  
extendi, ultrà prædia tributarria, & bona meliorata,  
pluribus comprobat Surd. decif. 31. 1.

Ut igitur deveniam ad punctum circa priorita-  
tem quoad tertias, si quidem quoad sortem nullam  
posse considerari temporis prærogativam, inter  
plures mutantes ad rem emendam, sed omnes con-  
currere, probari videtur, in l. idemq; 7. vers. quare,  
ff. qui potior. in pign. & in ratione sui, in l. privi-  
legia, ff. de privileg. cred. & ratio est, quis non  
potest jus aliquod creditori quæsti, nisi in ultimo  
puncto, & tota pecunia necessaria etiam ab ultimo  
mutuata, & ob id censetur unus contractus, arg.  
notat. per Affl. decif. 306. in fine, D. de Francb.  
decif. 369. & optimè per D. Consil. Georgium alle-  
gat. 22. num. 44. & 46. quod probat etiam text. aper-  
tus in dict. leg. idemque, §. fin. & in l. fin. ff. eodem, ubi  
si duobus res obligatur sub conditione, quæ simul  
existit, ambo concurrunt, quod propriè evenit  
in hujusmodi specie, ubi tacitè subintelligitur con-  
ditio si res emanatur, facit text. notab. in l. 1. ff.  
commun. prædiorum, prout ipsum inducit, & ex-  
plicat Camer. in cap. Imperiale, car... & novissi-  
mè Reg. de Ponte de seudis lectio 11. n. 57.

Quoad tertias prædicto vulgatam juris reg. qui  
prior est tempore, idest, cui prius obligata sunt bo-  
na, is potior est jure, & præfertur aliis, c. qui prior,  
de reg. juris, in 6. l. potior, ff. qui potio. in pign. leg.  
quoties utriusque, ff. de reg. jur. non fundari in ali-  
quo privilegio, sed in rigore juris, innixo sole con-  
ventioni, quam quis ex propria diligentia pignus  
acquirendo quæsivit, quæ conventionio ad faciendum  
anteriorem creditorem, etiamsi causa debiti tempore  
conventionis non subsistat, futura tamen sit, ut in  
7 creditore conditionali, ad cuius beneficium, hypo-  
teca trahitur retro ad diem contractus, l. qui balneū  
9. ff. qui potior Bald. in notab. casu in rub. extra de-  
summa Trin. & Fide Catbol. col. 3. cuius dictum ex-  
plicat Rebuff. lib. 2. ad constit. Gall. s. de constit. re-  
dit. art. 1. gl. 8. n. 9. & 10. quinimò ad eodem conventionio  
sola attenditur, ut si primò obligetur res debita, se-  
cundò jam effecta propria, prior in tempore ratione  
conventionis præferatur, l. creditor 3. §. 1. ubi Bart.  
8 ff. qui potior. in pign. à qua regula, ex juris rigore,  
nunquam recedendum esse, lex statuit, ut posterior  
tempore, priori præferatur, & sic potior fiat, nisi ra-  
tione cause, ex qua lex concedat privilegium, vel in

personis privilegiatis ratione solius cause, ut in  
pupillo, qui in re empta ex sua pecunia præfertur  
creditoribus anterioribus, quatenus tamen ex ejus  
pecunia sit solutum, & non ultrà, d. l. idemque 7.  
9 cum gloss. 2. magna, & dictis Bart. ff. eod. tit. Ne-  
gusant. in 2. memb. 5. par. num. 19. Rebuff. ubi supra  
num. 22. vel in aliis personis non privilegiatis, in  
quibus tamen duo requiruntur, scilicet causa, &  
10 conventio, & ita procedit l. licet, C. qui potior in  
pign. non quidem conventionio pro anterioritate tem-  
poris de qua in hoc casu, nullam esse rationem ha-  
bendam statuit l. C. in l. privilegia, ff. de priv. cred.  
ibi Privilegia non ex seu pore astimentur, sed ex  
causa, & si ejusdem tituli facient, concurrunt, licet  
diversates temporis in his fuerint; sed quia cōven-  
tio est necessaria, ut hypotheca quæratur ei, qui pri-  
vilegiū non habet ex propria persona, non ob aliud,  
nisi ut de causa constet, & appareat ad hunc finem  
pecunia credita, quæ alioquin efficeretur debitoris  
per consumptionem, juxta Gl. in l. 1. §. suis quasi-  
sum, ff. ad Trebell. ut tam in mutuante ad refectionem,  
quam in rei emptionem, qui in hoc æquiparantur,  
optimè probat Bart. in d. l. Interdum 5. in  
princ. his verbis ratione causa posterior potest esse  
potior priore veluti si ad rem conservandam poste-  
rior creditori crediderit, & n. 5. vers. secun-  
dò quæro, subiicit iidem in eo qui mutuavit ad rem  
emendam, ut sit necessaria causa, & conventionio.

Constat enim inter hos creditores sāltim quoad  
12 hoc nullam esse à jure constitutam differentiam,  
cum pariter in utroque sit necessaria expressio ip-  
sius cause ex qua oritur privilegium, l. procuratoris.  
5. §. planè, ff. de tribut. Negusant. in d. 2. memb. 5. par.  
n. 15. vers. & ista prima, Rebuff. ubi supra num. 15.  
13 sed in alio tantum est differentia, ut mutuans ex-  
pressè ad refectionem etiamsi de hypotheca non  
conveniat, sequuto effectu, habebit hypothecam,  
quam tamen nō haberet mutuans ad rem emendam  
nisi de ea expressè convenisset, secundum opinio-  
nen Gl. 2. in l. quod quis 18. ff. de privileg. credi. &  
Bart. in l. interdum n. 4. sed contrarium, ut etiam in  
isto, & sic indistinctè in omnibus creditor ad emen-  
dam rem æquiparetur creditori ad refectionem, ut  
idem consequatur privilegium tacite hypothecæ,  
etiam non conventione firmat Gl. in autb. quod quis,  
C. qui potior. in pign. quam autoritate Bald. Ang.  
Alexand. Jaf. Campag. Caffan. Navarr. & Gregor. Lo-  
pez, contendit esse magis communem veriorem, &  
& æquiorem: & in Hispania firmari lege particula-  
ri, Hieron. Cewagl. pract. qq. commun. contra comm. c.  
744. num. 4.

14. Et quod requiratur utrumque scilicet causa, &  
conventionio, quinimò conventionio non ob aliud, nisi  
propter causam, probat aperte sex. in l. quamvis 17.  
ubi Gl. citat pro concord. sex. in d. l. procuratoris,  
5. §. planè, ff. de tribut. artio. & sex. in leg. quamvis, ci-  
tat ad hoc in specie Gl. in d. l. licet, in vers. convenit,  
& gloss. 2. in d. l. quod quis in fin. & plenè Negus. de  
pign. in 4. memb. 2. par. n. 163. in 16. casu: cum enim  
15 nulla sit mentio in contractu de causa, ob quam  
res emitur, vel pecunia mutuò datur superfluum est  
investigare quid de pecunia actum sit, & probare  
in eam rem versam fuisse, ut optimè ex Salyc. in  
autb. quo jure, qu. 7. C. qui potior. in pign. Bart. Faulg.  
& Salic. in d. l. interdum, exornat hoc etiam exem-  
plis Morotius respons. 54. n. 3. & 4.

Si igitur ut sit locus dispositioni sex. in l. licet,  
duo per se sensu copulativè requiruntur, causa scili-  
K cct,

cet, & conventio: quamvis in usuris, sive tertiiis concurrat unum ex requisitis, quia habent ex conventione creditoris, cum debitore anterioritatem: cum tamen manifestum sit, non habere causam privilegii, sequitur, ut nullo modo usuræ possint potiri privilegio d.l. licet, arg. sex. in l. si heredi plures, ff. de condit. & demonstrat.

17 Quod autem causa privilegli hoc causa non extendatur, nisi ad quantitatem pecunia creditæ tantum, & non ultra, licet de se pateat, probatur in l. fin. ff. de exercit. actio. ubi mutuans ad refectionem, nullum consequitur privilegii pro illo pluri, quod ultra summam necessariæ refectionis mutuavit, quod plenius in d. leg. fin. explicat Castr. & Ripa in l. si ventri, §. 1. num. 4 ff. de privil. cred. Negant optimè in 2. membr. 5. p. n. 15. vers. quarto restringe, Rebuff. ubi supra art. 1. Gl. 8. n. 19. addens ad id c. relatum, ibi, iuxta servitii meritum, de testam. c. quod quibusdam, de fidejuss. & sing. Gloss. in d. l. idemq; 7. verbo comparata, & Bart. ibi, n. 7. dum subiicit ea verba, quatenus ex ejus pecunia est solutam.

Et sic patet responsio ad tex. in l. Lucius 19. ff. qui potior. in pign. ille enim tex. bene procedit in casu 18 suo in creditore anteriori in tempore, ut sit anterior etiam in usuris, & in interessu, ut illum summat Bart. & traduunt DD. congelisti à Mastrillo dec. 1. 19. n. 1. p. 2. non autem in creditore potiore ex causa, quia id, quod interesse tanquam accessorium sequatur naturam fortis principalis, non procedit, quando diversa est ratio inter unum, & aliud, quia cum 19 causa privilegii, quæ est in sorte, non militet in usuris, creditor potior pro sorte, non erit potior pro usuris, ut ita d. l. Lucius in individuo declarant Soc. conf. 4. n. 26. vers. posset quis, lib. 4. Zafius in l. q. si autem, in 5. notab. ff. de privil. credit. quod pluribus juribus comprobatur D. de Franch. decis. 502. n. 22. & plenius dec. 6. 13. & n. 13. & n. 16. vers. d. aut b. ubi ita declarat d. l. Lucius, auctoritate Butrig. Aret. Tiraq. Merlebior. Palaez, Burgos de Poco, Cannes. Camia, & aliorū, ex qua ratione diversitatis in casu nostro, resolvit quoque objectio, quod tacita hypotheca 20 competens pro dote, & sic in privilegio, extenditur quoque ad usuras, & interesse dotis, quinimodo ad ipsius alimenta, secundum opinionem Jacob. de Arena in l. unica, §. & ut plenius, C. de rei uxori. actio. & Bart. in l. si cum dotem 22. §. fin. autem in sa- vissimo, n. 7. ubi omnes, ff. solut. maritim. Negantur. de pign. in 4. membr. 2. p. n. 47. quia tametsi contraria, & negativam opinionem probent post Guid. de Suzard. & alios antiquos, idem Bart. in altera l. Lucius 12. n. ult. ff. de alimen. & cibar. leg. & in tract. de alim. in fin. quam afferit communem Lud. Rom. in d. l. si cum dotem, §. si maritus, n. 26. & conf. 454. n. 28. & pro communi eam tradunt Matt. Gribal. Emān. Suarez. Antos. Gabri. & alii relati per Matth. Colerum de alim. lib. 1. c. 10. n. 47. in fin. quam negativam opin. vetiorem quoque, licet non ita communem esse, concedunt, Sard. de alim. tit. 8. privil. 49. & Barbosa in l. 1. p. 3. n. 28. ff. sol. maritim. sed eam veterem, & magis communem, si recte enumerentur DD. quos pro utraque parte citat, probat saltim 21 quoq; usuras, & interesse dotis, quidquid sit in ali- mentis, ut ipse dotti perpetuò annexis. D. de Franch. in d. dec. 6. 13. præsertim n. 14. 15. ex quo refert, quod privilegium aut b. res qua, C. comm. de leg. non ha- bet locum in interesse dotis, num. 7. cum seq. cum qua opin. residet num. 16. & post num. 19. quamvis dicat S. C. non decidit art.

22 Tamen, et si esset verior, & communior opinio affirmativa, non alia ratione illam admittunt DD. nisi quia omnino est eadem ratio in dote, quæ in in- teresse, & alimentis, ut post Sard. d. privil. 49. optimè probat Colerus in id expeditum sex. in l. affiduis, in d. c. 10. n. 15. ad fin. vers. cum enim, cuius contra- rium est in casu nostro.

23 Et sic etiam resolvitur illud, quod assensus concessus super hypotheca feudi pro dote, extenditur ad ejusdem dotis interessu, & alimenta, quia quamvis hoc non sit omnino expeditum, siquidem assensum non extendi ad interesse, tenuit Affl. in l. Imperial. in 12. sociab. quæst. 8. de probib. feud. alien. cuius opin. latè, juribus, & rationibus, quæ satis ad rem nostram conferunt, defendit Freccia lib. 2. quæst. 20. per totum, & præsertim illa, quod pri- vilegium super sorte non operatur, quoad interesse, & usuras, ex l. fin. §. Lucius Titius, ff. de cond. indeb. qui in pluribus causis ita decisum testatur, nec con- trarium voluit idem Marin. d. lib. 2. q. 2. n. 11. qui dum perfunctoriè retulisset DD. tenentes commu- nem, subiicit hæc verba potest de hoc in Regno du- bitari, quasi noluerit tunc deliberare, & hanc opin. magis communem esse concedit Sardus, latissime de hoc agens de alimen. tit. 9. quæst. 31. num. 38. vers. quibus sic, licet contrarium ipse defendat, tamen idem DD. qui affirmativam tenuit opinionem, in- ter quos est Camer. in d. l. Imper. fol. 51. col. 4. vers. ex 24 quibus, eam tamen declarat procedere in usuris, seu interesse debitum ex juris dispositione, quæ reputan- tur unum, & idem cum sorte: secus verò in his, quæ non veniunt à natura obligationis rei, sed stant de per se, ut separata, & debetur ex promissione, & pa- cto hominis, quod licet Camer. exemplificat in pena d. loco, & f. 52. col. 1. littera C. vers. quando aliud, idem est in tertii, ut infra dicemus, quod latius refert, & comprobatur Sard. d. quæst. 31. num. 36. 65. & 69. vers. tertio dico, qui addit num. 68. opinionem contrariam procedere cum diversa ratio militat in- 25 ter sortem, & usuras, secus ubi eadem, et quod scit. in l. Lucius, procedat tantum in usuris, quæ accessoriè debentur, non autem in aliis, quæ de per se stare possunt, p. obant in specie Ripa in privile- gia, n. 15. et Burfus. conf. 103. n. 22. lib. 1.

26 Insuper idem DD. concedunt, quod tunc assensus super sorte extenditur ad usuras, cum assensus stat in forma simplicis gratiae, et beneficii, quia ni- hil derogatur jure communii, sed tollit tantum do- minus sua voluntatis impedimentum pro suo in- teresse, secus vero cum assensus consideratur, ut privilegium, sive dispensatio, quia tunc assensus nul- lo modo extenditur ad interesse, & usuras dotis, Sardus d. loco n. 39. & 40. cum seq. quamvis esse appri- mè favorabiles probat idem Sard. n. 63. 64. et 66. unde cum creditor ad rem emendam præferatur ex privilegio contra regulas juris; privilegium pro sorte non deberet extendi, ad tertias, nec ad sim- plex interesse, & hoc est, quod proprio voluit D. de Franch. qui respondendo ad doctrinam Camer. in d. 27 dec. 6. 13. n. 15. in individuo determinat casum no- strum, ut non procedat opis. Camer. in casu, ubi bona in certam causam obligari permittuntur, & n. 16. sed quando tractatur de bonis in omnem casum obligari permisis, & de præjudicio solius obligantis, secus de præjudicio tertii, & addit in vers. aut sunt, quia debitor non potuit transferre in ter- tium plus juris, quam ipse habet, in præjudicium ejus, cù quo primo loco contraxit, & sic non poterit credi-

creditor posterior, ultra pretium necessarium ad rei exemptionem anteriori creditoris præjudicare,

Ex quibus verissima redditur doctrina *Castr.* in 28*l. idem 17. ff. de compens. dum in individuo docet mutuantem ad refectionem præfari pro forte, non autem pro poena, & sequitur *Jas.* in *l. creditor.* n. 4. ff. si 29 *cer. pet.* quorum dicta in usuris quoque procedere sine dubio censuit *Ripa*, qui apertis oculis materiam de privilegiis creditorum degustavit in *l. si ventri*, §. 1. num. 4. ff. de privileg. credit. sequitur *Cannet.* in *extravag. Valentes*, cap. at non erit otioso, n. 4. idem que sentit *Rebuff.* d. tract. de constit. reddit. art. 1. *Gloss.* 8. num. 20.*

Nec mirum, quia poena usura est, *l. pignoribus*, *C. de 30 usur.* *l. lecta*, ubi *Alex.* & *Jas.* dicunt de poena ad usuram valeret argumentum, ff. si cert. petat. quod defendit, & communiter recipi testatur *Cassan.* ad *Consuet. Burgund.* *rob.* 4. in *texte des le terme*, num. 6. 31 *vers. sed nunquid*, & patet, quia nascitur ex mora, *l. mora*, ff. de *usur.* *l. trajectitia*, §. de *illo*, ff. de *act.* & obligat. mora autem est culpa, *l. omne delictum*, ff. de *re milit.* *DD.* in *l. quod te*, ff. si cert. pet. unde si usura oritur ex mora, quæ est culpa, & delictum, ergo usura 32 est poena, *l. sancimus C. de paen.* & hoc præsertim procedit in poena, quatenus cum interesse concurrat, quia in eo nil aliud est, nisi ipsum interesse, juxta latitatem tradita per *Affili.* & *Ursill.* *decis.* 135. quod in individuo confirmat *Dionys.* *Gottifr.* in *artos.* ad *d. l. Lucius*, ex cuius verbis clare colligitur, in simplici 33 prioritate temporis concurrere usuram, cum forte, sed in prælatione ex privilegio, ut in Fisco exemplificat *Gottifred.* non dari prælationem in usuris, ut in forte; quæ omnia si procedunt in usuris, sive in 34 teresse, quæ secundum aliquos accessoriæ debentur & reputantur unum, & idem, ut latiss. tradit *Surd.* *d. quæst. 31.* & in poena, quam & ipsam subrogari laico rei, probat idem *Surd.* *decis.* 35. n. 10. & *decis.* 304. 35 & 36. quantò fortius in annuis introitibus, sive tertiiis conventis, quas certum est non accessoriæ, sed principaliter deberi ex *Bald.* in *l. eos.* 2. *oppos. C. de usur.* probat *Socin.* *d. cons.* 41. n. 4. 8. & 10. & hac de causa deberi interesse tertiarum, quia de per se stant, & considerantur, ut separatae, non accessoriæ, tradunt *D. de Francb.* *decis.* 254. n. 14. *Pisanellus*, & *Ursill.* ad *Affili.* *decis.* 291. *Lanar.* *cons.* 79. n. 6. *Cons.* de *Anna* *cons.* 48. *num.* 13. nam alioquin esset dare usurarum usuras, vel accessionem accessionis contra jura, quæ congerit *Peregrin.* de *jure fisci* *libr.* 7. *tit.* 7. *num.* 31.

Ex quo sequitur, quod tametsi doctrina *Castr.* in 36 *d. l. idem*, intelligenda esset solum in poena, quæ consideratur, ut separata, non in usuris, adhuc procederet in casu nostro in tertiiis conventis, in quibus militat eadem ratio ex vi comprehensionis.

Et tandem aliter posset responderi ad *l. Lucius*, prout responderet *Socin.* *d. cons.* 41. *num.* 26. *vers. uel 37 respondeo*, & non contradicit, quod creditor, qui dat pecuniam ad rem emendam, non simpliciter, sed cum illa sorte, emit à debitore annuos introitus, non est simpliciter potior in forte, quia est in potestate debitoris nunquam solvere sortem, solvendo annuos introitus, quod maximè procedit in *Kegno* ex *Bulla*, & *Prag.* *de censibus*, unde cessat reg. *l. Lucius*, quando à principio, non est contracta obligatio efficaciter, ut fors repeti possit, quæ est, non minus subtilis, quam vera solutio.

Ex quibus manifestè appetet, quam latè pateat eorum lapsus, qui dum contrarias partes tueruntur, di-

cere audent, omnem deceptionem contrarium sentientium, confistere in eo, quod credunt dispositio nem *tex.* in *l. licet*, fundari in privilegio, & nō in jure communi, in virtute specialis hypothecæ, eosq; allucinari, & similia, ex prædictis enim, & infra dicendis apparebit, uter eorum sit deceptus, & allucinatus.

Quod igitur ferè tota dispositio, *l. licet* finnetur in speciali privilegio à jure inducto, jam supra probavimus ex conventione oriri prioritatem, & posterioritatem temporis, sed in casu, de quo agitur, post 38 sterior tempore, præfertur antteriori, igitur non est conventio sola, sed privilegium, quod causat prælationem, consulamus, *J. C.* respondet *Interdum posterior*, scilicet ex conventione *l. 2. C.* qui potior, in *pign.* potior est priore, scilicet ex privilegio, ut puta, si in rem ipsam conservandam impensum sit, & si interrogetur, quare hoc, ultra, quod dixit, ut puta si in rem impensum sit, melius demonstrat in *l. sequen.* bujus enim pecunia salvam fecit totius pignoris causam. Ecce igitur, quod ex causa, ex qua inducitur privilegium, d. l. *privilegia*, non ex tempore, quod inducitur ex conventione *d. l. 2. C.* qui potior, prælatio inducitur, & *Gloss.* 1. in *d. l. interdum*, in medio, ibi, item hoc, ut declararet, id totum tribuendum esse privilegio, subdit, id non procedere, si prior haberet hypothecam, & etiam privilegium inter personales, ut in do te, quasi dixerit ex concursu pariter privilegiatorum privilegia confundi, & attendi tunc solum prioritatem conventionis, ut rectè explicat *Rebuff.* ubi supra num. 21. & alia *Gloss.* sequens in verbo credidero, nedum dicit id fieri ex privilegio, sed tria considerari privilegia, quæ ibi explicat.

Nec quis dicat illam *l. loqui* in creditore ad refe 40 *Etiam* non autem in terminis *l. licet*, nam *J. C.* de cedit hoc dubium æquiparando utrumque in *l. qui in navem*, ff. de *privi. cred.* quod non potuit negare *D. R. de Pont.* *hujus opin.* acerrimus oppugnator in ejus dec. num. 5. 1. & ex hujusmodi consideratione di luitur consequentia, qui est prior pro forte, est prior 41 pro usuris, nam conceditur, sed creditor ex cuius pecunia res emitur, non est prior, ex *d. l. interdum*, dum is vocatur posterior pro forte ex causa inducente privilegium, quæ militat pro forte, non pro usuris, ex quibus, nec res reficitur, & denique 42 consulatur *Imper.* respondet in *d. l. licet*, si *sdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus* datis priores habeantur potiores tamen (ecce fallen tia) eum, cuius pecunia prædiuum comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum conve nit (ecce conventionis omnibus anteferris juris aucto ritate declaratur, scilicet non ex sola conventione, sed ex privilegio, quod juris auctoritate, non conventione nititur scepis alleg. *l. privilegia*).

Sed miffas faciamus rationes, & jurium induciones, nonne omnibus *DD.* de hac materia loquentibus, obviā fit novissima *Const. Justin.* in §. bis con sequens, aut *b. de aequal. dotis*, unde de prompta est *aathen.* quo jure, *C. qui potior.* in *pignor.* citatæ à *Glos.* in *d. l. interdum*, & ab omnibus *Glossis*, & *Doctribus* in supracitatis juribus, ibi, bis consequens est, & illud decernere, quod in casibus hujusmodi dubitum novimus antiquioribus creditoribus aliquas hy posbecas præponere juniores existentes; quomodo autem hoc fiat, jure communi, vel privilegio statim 43 subdit ex privilegiis à legibus datis, qui autem fint isti casus, mox subjicit quale est, quando aliquis propriis pecuniis procuraverit navem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum suam adficare, K. 3 aut

*aut emere agrum, aut aliquid borum, ecce quomodo declaratur hypotheca, quæ competit tam pro pecunia data ad rem deficiendam, quam ad rem emendandam, preferri ex privilegio, & sequitur, in his enim omnibus priores existunt posteriores credite, quorum pecunias emptas, aut renovata res est iis (qui etiam multo antiquiores sunt) ecce quomodo clarè patet, prælationem non oriiri ex eo, quod efficiantur anteriores in ista re, ut consonant prebare DD, ex adverso, sed reputantur, prout verè sunt, posteriores sed ex causa, scilicet, quorum pecunias efficiuntur priores ex privilegio, quod confirmat, dum loquens Imper. mox de dote, cuius hypothecam constat esse privilegiatam, subjicit, in quo etiam hoc servetur privilegium, sicuti prædictum est, scilicet in l. assiduis, ut Glossa subjicit, idemque repetit ibi, veniat autem, & alter creditor posterior quidem, prætendens autem pecunias suis emptas, aut reparatas narem, domum, aut agrum, & competere eum in his rebus quæ ejus pecunias emptas, aut reparatas sunt habent præd. privilegium, & deinde his autem cedere, quoniam ex eorum substantia res acquista est, & tandem apertissime in vers. unde volumus, ut si quis domum renovasset, aut etiam agrum emisset, non possit talia privilegia mulieribus opponere; ubi non video quomodo apertiū Imper. ostendere potuerit tam mutuantem ad rem emendandam, quam ad reficiendam pariter merito juris privilegio inniti, & iterum in §. seq. ut ostenderet totum tribuendum esse causæ, ex qua oritur privilegium, subdit, & oportet eos, qui in his crediderunt causas proponi, ex quo propriè nascitur prioritas, scilicet ex causa, & privilegio, cum prioritas nascatur tempore.*

*Quibus ita jactis, non obstat id, quod objicitur, rem emptam ex pecunia creditoris transire affectam in posse debitoris, onere hypothecæ ex conventione tam pro sorte, quam pro usuris; ideoque credite, anteriores tempore super illa re minimè poterunt conqueri, ex quo in quærendis potest debitor præjudicare creditoribus, l. qui autem; ff. quæ in fraud. cred. etiam ex doctrina Bald. l. bac edit. §. bis illud, n. mibi 9. ubi probat, quod prælatio oritur ex conventione, non ex potestate dominii, & ad id probandum assert, quod in re acquirenda per debitorem, potest conveniri, ut non acquiratur jus creditoribus anterioribus, ex Negusian. par. 4. n. 33. & 41.*

*Quatenus enim in argumento ex adverbo dicitur, quod transeat effecta res ex conventione, in posse debitoris confirmatur nostra conclusio, siquidem si ex conventione, hæc conventio, quia posterior, conventione inhibita, cum anterioribus creditoribus, non potest operari, ut hæc hypotheca posterior, præferatur priori contractæ, cum anterioribus creditoribus, & sic retorquetur doctrina Bald. in d. g. bis illud, dum super re in futurum acquirenda omnino præferri voluit anteriorem creditorem, licet dominium sit quæsum eo tempore, quo utique repetitur creditor, scilicet, prior & posterior, docens, quod hypotheca nascitur ex conventione, non ex dominio, unde conventione sit prior in priore creditore, is est præferendus, licet debitor antequam acquirat alteri, obliget rem acquirendam, & sic hæc sola doctrina Bald. quæ confirmatur ex l. si fund. §. 1. ff. de pignor. quam Bald. non citavit, posset determinare casum nostrum: & si diceretur, non ex conventione tantum, sed ex privilegio, ut verè procedere text. in leg. lices, constat, tunc dicimus, causam privilegii esse in sorte, non in usuris; scep-*

*citata l. ult. ff. de exercit. & facit, quod de pensione domus ad rem conservandam, ut intelligatur de necessaria ad conservationem rei; secus de pensione domus conductas ad habitacionem, tradit Bart. in scepè citata l. interdum, num. 2.*

Dum verò in reliqua parte argumenti, dicitur posse fieri conventionem ut in acquirenda re, credite, anteriores nihil juris habeant, non negamus 47 hanc conventionem fieri possè per venditorem rei, & sic Dominum cum emptore, eodemque debitorre; siquidem Dominus in traditione rei sua potest apponere legem, quam vult, l. traditionibus, C. de pac. & ita loquitur expresè Negusian. in d. par. 4. in princ. n. 33. & melius n. 34. & 41. ibi, quia Dominus rei vendendo in traditione, &c. ac dum applicati prætenditur hæc conclusio calui nostro, in quo agitur, en hæc conventio iniri possit inter creditorem mutuantem, & debitorem, qui accipit pecuniam ad rem emendam, casus est omnino diversus, nec ullo modo creditor in re, ex sua pecunia emenda inferre poterit præjudicium anterioribus creditoribus cum nec ante, nec post emptionem sit futurus Dominus, cum non suo, sed debitoris nomine ematur, l. 1. l. penult. & l. ult. C. si quis alteri, vel sibi, Bart. & Bald. in l. mancipia, C. eod. tis. Paul. & S. alyc. in leg. 1. C. eod. & proinde p. c. t. aliquod, super re illa non sua, constituere non potest, l. sicuti, §. Arista, cum concord. in Glossa, si servit. vendic. nec minus debitor ex sua conventione, anterioribus creditoribus præjudicare poterit, l. debitorum, C. de pac. Bald. in d. l. hac edit. tali, §. 1. illud, & sic apparent manifesta diversitas inter dominum, & creditorem pacientem,

*Et quamvis sufficiat pactum inter creditorem, 49 & debitorem, qui vult rem emere, ut res emenda si specialiter obligata, scilicet pro pecunia credita, tametsi non interveniat vendor, ut concedere videatur Negus. in d. 2. memb. 5. par. n. 17. vers. secundum fallit, & latè probat, & decisum testatur D. de Franck. decif. 97. ea ratione ut inquit D. Præf. n. 3. quia ex hac receptione pecunia, & emptione facienda, nullum infertur præjudicium anterioribus creditoribus, cum illa res non esset futura in bonis, debitoris, nisi mediante pecunia istius creditoris; non poterit tamen creditor mutuans prohibere acquisitionem hypothecæ ad beneficium anteriorum creditorum, quibus licet super re, pro concurrenti quantitate pecunia creditæ, præferatur posterior creditor ex privilegio, super augmento tamen rei, vel tempore, vel ex industria, quod utrumque ad communem debitorem pertinet, nullo jure fundari unquam poterit, posse creditorem posteriorum, cum debitore, præjudicare anterioribus.*

*Et ex hoc tollitur, quod postrem objiciebatur; credite, anteriores nihil amittere, ac in nullo penitus iædi eorum conditionem, cum nisi ex pecunia hujus secundi creditoris, res empta esset, profectò in dominio debitoris non esset, ex Bart. in d. l. Idemque, n. 1. vers. nam debitor, & D. Franck. d. decif. 97. post num. 3.*

*Dicimus enim de hoc non posse haberi rationem, nisi pro quantitate pecunia, quæ fuit necessaria ad emptionem rei, pro qua lex induxit privilegium: & hoc esse verum, patet, quia aut dicimus valere rem ipsam tanti quanti fuit empta, & tunc cessat controversia; siquidem creditor non potest sibi satisfieri, nisi pro sorte, pro qua omnibus præfertur: aut valet, seu venditur plusquam empta sit, & tunc, sive augmentum pretii proveniat ex tempore,*

pore, ipsum communis debitoris est, *i. si voluntate, C. de rescind. vendit*, sive industria emptoris, prout de jure presumitur, *l. 3. §. Divi fratres, ff. de jure fisci, Gloss. & DD. in l. ad rescindendum, C. de rescind. vend.* semper ipsius debitoris est, *l. 1. 5. C. de peric. & comm. rei vend. & ex consequenti ab-* solutum est ad anteriorem creditorem spectare, prout in terminis, ultra receptas decisiones Sac. Cons. relatas per *D. de Franch. decis. 38. num. 5. & 456. num. 8.* probat authoritate Bald. Salyc. Aret. Covar. & Garzia Morotius in *qq. de jure offer. post responsa, num. 70. & 71.* inde sequitur, ut de pecunia ex qua sit emptio Castris, sive feudi de propria substantia emptoris, feudo iterum vendito, sit habenda ratio, ut pecunia censeatur reversa ad patrimonium debitoris ad beneficium suorum creditorum, quasi redeat in pristinam causam ex traditis per *D. de Franch. decis. 64. num. 5. & tradunt DD. citati per Mastrik. decis. 1. 18. num. 31. part. 2.*

## DECISO.

**H**æc utique Controversia non fuit per sententiam decisa; etenim posteriores creditores, dum summa ope nitebantur, ut vigore privilegii præferrentur, visis rationibus, quas ipse pro Domino Raymundo in conspectum attuli, maximè de cause interitu dubitantes, per magnam pecuniarum summam, ac debita quantitate paulò minorum, ex quibusdam redditibus persolvendam obtulerere. Dom. Raymundus oblatione denique accepta, prædictos redditus emptioni Oppidi Roccæ Imperialis implicuit, processus est penes Cioffum,

## APPENDIX.

Pro defensione hujus opin. adversus  
scripta per D. Regentem de Ponte  
*decis. 34. post num. 54.*

**A**ddam hoc loco pro coronide nonnihil, quod quemadmodum æquo lectori futurum arbitror, non ingratum; ita mihi certè atque Avunculo meo Scipioni de Curte Reg. Conf. Ferrazzanni Comiti justissimæ defensionis loco haberi poterit, universaque Regiorum Consiliariorum ordini, amplum, atque honorificum; cum enim olim pro mei clientis, justissima, ut semper existimavi, causa tuerenda, quæ paulò ante commemoravi, scripsisse Regentis Joannis Francisci de Ponte decisiones in lucem prodire, cui cum in eandem juris Controversiam, *decisione 34.* fortè incidisset, parum satis fibi factum putavit, contrariam omnino sententiam latissimè tueri, nisi etiam contra sententes probris, contumeliasque vexasset Audivi, inquit, novissimè, &c. usque ibi, *Et præjudicialis.* Deus immortalis? in tantam hominem scribendi licentiam prorupisse ut amplissimorum, ac doctissimorum virorum judicium, irridere, præscindere, non dubitaverit; *vix,* inquit, *mibi fuit magna determinatio.* Quid ni? Illi magna, hoc est, audax, ac temeraria; aliis, iisque non paucis, ac sapientissimis viris, etiam æqua, ac justa nihil est igitur, cur magnam illam determinationem, non sine amara quadam immissione, appetet, multoque minus, cur ad omnium Tribunalium congressum, pro istius Controversia, definitione provocet. At ea decisio novam legem statuit, vel saltim veterem denuo

interpretatur. Quis hoc inficietur? at neutrum sapientissimorum Jureconsultorum munus, autoritatemque, prætergreditur. Addit eam interpretationem declarationi, atque interpretationi ex communis usu hactenus receptæ, adversari, adeoque nimis esse damnosam, ac præjudiciale. Vide quæso, bone lector, nè nimis confidenter, ac tumidè ista dicantur, scilicet ea tantum, quæ veneri illi in mentem, ex Apollinis tripode exaugeta sunt, quæ cæteri eti sapientissimi viri censuero falsi, non suspicionem modo, sed præjudicium habent. Hic certè si, quod ille facere non est veritus, licere, aliqua ex parte etiam mihi putarem Ecclesiastem scilicet, ac concionatorem agere, plurimis, tunc è Sacris litteris, tunc è Sanctorum Patrum monumentis, petitis testimoniis, Christianæ illum fortasse modestiæ, admonerem, quæ scilicet, adeò magna, sentire de se quemquam vetat, ut aliorum placita, iudicio suo tam facile posthabeat. Denique quod in suorum temporum calamitates invehitur, quod scribas, quod auctorum magistros, quod forensium causarum patronos, quod amplissimorum etiam ordinum, Judices, ac Senatores, contumelias taceret, atque proscindat; quod illorum vitio vertat, si litigatores, quamvis causam obtineat, impensarum gravitate oppressi, miseri decoquunt, id non intemperantis (ut levissimè dicam) licentias solum est, sed erga dilectissimum clientem, adversarium olim meum, etiam effusa commiserationis. Quamquam, autem illius nomini parendum prudenter existimavi, lectorem, certè admonendum, putavi; id ei non sine divini nominis iudicio, justissimaque ultione accidisse, quod causam scilicet per injuriam, ac fraudem obtinuerit, uno judicum, non exigua pecunia vi corrupto, qui deinde Regis justissimi iudicio, hanc ipsam præcipue, ob causam exanthoratus, Magistratum, abdicare coactus est, ut non immemor Avunculus meus vir sapientissimus æquè, atque incorruptissimus Camillus de Curte, operis feudalis, priore parte, de iniqua illa sententia disserens, eo iudicio, personas judicatas fuisse, non causas, æquissimè pronunciaverit.

## SYMMASTVM.

1. **U**nio, vel separatio fundorum, non arguitur ex locatione simpliciter facta uni cotono de per se nominatim, secus si junctim soliti sint posse fideri, locari, & sub unico nomine appellari, & num. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 12. 19. 22. quod non cansum in ultimis voluntatibus, sed etiam in contractibus locum habet, num. 18. in dñ in qualibet concessione, num. 10. & fortis si sit concepta, cum adjectivo, totius corporis, num. 23.
4. **A**djectum, vel detractum ex fundo legato post testametum, adjectum, & detractum censetur ex legato, nisi probetur testatarem detraisse gratia commodioris cultura, num. 12.
9. **V**endito Castello, & podere datis certis finibus, & cum tota territorio, & districta, veniunt prædia etiam existentia in diverso territorio, si sub dicto podere, & Castello possidebantur, & de ratione, num. 14. & 15.
16. **D**enominatio plurium fundorum uno nomine, nemus, arguit unionem, sed quod una pars sit principialis, reliquæ accessoriae.
17. **U**nio, probatur, non tantum denominazione sub uno nomine, verum etiam ex præminentibus, ex

- residens in alterutro, ex fama, ex presio rei venditæ, redditibus, & aliis, & num. 27.*
- 20 *Legatum possessionis delle Case nove, comprehendit etiam loca separata, & distincta, si sub uno nomine denominavit testator, & num. 21.*
- 24 *Clausula, cum integro statu, vis quanta sit, & quod respiciat factum, sicuti cum dicitur, cum pertinentiis, que ab homine deputantur, non a jure.*
- 25 *Unio prædiorum resultat ex unica, & ultima denominatione, si diversimodè usus fit testator, & sola voluntate Domini mutatur, & num. 26.*
- 28 *Scire præsumitur Princeps ea, quæ sui Ministri, & Officiales sciunt.*

A R G U M E N T U M.  
Concessio Dohanæ certi loci, nàm comprehendat jurisdictionem Dohanæ, & Fundaci, nedum infra districtum ejusdem loci existentis; verùm etiam illam, quam alibi sub unica denominatio-ne, Regia Curia exercuit.

### Pro Excellentiss. D. Olimpia Aldobrandina Rossani Principissa.

C O N T R O V E R S I A XXII.  
N quæstione vertente inter Regium Fiscum patrimonii, cum Dom. Principissa Rossani, Don. Olimpia Aldobrandina nepte Clementis VIII. Pontificis Maximi, utrum in concessione, & venditione Dohanæ Rossani comprehendatur jurisdictione Dohanæ, & Fundaci, quam nèdum infra districtum Rossani, sed in aliis quoque terris adjacentibus, Regia Curia per suos ministros, & officiales Dohanæ jurisdictionem exercuit, sub unica denominatione Rossanensis Dohanæ, prout eradem modo, & forma, translata fuit in D. Olimpiam empircem, vigore contrabitus venditionis factæ de mandato invictissimi nostri Regis, & hodie ipsam Dohanam tenet, & possidet, ut omnibus, quæ pro Fisco actore afferri possunt, & motivis doctissimorum judicantium satisfiat.

Considero Jureconsultos, duos casus in hac materia distinxisse, tam in materia unionis, quam separationis, ut exinde postea censi debeat facta venditio, legatum, vel alia quælibet dispositio, junctim, vel separatim.

- 1 Primus, quidem casus, quando diversæ possessio-nes, sèt plures fundi agri, vel domus sunt solùm simpliciter locati uni colono de per se nominatim, & tunc non ex hoc solo judicatur, quod testator habuerit utrumque fundum pro uno, & est ratio quia unita, vel simul juncta locatio plerumque fit sub uno magis, quam alio modo, gratia commodioris culturæ, vel facilitioris exactionis, & proindè, neque simul juncta plurium agrorum locatio, nec divisa unius fundi, arguit de necessitate unitatem, vel separationem fundorum, nec perpetuam destinationem, sed si (& est secundus casus) ita junctim, & unitim solitus sit possidere, vel locare disponens, quod sub uno nomine appellabat, tenebat, sive locabat; ex hac unica denominatione unius fundi insurgit legitima, & necessaria probatio, quod disponens habuerit utrumque pro uno, & quod ex pluribus fundis etiam æquè principalibus, & distanti-

bus, unus sit factus taliter, quod appellatione fundi Sejani ( si ita disponens solitus fuerit præcipuum fundum nominare ) cæteri, uti appendices, & adiacentes; & inseparabiliter cohærentes, quousque Dominus voluntatem in contrarium declaraverit, in qualibet dispositione censeantur contineri, tanquam unum, & idem corpus.

- 3 Ita materiam hanc declaravit Alex. conf. 169. vi-sio ibemate, n. 9. & seq. lib. 5. ubi id probant Natura, & damn. aut. b. qui dicit plura scripsisse in Consuet. Paris. §. r. Glos. 5. num. 15. cum seq. & sequitur universa DD. schola, ut ex infrâ dicendis patebit.
- 4 Et verè fuit distinctio ex verbis, & medulla legum deprompta; cum enim J.C. in l. quod in rerum 24. §. si quis post ff. de legatis i. statuerit, adjectum, vel detractum de fundo legato post testamentum, adjectum censi, vel detractum ex legato, cum nostra destinatione, fundorum nomina, & domus, non natura, constituantur, ubi Glos. verb. & domus, & in l. planè i. §. ult. ff. de leg. i. & l. si quis duas, §. si quis partes, ff. comm. prædior. quæ jura ad feuda extendit, l. seru. in cap. i. in addit. num. 2.
- 5 qualiter vasall. jurar. deb. fidel. statim in l. Ca-jus 88. §. Titius, declaravit, quod si fundum Sejanum, quem ipse paterfamilias quoad vivebat uno quidem nomine universum habuit, & posse-dit, quamvis eum diversis partibus locasset, uni-versum sub uno nomine in legato comprehendendi, nisi hæres de q̄ta parte senserit, evidenter proba-verit, & sic omnes partes comprehenduntur in dis-positione, si sub uno nomine universum ha-buit testator, tametsi divisum locasset, sic etiam Papin. in l. prædiis 89. §. Titius Sejana, ff. de leg. 3. ubi legatis Titio prædiis Sejanis, sicuti compara-ta sunt, non comprehenduntur Gabiniana, quam-vis simili cum Sejanis unico pretio comparata, nisi sub vocabulo Sejanorum Gabiniana quoque con-tineri ex testatoris usu, & appellatione, pro-robetur, ut Glos. ibi verb. & rationibus, & verb. con-tinentur, advertit, quod probari idem J.C. signi-ficat, si utriusque possessionis confusi redditus, ti-tulo Sejanorum acceptolati essent, ubi Glos. optima in verb. accepulati, quod & iterum repetit, & probat J.C. in ead. l. §. balneus, & §. fin. in fin. ibi, & utriusque pensiones similiter acceptolatas ratio-nibus ostenderetur, ubi glos. quoq. fin. notat ad idem tres §. d. l. cum suis concord. facit l. cum fundus no-minatim 10. ibi, si modo testator eam partem non separatim possedit, sed universitati prioris fundi adjunxit, ff. de leg. 2. & l. si cui aedes 30. ibi, si in usum alterarum converterit, atque ita his usus fuerit, ff. de legat. 3. ubi Glos. in verb. accedit, notat ex usu testatoris ejus voluntatem colligi, citans l. damnas esto 15. §. fin. ff. de usuf. legato, ibi, ut hac forma in agris servetur, quæ vivo testatore obtinuerit, ex quibus adnotavit Surd. cons. 195. num. 15. lib. 2. iura non tam respicere ad intentio-nem, quam habuit testator, quando rem emit, quam ad usum, in quo frequenter rem habuit, & sequitur Gratian. cap. 126. discept. forens. num. 6. lib. 1. & in l. Seja 20. §. Tiranna, ff. de fundo inst. fundi appellatione etiam pascua, quæ simul, cum fundo pervenerunt, & quæ semper in usibus hu-jus possessionis testator habuit, ita demum conti-neri, respondit Scervola, si prata fundo Graciano, ita conjanxisset, ut sub una fundi appellatione ba-berentur, ubi concord. Glos. in verb. quæ ad cum, & in §. instructis eadem l. dicit ea verba, uti possedi, ita

ita interpretari, ut non de jure, sed de facto quæ-  
ratur, & sic, ut omnia adiacentia includantur, si  
ita in diem mortis testator possedit etiam de facto,  
ut *Gloss.*, ibi verbo *non de jure*, explicat, & *Bars.*  
ibi notat, & ampliat sub legato poderis comprehen-  
hendi quidquid uno nomine nuncupatur, licet si-  
9 mul non stet, sed adsit aliqua separatio. Et hæc non  
minus procedere in contractibus, quam in ultimis  
voluntatibus, & in specie in venditione est *text.*  
in *leg.* si *vendor* 39. §. fin. ff. de *action.* *empt.* ubi  
dicitur, hæc in venditione comprehendendi, etiam si  
nihil de ea re emptor, neque vendor cogitaver-  
sint, ut plerumque in ejusmodi rebus evenire so-  
let, ubi *Gloss.* ult. citat l. si *aquaeductus* 47. cum l. seq.  
ubi *Gloss.* notat tatione accessionis aliqua nobis de-  
beri, ff. de *contr. emptio.* & optimus *text.* in l. *credi-*  
tor 54. §. *ultimo*, ff. de *actio. empti*, ubi domus eo  
modo vendita, ut a venditore possessa fuit, eodem  
jure cense ut vendita, quo fuisse priusquam ve-  
niret, ut *omnis accessionis*, & appendices includan-  
10 tur, ubi *Gloss.* in *verb. venire*, addit id procedere,  
& in alia qualibet concessione citans l. *testatrix* 20.  
§. fin. ff. si *scrivit. vendic.* ubi regula firmatur omnia  
in emptorem, vel legatarium transire, quæ speciali-  
11 ter non sint excepta. Et quod in dubio, ex sola  
patrifamilias adjectione, vel detractione, augea-  
tur, vel diminuatur fundus, si pars addita, vel  
detracta sub alterius fundi appellatione sit deno-  
minata, nisi expressè probetur, testatorem detraxisse  
gratia commodioris culturæ, juxta d. l. *Cajus* in  
specie probat *Alexand.* conf. 171. accurate perspe-  
12 Etis, n. 6. & per tot. lib. 5. & ob id *Castrens.* in expli-  
catione d. l. *Cajus*, §. fin. docuit idem in casu quem  
refert, non venire cetera loca, quia non erat aliquod  
nomen universum conveniens toti fundo, sed ad-  
erant plura nomina diversa convenientia diversis  
partibus, idem legando sub expressione unius nomi-  
nis ex illis, censemur de una parte sensisse, expesce  
aliud sentiens, si omnes partes sub uno nomine  
universali, sub quo reliquæ partes nuncupari soli-  
13 tæ, legatae fuerint, expressio generali nomine, &  
ita in terminis *Bald.* conf. 422. super quibus, &c.  
lib. 4. ubi vendito Podere, & Castello posito in con-  
trata, & districtu Castri Aquependentis, datis cer-  
tis finibus, cum toto territorio, & districtu, veniunt  
etiam alia prædia existentia in diverso territorio,  
quæ sub d. Podere, & Castello possidebantur, & red-  
dit *Bald.* plures, rationes, quæ rogo legantur, quia  
determinant casum nostrum, & præcisè, quod adje-  
14 ctio solum non restringit venditionem toxis, nec  
excludit, quod partes integrantes, nec adiacen-  
tes excludantur, sed tantum restringit latitudinem  
poderis principaliter venditi, & addit, hoc maximè  
colligi arguento sumpto ex quantitate pretii, &  
reditus: & sic licet vendita principaliter Civitas  
Rossani, cum pertinentiis, & districtu, non ex hoc  
excluduntur partes adiacentes, & integrantes Do-  
hanam Rossani in venditione inclusæ, etiam extræ  
15 territoriorum Rossani, & idem in exemplo per eum  
tradito in l. *empt.* n. 9. ff. *locati*, ubi similiter in ven-  
ditione, seu locatione comprehendi docet fundos,  
& prædia diversa nomina habentia, & posita extra  
confines rei venditæ, quæ tamen patrifamilias con-  
sueverat locare sub uno nomine, collectivo, vel uni-  
16 versæ, putæ Bicchonij; quæ denominatio sub uno  
nomine, nedum arguit, & probat unionem, sed quod  
una pars sit principalis, reliquæ vero accessionis, &  
pediliequæ, & proinde de his partibus accessionis

non curatur, nec de ipsis expedite mentionem fieri  
*Anchar.* optimè *conf.* 114. *prò impenetrante, v. 2. vers.*  
17 secundo casu, ubi in fine subdit, probari unionem  
accessoriæ ex conjecturis, puta ex denominatione,  
ex præminentiis, ex residentia in alterutro, ex fama,  
& aliis sequitur *Natta conf.* 5 & n. 5. quæ omnia hic  
concurrere in hac Dohana denominata à Civitate  
Rossani tanquam à capite, sub qua reliquæ terræ  
velut membra contineri consuevit plerumque  
sub uno nomine principali (Dohana Rossani) & in-  
terdum ad ubiorem declarationem adjunctis ver-  
bis *eiusque jurisdictionis*, & *districtus*, & ratio-  
nibus simul pro omnibus redditis ab officialibus Do-  
18 hanæ Rossani, satis liquet, & ante *Bal. Paul.* &  
*Alexand.* hanc distincti. inter venditionem factam  
sub nomine universalis, vel collectivo, sub quo pa-  
terfamilias consuevit alia quoque licet diversa, &  
separata prædia possidere, una nomine omnia ap-  
pellando, & partes, quas non confusæ, sed separatis  
suis diversis, iidemque propriis nominibus deno-  
minare consuevit, ut primo casu omnia in vendi-  
tione comprehendantur; secus in secundo, optimè  
ex citatis juribus docuit noster *Iser.* in cap. 1. vers.  
*circa quod si dicat, usque ad n. 3. de capit. qui cur-*  
*vendit.* unde cum Rex uni nomini subjecerit has  
terras, scilicet, alla Dohana de Rossano, & nomi-  
nando Dohanam Rossani voluit comprehendere  
ceteras terras, dum officiales creavit, & officia ad  
hæredes prorogavit; & simul rationes per ejus mi-  
19 nistros exigit dubitari non potest, quin prædictas  
terras constituerit adiacentes, & appendices loci  
principalis, sub cuius nomine, & appellatione com-  
prehendi sunt solitæ, ut docuit aperte *Gl.* in *Con-*  
*fess.* si quis *Baro*, & declarat pulchrè *Tiraquell.* in  
1. retract. §. 36. *gloss.* 3. n. 4. & iterum de *primogen.*  
9. 73. n. 3. & 4. *Dec. conf.* 573. n. 7. *Cassan.* confil. 18.  
n. 21. *Rayn. conf.* 13. n. 9. lib. 4. comprobantur præ-  
dicta ex traditis per recentiores, & in primis, ex  
20 *Cephal.* qui in *conf.* 144. præcisè ex n. 15. & per to-  
tum lib. 1. latè respondit sub legato possessionis  
*delle Case nove*, comprehendi etiam loca separata  
& distincta, extra locum *delle Case nove*, ex eo  
quod sub uno nomine possessionis *delle Case nove*,  
ea solitus fuisse denominare testator, præfertim  
quia vendiderat cum suis pertinentiis, quo casu  
omnia includuntur, quæ ei accedunt; quoquo mo-  
do, nisi sint specificè excepta, ut per eum num. 27.  
21 & legatis possessionibus *Villenovæ* comprehendi  
terras etiam alterius villæ, quas omnes simul te-  
statore habeant, & appellabat terras, & possessiones  
*Villenovæ*, latè post *Alexand.* conf. 150. lib. 3. & *Ba-*  
*roum.* *Rayn. Burs.* & alios probat *Simon de Pretis.*  
22 de *interpr. ult. volunt. lib. 4. dubit. 7. ex n. 39. ad 47.*  
accedit sollempne *conf. Menoch.* 337. ex num. 17. ferè  
usque ad fin. lib. 4. præfertim n. 22. & 26. ubi opti-  
mè loquitur, & extollit distincti. *Alex.* in *diff. con-*  
*fil.* 169. lib. 5. & idem respondet in casu suo non  
comprehendi possessionem illam de *Trecenta*, quia  
non erat sub eodem nomine Bagnoli possessa à te-  
statore, sed sub nomine diverso, quod secus esse  
dicit, si contigeretur sub nomine universalis, quam-  
vis singula corpora prædiorum haberent nomina  
particularia, idem latè *prosequitur Sfort. Oddus.*  
*conf.* 21. ex n. 25. & latè *Surd. dec.* 241. ex n. 10. ubi  
*in fine*, dicit ita Senatum judicasse, *Caputaquensi.*  
*dec.* 342. par. 3. post *Alexand.* *conf.* 223. lib. 2. *Barb.*  
23 in l. cum *Prætor.* 12. §. fin. n. 242. & 244. ff. de *judic.*  
quod eo fortius erit judicandum in casu præsenti,  
ubi

ubi concessio concipitur cum illo adjectivo *totius corporis Dohana*, quod suaptè natura importat totum, vel universale, vel integrale, ut multis probat. *Surd. dec. 78. n. 12.* additur clausula *cum integro statu*, cuius quam maxima sit vis habetur in *l. si quando*, ubi *Gloss.* dicit hoc unū verbū pro integra oratione, & pro una integra columnā apponi solere in concessionibus. *C. de bonis vacant. lib. 10.* quod substantivum status refertur ad factum, cum pertinentiis quæ, & sic ad possessionem, non autem ad jus, sicuti cum dicitur non à iure, sed ab homine deputantur, ut in puncto utrumque docuit *Ifern.* in *cap. Imperiale*, n. 90. *de probib. feud. alien.* & omnia comprehendit idem *Ifern.* in *d. cap. 1. n. . de capit. qui cur. vend.* & per *Ifern.* in *cap. 1. n. 5.* ubi *Afflēt.* *25 quid sit investitura*, & quoniam unio prædiorum, quæ ex unica denominatione resultat, sola voluntate Domini mutatur, ut per *Jaf.* in *l. cetera*, §. sed si *26 paravit*, n. 15. ff. *de leg. i. Surd. conf. 195. num. 13.* idē si diversimodè usus sit testator, attenditur ultima consuetudo. *Surd. d. conf. 195. in fin. lib. 2.* & *conf. 207. n. 9. in fin.* & *10. lib. 2. Gratian. d. cap. 126. n. 8. lib. 1.* & in specie in concessione officii, *de Ponze videndus dec. 37. n. 5.* & seq. novissimè autem, quod *integra hæc Dohana sit vendita*, non solum colligitur ex antiquissimo usu, in quo fuit per Regiam Curiam habita, & ex verbis, & clausulis am. *27 pl. ss. sed ex quantitate pretii*, & reddituum assignatorum, tam in prima, quam in secunda concessione, qui non responderent concessioni facta, nec majori pretio declarando, nisi *integra Dohana censeretur vendita*, quod esse argumentum irrefragabile, appareat ex traditis per *Bart.* in *l. cum tabernam*, ff. *de pignor.* cum aliis, quæ in puncto affert *Menob. d. conf. 337. num. 28. lib. 4.* optimè, & latiss. *Fontanell. de paci. nupt. 20. 1. claus. 4. Gloss. 18. par. 1.* ex n. 29. cum seq. nec dicatur, quod hic non adeat scientia Regis, sed ministrorum, qui rationes exegerunt, & passi sunt officiales Dohanae Rossani eo modo officia exercere, quia imò contrarium appetet ex *Pragmatica de officiis ad R. Majest. collationem spectantibus*, ubi puncupatim describuntur sub n. 114. en la tierra de Rossano l'officio di Vice secreto, & l'officio di Credenziero, & dum in aliis terris sub jurisdictione Rossanensis Dohana, non creavit aliter officiales, necessariò eas terras illi consultò subjecit, & Rex non præsumitur ignorare, sed scire, quæ sui sciunt officiales, & ministri prælertim in materia præscriptionis, usus, & cœnsuetudinis, ut docent infiniti apud *Surd. dec. 4. v. 6.* maximè ob assistentiam Regentium in Supremo rerum Italicarum Consilio, qui ut plurimum eliguntur, & ferè semper essent eligendi ex ipso cœtu Cameræ Præsidentium, quippè, qui sunt de Regii patrimonii, & Regni rebus optimè instructi, & enim sapientia contingit, ut de his in supremo illo Consilio agatur cui summa, quidem curæ eadem esse debent, & fuit præcipuus finis, ut Regens regnicola apud Regem assistens eligeretur ad tradita per *Surg. de Neap. Illustr. cap. 17. num. 19.* & *cap. 27. post n. 41.* verit. quod autem.

Unde ex his facta relatione pluries in supremo Collat. Cons. per Reg. Cam. de anno 1615. & 1616. his discussis Fiscus amplius non instet, & fuit D. Don. Olimpia in possessione totius Dohanae conservata, in qua etiam hodie dum ista revideo anno 1634. reperitur.

Et cum de anno 1632. similius casus accidisset, fuit

discussa solemniter Controversia, decisum, ut sequitur.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Series facti proponitur. Concessionum factarum per Suam Majestatem Excellentiss. D. Comiti de Monterey in remunerationem maximorum servitiorum præstitorum Reg. Corona.*
- 2 *Decretum Collater. Conf. quo sub officio Magistri Actorum Dohana Menepedium Apulea, comprehendendi declaratur etiam Dohana Aprutii, assertur.*
- 3 *Dohana Apulea appellatione universa Dohana continetur, & signanter Aprutina tanquam ejus insignis pars, n. 24. 29. & cœtraria recensentur, n. 28.*
- 4 *Argumentum à toto universali ad partem subjectivam affirmativè bene procedit.*
- 5 *Rex, ut Dominus directus feudorum Regni, dicitur paterfamil. in feudis, officiis, & jurisdictionib.*
- 6 *Paterfamil. possidens, & disponens de bonis sub uno nomine, cœfetur habere ipsa, licet diversa pro una re, & tanquam connexa, & coherentia.*
- 7 *Hæres apprehendens unam ex diversis rebus bæditaris, universum jus bæditariū sibi acquirit.*
- 8 *Possessionem apprehendens unius rei, quæ plura sub se continent, quo ad omnia, quæ sub illa continentur apprehendisse cœnsatur, ut in Castro, Palatio, Ecclesia, & aliis, & num. 11.*
- 9 *Possessionem apprehendens partis dignioris, ut est caput Dohana, acquirit integrum jus dominii.*
- 10 *Beneficium annexum unitum, sive incorporatum amittit statim proprium nomen, & efficitur prædiūm ejus cui unitur.*
- 11 *Ecclesia principatis possessione adepta, cœnsatur acquisita possessio Ecclesiae unitæ.*
- 12 *Beneficium unitum, non dicitur vacare de per se, neodatur ipsius collatio, permutatio, nec resignatio.*
- 13 *Dohana Apulea tanquam corpus principale plura sub se continent, quæ describuntur, & in quo ilius Tribunalis forma, & institutum consistat.*
- 14 *Tribunal Dohana habet jurisdictionem privati- vam quoad Barones in certis temporibus.*
- 15 *Dohana Menepedium, unde dicta.*
- 16 *Actorum Notarius (quem Magistrum Actorum re- cens nominamus) necessarium ad iustitiam expe- diendam.*
- 17 *Magister Actorum unus, & principalis est in Dohana Foggia residenti.*
- 18 *Cavallarii ordinarii, & extraord. judices, sive defen- fores depulsansur pro locatis, cum eorū scribis, qui à principali Actor. Magistro dependent, & n. 33.*
- 19 *Dohana jurisdictione in toto Regno, sed diverso modo.*
- 20 *Actorum Magister ejusdem Dohana aliis deputatur in Civitate Aquila Aprutii ultrà, ubi Dobanarius per suum Vicarium jurisdictionem exercet.*
- 21 *Membra sunt à capite regulanda.*
- 22 *Appellatio interponi consueta, simbolum est relatio- nis, superioritatis, & dependentiæ.*
- 23 *Accessoria comprehenduntur appellacione princi- palis, etiamque ad sit aliqua separatio, maximè gra- tia commodioris administrationis.*
- 24 *Feudum, & Baronia possunt habere membra in alieno territorio.*
- 25 *Dohana est nomen generale continens diversa jura.*
- 26 *Dohana Neapol. continet diversa, & extendit ad varia loca.*
- 27 *Tribunalia omnia existentia in eod. territorio con- stituere unum forum, quomodo sit accipiendum.*
- 28 *Copula natura est, ut augeat, & ampliat orationem.*
- 29 *36 Pro-*

- 36 Procuratoris factum in quaestis non nocet domino.  
 37 Possessoris apprehensio rei , vel juris in parte conservat jus in toto , vigore privilegii, secus in praescriptione.  
 38 Scientia procuratoris non nocet domino .  
 39 Usus , & obseruancia interpretativa requirit cursus alicujus temporis considerabilis .  
 40 Interpretatio privilegii, vel concessionis non semper necessaria est, ut fiat ab ipso Principe , sed non nunquam fit a iudice, quod distinctionis fædere explicatur, num. 41.  
 42 Regalium concessio non semper est strictè interpretanda .  
 43 Decisio facta per Reg. Cameram, referente auctore, juncto supra Collaterali Consilio in præsentí Controversia .

## A R G U M E N T U M.

De interpretanda Regis concessione . Utrum appellatio redituum officii actorum Magistri dohanæ menepecudum Apulez , comprehendantur reditus ejusdem officii dohanæ minoris, quam dohanellæ Aquilæ appellant , subordinatae , et annexæ , cum capite dohanæ , quæ residet Foggia , ex eo , quod Rex uti dominus, et paterfamilias illam unitè possederit, et pro unica habuerit , an ex possessione partis , vel capitis , censeatur apprehensa possessio totius, vel saltim quæsum jas , sive titulus apprehendendi. Plura de dohana Apulez , illius Tribunali , et forma regiminis; et dohanæ nomen esse generale , plura jura sub se continens , et quod habere possit membra in alieno territorio ad instar feudi.

## CONTROVERSIA XXIII.

## Cum decisione Reg. Cam. &amp; Collateralis Consil. in consimili articulo

**D**ie Veneris 29. Octobris 1632. me referente, cum Tribuli Regiæ Cameræ in Collaterali, absque interventu Excellentissimi Comitis Montis Regii Proregis, cum de ejus propria causa ageretur.

1. Sacra Regis nostri Majestas, anno 1623. concessit dicto Excellentissimo Comiti ad tres vitas ipsius scilicet Comitis , et aliarum duarum personarum successivè, officium Actuarie Civitatis Consentie, necnon, et reditus, proventusque Actuarie , ac Secretariæ menepecudum Apulez , eos scilicet proventus , et reditus , qui de summa , seu quantitate ducatorum 5927. diversis consignatariis concessorum superfluit : postea verò ad vetera Comitis nova acceperunt præmerita , eaque maxima , quippe qui non modo magno cum dispendio proprii patrimonii Reg. Coronæ inserviuit apud Aragoniæ Quiriam, verum etiam in obsequiis præstandi Serenissimo Principi de Cales, nunc Angliae Regi, cum in Hispania apud ipsum Regem nostrum moraretur , ac demum Duce eundem Serenissimum in Angliam redeuntem, summa rerum apparatu, maximisque sumptibus, splendide, ac magnificenter comitatus est, quamobrem volens Sua Majestas eidem Comiti pro hovis servitiis, novam etiam Regiæ sua munificentia beneficia rependere ; eandem concessionem, trium personarum vita limitatam , ad ejusdem Comitis hæredes , et successores protendit, asserens multò quidem majora Comiti deberi; his utique privilegiis , et concessionibus , Excell. Duce Albæ Prorege , exequutioni demandatis ; Comitis

absentis tamen procurator per incuriam non fecerit reditus officii actorum magistri residentis in exercitatem Aquilæ , penes Locumtenentem Dohanerum dohanæ Apulez, verum Comes, qui paucos ab hinc annos regias in hoc Regno vices summa cum prudenter, ac vigilanter regit , certior factus , reditus dicti officii actorum magistri dohanellæ Aprutii , omnino comprehendendi appellatione reditivum Aeratuaria menepecudum Apulez , sub qua ipsa dohanella tanquam ipsius pars dependens, & cohærens continetur, & uti accessoria, unita, & pedissequa includitur, hujus rei procuratorem suum commonuit qui postea precibus à supremo Collaterali contendit, ut sibi liceret exigere omnes, & quoconque redditus, & emolumenta, quæ pervenient ex omnibus provinciis, & locis subditis jurisdictioni ipsius dohanæ, quæ exercetur per Dohanerium, suosqne locumtenentes, substitutos, & ministros, ubique locorum jurisdictione dohanæ extenditur, & præcipue in Provinciis, quas peculiari quodam modo appellant, subditas , inter quas constat esse utrumque Aprutium, & cum per Collaterale fuisse jam decretum iuxta petita, & exinde expeditum rescriptum, subscriptione omnium quatuor Regentium munitionum, Dominorum scilicet Tappiæ, Enriquez, Lopez, & Roviti sub die 20. Septembris proximi 1632. regio insuper sigillo vallatum; tametsi potuisset Comes, sive ejus procurator petere simpliciter dictum decretum, & notari & registrari in libro patrimonii Reg. Cameræ, quod si Fisco non opponente, factum fuisse, nihil ulterius fuisse agendum; attamen ratus cautius agere, si hoc per Regiam Cameram decidetur, Fisco auditio denuo petiit in Collaterali, ut mandaret Regiæ Cameræ descriptionem dictorum redituum in libris patrimonii pro exequutione dicti Regii decreti ipsius Collateralis , per quod , causa mihi commissa, fuit provisum, quod Reg. Cam. prima die relationem faceret in Collaterali , & facta relatione die 29. Octobris 1632. coram eisdem quatuor Regentibus de statu, & meritis negotii, auditio Domino Jo: Camillo Capacio Fisci patrona doctissimo, & integerrimo, qui propositis Fisci iuribus, & suo sensu explicato, pro sua modestia enixe rogavit iudices præsertim eos, qui Kitus, et negotia dohanæ Apulez percallebant, quippe in illius moderatione et regimine erant longa experientia versati, ut supplerent, quæ ipsi forte decesserent; aliqui ex dominis dixerunt, cōcessis reditibus officii magistri actorum dohanæ menepecudū posse de jure censi cōcessos, non solum reditus, qui ex officio actorum magistri residentis Foggia , percipiuntur , sed etiam Aquilæ, quippe, cum unicum , et idem sit corpus dohanæ residentis utroque, et sub una denominacione dohanæ menepecudum Apulez , continentur integra dohana tam illa, quæ exercetur Foggia per Dohanerium, tanquam ipsius caput, quam Aprutii, per ipsius vices gerentem qui ab ipso principali dohanerio eligitur: deputatur, et dependet, hoc enim, sibi locum vendicat in quacunque dispositione, et concessione tam principis, quam privatorum , semper enim appellatione dohanæ Apulez integra , et universa dohana continentur, cum suis partibus integralibus, et integro statu , et præcipue dohana Aprutii, quæ insignis est ejus pars, et sequela necessaria, nisi nominatum excipiat, totum enim infert quamlibet suam partem de necessitate , sive sit totum integrale, ut domus, sive universale , ut grex, peculum , sive generale , ut vestis , ornamentum, sive

sive etiam sit totum quantitatis, l. si quis cum totum  
*Autem except. rei iudic. quod enim ad vim comprehen-*  
<sup>5</sup> *sivam attinet, procedit argumentum à toto univer-*  
*sali ad partem subjectivam, sive prædicamentalem*  
*affirmative, ut legato grege, vel peculio, continen-*  
*tur animalia, vel res particularis, quæ sub illis sunt,*  
*leg. Lucias, ff. defund. instr. l. grege, ff. de leg. 1. ut do-*  
*ctiss. & latè explicat Everard. in Topica, loco, à tota*  
*ad partem, n. 9. & n. 11. cum seq. unde si appellatione*  
*dohana Apuleæ continentur etiam in vulgari deno-*  
*nominatione, dohanella Aprutii, tamquam ipsius pars*  
*accessoria, & dependens ab ipso capite, necessariò*  
*consequitur, ut concessis redditibus, & emolumentis*  
*officii Magistri actorum, seu scriptoriarum ejusdem do-*  
*hanæ Apuleæ, non minus comprehenduntur redi-*  
*tus Actuariorum Aprutii, quam Actuariorum Foglianorum,*  
*cujus dohanæ principalis Apuleæ utrumque offi-*  
*cium est accessorium, & dependens, quoties enim*  
*pater familias, cuiusmodi constat esse Regem in*  
<sup>6</sup> *feudis, officiis, & jurisdictionibus, ut per Isern. in*  
*c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. ex reg. l. quod in re-*  
*rum, §. 1. & l. planè in fin. ff. de legat. 1. cum aliis locis*  
*ejusdem Isern. adductis per Dominum meum Regen-*  
*tem de Curte in 1. par. tract. f. 6. in fin. ita jun-*  
*ctim, & unitim solitus est possidere, concedere, ven-*  
*dere, aut locare, quod sub uno nomine tenebat, & de*  
<sup>7</sup> *eis disponebat, tunc insurgit necessaria probatio,*  
*quod habuerit omnia pro uno, & cetera tanquam*  
*adjacentia, & inseparabiliter cohaerentia quo usque*  
*contrarium non declaraverit, juribus, & authorita-*  
*tibus à me citatis in præcedenti controversia pro*  
*Principissa Aldobrandina super dohana Rossani,*  
*sexdecim ab hinc annis, quibus addi potest text. in*  
*l. Sempronio 33. §. codicillis, ff. de usu fr. legato, ibi resi-*  
*pondit verbis, quæ præponerentur, id peticum, ut ad*  
*eam modum paterentur bæredes ibi eos esse, ad quem*  
*modum ipsa patichatur, juncto eo, quod notat Bart.*  
*in sumario post gloss. ult. que citat plures concord.*  
*exornat modernus Hispanus Quesada diversarum*  
*qq. juris c. 20. n. 12. & innumeros cumulat novissimè*  
*visus alter Hispan. Castillus Sotsonajor lib. 1. quo-*  
*tidian. controv. de usu fructu cap. 22. ex nu. 10. cum*  
*seq. & cap. 37. n. 8. cod. lib. conferunt etiam ea, quæ di-*  
*cunt DD. in materia acquirendæ hereditatis, ut in-*  
<sup>8</sup> *gressus unius ex rebus hereditariis operetus, ut*  
*universum jus hereditarium translatum censeatur*  
*in heredem l. gerit, & l. pro bærede, ff. de acqua ir. bæ-*  
*red. l. restituta, ff. ad Trebell. quinimò fortius etiam*  
<sup>9</sup> *quo ad acquirendam possessionem plerique volue-*  
*runt, ut quando una res plura sub se continet, ut est*  
*Castrum, sub quo comprehenduntur adficiæ, terri-*  
*torium, & jurisdictionalia, per apprehensionem pos-*  
*sessionis de parte Castrorum, totius videtur accepta pos-*  
*sessio Bart. in l. 3. in fin. princ. ff. de acquir. posse. &*  
*idem in palatio, ut ex possessione unius Cameræ, in-*  
*tegræ palatii videatur quæ sita possessio, idemque in*  
*domo etiam quoad mobilia, & suppelætilia, in re-*  
*store ingrediente possessionem Ecclesiæ, vel benefi-*  
*cii, ut videatur omnium rerum Ecclesiæ possessio-*  
*nem nancisci, & in Castro Civitatis, aut Capella Ec-*  
*clesiæ principali subjectis, & in Principe ingresso*  
*possessionem Civitatis Metropolitanæ, quod illa*  
*possessio, quoad membra Provinciæ sufficiat, constat*  
*ex relatis per Dominum meum Capyc. decisi. l. n. 10.*  
<sup>10</sup> *ubi addentes, & ita fuisse judicatum, testatur, in fini-*  
*tis relatis P. regr. de fideicom. art. 48. ex n. 72. & 77.*  
*in quo licet quoad actualem possessionis acquisitione-*  
<sup>11</sup> *nem, non desint contradictores sub ciypto Isern. in*

<sup>c. 1. col. 3. quid sit investit, ea ratione, quod possesso</sup>  
*in ejus acquisitione, & apprehensione factum desi-*  
*deret, quamvis contra Isern. stent DD. majores nu-*  
*mero, & auctoritate rerum judicatarum, certum ta-*  
*mén est, ferè omnes DD. concordare, ex possessione,*  
<sup>12</sup> *partis, præsertim dignioris, ut est caput dohanæ*  
*esse acquisitum, & translatum integrum jus domi-*  
*nii, & sic tituli, cuius vigore competit ingressus*  
*in possessionem, ut testis est P. regr. d. num. 77. cum*  
*seq. nec dissentunt Canonistarum, qui in materia bene-*  
<sup>13</sup> *ficiali, dicunt beneficium annexum unitum, sive*  
*incorporatum eo ipso amittere titulum, & nomen*  
*proprium ipsius beneficii, & effici præmium ejus cui*  
*est unitum Gonzales latè super reg. Cane. reg. 8. gloss.*  
*g. g. 7. n. 2. latissimè Garzas de beneficiis par. 12. c. 2.*  
*n. 12. & seq. & in specie, quod capta possessione Ec-*  
<sup>14</sup> *clesiæ principalis, censetur quoque capta possessione*  
*Ecclesiæ unitæ, uti prædicti Ecclesiæ principalis Rosa*  
*dec. 658. n. 8. part. 2. in recent. unde eadem ratione*  
*consequitur, non dari vocationem beneficii uniti, &*  
<sup>15</sup> *per consequens, nec etiam collationem: & propterea*  
*non potest amplius permutari, resignari, nec alteri*  
*concedi, ut est solemnis decisio immort. memor.*  
*Papæ Greg. 15. Ludovisi 112. ubi bona additio, &*  
*generaliter, quod capta possessione Ecclesiæ, cen-*  
*seatur capta possessio omnium bonorum, & jurium*  
*ipsius Ecclesiæ, decrevit Rota apud eundem Ludov.*  
*dec. 54. & 364. ubi additio citat quamplures alias*  
*decis. que si procedunt in re de novo unita, fortius*  
*in membro ab ipso dohanæ exordio, inseparabiliter*  
<sup>16</sup> *annexo, et ipsi subiecto: dohana etenim tanquam*  
*corpus principale plura sub se continent, scilicet ju-*  
*risdictionem in omnes locatos possidentes animalia*  
*que sub Regia fida continentur in viginti tres lo-*  
*cationes herbagiorum pro ipsorum pastu distributa,*  
*quippe, qui in æstate reliqua Apulia, et ipsius siccitate,*  
*quasi sine pluvia, et aquis, depascunt greces in*  
*montibus Aprutii herbosis, et f. igidis, et in Autumno*  
*in Apuliam revertuntur per loca, et vias, quos*  
*passus, et Regios tracturos vocant, ubi propè paratu-*  
*pascua, que vulgo appellantur (ristori) adedunt*  
*iste commeatus, et assiduus fluxus, et refluxus sta-*  
*tutis temporibus per certa destinata loca sub certis*  
*regulis, capitulis, et privilegiis, pro conservatione,*  
*et augumento animalium, et successivè commoddis,*  
<sup>17</sup> *sive compendio locatorum, et consequenter Re-*  
*giæ Curia, que ex augmento ubiores percipit*  
*fructus, cum jurisdictione privativa, quod omnes*  
*etiam Barones in feudatos, in certis casibus, omni-*  
*moda, et interdum limitata etiam certis tempori-*  
<sup>18</sup> *bus, que exercetur per Dohanerium dohanæ ip-*  
*sius Rectorem, et Praepositum, cum suo Auditore,*  
*et duabus assistentibus officialibus perpetuis, quos*  
*Credenserios vocant, qui velut Fiscales, jura illius*  
*patrimonii tuentur, et generali locationi, sive her-*  
*barum distributioni, que fit mensis Novemb. unius-*  
*cujusque anni præsunt, aliorumque negotiorum*  
*que inter locatos, et fiscum occurunt sa: agunt, ul-*  
*tra Perceptorem, sive Casserium, et alios inferiores*  
*ministros, cum suis distinctis, et recte distributis mi-*  
*nisteriis, ex quo commeatu per annorum curricula*  
*statuto, creditur processisse illud adjunctum doha-*  
<sup>19</sup> *næ nomen (menepedium) sicut ipsam dohanæ*  
*nuncupantur pecudes, cum custodibus, & pastori-*  
*bus, cum in ipsius legibus, & instructionibus sapissi-*  
*simè legitur, dove la doana camina, passa, e dimora*  
*& quia ad justitiam expediendam necessarius*  
<sup>20</sup> *est actorum Notarius, juxta tradita per Isern.*  
*qua:*

*qua sunt regal. in verb. Potestas constituendorum Magistratum, & latius ipse exaravi in responso pro Reg. Fisco contrâ Bersaudos, alias in tract. de alien. regal. & offic. unus, & principalis est actorum*

21 *Notarius dohanæ residens Foggia Secretarii nomine cohonestatus; ubi caput Dohanæ residet Dohanerius, sub quo continetur plerique substituti Actuariorum, & Scribae residentes, apud cavallarios ordinarios, & extraordinarios, qui judices, sive defensores deputantur pro locatis, nendum in Provincia Capitanata, cuius una est Metropolis dohana Foggia, sed in Provinciis Barii, Hydrunti, Comitatus Molisii, & etiam Basilicata, ubi per suum locumtentem dohanerius, & per substitutum Actorum magister hic emolumenta, & redditus Actuariorum, illis verò jurisdictionem exercet, etiam in toto Regno, alter vero deputatur Actorum magister in Civitate*

23 *Aquilæ, ubi idem dohanerius universæ dohanæ Præfes, & Rector, cum non valeat de persona utro- bique interesse ob loci distantiam, & negotiorum multitudinem per suum Vicegerentem jurisdictionem exercet. Quod si dohana Apulea appella- 24 tione integra, & universa dohanæ jurisdictione apud omnes per se continentur, unione vera, reali, & necessaria integralis corporis, & destinatione Regis patris familiæ, & domini, qui ita dohanam erexit, denominavit, & gubernari mandavit per ipsos dohanæ Rectores, Aprutium, cum Apulea uti capite ab initio erectionis conjungens, & uniens; cur diversè sit statuendum quidam redditus, & proventus Actuariorum, non videbatur recta ratione suaderi.*

Quinimodo, sicut concessa, vel denominata dohana, 25 universum corpus quidam jurisdictionem, & gubernium contineri nemo negabit, sic pariter concessis redditibus actuariorum, qui fructus sunt, & proventus ipsius jurisdictionis, & ab ipsa procedunt, & fluunt, necessario dicendum est comprehendendi, tūm ex regula, quodd accessorium, & membra sint regu- landa à capite Dec. cons. 289. n. 7. tūm ratione pari- formis, et equalis determinationis respicientis plus- ra determinabilia vulg. ll.

Accedit etiam, quod à Locumtenente Aprutii 27 appellatur ad ipsum dohana Præsidem Doganarium Foggia residentem ex quo etiam relatio superiortatis, connexionis, et dependentiarum evidenter ostenditur, per ea, que dicit Bart. in l. cum apud. ff. jad. solvi col. fin. in ult. q. ubi distinguit, et Franch. dec. 60. 1. n. 12. & 13. Quibusstantibus ad motiva, que pro parte Regii Fisci fuerant in discussione controversia considerata, dicebatur posse responderi, quatenus enim primo arguebatur, quod licet 28 jurisdictione dohanæ sit unica, nihilominus actuariorum erant diversi, et omnino officia distincta, et ideo sub concessione reddituum, et proventuum officii actorum magistri menepecudum non continebantur redditus dohanellæ Aprutii, quia separata locantur, sicut etiam in Provinciis creantur quidam, qui Cavallarii vocantur inferiores judices in causis locatorum, cum eorum scribis, nec sequi consequentia, dohana est eadem, ergo idem in actuaria, que diversa est, cum diversis locetur, sicut in simili, licet Sac. Consilium, et Reg. Camera sint loco unius Tribunalis in eadem Civitate sub eodem Rege, et unum corpus de per se, diversa tamen unum quodque ex dic. Tribunalibus habet scriptorias, et officia actuariarum separata, et distincta.

Secundò etiam addebatur in privilegio contineri redditus Actuariorum, et Secretarii Apulez, quasi ex

illo adjuncto (Secretaria) declaretur, Regem de solis redditibus actuaria Foggia residentis intellectuisse, ubi magister actorum Secretarius quoque nuncupatur.

Tertiò id declarari, etiam ex usu, & observantia subsequuta, qua attenta videtur id non fuisse comprehensum in principio.

Quartò hanc declarationem Regii privilegii ad ipsum Regem spectare, vel de hoc judicium ordinarium esse instituendum, fisco citato, & legitimè compilato processu.

Et quinto hoc non esse Principis beneficium latè interpretandum; sed concessionem de ipso patrimonio, & juribus regalibus Principis, strictè propterea interpretandum ex Camerario.

Ad hæc enim omnia motiva in contrarium pro veritatis cognitione excitata, dicebatur sigillatum responderi posse.

Ad primum etenim patet responsum ex superioribus: quia comprehenduntur accessoria, etiamsi 29 adhuc aliqua separatio; maximè quando illa fit gratia commodioris culturæ, sive administrationis, ut in praesenti casu, esset enim impossibile, quod unus actorum magister exerceat in diversis Provincijs distantibus eodem tempore: si enim unum feudum, 30 vel Baronia potest habere membra in alieno territorio, Isern. in cap. 1. in add. qualis. vasal. jur. deb. fiduci. cum infinitis congestis per Giurb. decis. 50. num. 14. Andreas knich. de vest. pacl. par. 2. cap. 5. num. 14. I. 31 quantò fortius dohana, quod nomen est generale, continens diversa jura nova, & vetera, & mem- 32 bra, ut in simili de dohana Neapolis, cuius jurisdictio extenditur ad varia loca proxima, & remota, quippe usque ad Regni extremas partes ultrà Aquilam ex ritib. Reg. Camera, observavit D. de Francb. decis. 397. num. 11. & exemplum describis Cavalla-

33 riorum retorquetur, cum constet omnes dependere à magistro actorum Foggiano, & eidem correspondere de districtibus, & appellations ab eorum decretis, & gravaminibus ad dohanam deferri: & ad simile de actorum magistris Sac. Cons. & Reg. Camera est manifesta solutio, siquidem illa non sunt similia, & aequalia; sed distincta, diversa, & sub diversis regulis instituta, & denominationibus appellantur; ideo ut ex diversis cessat illatio, licet enim Castrensi in autb. que in Provincia, num. 4. C. ubi de crim. agi opor. (a nemine ex Dominis allegatus) di- 34 xerit. Tribunalia omnia existentia in eodem ter- torio constituere unum forum, licet sint distinctæ jurisdictiones, ut Ecclesiastica, secularis, at tamen hoc sanè intelligendum est, quidam distinguendos foros unius Provinciae, vel Regni ab aliis, secus quoad veram existentiam, & denominationem, præsertim secundum disponentis usum loquendi juxta quem regulari debet quilibet dispositio, sive Principis concessio de ipsis loquens, ad Bart. in l. labeo in fin. ff. de suppelli. legata cum aliis à Sard. decis. 24. I. num. 17.

Ad secundum dicitur, illud adjunctum, & Secre- 35 taria, non restringere; sed potius ampliare, & au- gere, ut est de natura copulae l. ea tamen adjetto, ff. de leg. 3. cum concord. per Everard. loco à nature copulae in princ. ultra enim redditus Actuariorum ipsius dohanæ, sub quo nomine omnes redditus ad ipsum officium magistri actorum in genere sumptum spe- Etantes comprehenduntur, conceduntur etiam redi- tis, si qui ubiores percipiuntur ex ipsa secretaria, que potius nomen est honoris, quam alicujus exi- stentia,

stentia, & cuius fructus cohærent Actuaria Fogianæ, ubi residet Dohanerius cum collegis, alias enim inducta in augmentum operarentur diminutionem contrâ juris regulas.

Ad tertium fuisse id declaratum ex usu, & obser-vantia subsequuta contrâ cessionarium. Primo di-  
36 citur factum procuratoris ad exigendum non po-tuisse præjudicare domino, præsertim in quæstis. l. contra juris, ff. de pass. l. quicunq; §. item si insitior. ff. de insitioria, eum concord. per Affl. dec. 129. n. 11, ut jam fuisse quæsumum jus dominii patet ex supradictis, quinimò etiam possessionem, secundum ve-riorem sententiam quæ saltim etiam si fuisse neces-saria apprehensio specialis per actum facti quoad hoc membrum, attamen ex apprehensione rei. vel  
37 juris in parte, conservatur, & retinetur jus in om-nibus, cum quis innitur privilegio, l. 3. aliud in præ-scriptione ad doct. Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdi-  
38 sto, ff. de itiner. actuq; privato, nec etiam sententia procuratoris nocet domino ut per Affl. d. decis. 129. n. 10. ubi Vr. fil. n. 6. cum seq. Surd. dec. 181. n. 10. se-cundò, ut nocere possit usus, vel obseruantia inter-  
39 pretativa etiam ubi dominus est sciens, & præsens, licet non requiratur tempus longissimum, requiri-tur tamen lapsus alicujus temporis considerabilis Cravett. conf. 1 18. num. 2. & 3. Raudens. responso 18. num. 38. qui hic non intervenit, cum vix triennium intercesserit à tempore, quo fuit concessio exequioni demandata, & statim, cum ad notitiam Domini Comitis res devenit, conquæstus est de negligen-tia procuratoris.

Ad quartum, quod interpretatio privilegii spe-  
40 det ad concedentem Principem, dicitur, recurren-dum esse ad Principem, quando dubitatur de vali-ditate ipsius concessionis, vel si esset arduum du-  
41 bium, & inesplicable, vel si essemus in conflictu, vel adceretur de variatione, quæ interdum semel permitti solet, secus si agatur de sensu privilegii in-ter partes quoad ipsarum præjudicium, & in quan-tum ad jus litigatoris pertinet; quia ista non solum fieri potest, sed debet per judicem; etenim judex magis de illius, qui privilegium allegat, quam de ju-re privilegii pronunciare intelligitur, quia judices etiam inferiores habent potestatem interpretandi jura in præjudicium litigantium Fclin. in c. inter alia in princ. de sentent. excom. & in c. pastorulis 8. de fide instrum. Bald. in c. cum venissent, in princ. ubi Dec. latissimè num. 3. 4. & 5. de judiciss. Ripa responso 5. de probation. Acajus de privileg. lib. 2. cap. 2. num. 20. cum seq. Brunus conf. 133. in fin. lib. 2. fuse Gratian. discept. forens. c. 927. n. 18. 19. 20. cum seq. lib. 5.

Ad ultimum de stricta interpretatione facienda  
42 in concessione regalium. Primo dicitur, illud pro-cedere in dubio, secùs, ubi ex verbis, & mente Prin-cipis constat de contrario, & legitima interpre-tatione juris. Secundò hic non esse concessum offi-cium ipsum, quod est de regalibus; sed quod super-est ex redditibus ipsius, qui considerantur tanquam separati. Tertiò fuerunt redditus concessi pro se, hæ-redibus, & successoribus liberè, et sic in allodium, quo casu militat indubie dispositio, l. fin. ff. de con-stitut. Principum, quam procedere etiam in feidis verius est, ex Raudensi de analogis cap. 15. num. 1. Jaf. Rosenthal. et Schad. apud Gratian. discept. lib. 3. cap. 456. num. 77.

## D E C I S I O.

**U**NDE ex his, die initio citata, fuit resolutum, et de-cisum, in dictis concessionibus comprehendendi  
43 etiam redditus Actorum magistri dohanellæ Aqui-læ, tam pro futuro; quam etiam pro præterito à die concessionis, sive exequuti privilegii, et captæ pos-sessionis, me referente uti Commissario, cum inter-ventu quatuor DD. Præsidentium rogatorum, cum D. Locumtenente Montaluo, et quatuor Regenti-bus supremi Consilii Collateralis, ut ex actis, et pro-visionibus registratis in Regio patrimonio per Dom. tunc Rationalem Ioannem Iacobum Mercuri-um, hodie meritissimum Præsidem Militarem, et succe ssivè penes Magnificum Rationalem Fabri-cum Cenam, qui in negotio fuit subrogatus.

## S U M M A R I U M.

- 1 Feudum cuius qualitas sit, ad Regiam Cameram judicandum remittitur n. 5. 11. 12. et 17. secus se agi: ur de qualitate feudi dignoscenda, etiam se sit mutata, vel alterata qualitas innata novo Regis. assensu, & n. 18. & ita judicatum in causa Ducis Vallis Regia, ubi ex hereditario præten-debatur fuisse effectum ex pacto n. 22. 23. et 25. & alii num. 37. 38.
- 2 Investiri de feudo, an quis debeat, vel ne ad Re-giam Cameram spectet vigore Regiae Pragmati-cae, que interpretata est quoad solutionem relevit, num. 40. et 41.
- 3 Fiscus cum sequestrum feudorum obtinet, citare debet per eum, qui immisionem illorum præter-dit, nisi sit ipso jure nullum, n. 50.
- 4 Fiscus, an ex persona debitoris dicatur habere in-tereesse in lite inter partes vertente; convenire autem potest debitorem debitoris in subsidium, tribus cumulatori concurrentibus, & in lite prædicta potest tantum assistere, n. 59. et 60.
- 5 Allodium a solo Deo recognoscitur.
- 6 Fiscus scire debet, quæ seuda ab immediato Regis dominio detinentur, vel non immediate.
- 7 Adho, & relevium pro feidis quaternatis tan-tum fisco competunt, Baroni vero pro quaterna-tis secundum quid.
- 8 Feudum quaternatum secundum quid, dicitur mi-stum, & alienatur cum Baronis, & Regis offensu.
- 9 Feuda in Regno in quinternionibus describuntur, ut sciat Fiscus, qui sint vasalli, quæve tenentur in feudum.
- 10 Fisci interessus feudum esse potius de jure Fran-co-rum, quam Longobardorum, in quibus versetur, & num. 14.
- 11 Procurator Regis potest impedire divisionem juris-dictionis, & Castrorum, & in his assentire Pro-reeges prohibentur, & n. 16.
- 12 Fisci patroni specialis instantia est de forma, us-cause remittatur ad Regiam Cameram.
- 13 Interesse regis Fisci præcisam apparens, & multæ considerationis fundare debet Fiscus, us cause re-mittatur ad Regiam Cameram.
- 14 Regia Camera vacare debet conservationi, & aug-men-to patrimonii, & lites inter partes impedi-re non debet.
- 15 Vincentius Corcionus meritissimus Fisci patronus.
- 16 Feudum remaneat in sua propria natura qualitate masculinitatis, vel temporali exclusione feminarum superaddita, & num. 27. quicquid in contrarium senserit

- senferit Franciscus de Amicis, cuius opinio confunditur, n.28.
- 29 Successore carere dicitur, qui castè natus est, vel probabiliter de filiis est desperatus.
- 30 Assensus præstissus venditioni facta ab eo, qui non habet filios, sed habere potest, substituet etiam si decedat sine filiis, ratione incertitudinis, & n.31. 32. 33.
- 34 Feudum novum faciliter devoluitur, quam antiquum, sed an novuum, vel antiquum sit, Sac. C. cognoscit, & n.35.
- 36 Feudum nouum censeretur in qualitate addita, sed non in reliquis.
- 39 Causa successionis Status Bisiniani fuit remissa ad Regiam Cameram, quia fiscus in omnibus, aut refutarius, aut bares fuit.
- 42 Investitura non expeditur in Regno, sed loco ipius expediuntur litteræ assicurationis, & n.43.
- 44 Capitalium Regni ex præsumtuosè cessat, ubi non dubitatur feudatarium, cum successore deceperit & n.57.
- 45 Possessorum, sive adipiscendæ, sive retinendæ inter successores, non inter fiscum, & feudarium in feudo agitandum in S. C. licet agatur de alteratione qualitatis feudi, & num.46.47.48. & 49.
- 51 Sequestrum, ut ritè, & rectè fiat de feudo, debet saltim summarie constare de jure illius, qui sequestrum petet, & audita parte, concurrentibas, n.52. & decerni per judicem etiam competentem, num.53. & 56. & ad instantiam partis, cum summaria causa cognitione, n.54. & 55.
- 58 Sequestrum involuntariorum etiam ex legis, vel iudicis auctoritate non privat quem sua possessione.
- 61 Successore in feudis declarato, remanent salva jura creditorum, & fisci.
- 62 Consentiens, sive non contradicens, quomodo unus ex creditoribus in lite audiatur, non sibi præjudicat quoad alios, etiam si fiscus sit.

## ARGUMENTUM.

Cognitio, an sit feudum, vel allodium, & si sit feudum, an illud sit quaternatum simpliciter, vel secundum quid, aut planum, & de tabula, fisco instanti ad Regiam Cameram spectat: si vero de possessorio adipiscendæ, sive retinendæ inter successores, etiam si qualitas feudorum alteretur ad Sac. Cons. pertinet.

## Pro Dom. Mutio Pinello, contra Dom. Principem Jeracis.

## CONTROVERSIA XXIV.

Dominus Princeps Jeracis, ut immortalem reddat expeditionem articuli immisionis in possessionem, quam prætendit Mutius Pinellus feudorum Aprutii, quæ emit bon. mem. Cardinalis Pinellus patruus a Comite Celani de sua propria pecunia, pro persona Paridis Pinelli ex fratre primogenito nepotis previo assensu obtento à Rege nostro, in quo decedente dicto Paride absq; filiis masculis, voluit, ut succedent filii masculi Ioan. Augustini, exclusis feminis, fortè descendantibus ex Paride, & fortius ipsius Paridis sororibus, unde specialiter censetur vocatus, & nominatus Mutius, & exclusa Benedicta Pinelli soror, quamvis non sint nominati per nomen proprium, sed per nomen appellativum dum necessariò in illis dispositio effectum fortius

poteat, non in aliis; & altero assensu subsequunto, quo emptio præcedens confirmatur sub eadem conditione prioris assensus, illo addito ad majorem declarationem, ut feminæ censerentur exclusæ dum taxat temporaliter quoisque masculi descendentes ex filiis lo: Augustini supererent, quibus deficienibus non censerentur exclusæ feminæ superstites inventæ, quæ juxta leges Regni in gradu successibili ultimo possessori masculo reperiuntur: suscitavit, & incitavit Fiscus, ut item simplicis possessorii inter partes ad Tribunal Reg. Cameræ trahet: quinid fisci hucusque pro Advocati assumpti religione tacentis, arbitrium usurpando, prætendit instantiam à Fisco forte neglectam, partis advocatus pro clientis desiderio supplere; interesse autem Fisci ex pluribus versari, suadere conatur.

Primo, scilicet ex notoria praxi, quod sicut cum controvertitur, an sit feudum, vel allodium, articulus passim, & indistinctè, instanti Fisco, remittitur ad R.C. sic etiam pari ratione, ubi declaratio esse feendum, dubitari contingit, cujus qualitatis sit feendum an scilicet sit feudum quaternatum simpliciter, vel secundum quid, aut vero planum, ut in causa Tercini inter Card. Aldobrandinum, & Ducem Andriæ, an vero feudum francum, vel Longobardum, ut in causa Antredoci, inter Marchio. Bandini, & Principes Sabellios, unde cum in praesenti casu Mutius Pinellus fateri cogatur, esse in aliquo alteratam naturam feudorum, ut de feminino feudo effectum fuerit masculinum, ex quo, & aliud contendit resultare, ut saltim ex hoc dubitari possit, utrum haec feuda, ex hereditariis sint effecta ex pacto, & prævidentia, vel saltim fideicommisso subjecta, ex quo excludi possunt creditores, quod ex hac duplice altercatione qualitatis feudorum, ex qua formatum interesse R. Fisci oriri potest, ut potè cuius intersit in casu devolutionis libera feuda ad ipsum Fiscum esse per ventura, remissio denegari non possit, ut in casu, an feuda fuerint, necnè fideicommisso subjecta, allegatur in causa Status Bisiniani, causam ad Cameram remissam.

2 Addit secundò, quod cum agitur de controversia investitura, an scilicet sit investienda, sive in possessionem mittenda Benedicta Jeracis Principissa, vel Mutius ex assensibus, haec investitura solummodo est tractanda in R. Cam. ex Pragm. 19. sub titulo de feudis cujus loco successit hodie solutio relevii ex Terci. & Capyc. relatis à D. Rovito in prag. 4. de feud. num. 90.

3 Tertiò dicit Fiscum obtinuisse sequestrum statim mortuo Paride, imò possessionem cepisse feudorum; unde, qui prætendit immisionem, Fiscum citare, & audire debet, veluti possessorum, sive sequestrarium, ex vulgatis regulis, actorem forum rei sequi debere.

4 Quarto allegat, Fiscum esse creditorem Marcelli Barracchæ Arrendatoris salis, & cum Barraccha substituerit Anellum de Guido, qui dedit in fidejussionem pro cautela Barracchæ, quon. Marchionem Pinellum, prætendit, Fiscum ex persona debitoris sui debitoris, habere interesse in bonis remansi in hereditate d. Marchionis, & posse defendere suum debitorem.

Sed queso supremi judices considerent, quād sint haec inania, & absque justitiae fundamento, & quo animo, & ad quem finem ista tendant, ut scilicet nullus ex concurrentibus, hac feudorum immisione potiatur, sed fructibus consumptis patrimonii, valor à cre-

a creditoribus absorbeatur, frustata defuncti Cardinalis voluntate, & legitimi successoris debita successione,

Quoad primum verum est, articulum, an sit feudum, vel allodium de jure, & in veterata consuetudine, si vè stylo inconcussè remissum, tam antè, quam post Regiam Pragmaticam Ducis Offuna avi de anno 1585. 63. sub titulo de offic. proc. Cesar, fuit enim interpretatum, cor. utrere in hoc articulo requisita per dictam Pragmaticam in 4. casu in versic. Et quanto alle cause, ibi, se vi fuisse alcuno preciso, Et apparense interesse del Fisco, Et di molta consideratione, & iustissimè quidem, quis enim non videt maximum interesse Fisci versari, an sit feudū, vel simplex allodium, praesens quidem observitia, adhoam, scilicet, & donativa, que quantum creverint hodie ex extraordinariis collationibus, noverunt Barones ob relevia, ultra devolutiones, & cetera iuria dominicale, quorum aliquid, de praesenti, nec in futurum Fiscus sperare potest ex allodio, quod a solo Deo recognoscitur Bald. in c. i. g. inter filiam, si de feudo controv. fuerit, kniches, de vestit. patr. par. 1. c. i. nam, 105. interest autem pariter fisco scire, quæ sunt, feuda quæ ab immediato Regis dominio detinentur immediate, & in capite, ut sunt feuda quaternata, & quæ in capite, licet non immediate, ut sunt feuda quaternata secundum quid, quæ conceduntur a Rege teneenda à Barone, de quibus in Const. post mortem, ut distinguantur à feudis planis, & de tabulis, quæ simpliciter tenentur à Barone, idque eadem, & pati ratione, ob exactiōē servitorum, scilicet, & adohæ, quæ hodie sub donativo exigitur siquidem parum Regis interesset, esse feuda nisi essent quaternata, cum pro his tantum feudis quaternatis competent Fisco Regis nostri jura predicta, & cetera alia dominicale, ut sunt devolutions occasione linea finitæ, vel culpæ; in feudis vero planis omnia predicta jura integrè ad Baronom, sub quo tenentur, spectarent, sicut etiam in feudiis quaternatis secundum quid, quod est impropriè quaternatum, pro quo servitium, & relevium præstatuſ similiſter Baroni, & non Regi, ut docet Frecc. lib. 2. in 5. autb. num. 2. in fin. Camer. in cap. Imperiale car. 67. colu. 4. lit. S. in fin. & alibi, prout scripsi in Controv. in causa Torcini pro Cardinal. Aldobrandino, n. 31. licet ex eo, quod est mixtum, adhuc ad Regem pertineat confirmatio juxta cap. Papæ Honori, de quo per Isern. in cap. 1. in 2. addit. num. 12. in fin. de cap. Corradi, unde dicitur utriusque etiam assensum requiri in ipsius alienatione, ut per Isern. in cap. Imperiale, n. 9. ubi Lipar. lit. L. v. uirius q; de probib. feud. alien. finis enim, & præcipuus effectus, ex quo interest Regi esse bona feudalia, non allodialia, est, ut sunt feuda quaternata, & ad hoc est adinventa hæc in Regno nostro feudorum in quinq̄tēnionibus descriptio, ob interesse scilicet Regis, ut sciat Fiscus, qui sunt vasalli, & quæ ab eis teneantur in feudum, ut dixit Freccia ex Isern. in tit. quis dicatur Baro, num. 3. in fin. lib. 2. refert Cumja in cap. volentes, versic. in capite num. 5. scripsi in dicta controv. pro Cardinal. Aldobrand. numero 57. & proinde justè in dicta causa Torcini inter Cardinal. Aldobrandinum Abbatem della Ferrara, cum Duce Andriæ convento, licet fuisse prius decisum territoria esse feudalia, fuit iterato remissus articulus decidendus, an essent feuda quæ ternata, vel plana, & de tabula, quia in hoc consistebat vis, & punctus causæ, in qua agebatur de-

nullitate alienationis ex defectu assensus Regi, si quidem si fuissent feuda plana, nullus Regis assensus fuisse necessarius, cum respectu interesse Regis, paria sint bona esse allodialia, vel feuda plana, nec ipse, qui partes Cardinal. defendi, negavit remissionem eo casu fieri non deberi, sed dicebam jam ex primo decreto fuisse declaratum per Regiam Cameram, quæ dum decreverat territorialia feudalia, pariter declarayerat esse quaternata juxta petitionem, & tamen succumbui, idem eadem de causa ob notorium Fisci interesse, me causas Fisci tunç agente, obtinui in causa Antre- doci articulum qualitatis feudi, an esset feendum individuum, & sic de jure Francorum, vel dividuum, de jure scilicet Longobardo, remittendum ad Regiam Cameram, non ea solum de causa, quod ubique agitur de cognoscenda, sive discernenda qualitate feudi, quod articulus ad Regiam Cameram sit remittendus, sed ut ex allegationibus, quærum vigorē obtinui, clarissimè patet, fundavi, maximum interesse Fisci in hoc versati, quod feuda sint individua,

13 Primo ad vitandam opinionem eorum, qui dicunt Constitutionem Regni, ut de successiōibus, quæ est restricta successio usque ad tertium gradum, quæ de jure communi extendebarus usque ad septimum, procedere tantum in feudis francis, secus in Longobardis, quod voluit suboscure Af. flist. in dict. Constit. sed latissimè firmavit Frecc. de different. inter feud. regal., Et nobil. cap. 10. car. 433.

14 Secundò, quia per divisionem minutatim divisio obsequio, dominus servitio debito defraudatur, ut in puncto Oldrad, conf. 237. numero 2., & ex hoc peculiari interesse domini, sive Fisci fuisse introductum jus Francorum in Regno, ne feuda ex divisione destruantur, corruptantur & ad nihilum penitus redigantur, cum maxima domini iactura latè prosequitur Minad. conf. 1. ex numero 14. ad 21. & numero 24. cum seq. & proinde dicebat Autb. damz. ad Alexan. conf. 25. numero 6.

15 Et 27. vers. præterea, lib. 5. quod procurator Regius potest impedire divisionem jurisdictionis, & castrorum, latiss. Giurb. dec. 50. ex 11. 3. & ob id per 16 Pragm. novem capitum anni 1531. inhibitum est Pro regibus assentiri feudorum alienationibus, ex quibus divisio, sive dismembratio feudorum inducitur.

Et his bene discussis, & ponderatis citra notoriū interesse Regis nostri, & Fisci, fuit decisum articulum esse remittendum ad Regiam Cameram, qui prope diem me partes Marchionis Bandini defendant, est decidendus in Collaterali Conflito,

18 At ubi licet agatur incidenter, vel etiam principaliſter de qualitate feudi dignoscenda, vel etiam si sit alterata, vel mutata ex novo Regis assensu qualitas innata à principio generationis, sive creationis ipsius feudi, in quo tamen paruum, est vel nullum vertutus interesse fisci, vel saltim non, concurrit. alcuno preciso, Et apparense interesse del Fisco, Et di molta consideratione, juxta quartum casum Pragmaticæ, in hoc casu, licet agatur de qualitate alterante feudum, nulla est facienda remissio ad Regiam Cameram etiam petente Fisci Patrono, cuius specialis instantia est de forma, ut ex dict. Pragmat. ibi, petente l'Avvocato Fiscale, idest si petierit, cum in praesenti casu

casu nulla hucusque appareat petitio Fisci, sed partis calumniosè instigantis, non enim simplex cognitio, an sit feudum, vel allodium, vel cuius qualitas sit feudum, operatur, ut Excellentiss. Prorex arbitrari debeat causam, sive articulum ad Regiam Cameram remittendum, sed interesse Fisci, praecisum apparet, & multæ considerationis, igitur hoc est quærendum; & fundare debet Fiscus, & sic eo cessante, cessare debet remissio, vulg. juribus, & quia qualitas fundans jurisdictionem, si allegata negetur probari debet *Affl. & Urs. de c. 297. Mynsger. observ. lib. 2. cap. 9.*

Et hoc est quod injunxit Philippus Secundus Rex sapientissimus, & mandavit servari Ducis Officium cum suis litteris sub data 24. Augusti 1584, quæ in illarum exequationem promulgavit Pragmatica die 5. Octobris 1584. quæ est 62, de offic. proc. Consil. ex cuius processu apparet 21 enixa Regis intentio, ut non impediatur Tribunal Cameræ, quod vacare debet conservationi, & augmento patrimonii, in cognitione lictum inter partes, in quibus Fiscus, aut non habet interesse, & se ce ne fuisse alcuno è futuro, & non di quella qualità, che per le antiche pragmat. è considerato; adeò ut restrinxerit remissionses ad tres tantum casus, & deinde additus fuit quartus in Pragmatica 63. edita de anno 1585. ut supra, in cuius arbitrii declaratione debent ita prudenter (ut assolent) se gerere Domini Regentes, nè omnes causæ ad Regiam Cameram remittantur, ita ut nova generali provisione Regis opus sit, qua iterum causæ redcant ad Sacrum Consilium maximum his temporibus, in quibus plus solito ex temporum calamitate Tribunal Cameræ medelæ patrimonii vacare debet. Hoc autem pluries repetitur in terminis decisum, sed in puncto in causa nostro, quinimò in longe fortioribus terminis solemnis est decisio in causa Ducis Vallis regis, cum enim iste possideret plura seuda in Aprutio acquista à Michaeli de Afflito seniori Reg. Cammera Locumtenente Triventi Comite sub consueta natura, pro se & heredib. ex corpore; & deinde pretendisset ipse Dux ab eodem Michaeli acquirente fuisse donata contemplatione matrimonii Thomæ ejus filio cum Camilla de Capua, pro se, & heredibus masculini sexus, & amplius fuerint additæ duæ clausulæ; primò, quod in dicto Comitatu masculi succederent, semper feminis exclusi, & altera, quod dictus Comitatus sit, & 22 esse debeat illorum de domo de Afflito masculini sexus tantum. Impetrato super d. donatione a sensu ab ipso Rege de anno 1511, & ex his pretendisset ipse Dux D. Michael junior, ex qualitate masculinitatis, feminis semper exclusis, & ex vocatione domus, seu familia fuisse inductum perpetuum fideicommissum, & ex consequenti excludendos esse omnes creditores antecessorum, & super hoc dum instructo processu cum creditoribus, exhibitisque scripturis omnibus, Fiscus specialiter petiisset à Prorege causam prædictam debere mitti, tum ex causa prætensionis dicti fideicommissi, ex qua oriebatur alteratio naturæ, sive qualitatis feudi, ut hereditarium esset simpliciter ex pacto absque ulla qualitate hereditaria, quod erat utile Fisco, ad quem feuda devolvebantur absque onere, & mole ingenti creditorum, libera.

Et insuper addebat Ducem carere successore,

& proinde interesse esse præsentaneum, & præsum juxta quartum casum Pragmaticæ ex proposita spe probabili devolutionis, juxta millies decisa, ut ex memoriali manu Domini Vincentii Corcioni advocati ejusdem Ducis, qui ex tunc cœpit pro Fisco patrocinari, idem forte præsagiens advocate Principis, fol. 79. in processu d. Ducis Vallis regis cum creditoribus in banca Borrelli cum jussisset Collaterale Consilium cause Commissariorum relationem facere in scriptis de statu, & qualitate causæ, Junii 1616. fol. 79. d' ergo & produxisset casus similes, in quibus ratione proximæ devolutionis ex defœtu successorum, fuerunt causæ remissæ ad Reg. Cam. ut in causa creditorum Comitis Sanctæ Severinae, referente Domino de Franchis 12. Decembris 1587. Act. Figliola, & in Reg. Cam. Decio quinque, fol. 80. & aliis exemplis à fol. 85. ad 87. Facta relatione in scriptis de dicto Statu causa per Consil. Georgium Commissarium, ubi latissimè omnia prædicta receverentur, à fol. 81. ad fol. 84. ubi adest reiterata instantia Fisci clarior, & plenior, nihilominus fuit decisum 25 in Collaterali, sub dje 16. Septembris 1616. visis signatim instantiis, & auditio Domino Petro Jordano Ursino, Fiscum agente tunc Præside R. C. natalium splendore virtute, moribus, & doctrina insigni, postea supremi ordinis Consiliario, & Reg. Cancellariam Regente, nunc verò S. C. dignis. Præsidente, & Vice Protonotario, quod procederetur in dicta causa in S.C. cum intervenitu Fisci patroni, fol. 90.

Et licet paulò post, ducta uxore per dictum Ducem, ac eidem nato filio masculo, credores, quibus displicebat Fisci assistentia, quæ obesse sollet celeri causuram expeditioni, instetissent ex filii nativitate esse revocandam Fisci assistentiam, ut ex memoriali, fol. 102. facta tamen relatione, fuit ordinatum mense Aprilis 1617. quod Fiscus nihilominus assistat. fol. 103. liquidem durabat eadem causa, ex qua iussum fuerat, Fiscum assistere; scilicet diffiniendi qualitatem feudi, quæ sola fuerat in causa ut concederetur, Fisci assistentia in S.C.

Quæ decisio a fortiori, ut dixi includit præsentem casum, ubi qualitas masculinitatis non est introducta perpetuè, sed ad tempus, quo usque masculi ex descendantibus Jo: Augustini supersint, & sic 26 feminæ temporaliter sunt exclusæ, nec sunt vota masculi de familia in perpetuum, sed qualitate masculinitatis superaddita, remansit feudum in propria natura, ut tenent Regnicolæ pro indubitate juxta Loffredum conf. i. n. 43. D. meus Capuc. in invest. sub. feud. genera, vers. herediterium, consol. i. fol. 235. & novils. alter D. meus avunculus, & magister Reg. de Cart. dc. feud. p. i. c. 14. §. multoties 27 n. 54. & in puncto, quod ex temporali exclusione feminatum, nihil censeatur in reliquis antiqua, & propria natura feudi immutata, nisi tantum in personis expressis, quod & generale esse, probat in puncto Reg. Lanor. in conf. 60. pro D. Victoria Cajetana super fideicommissio Comitis fundorum n. 137. in fin. n. seq. quidquid aliter, & male senserit Fran. de Amic. in rub. de his qui feud. dare possit. facit iste discursus col. 2. cuius opinio confunditur ex dec. S.C. 7. de Franc. infra citanda, quod indubitatissimum axioma à feudistis tèpè inculcatur, probat Zaf. de feud. par. 12. de feud. degen. in princ. Kni. ches de vestis. pact. par. 1. cap. 1. num. 22.

Nec porem facit, quod Fiscus allegaverit in dicta causa, Dux Vallis Regia successore carere, & nihilominus remissionem obtinere non potuisse, siquidem Dux non erat de filiis desperatus, sed juvenis, habilis, prout exitus acta probavit, dum ducta uxore parvo temporis interstitio liberos genuit, de jure autem certum est, eum censeri successore capere, qui castè natus est, vel probabilitate de filiis est desperatus, secus autem in eo, qui licet non habeat, habere tamen potest, natura juvante Iser. in §. præterea ducatus ante n. 37. Affl. num. 3. de probib. feud. alien. per Fed. unde assensus præstitus venditioni feudi, factæ ab eo, qui non habet filios, sed habere potest, substatetur, etiam si decedat sine filiis Iser. in c. i. qui success. tenent. il prima post n. 6. vers. ex præmissis, cum concord, per Affl. decif. 112, num. 7. quia cum filios habere potuisset, ratione in certitudinis, & dubii eventus, censetur remota omnis fraus, idem Isern. in §. sed nec alia justior, n. 38. qua sit prima causa beneficii amitt. de Pont. de assensib. reg. §. 3. n. 10. & 29. cum seq.

Ex qua consideratione dubii eventus, qui facit omnem dispositionem licitam, optimè corroborantur assensus obtenti à Rege nostro per Dom. Card. pro filiis Joannis Augustini, dum in locum filiarū, & sororum Paridis succedere voluit masculos Joannis Augustini, unde ex casu, qui evenit, nullum generatur præjudicium Fisco, dum in locum Benedicte sororis Paridis, quæ filios habet, subrogatur Mutius, qui filios habere potest, ita ut vanum sit, & planè ridiculum ponderare, quod ex una parte sint plures successores, quam ex altera.

Unde, quod fuit in Collat. discussum, fuit illud solum, utrum ex eo, quod agebatur de immunitate feudi, ex hereditario scilicet, in feudum simpliciter ex pacto, potuerit ex hoc Fiscus obtinere remissionem, eo quod allegabat ipsius interesse versari, ut in casu devolutionis feuda libera pervenirent, quod uti interesse futurum, & levius considerationis, non fuit admissum, idemque in pluribus aliis causis inconcussè observatum, ut licet in illis ageretur de mutatione, & alteratione qualitatis ipsius feudi, tamen causæ semper fuerunt tractatae, & decisiæ in S.C. inter quas notissima est causa creditorum Marchionis Trivici, ubi non obstante assensu obtento per Cicum Loffredum Præsidentem S.C. & Beatricem Caracciolam conjuges à Carolo Cæsare, ex quod dicebat Marchio, fuisse mutatam naturam feudorum, & subjectam majoratui, nihilominus fuit decisa per S. C. in tribus aulis, & determinatum, extare majoratum in feudis Cicci, secus in feudis Beatricis, me cum aliis, credores defendantem negata prius remissione ad R. Cam, quam Marchio enixè optaverat, idemque in causa majoratus super feudis Regentis Sigismundi Loffredi, Cicci fratri, feudistæ maximi, ex quo descendit Marchio Montisfortis, qui similiter in Sac. C. obtinuit exclusionem creditorum.

32 Et in successione Principis Montis Caveosi similiter Loffredi descendantis ex eodem Sigismundo, qui obtinuit assensus, adeò alterates feudorum successionem, ut excluso fratre, & nepotibus, quos ipse cum aliis defendi, succederet uxor D. Beatrix Vrsina, nunc Gravine Ducissa, non idem minus declinari potuit jurisdictione S.C. quin fuerit immissa in possessionem uxor, reluctantibus agnatis, Alex. Icili, licet fratre, & Marco Antonio nunc Maidæ Princepe, idque totum ea ratione, quia nullum vertitur in

hac alteratione qualitatis, interesse Regii Fisci considerabile, idemque in majoratu, sive fideicommissio famigerato de Alarcon inter March. Vallis, & D. Franciscum filium, & creditores, & licet Fiscus habeat aliquod interesse, quod feudum sit potius novum, quam antiquum, propter faciliorum devolutionem, quæ imminet in feudis novis D. Rovitus in pragm. i. de fide memor. num. 3. tamen an sit feudum novum, vel antiquum ex qualitate addita, cognoscit Sacr. C. quod judicavit censeri novum in qualitate addita, & non in reliquis ex commun. Feudi statum sententia, ut testis est D. de Erbncb. decif. 7. in fin. qui etiam indicavit Conflit. in aliquibus, comprehendere successionem fœminarum etiam in feudis planis, in princ. d. decif. quinimò alias dum esset obtenta assistentia super feudo Cafecanditellæ possesto per Dom. de Valignano, & suisset ex parte Troyli Valignani possessoris oppositum feudum esse francum, & ideo nullum jus competere creditori, qui non habebat primogenitum obligatum, fuit decretum die 7. Julii 1615, procedatur ad ea, quæ incumbunt pro exequutione decretorum Sacr. Consil. artic. vero denud propodus per Troylum prætensis individualitatis feudi remittatur ad Regiam Cameram, verum ex hoc non impediatur exequutio prædicta, Satus Actuarius.

37 Sed magis in puncto est altera decisio S. C. junctis aulis, referente D. Meliore, dum enim Octavius Vilconte primogenitus prætenderet immisionem in possessionem Castri Luseti contrà Horatium secundogenitum institutam, qui ad impedientiam immisionem opposuit, Castrum prædictum esse de jure Longobardo, quo non obstante die 18. Novembris 1616, fuit immisus Octavius primogenitus, nō obstante testamento paterno, salva provisione facienda super petita remissione ad Reg. Cameram, Fisco, & partibus pleniū auditis, idque me primogenitum defendantem, confirmatum fuit in gradu reclamationis 25. Febr. 1617. Act. Carbonus.

Et sic etiam in casu, ubi Fiscus habet probabile interesse in declaratione qualitat's feudi, non debet impediti immissio in beneficium legitimi successoris qui claro, & aperto jure vocatur ex oppositione partium, vel Fisci circa qualitatem feudi, ita illa reservari decidenda post concessam immisionem, & heredem declaratum, ante enim, quod declaratur legitimus successor, judicatum confistere non potest, cum nullus sit heres, idest dominus feudi. 38 rum declaratus, & novissimè causa immisionis in possessionem inter heredem scriptum per D. Alexandrum de Montibus, qui vocavit coniunctum de familia de Montibus, licet in gradu insuccessibili ex prætensa Regis dispensatione derogante Constitutionibus Regni, & legitimè feudorum successioni juxta tenorem investituræ, nonnè fuit tractata, & judicata, diebus non longè decursis, contrà D. Franciscum Protonobilissimum legitimum, & verum successorem, uti nepotem ex filia, quem ego enixè defendi, & succubui, referente doctiss. Reg. Rovito junctis aulis in supremo Collaterali, licet pendeat revisio.

Quæ decisiones fundari quoque potuerunt, quod non debeat impediti cursus decisionis cause præparatae, vel dispositæ, ex objectione qualitatis feudi requirentis altiorum indaginem, quæ reservanda est suo tempore; nec meruit allegari remissio ad R. C. in causa successionis Status Bisiniani, siquidem 39 in illa causa, primò controversum fuit, an invictis, Rex

Rex noster potuerit, & decens fuerit, ipsum acceptare refutationes ipsi Regi factas à Principe per quatuor publica instrumenta Neapol. & Ferraria rogata, super quo Rex mandavit expediri consultationem per Ministros Regni in utroque Cons. Collateralis scilicet Castri Capuanæ, & Reg. Cam. & transmitti vota, & quod potuerit, & decens fuerit scripsit pro Fisco, quondam Præsidentis Sallutius: deinde mortuo Principe, fuit similiter ex ordine S. Majestatis mandatum causam immisionis prætentæ per D. Iuliam cum concurrentibus, tractari per R. Cam. & S. C. demptis suspectis, ut testatur D. Rovito, *conf. 9.* ubi Fiscus opponebat se dominum ex refutationibus: mortua verò D. Iulia fuit lis inter Comitem Saponariæ, & alios ex diversis causis pertinentes, immisionem; ego autem defendi Ducem Gravina ad exclusionem Fisci hæredis instituti, de quo extat mea prima controversia edita pro resolutione eorum, que latè scripsit D. Reg. de Ponte de poteſt. Pro reg. & Comite Saponariæ, extant plura responsi. D. Rovito, in 1. vol. & D. de Ponte in 2. 40 unde in omnibus præd. casibus fuit Fiscus, vel refutarius, aut hæres, unde non video quid ex hoc colligere possit adversarius.

41 Ad secundum, quod cum agitur de expeditione, vel controversia investituræ, causa pertinet ad R. Cam. vigore Pragmaticæ 13. de offic. procur. Cæsar. in §. & perche nelle investiture, dicimus illud ex notoria, & digesta praxi esse interpretatum quoad 42 solutionem relevii, quæ est facienda in R. Cam. prævia lista introituum danda per successorem in feudo, & loquitur Pragmatica de expeditione-investituræ, quæ fit absque litigio, ex quadam facti notorieta, constito enim de antiqua, & primordiali concessione, sive investitura feudi, quæ reperitur registrata in quaternionibus, filius, vel agnatus tenetur denunciare mortem in R. Cam. dando listæ introituum, & de hac investitura extrajudiciali loquitur Pragmatica prædicta, ut patet ex ejus verbis ibi *il qual in questa Reg. Cam. denuncia la morte del suo predecessore, & si bâ da dichiarare la qualità del relieve, &c. & propterea impropria investitura, quinimò in Regno non expeditur investitura sed loco investiture expediuntur litteræ affecurationis, secundum Iser. in c. sancimus n. 2. in fin. quo tempore miles, ubi Ligar. lit. M. verbo investitura, Affl. & alii in c. 1. quid sit investit. secus verò cum agitur inter plures aspirantes ad feudi successionem, & inter se colligantes, & petentes immisionem in 43 casu, presertim ubi non dubitatur, feudarium cū successore deceſſisse, & sic cessat omnino, c. Regni ex præsumtuosa, quinimo concursus plurium successorum, quorum aliqui sunt habiles effecti ex Regis aſfensi, alii de jure communi, & municipali 44 Regni; quod enim harum controversiarum, & judiciorum possessoriorum, sive adipiscendæ, sive retinendæ inter successores, non sit judex competens S. Cons. & quod proinde ad Reg. Cam. sint remittenda, ex quo in beneficium victoris postea in R. Cam. sint expediendas investiture, vereor ne hoc minime dicere potuerit insignis advocatus ex adverso, nisi ex vehementi erga Fiscum propensione, cum contrarium semper sit practicatum, & quotidie servari videamus, idè ut pro nobis sit notorietas facti permanentis, & in puncto videatur D. Reg. de Ponte distinguens has duas species investiturarum, inter privatum, scilicet, & Fiscum; & inter concurrentes, ad feudum inter se, ut per eum *n. 20. in fin.* &*

*iteram n. 27.* ubi dicit ad obtinendam possessionem oportere docere, petentem se esse legitimum successorem non inter Fiscum, & feudarium, sed inter successores inter se, & ita in fine illius Cons. refert judicatum pro Comite Triventi per S. C. facta relatione in Collaterali, & fuit in eadem causa, de qua supra, antecessoris scilicet Ducis Vallis Regiæ, ubi 46 vigore ejusdem fideicommissi cum assensu fuit prælatus Ferdinandus de Astleto, uti masculus Thomasinæ sorori, ut patet *d. s. 20. 22. & 23.* sic S. C. judicavit de immisione in possessionem, licet ageretur de alteratione qualitatis feudi.

47 Et in eod. *conf. 62. n. 19.* refert decisionem consimilem in causa immisionis in possessionem Terræ Carifii, & aliorum feudorum, judicatam in favorem Laudonie Como meæ avie contrà Lucretiam secundogenitam ad relationem iudicis M. C. de Vello in Collaterali, cum interventu aula Regentis Cadenæ Decani, & in *conf. 10.* idem Regens de Ponte refert itidem judicatum per Sac. C. junctis aulis, pro Beatrice Vitella Ursina, contrà Virginiam Vitellam secundogenitam, idem in causa successionis Marchionis Clusani pro Pompeo Tomacello contra Marcum Ant. Capyc. Galeotam fratrem uterum, super qua consuluit Cons. de Anna in causa delli Moles, in qua allegavit D. Georgius alleg.

48 12. & in successione quondam Cicianæ Baronissæ Frisoloniæ uxoris Regentis de Ponte pro Dom. de Quadra nepotibus contrà D. Fabium Cicianellum, referente D. Rovito junctis aulis, & si quis percurrat harum decisionum sunt pleni libri nostrorum scrib. Regni maximè modernorum, ita ut diutius in hoc immorari me pudeat, maximè quia si de causis successionum ad feuda uti de causis investiturarum R. Cam. cognoscere deberet de solis graduationibus, & concurrentiis esset S. C. judicium, & R. C. ad alios patrimonii curæ remittere cogeretur.

Tertium de sequestro factò à Fisco dicimus nihil 50 penitus obstat, siquidem fuit ipso jure notoriè nullum, ita ut rescissione, vel revocatione non indigeat, & cum nullum jus ex eo sit fisco tributum, nec legitimo successori præjudicatum in aliquo, cum tritum sit ex actu penitus, & omnino nullo, nullum sequi effectum, & paria censeri non esse, vel esse, & esse nullum, adeò ut de actu nullo, nulla sit facienda mentio, cumulat jura, & author. *Affl. decisi. 366. num. 10. ubi Virgili. num. 4. consequens est,* ut nec reus sit fiscus, nec opus sit, ut per R. Cam. revocetur sequestrum.

51 Primò est nullum, quia oportet antequam decernatur sequestrum, constare saltim summarie de jure illius qui sequestrum petit, *i. cum proponas, C. de bon. author. jud. possid.* nam si is, qui sequestrum petit nihil juris habeat, sequestru non fiet unde ante productionem titulorum petentis fieri non potest *Rebuff. ad Cons. Gall. 10. 3. de sequestr. art. 1. Gl. 1. n. 21.*

52 Secundò pars, & concurrentes vocari debent, aliter sequestratio nullius est momenti, & ita fuisse iudic. in Senatu, testatur *Rebuff. idem n. 22.*

53 Tertiò necessariò, debet decerni à judice, unde aliter factum nullo modo tenet *Rebuff. ubi supra n. 23. in fin.* & debet fieri ad petitionem partis, si justa causa subsit, *Rebuff. d. art. 1. Gl. 1. n. 10. vers. quartæ ad petitionem,* & cum cause cognitione partibus auditis, unde subdit *Rebuff. sequestrum factum non auditis partibus, nullæ fuit declaratio, & prohibuit Senatus secretariis, & aliis ne litteras subscriberent per quas apparitoribus mandaretur, ut sequestrationem*

stracione faceret, cum in hoc casu cognitis veris, nec fieri debere, nisi precedente familiari cognitione, ex legibus, & DD. auctor. inter quos Rebuff. d. 56 art. i. gl. 2. citat Affl. doc. 98. & nedium à judice, sed à competenti judice esse faciendum sequestrum, alios est nullum, firmat ex multis Miton. dec. i. n. 22m. 85. & 26. par. 1. Giarb. decis. 25. n. 20mer. 8. in hoc aperte sequestro defecit fundamentum iustitiae, ut notoriem est, siquidem non potuisse fieri ex defectu successoris, cum non, unus, sed plures sunt, & 57 & sic non potuisse inniti super dispositione sap. ex presumptuosa, quod locum habere, quando successor deficit, qui veniat claro, & aperio jure, patet ex tradit. per Reg. de Pente de r. gal. impos. §. 6. c. n. 39. ad 43. post Affl. decis. 197. in fin. nendum autem non fuit causa pars aliqua, sed nec à Reg. Cam. nec ab ullo judice judicialiter, nec causa cognita, concessionum, sed extraordinarii obcentum sibi nulla figura iudicii, unde idem Princeps, qui mandavit illud expediti, proviso super immisione, instanti viatore poterit mandare tolli impedimentum praesertim cum sequestrum involuntarium, etiam ex legis, vel judicis autoritate non privet quem sua possessione Bar. & DD. in l. interroff. ff. de acquir. posse. Rebaff. d. xit. de sequestr. art. i. Gl. f. i. n. 19. & sic non fuit ex hoc privata hereditas, quia vicem defuncti gerit aliquo jure.

58 Ultimò non obstat Fiscum uti assertum creditorum hereditatis Marchionis Pinelli, posse causam hanc immisionis ad suum judicem trahere, siquidem adversario deficit factum, & si esset verum, quod supposit, nulla ex hoc competenter fisco remissio litis, de qua hodie agitur: praetenditur enim Fiscum locasse arrendementum talis Marco Barracche, Marcellum autem sublocasse partem Anello de Guido pro cajas Barracche cautela praetenditus Marchionem obligasse quoddam corpus fiscalium, quod tenebat ad vitam cum Regia Curia specialister expresso corpore fiscalium functionum, quas Regia Curia sciebat, vel scire debebat, tenere Marchionem ad vitam, unde extineto corpore fiscalium per mortem Marchionis, ad nihilum tenetur ejus 59 hereditas, sed omisso, quod plura requiruntur, ut Fiscus convenire possit debitorem sui debitoris, cum id non permitatur, nisi in subdium, & tribus copulativè concurrentibus ad tota. cum Gl. in l. 2. C. quando fiscus, vel priv. Sard. decis. 306. n. 2m. 13. & cons. 4. n. 9. lib. 1. Peregr. de jure fisci lib. 4. tit. 6. in fin. n. 46. in praesenti, iuxta adversarii intentionem, qui praetendit Mutium velle succedere ex proprio jure fideicommissi, Principissam vero uti heredem, quia teneretur agnoscere debitum Marchionis, si quod esset, verificaretur propriè casus confideratus a Peregrin. d. lib. 4. tit. 6. in fin. n. 47. quod ubi inter duos privatos contendetur, Fiscus creditor unius illorum potest pro suo interesse liti affistere tantum non aliud, cum & privatus, ut sit Peregr. idem facere posset, & ita judicatum facta relatione in Collaterali, referente Regente Lopez; refert Dominus Reg. Rovitas saper Pragmat. 64. n. 2. & 3. de offic. procur. Caesar. & iterum postea confirmationum decretum, sed veritas est hodie de nullo interesse Fisci tractari, etiam si esset certus, & liquidus creditor super bonis hereditatis Marchionis, siquidem hodie agitur de declarando successore, sive legitimo herede Marchionis, quod est necessarium praembulum, ut deinde liquidato successore, credores sciant, quem convenienter, & sic agitur de legitimi-

maida persona, contra quā postea creditores, & exteri omnes actiones instituere possint, legitima autem persona veri successoris inter litis contentae, & concurrentes iuxta praxim traditam à Reg. de Pente. d. cons. 62. tunc salva erunt jura omnium creditorum, & fisci, si inter creditores connumerari poterit, qui vero non est creditor, sed suppositus ab adversario, & tunc disceptabitur de ejus credito, & sic poterit pro modico credito respectu magnas hereditatis totam crualam ad se trahere.

- 62 Nec ex eo, quod Musius, ut se non impeditet, non contradixit, quoniam quidam ex praetensis creditoribus audirentur, dum tempus inutiliter contentare noleat, ex hoc sibi prejudicium generavit quoniam fiscum, & alios qui de novo compararent, contenti quos salva sibi remanent jura ex tē.
- 63 in l. fin. ff. de inter actions. curia final. Et hic casus propriè est decisus in dec. D. Presid. de Franch. 117. quod eum de viribus privilegii tractaretur in S. C. & erat de eodem lis in Regia Camera inter Fiscum, & alteram ex partibus, ex pœna, fuit denegata remissio per Fiscum petita.

### D E C I S I O.

#### Hujus Articuli.

**D**ie 7. Augusti 1624. facta relatione in supremo Collaterali Consilio per Dominum Regentem Didacum Lopez Xarez, cum interventione sex Dominorum de Sacro Consilio adjunctorum, fuit decretum. Quod procedatus in Sac. Consilio non obstatte dicta remissione petita ad Tribunal Reg. Camera. Verum licet Fisco affistere, quando voluerit cas. 116. in processu, immisionis Statuum, D. Marchionis Pinel. i. Actorum mag. ster Mondellis, hodie Faberius Solatus pro Curia.

### S U M M A R I U M.

1. **Heres institutas in allodium sola offensione testamendi non aboliti, nec cancellati immisur in possessione bonorum defuncti ex editio divi, & longe potentius in fealdis; vigore investiture interdicto adipiscenda.**
2. **Affensus Regis investitura vim habet manime addita à Rege; nova, vel certo formo succedendi, & tunc dicatur novam fealdam, ratione nova qualitatibus, & num. 3. & 4.**
3. **Constitutioni in aliquibus derogatum censetur ex concessione feudi pro se, & heredibus masculis, & his deficiencibus feminis; etiam si non constet de intentione Regis, de ipsius derogatione, & num. 6.**
7. **Femina si ex privilegio, vel affensi incapaces sint successionis feudorum, pro masculis etiam remotioribus, iam in petitorio, quam possessorio, solo tenore investitura aitentu, iudicandum etiam ad exclusiōem filiae primogenitis, & num. 8. & 10.**
9. **Si inter filium dispositio cessat, si agnatus in propria doceat de jure suo, & feminis reservantur iuri in petitorio.**
11. **Successio feudorum dicatur deferri, claro, & aperto jure ex privilegio, & num. 12.**
13. **Heres incontinenti, claro, & aperto jure docere dicatur, si sit nominatus in testamento, sive inventura.**
14. **Nominatus per nomen appellativum, dicatur specialiter, & individualiter nominatus.**

15 Secundo-

- 15 Secundogenitus in successione feudorum dicatur primogenitus, si primogenitus sit clericus.
- 16 Emptio feudi donatio, sive contractus, censetur factus vigore, & in exequitionem assensus, eructus, vel procuratus precedentis, & n. 17. 18.
24. etiam si ex assensu precedentis, cum ipsius natura alterata n. 25. & etiam si fuisse contractus celebratus, reservato assensu, & non aliter. n. 26.
- & 27. nisi expressè constiterit, utile partes contrabero, cum novo assensu impetrando, n. 28. & 34. & ita decisum per Sacrum Consilium n. 29.
- 19 Possessio apprehensa censetur ex precedenti isto, si animus intercesserit.
- 20 Error presumitur, si in tractatu aliquis fuerit expeditum, & in acta, vel omisum, vel aliter generaliter reperiatur, & num. 21.
- 22 Iuri quaevis alii ex facto alterius, nec ipso idem per quem fuit quaevis, praedicare potest.
- 23 Pactum precedentis, censetur repetitum in sequenti acta, licet nō ibi dicatur, etiam si ex intervallo sequatur.
- 30 Constatire, nec scire dicuntur, qui praefons est actui, qui potest, eo iure, fieri.
- 31 Notarius praesumitur fideliiter scriptis verba, & parte protata.
- 32 Reservationis natura, est reservare ius reservantis competens.
- 33 Notarius debet ab aliquo ex contrahentibus rogari, nisi in acta, qui dependet a fata unius voluntate.
- 35 Confirmatum concinetur de necessitate in confirmante, sicut rotam in referente.
- 36 Agens alieno nomine, nō habens ministerium præstat, & dominus videtur actum facere.
- 37 Assensus praesumitur impetratas ex precedentis reservatione, & ab ipso, causas expensis impetrandas erat, & num. 38.
- 39 Assensus non dicatur, sed privilegium, cum natura feudi alteratur, & ex imprecatio assensus in forma gratia, non intelligitur renunciarum privilegio obtento, & num. 40.
- 41 Assensus suum fortior efficitur a die concessonis, etiam si non dum ad manus partiam devenerit, & ad notitiam pervenerit, & n. 42. & ampliarum num. 43.
- 44 Pacta quacunque, & conditiones in traditione rerum, ac donatione facta Ecclesiæ, adjici possunt.
- 45 Invitis que fiant, etiam ignorantibus fieri valent.
- 46 Scientia praesumitur non tantum in doméstico commensali, vel vicino, sed fortius ex sanguinis conjugatione, conversatione, & familiaritate.
- 47 Hæres praesumitur habere notitiam facti ardai defuncti, maximè corrum, que in Carta Registrantur.
- 48 Scientiam quis habere praesumitur eorum, que inquirere tenetur, quia ad proprium commodum, vel eiusdem ad socium pertinet.
- 49 Scientia praesumitur ex productione scripturarum, privilegiorum, & assensuum.
- 50 Scriptura, si juxta illam fuerit judicatum in uno, probata intelligitur quoad omnia.
- 51 Sententia lata, presentatis vinculis, & acceptata præjudicata successoribus etiam singularibus.
- 52 Femina vocata intelliguntur in Regno ex investitura pro se, heredibus, & successoribus ex corpore.
- 53 Verbum hæres in jure feudorum, intelliguntur de heredibus, qui ex natura rei, vel forma privilegii
- precedentis, aut subsequentis, vocantur, quia aquivocum est in jure feudorum.
- 54 Immisso in possessionem honorum feudalium, remorari non potest ex prætensione estimacionis illorum aut exceptionis illiquid, vel intricata, oppositione maxime, non existente adversario in possessione, num. 35.
- 56 Estimatio feudi, etiam simpliciter hereditarii antiqui, non debetur quando dispositio sic callida in fraudem agnati, & assensus desuper obtentus non valet.
- 57 Peccaria erogata pro emendo feudo debetur a successore, in illo, atque etiam a domino feudo devoluto.
- 58 Estimatio feudi non debetur, cum non est quæsum disponentes illius, utile dominiam, vel succedens non succedit, ut heres in feudo.
- 59 Factum acquirentis feudum, si ejus occasione sequentes sunt habitari feudum illis nocet, secus se propria contemplatione.
- 60 Afflito cadit in jam notis.
- 61 Alienatio si permittitur in vita feudatoris, in morte tamen cum permittitur, & in hoc non valet argumentum de feudo ad emptitatem.

## A R G U M E N T U M.

Immisionem feudorum concedendam, vigore privilegii, vel assensus contientis novam, & certam formam succedendi in favorem masculorum, qui investiture vim habent, emptio, sive contractus de feodo, censetur factus in exequitionem assensus precedentis.

Assensus, a quo die fortitur effectum, si non dum venit ad notitiam contrahentium.

Assensus, & privilegium, quibus distent. Scientia ex quibus presumatur. Estimatio in feudis, quando debeatur, & quando ipsius petitio immisionem, impedit, vel ipsa oppositione non obstante, retentio permitteatur.

**Pro Dom. Mutio Pinello Marchione Civitatis Sancti Angeli, super successione feudorum quondam Marchionis Paridis.**

## CONTROVERSIA XXV.

**V**erè hac causa juris allegatione non eget, si etenim habens instrumentum pro se, dicitur habere causam legis, & probacionem probatam, adē ut nefas sit contraria instrumentum decernere, quanto fortius prouaciendum erit pro exhibente duos, invictissimi Regis nostri, assensus, qui intermedium contractum de se feudali soventes, ac fortissimo praedium vallantes, præcipiant, ut Mutius Pinellus immittatur in possessionem Marchionatus Civitatis Sancti Angeli, Aprutina Provincie.

Absit igitur, ut à gravissimo Senatu, & doctissimis Patribus non sit obtemperandum Regiis præceptis; ut qui velut dominus directus, est in feudis patrifamilias, ita ut Regis assensu interveniente, de feudis libertè disponi possit, sicut de bonis liberis alodialibus.

Et quoniam ex brevi facti compendio, de justitia immisionis petitæ pro D. Mutio satis liquere credo, subjiciam dumtaxat infra scriptas, et si notissimas juris conclusiones, ut factum vestiatue juris coherentia.

Prima conclusio, sicuti hieredi instituto in alio ad solam ostensionem instrumenti, testamenti non aboliti, nec cancellati, competit immisso in posse.

possessionem bonorum omnium defuncti, ex edicto, l. fin. fortiori ratione successori in feudo, vigore investituræ competit interdictum adipiscendæ, longè potentius, quam hæredi instituto, vigore testamenti Isern. Petr. de Ravenn. Alvar. Praepos. & reliqui Feudistæ in §. inter filiam, si de feud. defunct. mil. Roland. Gozad. & aliis, quos refert Cavalcan. decis. 36. num. 452. lib. 3. *Surdus conf. 484. num. 14. vers. tertius tamen*, lib. 3. & novissimè D. Praefd. Amatus conf. 100. in causa successionis Pedimontis pro Duce Laurentiani; in qua etiam, ipse, ut collega interveni num. 89. alios etiam, ut Bald. Campeg. Dec. & Camer. addit. D. Reg. Rovitus infrā citando eonf. 1. num. 23. vers. & quod proximior.

2 Secunda conclusio, assensus Regis habet vim investituræ Afflit. in cap. Imperiale, in §. præterea, il primo, num. 1. de probib. feud. alien. per Feder. Reg. Lonar. conf. 8. num. 15. conj. 13. num. 5. in fin. conf. 18. n. 6. ubi citat Isern. in cap. 1. col. 4. qui success. ten. & constit. Regni, fratribus, Bald. in cap. si fatta, post num. 2. si de feud. def. militis, alios congerit D. Amatus d. conf. 100. num. 87.

3 Et maximè quando per assensum est addita à Rege, nova, vel certa forma succedendi; tunc enim quasi novum dicitur feudum, & noviter erectum, sive creatum, & in esse deductum, adeò ut ratione novæ qualitatæ additæ, reputetur novum feudum, etiam si sit paternum, & remaneat penes successorem antiqui possessoris, ut ex Oldrad. Bald. Castr. Frayc. Arc. & aliis, probat Afflit. decis. 112. nu. 5. & 6. ubi afferit, feudum nedum inter vivos alienatum, vel successione quæsitum, sub novis pactis, vel nova forma succedendi, cum Regis assensu, censi sub nova investitura acquisitum, & in terminis propriè nostris in specie, ubi ex tenore investituræ, vel assensu, masculi, et si remotiores preferuntur feminis, tunc ad feudi successionem, admittendum esse masculum remotiorem, exclusa, femina ex speciali privilegio, & providentia investituræ, & quia feudi successio potius fit ex contractu, seu pacto investituræ, quam de jure, aut consuetudine, ex Calder. inter conf. Bald. conf. 137. il secondo, incip. D. Jordanus, lib. 2. & Castr. conf. 300. incip. vi. so quodam processu, optimè inferendo de feudis ad majoratum, tradit Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. in versic. Mugeres, col. 6. vers. & nota.

5 Et in terminis Constit. Regni, quod si Rex concedat feudum alicui pro se, & hæredibus suis masculis, & his deficientibus, feminis, prout in specie voluit in casu nostro D. Card. Pinellus, ut ex posteriori assensu declaretur primus, & quod ex hoc tenore investitura sit sublata admissio femininarum, ex Constit. Regni, in aliquibus, latissimè ex Isern. in §. fin. nu. 4. vers. quid ergo, de eo, qui sibi, & hæred. fuisse, ex Socin. sen. conf. 252. num. 17. lib. 2. loquente in term. d. nostra Constit. & ex Minad. in d. Constit. in 3. not. num. 14. cum seq. usque ad num. 48. ubi ampliat, etiam si non constaret expressè de intentione Regis, quod voluerit tollere, sive derogare d. Constit. quoad hoc ex simplici masculorum vocatione, & his deficientibus, feminis, sit derogatum dispositioni d. const. latissimè ex his, & aliis probat D. Reg. Rovitus conf.

7 1. ex num. 13. 16. 17. cum seq. & per totum lib. 1. ubi quod si in privilegio, vel assensu sit data nova forma succedendi, puta, quod masculi tantum succedant, vel altera, tunc non obstante dispositione juris communis, vel municipalis Regni, solo tenore investiturae attento, judicandum est in favorem masculi vo-

cati, nedum in petitio, sed in possessorio, ex aperi-  
tissimis juribus in capite primo, in fin. de feud. Mar-  
cia, & capite 1. de benef. fratri, idem Rovit. pro-  
bat num. 16. & 23. ubi idem fundat ex Gozad. Raud.  
8 & aliis, ubi quod foeminae, tanquam inhabili, & in-  
capaci successionis feudorum, nullum remedium  
possessorum competit adversus masculum capacem,  
etiam remotiorem, idem Rovit. num. 18. & quod fo-  
mina, non nisi nimia erubescens plena, contrà  
masculum vocatum ex investitura, sive privilegio,  
instare possit pro immissione, idem nu. 11. in fin. nec  
juvari possit ex decis. §. inter filiam, cum ille tex. cum  
9 simil. prorsus cessent, quando agnatus incontinentia  
docet de jure suo, quia tunc agnatus omnino est im-  
mittendus in possessionem, & foemina reservanda  
jura in petitio, si quæ competere sibi possunt, la-  
tè DD. autoritate, & rerum planè toto orbe judica-  
tarum recenset num. 24. & sufficere, foemina effe  
10 exclusam per legem, consuetudinem, vel per pa-  
Etum familiare, sive privilegium, ut etiam filia pri-  
mogeniti excludatur ab agnato masculo remotiori,  
ex Ancbar. Covarr. Molina. Palat. Gutier. Cancer.  
Peralda. Salaz. Avend. & aliis probat doctiss. fe-  
endorum interpres, & digniss. Conf. Georg. in repet.  
feud. cap. 49. num. 14.

Nec est audienda soror Marchionis Pinelli, dicens  
adversus hos assensus sibi competere defensionem;  
siquidem occurrit Dominus meus Capyc. dec. 77. nu.  
11 12. & 13. ubi inter succedentes, claro, & aperto jure  
in feudis, connumerat succedentem ex privilegio,  
idque apparet verissimum; siquidem privilegium de  
per se; absque alia probatione extrinseca facit rem  
12 notoriam, ita ut habens privilegium, & maximè  
plura privilegia, ut in præsenti, dicitur venire claro,  
& aperto jure ad successionem feudi, advertit Afflit.  
decis. 195. nu. 3. & plures sequuntur, quos recenset  
Dom. Rovitus dicto confil. 1. n. 28. usque ad 31. ubi  
enim Princeps manus apponit, & providet, censem-  
tur, omnes inferiores Judices jurisdictione destitu-  
re, quoad illud negotium, Andr. kanichen de vesti-  
tur. pæctio. part. 3. cap. 2. ex nu. 110. ubi in terminis;  
13 incontinenti autem probare dicitur fideicommissarius,  
sive aliis successor, & in promptu claro, &  
aperto jure docere dicitur, quando est nominatus  
in testamento, sive investitura, ut in puncto in casu  
contrario ad excludendum fideicommissarium, hoc  
argumento utitur Dec. in famoso suo confil. 424.  
edito pro D. Francisca de Montebello Viceregina  
Neap. num. 18. in fin. vers. 2. respondetur, & nu. 19.  
quod non fuerit nominatus in dispositione, & pro  
Decisi confil. in dicta causa fuisse pronuntiatum ex  
Aymone Publicio, qui ut Senator Sereniss. Ducis  
Sabaudiae votavit in decisione cause, refert Bursat.  
conf. 234. post num. 15. lib. 3.

In casu autem nostro, nominatum excludere sunt  
fratres Paridis, ibi, exclusis feminis, & præstriimdi-  
eti; Paridis sororibus, & vocatus nominatum Mutius  
ibi, Necnon dicti Paridis fratres consobrinos Joann.  
August. alios habilitare, ac idoneos, & capaces redde-  
re, & eidem Paridi succedere possint, & valeane, suc-  
cessore que nominantur, & sint exclusi, &c. nomi-  
nati enim per nomen appellativum, videntur specia  
liter, & in individuo nominati, l. Titius, ff. de liber. &  
postbum. cum aliis congestis à Peregrino de fideic.  
artic. 21. num. 34. nominatus autem censetur Mu-  
tius proprio nomine, dum constat primogenitum  
in hujusmodi feudis succedere, quod est notorium,  
ipsumque ex clericatu D. Dominici fratri esse jam  
primo-

primogenitum ex trad. per D. Reg. de Pante decis. 4. ex n. 16. & D. Camill. de Medicis meum sacerorum consil. 2. ex n. 114. quæ nominatio specialis, cum non potuerit concurrere in casu Dom. Roviti, in quo plura maximæ considerationis fuerunt objecta adversus illa antiqua privilegia Illustriss. Domus de Sancto Severino, non mirum si juris conclusionibus, ab ipso relatis, quæ pro verissimis habitæ fuerunt, uti possimus, posthabita causæ decisione, quæ ex diversitate facti nobis officere haud quaquam potest, ut constat ex 2. 3. 4. & 5. cons. ejusdem D. Roviti, & ex his, quæ ipse scripsi in eadem causa in Controv. impressa pro Duce Gravinæ, super dicta successione Status Bisiniani. Quibus ita jactis, non obstant, quæ adversus hos assensus per utrumque ex concurrentibus objiciuntur, scilicet quod emptio Status Aprutini fuit facta ab ipso Paride, qui ab initio dominium pro se ipso, & possessionem quæsivit, & proinde quod Card. patruus non potuerit cum privilegiis, sive gratiis obtentis nocere Paridi in suo dominio liberè quæsito: & maximè cum emptio Status de anno 1608. non fuerit facta vigore dictorum assensuum, sed alterius obtenti à Prorege, cuius vigore cum Paris dominium quæsierit pro se, & hæredibus, necessariò, qui vult ad successionem aspirare, tenebitur, ut hæres ejusdem venire, & ratum habere ipsius factum, ex vulgatis decis. Utrumque enim motivum, quodd verè unicum est & unum in alterum reincident, atque resolvitur, est falsum in facto, & magis in jure; siquidem procedere posset, ubi postquam Paris liberè acquisivisset feuda, supervenisset assensus, alterando naturam feudi; at cum Cardinalis ante emptionem faciendo, totum factum sigillatim exposuerit in precibus S.M. porrectis, & signanter velle emere dictum Statutum pro persona Paridis nepotis, pro se suisque hæredibus, & successoribus masculis, & sic sub nova, & certa lege definita, & expressis conditionibus, 16 subsequta emptione, facta, prout Regi, fuerat expositum in personam Paridis, censabitur omnino facta vigore, & in exequationem praecedentis assensus, & tractatus de emendo sub illa forma l. 3. §. verum, ff. de manumiss. l. qui aliena, §. bis qui putabat, ff. de acquir. hæred. est enim juris præsumptio, ut actus, qui sequitur, censeatur factus vigore tituli 17 praæambuli, & proinde nullo modo requiritur, ut exprimatur, id fieri ex praecedenti tractatu, vel titulo habito, gloss. in l. quædam mulier, ff. de rei vend. 18 ut in puncto in procuratore constituto ad emendum, vel in emptione simpliciter facta à Titio, quod videatur facta communi nomine, ut inter Titium, & Sejum priùs convenerat, & ad multa etiam infrens Alciat. reg. 2. cap. 24. de præsumpte. Surd. dec. 71. n. 9. dec. 170. n. 13. dec. 288. n. 33. & 325. n. 7. plura Præsidens Amatus cons. 86. ex n. 15. & sequenti. similiiter quoque fructus præsumuntur percepti ex titulo praæambulo Ludov. dec. 92. & factum quid præsumitur ex ea causa, ex qua fieri debebat, & referri debet ad causam necessariam, & ex ea factus præsumitur, Surd. dec. 15. num. 12. & 13. idque procedere, nedum in acquisitione dominii, sed etiam in acquirenda possessione, in qua requiritur animus, ut videatur apprehensa vigore praecedentis tituli, idem Surd. cons. 28. n. 38. & 39. l. 1. & plura optimè cons. 202. n. 17. lib. 2. ubi nam. 18. & 19. addit rationem, quia quilibet etiam præsumitur persistere in ea voluntate, in qua semel fuit, & eam mutare noluisse, & nam. 29. quod si fuerit conventum de

faciendo actum, uno modo, si aliter repetiatur factus, præsumi debet errorem inesse, & quod sufficiat probare, aliquid suisse dictum vel suisse ordinatum in præfationibus, & postea omissum iu actu, & errorem generaliter præsumi, quando in tractatu de faciendo testamentum, vel contractum, aliquid fuerit expressum, & postea in actu, vel omissum, vel aliter gestum, ex Bars. in l. Titio; §. idem respondit. ff. de verb. oblig.

21 Et n. 20. ex Imol. advertit, id fortius procedere, quando id non solum in præfationibus fuerit expressum, sed in conventione, vel in actu, ex quo alicui potuit esse jus quæsitum, ut constat ius suisse quæsitum ex Regis assensu, sive privilegio filii Jo: Augustini, mediante facto Cardinalis patrui, ex doctr. Bald. in c. 1. de nova for. fidel. Frec. de subscud. tit. quis dicat. 22 Dux n. 68. cum concord. per Mastrill. dec. 14. n. 28. cum seq. cui forte, nec ipse idem, actu perfecto, præjudicare poterat, ex plenè trad. per D. de Fran. dec. 269. & 541. quia tunc nullo modo videtur à praecedenti actu recessum per sequentem actum, etiam ex inter- 23 vallo celebratum, & quod pactum praecedens censatur repetitum in sequenti actu licet in eo nihil dicatur, & etiam si actus sequatur ex intervallo, dum ex praecedenti actu ipsi fuit jus quæsitum, quod contrahens non censemur per sequentem actum remittere, citans ad hoc Imol. & Alex. monentes, hæc esse menti tenenda, quia possent de facto contingere, ut ibi latius per Sard. ut verè à verisimili abhorret, quod Cardinalis jus sibi quæsitum pro dignitate, & conservatione propriæ familiæ, & mediante suo facto, radicatum ex Regis munificentia in beneficium suorum nepotum, filiorum scilicet Jo: Augustini, voluerit, remittere, & privilegiis renunciare, quod nec etiam fieri potuisset in ipsorum præjudicium: unde si Cardinalis voluit, ut Status emeretur pro persona Paridis, in omnibus servata forma antecedentis assensus praæambuli, quem, pro suis meritis, & dignitate, etiam si fuisset immunis ab impensa; non sine tamen labore, & industria obtinuit ab invictiss. Rege. Paris autem nihil aliud voluit, nisi acquirere dominium, & possessionem Status pro exequenda voluntate Cardinalis patrui, & eo moda, & forma, prout Cardinali placuit, qui de sua propria pecunia, tam ingens pretium duc. 120. mil. venditori solvit; nec aliter velle poterat, expediebat, atque defebat, cum nullus unquam sani capit, & prudens in re tam utili aliter facturus esset, sed in omnibus se conformare, & obtemperare voluntati Cardinalis, qui potius patrem, quam patrum erga ipsum Paridem se Præbuit. Ex hoc sequitur, ut seuda, quorum natura statim ab initio in alteratis, fuit mutata ordinatione Regis, concessio assensu, vel saltim sequuta emptione, non aliter acquiri potuerunt Paridi, nisi sub ea natura, quam ab ipso initio ante acquisitionem acceperunt ex assensu, qui ex nova qualitate superaddita, habuit vim investitura, ut supra.

Et ne deficiat decisio in puncto, in contractu facto, impetrato prius assensu, hoc advertit in terminis Reg. de Poni. in duobus cons. scilicet 2. in fi. & iterum cons. 72. post n. 26. ver. Tertius casus, facta in eadem causa pro Alex. de Corradis, quod si prius impetraret assensus, & deinde fiat simpliciter contractus, licet de assensu praecedenti non fiat mentio, actus procul dubio erit validus, & subdit verba aurea: Nec enim repertur jure cautum, quod sit nec forsaria expressio, quando quis donat, vendit, aus alio modo de re feudali disponit, us dicas hoc facere virtute affem.

**a**ffensus, lex enim præsumit quando quis facit actum, quod faciat validum, eo modo quo potest, ut dixi, igitur habendo assensum, & demum donando, virtute præcedentis assensus, præsumitur donatum, ac dispositum, & pro validitate actus, assensus expressio non est quid intrinsecum, substantiale, aut de forma actus; sed extrinsecum, & de solemnitate, unde sublato obstatculo assensus, contrahentes disponunt, ut de re allodiali secundum *Andr.* & alios, quod latius 25 ipse prosequitur. Et quoniam *Afflīct.* in cap. 1. in gloss. 4. n. 36. verfic. ex quo infero, visus fuit hoc restringere, nisi ex assensu præcedenti esset alterata natura feudi, ut tunc necessarium videatur exprimere facere contractum *virtute privilegii antecedentis*, idcirco, de *Ponte d. cons. 72. n. 27.* dicit malè sensisse *Afflīct.* nec decisiones per eum allegatas facere ad casum, siquidem quod fortius est necessarium partes uti præcedenti privilegio, et fortius eas usas fuisse, præsumendum est; quinimò addit de *Ponte n. 29. DD. ponere quæst. in casu fortiori*, quando quis habens assensum alienavit, reservato assensu, & non aliter, quod etiam isto casu deserbiat primus assensus, ut dicit idem *d. cons. 2. in fin.* ubi fortius hoc procedere dicit in casu, ubi nihil de hoc reperitur dictum, ut in dubio non videatur recessisse ab eo, quod poterat ex antecedenti assensu facere, ut actus magis valeat, & ipse addo, ut non præsumatur, à priori, & deliberata voluntate recessum.

Verum *Afflīct.* non affirmavit prædictam restrictionem, licet enim illam pluribus ornaverit à *d. n. 36.* usque ad *n. 46.* tandem verò, nedum non firmavit, sed *d. num. 46. vers. sed adverte,* dixit eam velle destruere, & contrarium deliberatè constituit, ibi, ego dico contrarium, dum destruxit doctr. *Bald.* supra relatam *num. 36.* super qua edificaverat, unde non meruit *Afflīct.* reprehendi, & hoc propriè valuezyrunt, *Freccia*, & *Camer.* citati per *Reg. de Pont.* hic scilicet in *repel. cap. Imperial. car. 55. à ter. col. 4. lit. Q.* & *R. verfic. unum supereft.* ubi formando quæstionem, utrum si Rex dedit licentiam genericè vendendo, & postea, dum vasallus contrahit, non dicit se contrahere sub dicto assensu concessio, sed contrahit, reservato assensu Regis, & non aliter, & post multa resolvit *Camer.* in *fin. d. col. 4.* ex dictis *Felin.* & aliorum, ut non videatur recessisse ab eo, quod poterat ex antecedenti assensu facere, & iterum addit *car. 56. col. 1. lit. B.* Partes itaque si omnino volunt contrahere virtute assensus impetrandi, mea sententia, apertis verbis hoc exprimere debent; quod fit, ut etiam suprà dixerat *Camer.* quando partes, inter quas est illa, quæ assensum impetravit expressè se restrinxerunt ad assensum impetrandum, ita ut sic constet noluisse aliter, quam sub novo assensu contrahere, idemque latius *Frecc. lib. 2. q. 33.* ubi postquam *1. col.* recitat argumenta relata per *Afflīct.* & alia, ex quibus innui poterat, videri recessum à primo assensu, *col. 2. vers. dicebam*, distinguit duos casus, & in effectu cōstituit reg. cum *Camer.* ut nunquam videatur recessum ab assensu primo loco obtento, nisi manifeste, & expressè constiterit, noluisse partes, contrahere sub primo assensu impetrato, sed solum sub novo impetrando, nam alioquin. Licet reservetur assensus impetravimus, neque de eo, qui fuerat obseratus, fiat mentio in contractu, non est hoc argendum, ergo partes renunciaverunt illi gratia, & assensi, qui perficit contractum; forte potius omitti ex errore, vel super eo non fuit cogitatum, &c. & paulò post Satte videretur in verisimili, eos neglexisse aſſe-

ſum, quæ difficulter, & cum labore, & impensa ob-  
29 timeri solet; hæc *Frecc.* post alios juxta quorum sententiam judicavit S.C. junctis tribus aulis, de anno 1614. referente Cons. Palatio pro Marchione Trevici contrà creditores quorum partes ego tuebar cum aliis, & succubui, de qua decis. meminit *Cons. de Georg.* in suis *scud. repel. cap. 10.*

Unde cum in præsenti, neque pro parte Card. neque Paridis, pro cuius persona fuit facta emptio, nullus unquam omnino fuerit assensus impetratus ante, nec post contractum, ab ipso Prorege, sed solum pro parte vendoris fuerit pro sua, suorumque factorum cautela, obtentus assensus Neap. à Prorege sub die 1. Martii 1608. paulò ante contractum stipulatum sub die 4. eiusdem mensis; ex hoc sequitur, ut secundum prædictos DD. nulla conjectura ex hoc elici possit, ut voluerint recedere ab assensu Regis prius impetrato, quod indubitatum redditur ex assensu ab eodem Rege post contractum obtento, ut insit.

Et ut hoc pateat, rogo advertatur, quod bis in contractu fuit reservatus assensus, in priori reservatione facta post principium contractus in §. & facta assertione prædicta. Notarius refert verba vendoris tantum in singulari numero, ibi, *Talis*, quo supra nomine non vi, dolo, &c. *Regio assensu*, & beneplacito obtentus, &c. & ad majorem cautelam, quatenus opus est, & non aliter, de novo obtinendo, ac impetrando, sumptibus tamen *D. Paridis*, semper reservato, non aliter, &c. vendidit, alienavit, &c. ut sol. . . in fine vero contractus sub clausula, *Pro quibus omnibus observandi, subjicitur. Ambae partes ipsæ, quibus suprà nominibus, & qualibet ipsarum, dictusq; Paulus etiam procuratorio nomine d. Card. & infra, pro observantia omnium, & singulorum in prædicto instrumento contentorum, ac pro consequiōne omnium dñorum in casu inobservantiae Reg. assensu pro feudalibus, de super obtento, & impetrato, scilicet de novo ad majorem cautelam impetrando; semper solvo, & reservato f. . .* unde licet in priori clausula, ubi solus vendor loquitur, reservatio assensus impetrati intelligi possit de assensu Proregis, quem verè vendor solus impetraverat per dies quatuor ante contractum, quod nocere nō potuit alteri ex contrahentibus, scilicet emptori, qui nec assensum à Prorege impetravit, nec sibi illud nominativum reservavit, nec prohibere potuit, quin vendor sua cautela uteretur; ubicumq; enim actus qui geritur, potest me invito fieri, nō dico eiam si præsens sim nec consentire, nec scire, ut inducatur consensus, quia scire, & pati dicitur solum, qui potest vetare, latè decis. *Genua 14. num. 83.* attamen in posteriori clausula, ubi Notarius loquitur ex deliberata voluntate ambarum partium, & expressè attestatur, intervenire Paulum, ut procuratorem Card. verba reservationis sunt talia, quæ respectu assensus impetrati nihil prohibent, ut referantur ad assensum Regis prius obtentum quinimo magis ad illum referri debent, ut validiorem ex persona Regis concedentis, & fortiori ex pinguiori, & pleniori provisione; cum enim Notarius nihil scribere possit, nec presumatur aliter scribere, quam ut à parte rogante sibi fuit injunctum quia Notarius non presumitur excessisse fines mandati, nec in minimo, sed fideliter scripsisse, & in specie, ab ea parte prolata, verba præsumuntur, prout à Tabellione scripta reperiuntur, *Bar. Bal. Rom. Dec. Alcia. Ripa. Curt. Mandos. Gratus*, & alii, quos latè ad hoc con-  
31. gemit

gerit *Rimin. jan. conf. 257. n. 72.* & 74. *cam seq. lib. 3.*  
 proinde cum assensus Regis fuerit solum à venditore  
 ipso impetratus, justè quidem ab eodem sola venu-  
 32 ditore fuit sibi reservatus, ut est de natura ipsius re-  
 servationis conservare jus tantum reservari compe-  
 tens *Oldrad. Bart. & alii apud Surd. decis. 163. n. 17.*  
 & 18. *Franck. decis. 437. in fin.* licet enim regulariter  
 33 necesse sit, utrumque ex contrahentibus Notarium  
 rogare, illud tamen declaratur procedere in ipsa  
 contractu principali, sive conventione, que depen-  
 det ex consensu duorum, & quæ aliter, nisi utroque  
 rogante, perfici non potest, secus verò in actu, qui  
 pendeat à sola voluntate unius, ut est protestatio,  
 denunciatio, & reservatio, quia tunc sufficit, quod  
 ab illa tantum parte Notarius sit rogatus, *Gloss. pul-*  
*chra in §. nos autem, verbo, injungantur, aubent. de*  
*T'abellion. vers. sed nunquid est necesse, Specul. Bart.*  
*Bald. & alii, quos latè explicando tradit. Alexand.*  
*conf. 140. lib. 2.* & reddit rationem, quia, à quo de-  
 pendet causa rei, ab eodem dependet, & modus *i. vi-*  
*deamus. §. pen. ff. de in litem jur.* sequitur exornans  
*Boer. decis. 35.* & uidetur primò, & ut dicebat *Nat-*  
*ta confil. 146. num. 9.* illum ex contrahentibus, suffi-  
 cit rogare Notarium, qui habet actum suum in po-  
 testate; unde videtur, qui impetravit assensum à  
 Prorege, merito illum sibi reservavit ab initio, in-  
 ferius verò ubi in conclusione pro obliterantia con-  
 tractus, Notarius loquitur ex voluntate ambarum,  
 censeri debet etiam reservatus assensus Regis, qui  
 etiam ab altera parte erat impetratus.

Et maximè, quia dum *Frec. Camer. & de Ponte*  
 suprarelati formant quest. non loquuntur de refer-  
 34 vatione, quam sibi fecit una partium, sed quando  
 ambae partes unanimiter concordi voluntate adēd.  
 contraxerunt sub novo assensu, impetrando, quod  
 ex pressè appareat, voluisse à præcedenti assensu im-  
 petrato recedere, quod non operatur simplex reser-  
 vatio unius ex partibus, que non potest alteri præ-  
 ju dicare, ut ex *Alexand.* & *Boer.* in locis citatis col-  
 ligitur.

Accedat, quod dato citrà veri præjudicium, quod  
 verba illa, *salvo assensu impetrato*, deberent referri ad  
 assensum solum Proregis, paucis ante diebus expe-  
 ditum, non autem Regis, cuius contrarium omni-  
 jure præsumi debet ex prædictis, cum tamen in ea-  
 dem verborum structura, sive clausula expressè re-  
 servatus sit assensus de novo obtainendus, & impe-  
 trandus sumptibus D. Paridis, illeque cum effectu  
 fuerit impetratus, infra sex menses, scilicet 20. Sep-  
 tembr. 1608. ab ipso Card. qui pro Paride expende-  
 bat, cum pretio sive sorte, etiam impensis accessorias  
 ex hoc nedum infertur necessariò. fuisse expressè  
 reservatum posteriorem Regis assensum, qui jam  
 supervenit, & sic partes nedum fecerunt mentio-  
 nes, sed expressè contraxerunt sub reservatione se-  
 quentis Regis assensus, seu privilegii posterioris,  
 confirmantis: quinimò ex vi confirmationis contra-  
 xerunt, etiam contemplatione, & sub commemora-  
 tione quoque antecedentis assensus Regis, ex eo,  
 35 quia confirmatum continetur de necessitate in con-  
 firmante ex vi præcisæ relationis, sicut relatum est  
 in referente, quoad substantiam, & qualitatem, ut  
 latiss. in mat. assensus tradunt *Frec. lib. 2. quest. 15.*  
*num. 2. Reg. Lanar. conf. 40. n. 8. & conf. 92. n. item 8.*  
*Conf. de Anna conf. 112. ex num. 7. ad 12.*

Et amplius inde sequitur, ex hoc colligi ultrà alia,  
 motitiam, & scientiam Paridis, dum ipsius procura-  
 tor Grillus fecit reservationem de assensu impe-

trando expensis Paridis, cujus deliberationem im-  
 plevit Card. cum d. secundo privilegio posteriori,  
 obtento de mense Septembri 1608. pro ipso Par-  
 36 de, & sic Paris ipse fecisse videtur; qui enim actum  
 facit alieno nomine nudum præstat ministerium,  
 nec ipse gestor, sed dominus videtur contrahere,  
 & actum facere *Gloss. & DD.* relati à *Sardo decis.*  
 37 182. n. 17. & subsequens assensus à Rege impetra-  
 tus, præsumitur impetratus ex præcedenti reserva-  
 tione de eo facta, & ex causa præcedenti, latiss. *Surd.*  
*dec. 170. 288.* & 325. n. 7. quinimò cum novus assen-  
 sus fuerit reservatus impetrandus, Paridis expensis,  
 38 & fuerit jam impetratus, necessariò præsumitur  
 impetratus ab ipso Paride, cuius expensis impetrant-  
 dus erat, *Bartol. in l. cum servus, ff. de verborum*  
*oblig. Socin. Ruyn. & alii quos citat Siracchus*, qui  
 etiam præcedentia firmat, *part. 3. de Mercat. tit. de*  
*navib. §. postquam. num. 23. in fin.* insuper adverten-  
 dum puto, quod *DD.* in prædicta quest. tractant,  
 quando obtento primo assensu, contrahentes, omis-  
 so penitus primo, contrahunt expresse sub novo,  
 assensu impetrando, declarando saltim facto, velle à  
 primo recedere at nos versamur sub altero, & di-  
 verso casu, siquidem primus non est assensus, sed pri-  
 39. vilegium, prout tale est, cum natura feudi alteratur,  
 ut probat *Camer. in d. cap. Imperiale, cap. 44. lit. L.*  
 unde tametsi utraque pars expresse petisset post  
 assensum, qui simpliciter circa commutationem ope-  
 ratur, & circa alia pacta, que ex contractu deinde  
 gesto innotuerunt contrahentibus, opus esse assen-  
 su roborari, non est cur ex impetracione alterius  
 simplicis assensus in forma gratis inferri possit ad  
 renunciationem alterius rei diversæ, & majoris, ob-  
 40. tentæ in forma privilegii, quod in puncto, consti-  
 tuendo hæc discrimen inter privilegium, & assen-  
 sum, advertit *Reg. de Ponte conf. 3. in fin. n. 91.* & plu-  
 res diversitates inter privilegium Regis, & assen-  
 sum, in facto notavimus, et quamvis ex antedictis  
 appareat, non fuisse necessariam, scientiam Paridis,  
 quod feudi natura fuisset in aliquo mutata, cum  
 nec ipse fuisset ex qualitate prædicta adjecta, minùs  
 feuda acquisitus; nec Cardinalis fuit aliter em-  
 pturus in ipsius personam Statum prædictum, et  
 premium de propria erogatus, nisi sub dicta condi-  
 tione, ut ipsi sine masculis decedenti, succederet  
 Mutius, quem eo repudiante, in ejus locum procul-  
 41. dubiq. subrogasset, quod et regulare est, ut assensus  
 sortiatur effectum suum à die concessionis, et secum  
 omnimodam trahat executionem etiam, quod non  
 dum ad manus partium, sive contrahentium deve-  
 nerit, ut ex pluribus latè fundat *Frec. lib. 2. q. 29.*  
 ubi licet ab initio arguat, quod videatur requiri ra-  
 tificatio, vel aliqualis notitia, ex qua quedam accep-  
 tatio insurgat, et quia non data notitia assensus, nul-  
 lum est jus quæsumum in feudo, ex reg. cap. si. tibi ab-  
 42. senti, de præb. in 6. tamen n. 3. usq; ad fin. validissime  
 contrarium, probat ex multis, que apud ipsum re-  
 videri rogo, ut dato assensu super contractu, etiam  
 quod partes ignorent, illum esse à domino impetratu-  
 rum perfectus est contractus, et irrevocabilis, et lex  
 operatur effectum suum, idque in fine verum assen-  
 43 rit, tam si assensus consistat in habilitatione perso-  
 nae, quam in juris communis relaxatione que sit ex  
 gratia eius, qui potest facere utrumque si vult ex  
 plenitudine suæ potestatis, ut scientia non sit neces-  
 saria, sed sat sit, dominum voluisse, et maximè in ca-  
 su præsenti, ubi Paris. voluit exequi voluntatem  
 Cardinalis, qui hoc optavit, et tempore acquisitionis  
 domi.

dominii invenit, seuda haec novam naturam fuisse  
adepta, & etiam ex natura rei, cum in traditioni-  
bus rerum quæcunque pacta, et conditiones adjici-  
posse, manifestum sit, *i. traditionibus, C. de part.*  
etiam in donatione facta Ecclesiæ, cap. verum de  
condit. appos, adeo ut etiam invito donatario possit  
apponi pactum in traditione rei donatæ, nendum ad  
commodum donantis, sed alterius, idque ad unguem  
servandum, *i. quoties, C. de donatio.*, quæ sub modo  
quatenus incontinenti addatur, latè *Mantic. de ta-*  
*cit. coven. par. 2. lib. 13. tit. 40. q. 1.* & 4. unde, quæ  
45 possunt fieri invitatis, ergo et ignorantibus, reg. qui  
potest invitatis, ff. de reg. jur. ex quibus conditio ad-  
iecta in favorem Mutii in privilegio Regis ante tra-  
ditionem etiam ignorante Paride, servanda fuisse.

Sed ex abundanti, si scientia fuisse necessaria, illa  
non defuisset, præsumpta siquidem, et vera; præsum-  
pta ex tam arcta sanguinis coniunctione, ex con-  
versatione, cohabitatione, et familiaritate Paridis  
46 cum Card. si enim in domestico, vel commensali  
aut vicino præsumitur scientia facti alieni, *i. octavi,*  
*C. unde cognati, i. si vicini, C. de nuptiis, cap. quanta*  
*de præsumptio.*, tanto magis in nepote carnali, dile-  
cto, et futuro hærede, Romæ cum patruo cohabitante,  
ut est notorium, plura ad hoc cumulat *Mas-*  
*scard. de probatio. concl. 1299. incip. scientiam, per*  
*totam, præsertim n. 9.* & 18.

Accedit continua correspondentia, & nimia  
amicitia Paridis cum Paulo Grillo, qui negotia omnia Regni pro Cardin. agebat, & qui eodem die 16.  
47 Febr. 1608. fuit Romæ constitutus procurator à  
Paride ad emendum d. Statum Aprutinum, & à  
Card. ad solvendum pretium duc. 120. mil. quæ  
etiam notitia insurgit ex qualitate facti, unde etiam  
hæres præsumitur habere notitiam facti ardui, & gra-  
vis, defuncti, & maximè eorum, quæ in Curia Regis  
publicè tractata, & Neap. execuptioni demandata  
sunt apud publica, Cancellariæ, & Reg. Cam.  
documenta, & registra, ut latè per eundem *Ma-*  
*scard. concl. 1105. num. 4. cum seq.* & præsertim  
eorum, quæ quis inquirere tenetur, ut quia ad pro-  
prium commodum, vel patrimonium spectent, qui-  
nimb, e si ad socium pertineant, cum quo consuevit  
uti familiariter, *Mascard. ibidem n. 15. 16.* & 18.

Vera autem notitia, & scientia Paridis privilegio-  
rum, & assensum prædictorum appetit, quia omnes ipsos assensus deum produxit in judicio con-  
49 tra Mutium, ad ipsum excludendum, etiam à suc-  
cessione feudorum, tamen hoc non solum obtine-  
re non potuit, sed potius S. Cons. probavit, & judica-  
vit juxta assensus, ibi: *Servata tamen forma Regio-*  
*rum assensum registratorum, & in actis deductorum,*  
& sic ex productione appetit scientia Paridis, *i. non*  
*effterendus, ff. de transact. cum concord. per Mascar-*  
*d. conclus. 1299. num. 17.* & 20. & ex sententia quod  
juxta illam fuerit judicatum in uno, & sic probata  
quoad omnia, *Cyn. inter cons. Bald. cons. 400. col. 2,*  
51 *lib. 4. Cons. de Anna cons. 108. num. 4.* ut in puncto  
de sententia lata præsentatis vinculis, & acceptata,  
quod præjudicet acceptanti, & ipsius successoribus,  
etiam singularibus; ita ut non possint amplius dispu-  
tar de vinculo, etiam non vero, sed confessato; per-  
bellè videndus *Keg. de Ponte decis. 39. n. 11.* & 12.

Nec dicatur, quod nendum ex assensu Proregis  
obtento per venditorem, sed ex contractu ipso em-  
ptionis, colligitur emptorem acquisivisse feuda  
52 juxta com. formam, & usum Regni, scilicet *pro*  
*emptore, & suis hæred. & successoribus, ex corpore,*

sub qua formula constat in Regno vecari feminas  
ex *Constit. aliquibus*, & sic diverso modo à primo, &  
secundo Regis privilegio, *pro masculis tantum*; si-  
quidem clara est responsio in facto, & certior in jure  
in facto, quoniam nullibi in contractu fit mentio,  
quomodo in hoc transferatur feudum à venditore  
in emptorem, nec penitus in toto instrumento legi-  
tur dicta clausula, quia nec poterat à venditore alia  
lege transferri, quam ipse habebat, juxta §. *profectio*  
*de lege Corradi*, ut contrahentes simpliciter contra-  
ixerunt juxta ordinarium stylum *pro se*, *o. bæredib-*  
*bus & successoribus*, ut omnes obligentur ad obser-  
vantiam contractus, & sic fuissent vendita feuda no-  
minatim cum d. clausula *pro emptore*, *o. suis bæredib-*  
*bus & successoribus ex corpore*, supposito, quod  
sit facta venditio salvo assentu, sive privilegio Regis  
§ 3 impetrando, cum dictio (hæres) de jure feudorum va-  
riè accipiatur, vel de masculo de jure communi, vel  
etiam admissa de consuetudine, aut aliter stipulatio  
interposita, intelligitur de illis hæredibus, qui ex na-  
tura rei veniunt comprehensi, unde cum sit verbum  
sequivocum, nihil prohibet, ut intelligatur de ipsis  
hæredibus masculis, qui ex forma privilegii præce-  
dunt, aut subsequentis reservati vocantur, ita *Ca-*  
*mer. in puncto in c. Imperiale, car. 22. cal. 2. lit. H.*  
*& K. sequitur de Ponte cons. 3. n. 56. 60.* & 63.

Non obstat tandem, quod licet ex prædictis assen-  
sibus sint effecta feuda masculina cum tamen non  
sit immutata qualitas hæreditaria, imò expresse in  
eisdem assensibus exprimitur clausula *pro se, suis*  
*que bæredibus & successoribus masculis*, quæ clau-  
54 sula facit feuda hæreditaria, ergo ex hoc sequitur  
eum, qui vult, succedere debere succedere uti hære-  
dem Paridis, & proinde tene. i ad solvendum pre-  
mium, sive estimationem feudorum in beneficium  
Joseph Pinelli, juxta disputationem factam in codi-  
cillis, Plures etenim, & promptæ sunt resolutiones.  
Prima hanc prætensionem pretii feudorum nullo  
modo posse remorari petiā immisionem in pos-  
sessionem bonorum feudalium, siquidem diversæ  
res sunt feuda à feudorum estimatione, & ex hac-  
met, licet vanissima exceptione, fateri cogitur adver-  
sarius, se nullum jus habere posse super ipsis corpo-  
ribus feudorum; Igitur immisione nullo modo est  
impedienda, & deinde discutiendum de viribus præ-  
tensionis estimationis; tūm quia constat, hanc excep-  
tionem requiri altiore indaginem, quæ altior  
indago non requiritur ex parte Mutii, qui habet  
pro se suos assensus, sive privilegia clara, & aperta  
unde allegans exceptiones illiquidas, & intricata-  
tas, nou potest impedire immisionem in posse-  
sionem in beneficium Mutii, sed tradita sibi pos-  
sessione, discutienda sunt jura in petitorio, ubi  
incerta, & altior illa indago dilucidari, & diffi-  
ciliti potest *Bald. in cap. Imperiale, §. insuper, num.*  
*3. de probib. feud. alien. per Fed. Affiliat. Anna sen. &*  
*Schadr. cum eorum caterva, relati per D. Reg. Rovit.*  
55 *cons. 1. numer. 43.* & 44. et maximè in catu nostro  
ubi respectu Status Aprutini, nullam prætendere  
potest adversarius possessionem accepisse, quo ca-  
su cessat prorsus retentio, quam pro estimatione  
prætendere posset, si possideret, non aliter, juxta di-  
ctum *Alvar. in cap. si vasallus il secundus, si de feud.*  
*def. mil. Frec. lib. 2. q. incip. à Regnicolis, num. 55.*  
*Francb. decis. 163. n. 16.*

Quod autem prætensionis estimationis sit exceptio,  
nendum intricata, sed prorsus vana, et injusta, in  
promptu appetit ex pluribus.

Primo,

Primo, quia etiam si essemus in feudo simpliciter hæreditario antiquo in personam Paridis, vel noviter ab ipso quæsito, & in quo nemo alio modò, quam ex persona ipsius Paridis, jus prætendere posset, in quo DD. nostri loquuntur, qui est diversissimus à casu nostro, ut infrà adhuc tamen non semper debetur aestimatio illa enim non debetur, quādo dispositio fit callidè in odium, & fraudem agnati, & malo animo, quippè, licet aliquid à lege permittatur, non licet tamen illud in fraudem facere; aded ut etiam si Rex concedat assensum super actu faciendo, non valeat assensus, si ille actus fiat in fraudem alicujus, plura Cam:car. 6. col. 4. in fi. & car. 7. in princ. in repet. cap. Imp. omnis enim dispositio in feudo debet fieri sincerè, bona fide, & sine fraude, §. sed & res. Per quos fiat investit. cum multis ad hoc congestis par Cons. Georg. allegat. 20. n. 39. & seq. ubi n. 42. reddit rationem.

De desiderio evertendi dispositionem Card. in perniciem Mutii; constat ex infinitis in promptu, quinimò in toto vita cursu, non aliud nisi hoc intendit Paris, prout exitus demonstravit, & plura deducentur in termino petitorii ad perfectam fraudis probationem, si quid deesset.

Secundò prætenio aestimationis in praesenti casu ad beneficium Josephi Pinelli redditur ex alio vano, quia dum Card. qui in emptionem Status erogavit de proprio duc. 120. mil. ut Paris confitetur in instrumen. emptionis, & in assensibus, voluit quod Paride decedente sine masculis, vocaretur Mutius: & deinde in testamento magis in specie, ordinavit, prohibiamo cor d' Paris, & in §. 4. & deinde in §. 5. che detto Stato pervenga al figliuolo primogenito di Gio: Agostino, circumscriptis igitur assensibus, nonnè ex hac dispositione in testamento facta, ex eisdem regulis, quibus adversarius innititur, & longè fortiori ratione deberetur aestimatio Mutio, si non posset habere fenda ipsa; unde concurrente Mutio ex dispositione Card. qui pretium erogavit, & Josepho, qui habet causam à Paride, nonne potior esse deberet Mutius respectu pretii; quod Card. expendit pro Paride ab initio; sub illa conditione adjecta in actu traditionis, repetita, & declarata in testamento, unde licet Card. non quæsiverit feuda sibi, sed emerit in personam Paridis, nihilominus cum pretium sub conditione prædicta persolverit, quis negare poterit, quin in concursu non sit præferendus Mutius, habens causam à Card. ipsi Josepho habenti causam à Paride, qui acquisivit statum ex facto, & liberalitate Card. cum onere in ipso actu acquisitionis, pro quo pretio licet deesset assensus, cum tamen agatur de debito contracto occasione emptionis feudi, quod aliter non potuisset acquiri ementi, nisi mediante illo pretio, licet non sit feudum obligatum, est tamen creditum privilegium, quia successor est obligatus, & Rex tenetur 57 assentire, & requisitus habetur pro consentiente, & ideo tenetur omnino, nedium successor, sed etiam dominus, feudo devoluto, ad hujusmodi pretii erogati solutionem, ut docuit Alber. Brunus conf. 104. dicens, esse solvendum pretium à succedente in feudo, non autem ab herede in allodium, idq; non habere difficultalem, congerit alios Reg. de Pont. decis. 4. ex n. 28. ad 45. in vers. aut tertid, post ejus gentilem Regentem Lanar. conf. 80. n. 5. 1. & Cam. in cap. Imp. cap. 13. col. 2. in fi. & car. 14. col. 2. in fi. §. 3.

Tertio rogo, Domini considerent, quod in praesenti casu versamur omnino, extra terminos aesti-

mationis, quæ nullo modo deberi potest ex dispositio taq̄ta, nec expressa Paridis; termini enim 58 præstandæ aestimationis ex dispositione defuncti, supponunt libertè; & perfectè quæsitus utile dominium, licet sub natura feudi hæreditarii, ipsi disponenti, & quod succedere debens ipsi immediato possessori, ut heres in feudo succedere debeat, & ita loquuntur omnes DD. quorum opinionem, modernæ decis. post D. de Franc. decis. 1. comprobarunt, reclamantibus tamen, indelebilis mem. Fabio Marchefio, Advocatorum maximo, & cum eo Floccaro, Jo: Vinc. & Fabio de Anna alleg. 126. & sequent. doctis. Cons. Georg. feudorum interprete alleg. 19. & 20. & cum ipsis meo Domino, & avunculo Reg. de Corte, à cuius digesta doctrina feuda didici in sua 1. p. tratt. de feud. cap. 14. n. 83. & 95. quorum opin. ut veram, & communem contra opin. Cam. Franc. Lanar. & de Poste latissimè probat Bambac. in c. omnes filii, fol. mibi 106. cum seq. si de feudo defun. mil.

At in casu præsenti Mutius non est habiturus feuda contemplatione Paridis, sed sui propria contemplatione, qui nominatim vocatus est ex dispositio ne, si non ex providentia Card. quo casu nō veniet, ut heres Paridis, qui sub ea cōditione factus est dominus, ut ipso moriente sine filiis masculis, Mutius succedit, exclusis Paridis filiabus foeminas, & fortius sororibus; nec in assensibus dicitur, quod Mutius succedit, ut heres Paridis, sed clausula pro se suisq; hæredib; & successoribus, ut clarè ex eorum cōtestu legitur, refertur ad successores Mutii, vel etiam Patris 59 dis dempto Mutio nominatim, licet sub nomine appellativo vocato ab ipso Card. inter quos casus longa est differentia, ex doctr. Iser. in §. & si libellum, n. 13. cum seq. de alien. feud. pater, & præsertim in fi. ubi facit duo capita in primo acquirente, quod aut sequentes sunt habituri feudum occasione primi, & tunc factum illius nocet sequentibus; aut sunt habituri ex propria contemplatione, quia sic constat verè, vel præsumptivè, & tunc factum primi non nocet sequentibus, quod repetit in cap. Titius si de feud. fuer. controv. in ult. verbis, explicat mirabiliter Cimer. in c. præterea ducatus, car. mibi 97. col. 4. vers. sed si Rex donasset patri, & reassumit meus D. socius Camill. de Medic. conf. 3. in fin. optimè, & mirabiliter idem Camer. in cap. 1. an agnat. q. 18. n. 125. ubi quod remanente feudo in sua natura, scilicet hæreditaria, dispositio tantum interdicitur tenenti feudum, cum alterius persona est nominatim vocata.

Nec dicatur, quod Card. dedit licentiam alienandi, & hypothecandi in vita, quinimò supplicavit Regi, ut successores, licet exteris, possent alienare cum assensu solius Proregis, non obstante Prag. 16. an. 1561. De feu. igitur potuit Paris gravare in morte etiam Mutium ex propria persona contemplatum: cum enim fuerit Mutius contemplatus ex sua persona propria, quia pariter conjunctus, & notus Card. statim tunc supra infantiam, licet minor Paride, & sic poterat cadere affectio, juxta Iser. in d. §. & si libellum, n. 16. unde si expresse non permisisset Card. alienationem in vita, in nihilo potuisset Paris noce 61 re Mutio, nec in vita, nec in morte esto tamē, quod permiserit alienare in vita, cuius contrarium forte postea ex aliis probabimus contrà creditores, non tamen exinde concessum est alienare vel gravamen apponere in morte, ex quo inutilis fiat Mutio feudorum successio; & sic fallax argumentum in feudis, & emphyteusi, ubi facilius permittitur alienatio in M vita,

vita, quā in morte, ut benē probat D. de Med. meus sacer. cons. 166. n. 13. Ex quibus omnibus, cum de aperta, & enixa voluntate Card. multifariam expressa, & repetita ante, & post cōtractum, & in qua usq; ad mortem perstigit, ut ex testamento liquet, justissima ratione motus, juxta commune, & naturale omnium votum conservandi hēc feuda in familia per suos nepotes masculos, per quos familiarum decus etiam ad Reipublicā ornatum, & publico favore conservatur, juxta latius tradita per Molin. omnino Sacer. Neap. Senatus in concistorio Principis, qui sola facti veritate attenta, judicat, rejectis adversariorum superstitionis cavillationibus, juxta placitum I. C. in l. pen. ff. ad exhib. ubi monet, non oportere jus civile calumniari, neque verba ejus captari, & notat Stracca de Mercat. p. 3. tit. de causib. §. postquam, n. 23. in fin. fol. 266. pro Mutio erit pronuntiatur, pro quo voluntas expressa, & verisimilis, rigor privilegiorum, & aequitas undique certant.

### Decisio hujus Controversiæ.

**D**ie 18. Maii 1626. facta relatione per Sac. Consilium junctis duabus aulis in supremo Collaterali, referente Domino Joanne Francisco Sanfelicio I. C. doctissimo, & integerrimo meo Compatre, cum adjunctis, inter quos fuit tunc Coaf. D. Didacus Bern. Zufia, hodie 15. Iun. 1635. dum hēc Typis dantur, ad Supremum culmen Collat. C. & Reg. R. Canc. maximo omnium plausu ob ejus doctrinam, & insignes virtutes erectus agente etiam tunc Fisci partes Consil. Ferdinando Brancia, postmodum meritissimo Regente assidente in Supremo Italæ Consil. fuit decretum, quod immittantur in possessionem Terrarum Aquevivæ, & Joia, Illust. Benedicta Pinella, soror Marchionis defuncti, & & Status, Civitæ Sancti Angeli, Marchionatus titulo decorati Mutius Pinellus, quem nos defendimus: honorum verd burgensaticorum Joseph Pinellus, & pro eo Dux Acheruntiæ pater s, salvis iuribus eisdem partibus super omnibus hinc inde prætestis: & cum fuisset dictum de nullitate, & petita in integrum restitutio per dictum Josephum heredem institutum, iterum 6. Julii 1626. facta relatione in Collaterali, junctis aulis, cum adjunctis, & fisco: fuit provisum; non esse deferendum petita restitutio in integrum per dictum Josephum, & quintam nullitatem, cui adhæsit Principissa Jeracis, non obstat, & depositum pro pona liberetur Fisco: verum sequestrum factum ad instantiam creditorum firmum remaneat, car. 250. in eodem proc. immisionis petita per dictum Josephum Pinellum, uti heredem ex testamento quondam Marchionis Paridis Pinelli, act. mag. de Mondellis.

S V M M A R I U M.

- 1 **F**ilius renunciando ba. editati paternæ, vivente patre, à petitione legitimæ excluditar, etiam per verba generalia, & ita limitatur text. in l. si quando 35. §. & generaliter, C. de inoffic. testam. ex sententia Cumani.
- 2 Legitimæ renunciatio pluribus modis, & causis inducta censetur, remissivd, & n. 3.
- 4 **F**ilius quamvis possit petere rejici gravamen pro concurrenti quantitate legitimæ, si tamen ipse, vel ejus bares spatio triginta annorum tacat, nec intra dictum tempus petiat gravamen à legitimæ esse rejiciendum, non poterit amplius hoc petere, nec opponere.
- 5 Bartoli opinio in l. si quis filium, C. de inoffic. te-

- stam. est quod sufficiat tempus quinquennii, ad excludendum filium à petitione legitimæ, vel supplementi, ubi unus majoratus, vel fideicommissi fuit injunctum bonis donatis, sive legatis filio,
- 6 Majoratus, vel fideicommissi unus post triginta annos durat, etiam quoad legitimam, quo tempore tollitur, & ipsum ius petendi legitimam ejusque supplementum num. 7.
- 8 **C**lausula constituti, cum clausula, ex nunc pro tunc sequuta morte, quid operentur, an extendatur post mortem constituentis, declaratur n. 9. ex magis communis DD. opinione, & n. 14.
- 10 Possessio defuncti per ejus mortem est mortua, & occisa, & ideo eandem sine nova acquisitione in heredem, vel alium transire impossibile est, cum prima funditus fuerit extinta, nec dici possit medio tempore conservata.
- 11 Constitutum collatum post mortem illius, qui se alterius nomine possidere constituit, nihil operatur, & afferatur ratio Angeli in l. quamvis, §. si conductor. ff. de acquir. posselli. & aliorum.
- 12 Constitutum non solum non potest conferri post mortem; quia id est etiam si cæptum sit in vita per constituentem possideri nomine constitutarii, per mortem constituentis extinguitur constitutum, ratione impossibilitatis naturæ.
- 13 Impossibile est constitutarium retinere civilem possessionem mediante persona constituentis, quod amplius non est in reum natura,
- 15 Alexandri opinio rejicitur, amplexa opinionis Decii, dicentis clausulam constituti, cum clausula, ex nuc pro tunc sequuta morte, operari non possesse translationem possessionis, deficiente habilitate extremi.
- 16 Decii opinio in cons. 246. falsa à Tiraquelle pro contraria opinione afferatur.
- 17 Baldi doctrina in authen. contra cum rogatus n. 1. & 2. C. ad Trebell. & in cap. 1. de milite vasall. qui cont. est, & Gloss. declaratur, & temperatur ex doctrina Bart. communiter recepta in l. si is, qui pro emptore, n. 7. & n. 52. & 55. ff. de usucaption. & n. 21. quod procedat quoad dominium, non autem quoad possessionem,
- 18 Cum de uno disputatur cetera omnia presupponuntur habilia.
- 19 **P**ositiones, vel specialitates plures simul concurrent non possunt, quod ampliatur, n. 20.
- 22 Dominii considerari potest penes hereditatem, representantem defunctum, secus verd in possessione, quæ per mortem d. functi funditus est extinta.
- 23 Decisio D. Præsidis de Franc. 213. & Consil. de Anna doctrina in cons. 1. male intellecta ab adversario; loquuntur enim de dominio, & non de possessione, & ita pariter Affid. decis. 335. n. 6. & 10. ubi fundat præcarium nihil operari posse, quoad possessionem post mortem.
- 24 Alexandri cons. 8. 3. 2. volum. declaratur ex Lof. fred. cons. 9. num. 13. & 14. ut procedat, quando opposita est clausula ex tunc pro nunc, secus si adjint contraria verba ex nunc pro tunc, & afferatur ratio discriminis.
- 25 Constitutarius, etiam cum clausula ex nunc pro tunc, non dicitur post mortem constituentis possidere, sed potest tantum agere, ut in possessionem immittatur, nisi aliud obstat.
- 26 Negulantii opinio declaratur.
- 27 Conditio si decesserit sine liberis est vera cōditio, & simple-

- impleri debet in forma specifica, nec impleri potest nisi sequuta morte non autem ante, nec etiam cum quis moris cœperit, nisi anima à corpore omnino separetur.
- 28 Constitutum, adiectum con:tractus conditionalis, reditum conditionale, cum ejus naturam sequatur, & ab ipso reguletur, & potius tolerandum erit, quod superflud sit appositorum in contractu quam quod alteret principalem dispositionem.
- 29 Actus si duo sint repugnantes, quorum unus transferat possessionem alter non transferat, de jure prævaleat illa actus per quem possessio non transferatur.
- 30 Constitutum cessat per actum contrarium.
- 31 Juri reservatio ad nibilum prodest cum actus est omnino repugnans.
- 32 Possessio utrum solo facto, aut voluntate constitutarii amittatur, distinctione resolvitur.
- A R G U M E N T U M.
- Filius, quando à petitione legitimæ ejusque supplemento removeri possit: quomodo, & quanto tempore inducatur præscriptio non petendi, quibusve modis inducta sit ejus renunciatio, item quid operaretur clausula constituti, cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte, an transferat possessionem absque constitutarii nova apprehensione, & de materia fictionis latissimè differitur, & DD. varietas ad concordiam reducit.

### Pro Domine Alexandro Loffredo ju- re aperto vocato ad successio- nem Principatus Mon- tis Caveosi.

#### CONTROVERΣΙΑ XXVI.

**D**iscurrendo per singula bonorum genera, & corpora remansa post mortem Principis Montis Caveosi Sigismundi Loffredi, super quibus prætendit jus D. Alexander Loffredus frater, quæ ex diversa qualitate bonorum, & diversitate dispositionum, diversam quoque exigunt juris tractationem, quoad omnia ipsum esse in eorum possessione conservandum, & quoad quedam immittendum, exclusa penitus D. Donna Beatrice Ursina vidua Principis Montis Caveosi, ex subscriptis spero fore pronunciandum.

Et primò, quoad bona fideicommissio Imperiali, sive Regia auctoritate suffulto, non erit ambigendum, siquidem quamvis in privilegio non sit facta specialis, sive individua mentio de exclusione legitimæ, tamen in donatione facta per Regenterum Sigismundo filio adest expressa, & nominativi facta, ac pluries repetita renunciatio legitimæ, & licet de legitima non fuisset facta mentio, adhuc tamen filius renunciando hæreditati paternæ, vivente patre, à petitione legitimæ fuisset exclusus, etiam per verba generalia, & ita limitari text. in l. si quando 35. §. & generaliter, C. de inoffic. testam. auctor est Cuman. conf. 188. quem sequuntur Ruin. Curt. jun. Tiraquell. Gabriel. Menoch. & alii congesti à Ruin. jun. conf. 165. n. 20. lib. 2. & plerique congesti à Faccbin. 2. lib. 3. controver. juris, cap. 26. Morot. resp. 9. num. 22. & aliis etiam modis, & causis censeri inductam renunciationem legitimæ, refert, & prosequitur Ant. Gab. sit. de legitima, conclus. 8. n. 10. 13. 16. & 18. Menoch. conf. 7. n. 10. cum sequen. volum. 1. Morot. respon. 9.

- n. 23. quæ omnes causæ possent hic applicari & hanc renunciationem paternæ, sive maternæ hæreditatis legitimeque portionis, & ejus supplementi valere, præsertim ex causa institutionis majoratus accedente juramento, etiam absque Regia facultate, pleniss. tradit Molin. de Hypp. primog. lib. 2. cap. 2. n. 5. cum seq. & noviss. Guttierrez post Lopez, & Xarez, quos citat in cap. quamvis pactum, num. 32. & sequen. de pactis in 6. quinimò etiam si nulla renunciatio Marci Antonii filii intercessisset, ex simplici donatione facta per patrem filio, cum onere fideicommissi, sive majoratus, quamvis filius potuisset petere rejici 4 gravamen pro concurrenti quantitate legitimæ, juxta l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. testament. tamen si filius, vel ejus hæres spatio triginta annorum tacuisse, nec petuisset intrâ id tempus declarari, gravamen à legitima esse rejiciendum, non poterit amplius hoc petere, nec opponere, ut tradunt Bald. Saly. & alii in l. si quis filium C. de inoffic. testament. cum aliis per Alexand. conf. 1. 28. 4. col. volum. 1. Balbus de præscript. 4. par. principalis, quest. 23. in quo 5 Bart. in dict. l. si quis filium, amplius voluit tolli quinquennio, ut refert, & latiss. tradit, loquens in specie de onere majoratus, sive fideicommissi ad je 6 &to bonis donatis, sive legatis filio, quod post 30. annos duret, etiam quoad legitimam, Xarez. videndum in l. quoniam in prioribus, n. 7. cum seq. 7 eodem tempore tolli ipsum ius petendi legitimam, nedum legitimæ supplementum, tradit Mynsing. obseruat. cent. 2. c. 72.
- Secundò quoad Terram Bovalini, totum fundamentum adversariæ in eo residere videtur, quod in prætenfa donatione sibi facta, adsit clausula constituti, cum clausula ex nunc pro tunc sequata morte, &
- 8 præambula hora mortis, ex quo prætendit, statim fuisse sibi quæsumum dominium & constitutum quoque operari ab initio tempore habili, quamvis illius effectus sit dilatus in tempus mortis, & transferri ex eo possessionem ante mortem, id est cum mori incœperit, non autem post mortem, quo casu constituentum nihil operari, & sic dicit pars, cessare omnem difficultatem, & conciliati opiniones contrarias ex Oldrado conf. 137. Alexand. conf. 83. n. 6. & 7. vol. 2. ubi Natta in addit. Jas. conf. 247. col. 8. l. 2. Claud. Seyf. in l. quamvis, §. si conductor, ff. de acquir. posse. & alios per Tiraquell. de constit. par. 3. Gabriel. qui Alexand. sequitur conf. 141. post num. 4. & per to. um lib. 1. addent. ad Dec. conf. 246. in add. incip. si sine liberis, Natta conf. 453. n. 6. Sard. conf. lim. 2. num. 11. 171. in fin. 2. vol. qui tamen non omnino 9 videtur esse hujus sententia, sed rogo advertatur, quod si rectè ponderentur, & distinguantur dicta DD. in hac materia, clarè apparebit, nedum veriorum, sed magis com. opin. ut neque cum his clausulis valeat constitutum post mortem constituentis extendi, & quatenus esset magis cum opin. contraria, illam non procedere in casu nostro. Pro quorum intelligentia præmittam subscriptas conclusiones.
- 10 Prima conclusio, quod possessio defuncti per ejus mortem est mortua, & occisa, id est illam eandem in hæredem, vel alium tranferre est impossibile, quia nova acquisitione opus est per quam nova inducirur possessio, quia illa prima funditus suit mortua, & extincta, nec potest dici medio tempore conservata, ut ex l. cum hæredes. §. 1. his propriè verbis tradit Angel. in l. qui universus, §. quod per colonum, num. 2. ff. de acquir. posse.
- 11 Secunda, constitutum collatum post mortem ilius,

lius, qui se alterius nomine possidere constituit, nihil operari, non alia ratione, nisi ea, quam tradit Angel. in l. quamvis, §. si conductor, n. 1. ff. de acquir. possess. dum subjicit, quia dirigitur, in tempus mortis, quo defuncti possessio penitus est interempta, cum mortuus, qui alterius nomine necesse est possidere, ut constituto locus sit, possidere non possit l. 1. §. Scevola, ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. & sequitur Alexand. in d. §. si conductor, & Jaf. in l. quoties n. 17. C. de reivendic. Affl. dec. 335. n. 6. cum aliis per Tiraq. de jure constit. par. 3. lim. 1. cum seq.

12 Tertia, non solum constitutum non potest conferri post mortem, quinimò etiam si cœptum sit in vita per constituentem possideri nomine constitutarii, tamen per mortem constituentis extinguitur constitutum; eadem ratione impossibilitatis naturæ,

13 cum impossibile sit, constitutarium amplius retinere civilem, mortua persona constituentis, qui amplius non est in rerum natura Roman. conf. 189. in fin. cum aliis per Grat. conf. 63. vol. 2. hanc enim opin. expresse tenuit Ropb. cum in l. quamvis, §. si conductor. n. 1. vers. per hoc dicit, Angel. ff. de acquir. possess. cum ibi sequitur, & latè comprobat Clazd. Scyfel. ubi post quam firmavit, constitutum collatum post mortem illius, qui se alterius nomine possidere constituit, nihil operari, cum mortuus, quem alterius nomine necesse est possidere, ut constituto locus sit possidere non possit, l. 1. §. Scevola, ff. si testam. liber esse iuss. fuer. dicens communiter proba-

14 ri, subjicit hæc verba, & istud procederet, etiam si in tali constituto esset clausula ex nunc, prout ex tunc, & è copia, ex quo extremum, ad quod id est tempus, in quod confertur constitutum, non est habile per reg. quæ traditur in l. bonorum, ff. rem ratam baber. & ita dicit esse de mente Bart. & DD. in l. qui absenti, §. 1. ff. cod. sit. de acquir. possess. sequitur Hieronim. Grat. conf. 75. n. 6. ubi dicit, jure cautum non reperit, quod hujusmodi clausulae adjectæ in constituto operentur translationem possessionis, deficiente extremo habili in effientia, & hanc opinionem

15 contra opin. Alex. conf. 83. post num. 6. versic. confirmatur hoc amplissime, lib. 2. defendit Dec. conf. 246. in causa Magnifici Baroniis, num. 2. vers. nec obstat, & num. 3. ubi nuncupatim loquitur de hac clausula ex nunc pro tunc, & è contra, & iterum post num. 3. vers. quantum verò ad alia, ubi optimè fundat, non esse verum, dispositionem esse perfectam, sed effectum tantum suspendi, nec esse possibile virtute dictæ clausula retrotrahi extremum, ad quod penitus inhabile ad tempus contractus, & sequitur Ropb. in l. 1. n. 5. in fin. ff. de pign. relato Dec. in d. conf. licet falso ex impressoris vitio citet eum sub n. 232. quem

16 magis falso in substantia citat eum Tiraquell. pro contraria parte de jure constit. par. limit. 2. n. 15. & Dec. opin. probat etiam Natta conf. 189. num. 1. Albon. conf. 103. Sylvan. conf. 97. latissime, & juxta hanc opin. veluti magis comm. & veriorem refert Tbef. in Senatu Pedemont. dec. 38. n. 2. juncto n. 4. in fin. dicens rationes Decisi à DD. probabiliores judicari, eandemque opin. sequitur Alciat. conf. 75. n. 3. &

17 huic opin. non obstat doctrina Bald. in autb. contra cum rogatus; in princ. n. 1. & 2. C. ad Treb. & in c. 1. de milite vas. qui contra est, & ante ipsum Gloss. in verbo judiciam in fin. in l. 1. C. de codic. cum infinitis aliis congestis à Tiraquell. de retract. convent. §. 2. n. 87. quia Bald. & alii nihil aliud dicunt, nisi operari, ut præsens tempus trahatur ad futurum, vel futurum in præsens, & sic, ut unum tempus insit alteri,

ut eleganter tradit Sard. decis. 113. n. 10. & ut ait Bald. operator hæc clausula, ut conditio potestativa, quæ regulariter non retrotrahitur, retro fingatur ex pacto, sed id intelligunt, modò terminus ad quem sic essentialiter habilis, & grande istorum omnium doctrina temperanda est à theorica Bart. communiter recepta ferè ab omnibus in l. si is qui pro emptore, n. 7. vers. 18 expediti, & n. 52. & 55. ff. de usucap. quam frustra nititur ibi impugnare Jas. n. 344. abolutum est enim ut cum de uno disputatur, cætera omnia supponuntur habilia, alioquin plura specialia, pluresque fictiones concurrent contrareg. l. 1. cum simi. l. C. de dotis promiss. scilicet, quod transferretur vera possessio per actum factum, & quod futurum tempus inhabile traheretur in præsens habile, & sic ad producendum diversos effectus ad commodum unius, ejusdemque 20 personæ, quod Ius non patitur, etiam ubi specialitates manarent ex diverso fonte, ut latiū per Tiraquell. de jure constit. 2. par. ampl. 26. n. 8. 1. & 12. junctis his quæ idem Tiraquell. tradit de retract. convent. §. 2. gloss. unica, n. 78. & 88.

21 Secundo doctrina Gloss. & Bald. debet intelligi quoad dominium, non autem quoad possessionem, inter quæ in proposito maximam esse differentiam rationem, tradit per bellè Angel. in l. qui universas, §. quod per colosum, n. 2. ad fin. & in l. quamvis. §. 1. ff. de acquir. possess. & pulchram rationem diversitatis 22 inter dominium, quod potest considerari penes hereditatem representantem defunctum, secus autem in possessione funditus mortua, & perempta per mortem constituentis tradit Seycellus in d. l. quamvis, §. 1. cot. 2. versic. tamen substituendo, & ad hoc forte respxit D. Præf. de Franci. decis. 213. num. 1. dum nuncupatim de hac se loquens, non sine maximo mysterio dicit, fuisse habitum pro vero per utrumque Consil. virtute hujus clausulae, ex nunc pro tunc fuisse traslatum dominium, sed nihil de 23 possessione meminit, & proinde minus rectè autoritatem Dom. Præsid. pro se adducunt adversarii, cumulant ad id DD. congestos per Conf. de Anna conf. 1. num. 1. qui similiter de dominio, non de possessione loquitur, sicut perperam quoque citant pro se Affl. dec. 335. qui num. 6. & 10. indistinctè fundat, præcarium nihil operari posse quoad possessionem, post mortem, prout ad hoc illum citat Tiraq. de jure constit. 2. par. ampliat. 13. num. 2. ubi num. 1. & 2. reddit rationem, citans plura jura. Nec pariter obstat d. conf. Alex. 83. 2. volum. quia potest 24 resolvit, ut ad illud in specie respondit D. Loffred. conf. 9. n. 13. & 14. dicens Alex. loqui, ubi in contraria adjicitur clausula ex tunc pro nunc, quia eo casu tempus futurum mortis inhabile trahitur ad præsens tempus habile, secùs verò ubi clausula est adjecta per contrarium, ut in casu nostro, ex nunc pro tunc quia eo casu, tanquam collata ad tempus inhabile, nihil operatur, ut latiū per eum, quod est de mente Bald. & DD. supra allegatorum, hic autem non est dictum ex tunc pro nunc, sed solum ex nunc pro tunc. Et sic remanent pro contraria parte Negus de pign. in 2. memb. 2. p. n. 5. Castan. & Guido Pop. relatis per Tiraq. in d. 3. p. 2. lim. n. 15. quibus ipse non omnino accedit, dum se remittit ad dicta per eum in tract. retr. conv. §. 2. Gloss. unic. n. 88. ubi id dicit fieri per fictionem, ita ut planè appareat, prim. opin. esse communem: & quoniam hæc opin. temperari debet, ut 25 constitutarius etiam cum dicta clausula non dicatur post mortem constituentis possidere, sed possit tantum agere, ut in possessione immittatur, nisi aliud oblet,

obstat, ut declarant Menoch. de recuper. possess. rem. 14. num. 67. & Tbesaur. in dict. dec. 38. in fin. num. 5. de quo tunc erit agendum, cum adversaria hanc immisionem petet, quam hucusque non petit, ut evidenter pateat, in eum casum obstat exceptionem, quæ omnino adverlariam excludet, dico etiam, data pro vera opin. Negusant. quod clausula *ex nunc protunc*, operetur translationem possessionis ante mortem; tamen id declaratur primò procedere, modò contractus, non sit conditionalis, sed purus vel saltim conditio possit adimpleri ante mortem, sed hæc donatio est 27 conditionalis, si sine liberis donans decesserit, quæ est vera conditio *Gratus conf. 75. n. 3. lib. 2.* quod pluries est repetitum, quæ conditio, cum debat impleri in forma specifica, nec possit impleri, nisi omnino sequuta morte, & post obitum, non autem ante, nec etiam, cum mori incepit, nisi omnino anima à corpore sit separata, ut probat in individuo *Dec. d. conf. 246. num. 6. vers. ulterius*, & num. 8. vers. & *ex supradictis etiam Gozad. optimè conf. 99. n. 13.* & voluerunt etiam hoc *Signoroll. & Alex. in locis citatis à Tiraquell. de jure const. par. 2. ampliat. 17. n. 9.* & hanc opinionem se in dicto loco firmasse testatur idem *Tiraquell. in 3. par. 2. lim. num. 14. vers. sed tu bic vide*, quo tempore amplius constitutum operari non potest, rejecta opin. Oldrad. in *conf. 139.* quamvis eum sequantur *Alexand. conf. 83. num. 6. & 7. in 2. ubi Natta in addit. Claud. Scyfell. in l. quamvis, §. si conductor, ff. de acquir. possess. Hieron. Gab. conf. 141.* ubi latè in materia volum. I. *Natta conf. 453. num. 6. post Jasonem conf. 247. lib. 2.* cum quibus non omnino videtur consentire, *Surd. conf. 171. in fin. in 2. Paris. conf. 11. n. 102. & 104. lib. 1.* sequitur, ut in hoc casu, nec possessio sit penes D. Beaticem, nec competit ei actio, ut immittatur, præsertim, cum constitutum adjectum 28 contractui, conditionali, & ipsum sit conditio- nale, cum reguletur ab ipso, juxta notata per Bald. in cap. 2. de feudo dato in vicem l. commiss. & per *Alexand. & Jaf. in l. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. possess. aded*, ut potius tolerari debeat, ut constitutum superfluo sit appositum, quām, quod alteret principalem dispositionem, *Natta d. conf. 372. num. 13. & 16.* quod potissimum ea ratione comprobatur, quia cum conditio, si sine liberis, omnino exigat, ut mors sequatur, clausuia, vero *ex nunc protunc*, ut possessio transferatur ante mortem, qui sunt actus contrarii, & repugnan- 29 tes, quorum unus transfert possessionem, alius non transfert, de jure prævalet ille actus, per quem non transfert possessio, l. non solum, §. fin. ff. de usucap. cum aliis congettis per *Nattam conf. 372. num. 17.*

Secundò declaratur procedere, ubi ex actibus 30 subsequentibus contrariis, non sit à constituto recessum, ut hic evenit ex mandato facto per Principem uxori præsenti, & acceptanti, in quo paucis diebus ante mortem, illam constituit vicariam, & procuratricem ad gubernandum, regendum, & administrandum, etiam sequuto ipsius obitu omnes terras, & feuda, & præcipue Terram Bovolini, cum potestate substituendi, quod mandatum fuit ab ea acceptatum, eo que cōspit uti, ex quo videtur recessum ab ipso constituto, atque ita, quæ prius ex constituto, possidere poterat, tantum postea detinebit ex mandato per text. in l. si quis ante, ff. de

acquir. possess. juncta l. non solum, §. ultimo, ff. de usucap. cum separatim ab eodem sit constitutum, & mandatum, sive alius contractus inhabilis ad possessionis translationem, ut advertenter de more tradit *Tiraquell. de jure const. possess. par. 3. limit. 22. n. 2.* Nec prodesse potest reservatio jucium, 31 quæ pretenditur in mandato contineri, quia cum actus sit omnino præcisè repugnans, ex quo procurator alienæ possessioni ministerium præstat, l. i. §. per procuratorem, l. quod meo, §. i. & l. quarensdam, ff. de acquir. possess. non poterat simul, & semel possidere nomine alieno eandem rem, & nomine proprio, unde reservatio, quæ nihil reperit, quod reservet, nihil operatur, sicut nec protestatio contraria facta; siquidem certum est, hujusmodi di possessionem amitti facto, aut voluntate constitutari; interest enim, an solo animo quæsi a fuerit possessio, quod fit per constitutum, an etiam corpore per veram traditionem; priore siquidem casu, solo animo perditur, posteriore vero contraria, quia saltim illa asinina detentatio remanet, quæ per traditionem translata fuerat, cum sit meri facti, d. l. i. §. si vir uxori, ut doctiss. *Ant. Faber. latius explicat definit. 13. & 29. ad tit. C. de acquir. possess.* idemque in effectu, quod non requiratur alia retraditio, sed sufficiat mutuus consensus, voluit *Tiraq. post Alber. Fulgos. Cast. & alios, quos citat par. 3. limit. 29. n. 5. de jure const.*

## D E C I S I O.

**D**ie 15. Decembris 1612. referente D. Conf. nunc Reg. dignissimo Equite Calatravæ Ferdinando Brancia, junctis aulis, fuit decisum. Detur terminus juris in causa ad probandum incumbentia, & interim Ill. D. Beatrix Ursina Principissa Montis Caveosi manuteneatur in possessione Terra Bovolini, & omnium bonorum burgensaticorum remansorum in hereditate Principis Loffredi viri, & Alexander Loffredus desistat à turbationibus illatis in dicta Terra Bovolini, & restituat illud, quod forte exegit in terra prædicta, ut ex decreto continentis plura capita, & quoad bona Majoratus, eodem decreto provisum fuit, quod Alexander de Loffredo manuteneatur in possessione bonorum contentorum in Majoratu olim instituto à qu. Regente Sigismundo Loffredo (maximo illo J.C.) qui doctissima Consilia, & paraphrases feudales edidit, penes Magnif. Annibalem Cesareum Secretarium: Jo: Baptista Borellus Actorum Magister.

## S U M M A R I U M.

**D**ispositio, vel actus quilibet sit conditionalis, vel modalis, non ex verbis dignoscitur, sed rei effectus spectatur, quod declaratur, num. 2.

**3** Verba ea conditione, interdum modum important.

**4** Dic̄tio, si, quandoque non suspendit actum.

**5** Dispositio, at sit modalis, requiritur, ut quis gravetur aliquid facere post acquisitionem quibuscumque verbis concipiatur.

**6** Habilitas personæ, ut sit idonea, requiritur tempore nominationis, sive electionis facienda; aded at superveniens habilitas, sive idoneitas nihil proficit nominato, vel electo.

**7** Vasallus idoneus, scilicet Dominu acceptabilis, ille dic̄tur, qui est aptus, ut acceptetur, cum Domino mittitur, vel præsentatur, secundum declarationem Isern. qui debet esse acceptabilis, & non odiosus, sed gratus Domino.

**8** Actus, donec sequatur, confirmatio, remanet in pendenti, & in suspenso.

- 9 *Geminatio operatur, ut idoneitas personæ requiratur in supremo gradu.*
- 10 *Qualitas in primis probari debet, etiam in requisitis in gradu positivo.*
- 11 *Modus est moderatio quædam dispositioni adjœta, cum qui honoratur aggravans in tempus dispositionis perfectæ.*
- 12 *Modi natura est, ut post emolumentum quædam impleatur, quod ampliatur, num. 13.*
- 14 *Modus est iste, qui impletur, scilicet si expediat Domino: conditio vero impletur per modum exclusionis: quia si non impletur, excluditur ab initio contractus.*
- 15 *Dispositio, quando dicatur conditionalis, afferetur communis DD. distinctio.*
- 16 *Qualitas quando adjectur dispositioni, non potest in esse deduci ante implementum qualitatis.*
- 17 *Intellectus ad gloss. in l.2. ff. de in diem adiect.*
- 18 *Actus, ut non sit in suspenso; necesse est, ut præcedat disposicio pura, & postea apponatur conditio circa exequitionem, quod exemplis declaratur remissive.*
- 19 *Assensus fortior naturam dispositionis, super qua interponitur.*
- 20 *Legatum sive ab initio sub conditione fiat; sive purè factam sub conditione adimitur, idem est; quia semper est conditionale.*
- 21 *Differentia inter contractum, & ultimam voluntatem quoad impediendum effectum dispositionis; contractus enim purè celebratus statim producit effectum, cui conditio apposita non impedit nativitatem, sed resolvit: secus vero in ultima voluntate, quæ non statim fortior effectum, sed in morte.*
- 22 *Conditionis implementum præcedere debet in actu facto, & consumato, antequam vocatus consequatur commodum.*
- 23 *Conditio tacita resultans ex dispositione hominis, operatur eisdem effectus suspensivis, sicut expressa.*
- 24 *Dictiones omnes, & adverbia, ex quibus inducitur modus, sicut est dictio dummodo ut, & similis, cum demam important modum, cum adjectur dispositioni, aliquid, quod est explicandum per honoratum: secus verò, cum adjectur aliquid explicandum per gravatum, vel per aliud, vel pendet ex fortuna: tunc enim etiam per dictiones modales inducitur conditio, non modus.*
- 25 *Idoneus regulariter quis præsumitur, nisi contrarium probetur.*
- 26 *Clausula, quæ in materia beneficiali solet apponi, si est idoneus, potius facit admonitionem, quam conditionem: quæ tamen declaratur, num. 27.*
- 28 *Feudatarii idoneitas, vel habilitas potissimum in extrinsecis conficit, contentis in cap. 1. de forma fidelit. quæ explicantur.*
- 29 *Servitium in Regno præstatur in pecunia: quia est in electione Regis exigere servitum personale.*
- 30 *Habilitas, sive idoneitas intrinseca non præsumitur, ubi ex præcedentibus oritur sinistra præsumptio.*
- 31 *Fæmina non est idonea etiam in Regno, ubi quavis ex gratia sit admissa in uno: non propterea debet admitti in alio.*
- 32 *Præsumptio idoneitatis cessat, ubi de certis præjudicio agitur, vel ubi exigitur in supremo gradu; id est ad Regis satisfactionem, num. 33.*

### A R G U M E N T U M:

Agitur in re praesenti de Regis assensu, quando dicatur conditionalis, & quando modalis ad effectum suspensivum, & declaratur ferè tota materia dispositionis modalis, & conditionalis, tam circa contractus, quam circa ultimas voluntates, & de habilitate, vel idoneitate personæ, quo tempore requiratur? an tempore electionis in ipso actu, an vero sufficiat superveniens post actum.

**Pro eodem D. Alexandro Loffredo  
in eadem causa,**

### CONTROVERSIA XXVII.

Onderatis, & rectè perpensis verbis privilegii dispensationis concessæ Principi Montis Caueosii, illam continere conditionem suspensivam actus, non autem suisse modalem, vel puram resolvendam sub conditione, ex subscriptis apertissimè demonstratur.

- 1 *Et primò dico, veram esse, & com. resolutionem omnium, quod ad dignoscendum, an dispositio, vel actus quilibet sit conditionalis, vel modalis, non est facienda vis in verbis, sed rei effectus est spectandus, qui, ut regulariter in omnibus, præcipue tamen in hoc debet considerari; si enim, quod in actu exigitur, prius debet impleri, quam quis emolumentum consequatur, tunc est conditio ab effectu, quia prius impleri debet, secus autem, cum alicui emolumentum conceditur, ut postea aliquid faciat, quia tunc ab effectu dicitur modus, & non conditio, & ob id verba ea conditione, interdum important modum Bart. in vulg. §. termelius, n. 5. vers. quid si testator, l. quibus diebus, ff. de condit. & demonstr. & sic contradicuntur, quandoque non suspendit ita Buxr. conf. 49. Alexand. conf. 119. col. 2. lib. 1. Dec. formaliter in l. cum nota, n. 6. vers. unde vera, G. de transact. Cravett. conf. 59. n. 1. Natta conf. 373. n. 28. Menoch. conf. 131. n. 3. lib. 2. ad hoc igitur, ut dispositio sit modalis, requiritur, ut quis gravetur aliquid facere post acquisitionem quibusunque verbis concipiatur dispositio, ut latissime per Menoch. conf. 262. num. 9. & 10. lib. 3. D. de Francb. dec. 262. n. 5. & 6. unde cum in privilegio concedatur, dispositionem fieri in personam idoneam, & ad Regis satisfactionem, & ex juris dispositione, dum in aliqua persona requiritur habilitas, sive quod sit idoneus, id necessariò exigitur, ut talis sit tempore electionis, sive nominationis, id est, ut superveniens, habilitas, sive, ut ita dicam idoneitas nihil prodeesse possit taliter nominato Panorm. in cap. dudum, el primo, in antep. not. de electio. Dec. in cap. postquam, n. 13. eod. tit. Brix. q. 2. n. 3. cum aliis per Lambert. de jure patron. art. 1. lib. 2. n. 3. igitur clarè patet, verba hæc importare conditionem, non modum, cum id exigatur necessariò ante actum, sive in ipso actu nominationis, non autem post actum, & hoc est, quod in terminis nostris, auctoritate Isern, in cap. 1. n. 14. vers. sed facit hoc tex. de Capitan, qui cur. vend. in §. sed utrum in fin. per quos fiat investit. & in cap. Imper. §. firmiter, tradit ibid. Camer. fol. 92. col. 3. in fin. & 4. per totam dum explicat, quod vasallus idoneus, seu acceptabilis Domino intelligi debet, id est aptus, ut acceptetur, ut ibi per Camer. & sic cum mittitur, sive presentatur Domino, ut ait Isern, debet esse acceptabilis, & idoneus, id est non odiosus, sed gratus Domino, ne ut cum is, qui displicet, mittitur, irati animus ad*

- ad deteriora provocetur, & sic cum haec qualitas requiratur in ipso actu nominationis, omnino importabile conditionem, non modum, cum ex his ne-  
 8 dum nihil sit postea implendum, sed nec impleti possit ex praedict. & interim, donec sequatur confirmatione, actus est suspensus, & in pendenti, l. duo iudices, ff. de re judic. l. fin. ff. comm. præd. Cephal. conf. 18. n. 3. lib. 1. augetur motivum, cum verba sint geminata scilicet in aliam personam idoneam, & ad 9 nostram satisfactionem, quæ geminatio operatur, ac si idonitas requereretur in superlativo, & in supremo gradu, ut per Everard. loco à vi comparat. & ad vi gemin. quo casu dispositio non potest in esse deduci, nisi ante omnia constet, personam de cuius habilitate agitur re vera esse omni exceptione majoritatem, & nihil contra ipsam opponi posse, & sic in primis haec qualitas probari debet Bar. in l. 1. §. si quis negat, ubi Angel. & alii, ff. quemadmodum testam. oper. cum aliis per Gratian. conf. 2. num. 35. lib. 1. id que procedere etiam in idoneitate requisita in gradu positivo, probat Corneus conf. 76. c. 4. post med. verf. omittit quod, lib. 3.
- 10 11 Præterea modus est moderatio quædam dispositio-  
nem adjecta, eum qui honoratur aggravans in tem-  
pus dispositionis perfectæ secundum Bart. in dicto.  
§. termilius, num. 1. qui ideo adjectum in tempus dis-  
positionis perfectæ, ad differentiam conditionis, quæ  
debet impleri, antequam dispositio sortiatur effec-  
tum, ut in l. quis heredi, §. fin. ff. cod. c. 1. & iterum  
12 n. 7. dicit de natura modi esse, ut post emolumen-  
tum quæsitionum impletatur, & n. 15. verf. natura enim  
modi, ampliat, ut nisi prius emolumentum quis  
consequatur, non possit modus impleri, & tradit  
exemplum, promitto tibi centum, ut fundum emas  
Titio, vel ut domum reficias certè de necessitate ages,  
prius ad centū, præstata cautione de modo imple-  
ndo, at hic de natura rei potest, quinimò debet prius  
adimpleri qualitas, quod sit idoneus, & ad satisfa-  
ctionem Regis, qui si non sit talis, non potest post  
depositionem per cautionem effici idoneus, ergo, nō  
13 14 est modus, sed conditio; modus enim est ille, qui  
impletur per viam compulsionis, scilicet, si expe-  
diat dominio, sed conditio impletur per modum  
exclusionis, quia si non impletur, excluditur ab ini-  
cio, & exordio contractus, Bald. in c. dudum il secon-  
do, n. 27. de electio. Menocb. d. conf. 131. n. 1. lib. 2.
- Secundò principaliter DD. in hac materia distin-  
15 guunt communiter, quod aut qualitas apponitur in ipsa dispositione, vel etiam circa perfectionem, &  
substantiam dispositio-  
nem, & tunc efficitur dispositio conditionalis, aut praecedit dispositio pura, &  
postea circa exequutionem adjicitur conditio, & nō  
redditur substantia conditionalis, ita Bar. Bart. Paul.  
& alii ibi, d. l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de con-  
16 dit. & dem. & ratio est, quia cum qualitas adjicitur dispositio, non potest inesse deduci ante implementum qualitatis, l. obligationum ferè, §. conditio, ff. de actio. & obligat. secus verò, ubi praecedit dispositio pura, sed resolvenda sub conditione adjecta ex post, quia interim dispositio valet, nec est in suspen-  
17 so, & ita procedit Gl. valg. in l. 2. ff. de in diem ad-  
iect. ut declarant benè Soccin. in d. §. quidam num. 4.  
Natta conf. 372. n. 8. Menocb. d. conf. 262. Cognol. in  
d. l. in omnibus n. 21. Dom. Reg. Lanar. conf. 62. n. 2. &  
3. & ratio est quam tradit Alber. in l. 3. ff. de contr.  
empt. & in d. leg. 2. ff. de in diem adiect. quod cum  
adjiciuntur verba resolutiva, sine dubio venditio  
est perfecta, alias non posset resolvi, & ut ait Castr.
- 18 in d. §. quidam Titio post num. 3. ut actus non sit in suspenso, necesse est ut præcedat dispositio pura, & postea circa exequutionem apponatur conditio, & tunc non redderetur substantia conditionalis, quod exemplis declarant Natta conf. 473. num. 24. & 25. & Lanar. conf. 73. num. 11. & 12: unde cum hic non præcedat dispositio pura, sed qualitas adjecta sub una verborum structura respiciat substantiam dispositio-  
nem, necessariò erit judicanda conditionalis suspensiva, sed & si in casu nostro qualitas non esset adjecta circa substantiam dispositio-  
nem, sed circa exequutionem ipsius, cuius contrarium verba privilegii clare demonstrent, tamen cum hic agamus de assensu super testamento, nam pro hu-  
jusmodi dispositio-  
nem testator usus fuit dicto privilegio, & ad eam applicavit assensum, sequitur per  
19 necesse, ut hujusmodi assensus, qui sortitur natu-  
ram dispositio-  
nem, super qua interponitur, argu-  
mento l. fin. C. de non num. pecun. quam ad hoc citat Frecc. lib. 2. §. pluribus ante modis, n. 69. sit indistincte censendus conditionalis, siquidem in ultimis voluntatibus, sive à principio sub conditione legatur, si  
20 vè pure legatum sub conditione admittatur idem est, quia semper est conditionale, ut declarat eadem Gl. in verb. conditionalis, in fin. in d. l. 2. ff. de in diem adiect. cui adversarii innituntur, & ratio diversitatis  
21 est, quia contractus pure celebratus statim producit effectum, ergo conditio apposita non impedit nativitatem, sed resolvit; at ultima voluntas non statim sortitur effectum, sed in morte, unde conditio resolutiva reperitur eodem instanti concurrere cum actu dispositivo, & sic impedit nativitatem, & originem effectus, ut post Bald. & Bald. formaliter explicat Castr. num. 4. in fin. in d. §. quidam Titio, quacunq; igitur se vertatur pars conditiones hic adiectæ erunt suspensivæ, non autem resolutivæ, & sic in totum erit actus suspensus, ac si assensus non fuisset concessus, cum implementum conditionis  
22 præcedere debeat in actu facto, & consumato, an-  
tequam vocatus consequatur commodum, ut ex Bal.  
& aliis præbat Card. Puris. conf. 19. n. 49. & 50. lib. 2.  
Menocb. conf. 131. num. 4. verf. conditio verd., lib. 2.  
& de præsump. lib. 5. cap. 175. num. 11. in fin. Nec  
23 ex eo, quod conditio tacite resultet, vel colligatur ex dispositio-  
ne hominis, minus operatur, sed eodem effectus suspensivos producit, sicut expressæ  
Gloss. in l. item, §. fin. in verb. male petitur, ff. de pa-  
Etis, Bart. & Bald. in l. 1. numer. 14. C. de cadac. toll.  
Paul. in d. §. quidam Titio, n. 5. Lanar. conf. 55. n. 16.  
Cognol. in l. in omnib. 13. n. 20. in fin. ff. de reg. jur.  
24 Tertia, & tandem, omnes dictiones, & adver-  
bia, ex quib. inducitur modus, sicut est dictio (dum-  
modi. ut & similes, ita demum important modum, cum adjicitur dispositio-  
ni aliquid, quod est explicandum per honoratum, & ita loquuntur omnes leges, quæ tractant de modo, secus verò cum adj. citur ali-  
quid, quod est explicandum per gravatum, vel per  
alium, vel pendet ex virib. fortunæ, tuuc enim etiam per dictiones modales inducitur conditio, non mo-  
dus l. stich. ff. de status liber. l. à testatore, ff. de condit.  
& dem. Bart. comm. receptus in d. §. termilius post  
num. 2, ergo etiam si in hoc privilegio, seu dispe-  
satione Rex fuisset usus verbis importantibus mo-  
dum, cum nihil adjungeret implendum per futurum  
successorem nominandum, quæ est persona hono-  
rata, in cuius beneficium tendebat dispensatio, sed  
potius per Principem gravatum, seu qui alterius  
loco habetur, ut disponeret in personam idoneam,  
& ad

- & ad Regis satisfactionem, ex hoc etiam condit io, non modus inductus censeri debet, quibus non obstat si dicatur, quod regulariter quis presumitur esse idoneus, nisi contrarium probetur *c. dudum*, quod est *c. fin. ubi Felin. latè de præsump. & proinde in materia beneficiali clausula, si est idoneus potius facit admonitionem, quam conditionem, ut ex *Otrad. conf. 41. tradit Alciat. de præsum. reg. 3. c. item 3.**
- 27** Dicimus enim primò hanc præsumptionem procedere quoad mores, & idoneitatem intrinsecam, secus verò in idoneitate extrinseca *Gloss. in c. si forte de electio. in 6. cum aliis per Alciat. d. loco in fin. Menoch. de præsump. c. 91. n. 15. in fin. & seq. & proinde hujusmodi clausula, hoc casu importabit conditionem *Mascard. de probat. c. 878. n. 4.* unde cum 28 feudatarii habilitas, & idoneitas potissimum in extrinsecis consistat in illis sex contentis in *c. 1. de forma fidel. & in c. de forma 22. q. 5.* & ultrà ea in praestando auxilium, & consilium domino, ipsumq; periclitantem adjuvare, nec derelinquere *c. 1. bic finit. lex*, idque procedit etiam in regno quamvis servi-  
tium praestetur in pecunia, quia est in electione Regis exigere servitium personale, ut per *Isern. in cap. similiter, de cap. Corrad.* & in *§. sed nec alia, qua sit prima causa benef. amitt. sequitur, ut hæc extrinseca habilitas non præsumatur.**
- 30** Secundò, neque intrinseca habilitas, sive idoneitas præsumitur, ubi ex praecedentibus oriretur sinistra præsumptio, *Bald. in l. 1. ante fin. n. 9. C. si quis omis. causa, Mascard. d. loco num. 1. quam hic intercedere comprobari potest ex traditis per Frecc. lib. 2. q. 23. per totum, & ex eo etiam, quia tanquam 31 foemina non est idonea etiam in Regno, ubi quamvis de gratia sit admissa in uno, non propterea debet admitti in alio, ut dicit *Lanar. conf. 1. num. 45. ante fin.**
- 32** Tertiò non procedit idoneitatis præsumptio, cum agitur de tertii præjudicio *Panorm. in cap. cum in jure 1. not. de offic. deleg. Mascard. d. loco num. 5.* ut hic evidens refutaret agnatorum præjudicium, quod in hac materia ne excludantur à successione feudorum est maximè considerandum ex traditis à *Cacheran. decis. 166. n. 10. & 11.*

Et quartò tandem hic, nemum personam esse idoneam, sed ad Regis satisfactionem exigitur, & sic idoneitas in supremo gradu, quo casu non sufficit præsumptio, ut supra dixi, & comprobat *Mascard. ubi supra num. 6.* & proinde remanet assensus omnino suspensus, & in pendentia, ut per *Cognol. in d. l. in omnibus. n. 28.*

### D E C I S I O.

**E**odem decreto lato referente D. Ferdinando Brancia nunc meritissimo Reg. & Duce de Belvedere, junctis aulis 15. Decembris 1612. fuit decisum quo ad hoc caput ex voto D. Alexandri Loffredi, his verbis, Terra Montis Caveosi sequestretur penes personam declarandam per Sac. Cons. usque ad declarat. onem faciendam à S. Majestate, servata forma privilegii in actis producti, & interim fructus terræ predictæ Montis Caveosi liberentur cui per Sac. Cons. declarabitur partibus auditis, penes Burrelli. Verum, quia Alexander sua jura proponere non curavit apud curiam S. Majestatis ad ejusmodi gratiæ exequutionem impediendam, ut necesse erat; insigni ac ejus negligentia factum est, ut Princeps ipse enixe gratiæ effectum procurans, orto à S. Majestate ordine de gratia exequutioni demandanda, voti

compos esset, ut ex litteris expeditis Madriti 8. Februarii, exequutis Neap. 31. Martii 1613. in process. car. 158. & decreto 27. Aprilis ejusdem anni junctis aulis eodem D. Brancia referente provisum, stante privilegio confirmationis, & approbationis S. Majestatis in actis exhibito, sequestrum ordinatum fieri sub die 15. Decembris 1612. tollatur, & D. Beatrix manuteneatur in possessione dictæ terræ, & terminus alias datus currat ab hodie, car. 166. à tergo.

- S V M M A R I U M.**
- 1 Res empta ex pecunia mea, vel communi nomine alterius tantum non efficitur mea, vel communis, & acquirens communicare eam debet, vel partem pecunia reddere, secundum diversas opiniones.
  - 2 Actio potius acquirenti queritur, quam ei cuius contemplatione fuit quaestiva.
  - 3 Veritas potius, quam scriptura spectanda in contractibus, quæ probari possit à priori, & posteriori, vel à priori, & posteriori simul n. 4. & 6. cui incumbat onus probandi, n. 5.
  - 4 Simulatio contractus probatur ex contractu praecedenti, & sequenti, licet magis ex praecedenti.
  - 5 Procuratio irrevocabiliter in rem propriam solita fieri per emptorem feudi de aliena pecunia, promissione disponendi ad illius requisitionem in ipsum, vel alios recognitio denominatur.
  - 6 Emptor feudi cum aliena pecunia, et si constitutas procuratorem irrevocabilem in rem propriam dominum pecunia, cum promissione disponendi ad illius requisitionem; dominum tamen feudi sibi ementis non alteri querit.
  - 7 Simulatio contractus emptionis feudi de propria pecunia sub nomine alterius non est reprobata.
  - 8 Feudi dominium emptum de propria mea pecunia sub nomine alterius ita illi queritur si ab initio actum est.
  - 9 Emptio fiduciaria, & imaginaria regulatur a causa, & verisimili intentione contractuum.
  - 10 Dominium reiterato non queritur etiam ex diversis causis, secus posse.
  - 11 Dominium idem directum, nec utile potest esse penes duos in solidum eodem tempore.
  - 12 Dominium non potest stare in pendentia, nec volare per aer.
  - 13 Hypotheca non cadit in re propria, nec res aliena obligari potest.
  - 14 Rigor in feudi versatur.
  - 15 Peudum de cuius pecunia emptum sit non consideratur, sed tantum persona in quam dominus consentit.
  - 16 Jus quæsumum super feudo facto Regis lex Romana non destruit.
  - 17 Hypotheca super feudo, vel quilibet actio est feudalis, & contraria opinio est rejecta, n. 22. & 24.
  - 18 Promissio de vendendo, vel dispensando de feudo sine assensu non obligat promittentem, & contraria opinio Afflitti est damnata, & n. 21.
  - 19 Incapax ad successionem feudi quilibet dicitur præter immediatè successorem etiam quoad actionem ad feudum, & exercitum.
  - 20 Secundogenitus pars præsii competit in emolumento actionis ad feudum.
  - 21 Primogenitus cogitur per secundogenitum ad exercendum

- cendum actionem ad feudum ad finem partiendi emolumentum.
- 29 Testator legitimū successorem in actione ad feudum directo, ipsa actione, & exercitio privare nequit, sed bene commodo pretii, & pecunia, quia feudalis judicatur illa actio, secus emolumentum.
- 30 Pecunia ex retractu actionis ad feudum perveniens burgensatica judicatur.
- 32 Actio hypothecaria est sequela, & pedissequa personalis, nec ad plus datur fructuosam tamen eam facit, & utilē.
- 33 Actio personalis, quoad pretium, & commoditatem feudi non tangit feudum, nec constituit jus reale super illo.
- 35 Actio directo competens ad consequendum corpus feudi in omnibus verò, & propriè diadicanda est feudalis.
- 36 Fictus casus, & verus & quisparantur, quando casus fictus resolvitur in ipsam veritatem, & n. 37.
- 38 Heredum appellatio in materia feudali, non transmissibili ad extraneos extranei non comprehenduntur.
- 39 Legato feudo, an debeat extimatio.
- 40 Hæres institutus in feudo, si non potest habere feudum, neque habet extimationem.
- 41 Assensus denegari solet de stylo Cancellariae Regis nostri dispositionibus patris, de feudo hereditario ad libitum alienari permisso, quando filii non extant, et si fuerit praestitus ex classula salvo jure tertii dispositionem annullari potest, & n. 42.

## ARGUMENTUM.

Dominium feudi empti ex aliena pecunia, an possit dominio pecunie aliquo modo queri? actio quæsita dominio pecunie cogendi emptorem feudi ad disponendum de illo ad ejus libitum, an sit diadicanda feudalis, & in ea ipiusque emolumento quis succedat, hæres in feudo ne vel potius in alio?

## Pro eodem D. Alexandro Loffredo in eadem causa.

## CONTROVERSIA XXVIII.

**D**euobus quæritur in præsenti controversia. Primo utrum dominium Terræ Sanctæ Lucæ potuerit aliquo modo queri Marchioni Bovalini ex contractibus, & declarationibus factis per D. Hieronymum Marchesio de quibus in nota facti. Secundo utrum, saltim actio quæsita Marchioni cogendi D. Hieronymum, sive D. Annam si iam ad disponendum de dicto feudo ad ejus libitum, remansa post mortem Marchionis in ejus hereditate sit diadicanda feudalis, ita ut in ipsa succedere debuerit Dom. Alexan. Loffredus ejus frater, & immediatus successor in feudalibus.

Et tertio incidenter est videndum utrum effetus, & emolumentum oriens ex hujus actionis exercitio, cedere debeat ad commodum heredis in feudalibus, vel potius in beneficium heredis in allodialibus, sive burgensaticis.

Circa primum punctum pro veritate respondendo, salva pace doctissimorum collegarum, arbitror juxta vera juris principia, & digestas in praxi decisiones, dominium feudi soli D. Hieronymo Marchesio, non autem Marchioni fuisse qualitum, & con-

- trarium afferere esse merè somnium vigilantium; si quidem de jure verissima est propositio, quod res quælibet empta ex pecunia mea, vel communis, nomine alterius tantum, non efficitur mea, nec communis, sed ejus solius, cuius nomine empta est, sed acquirens, vel communicare debet secundum quosdam, vel partem pecunie tantum reddere secundum alios, l. si quis societatem, l. sed et si socius, & si absens; l. actione, & diximus, l. si unus, & si unus, ff. pro socio, l. si et proponis, & l. si ex ea C. de rei vendic. l. si patruus C. comm. utriusq; jud. cum infinit. congestis per Tiraq. in 1. ret. §. 32. glof. unica. n. 17. vers. nec deniq; res, & Mascard. de probat. cons. 53. n. 5. & in acquirenda actione, quod illa potius queratur ei, qui acquirit, quam illi, cuius contemplatione res geritur, cum in contractibus potius factum, quam contemplatio attendatur ex Bald. & Cravet. D. de Franch. dec. 33. in princ. & licet in contractibus rei veritas, potius quam scriptura perspici debeat, ut dicit Imper. in l. 1. C. plus valere, quod agitur, ubi Accur. advertit, Imperatorem præmittere aphorismum generalem, speciam postea subjicens, idque probari posset à priori, à posteriori, & à priori & posteriori simul, si probetur, quod per prius ante instrumentum erat actum, quod vir esset emptor, & quod poneretur simulatè nomen uxoris in instrumento l. 4. & si ab ignoto, ff. de manu miss. vel si post contractum uxori recognovit veritatem, quod ab initio ita voluerunt, ut viro quereretur dominium, ut latius explicat Bal. in l. multum istorest post n. 2. C. si quis alteri, vel sibi, quæ propriè dicitur simulatio de persona ad personam cum alijs sit simulatio de causa ad causam, & in quæstione facti per judicem examinanda consistit l. 2. cum gloss. ult. C. plus valere, quod agitur, Mascard. conclus. 446. in princ.
- Aded, quod hoc asseveranti incumbat onus probandi ita actū esse à principio l. cum propria, ibi docenti tibi veritatem precibus suis affistere, ubi Glos. verbo docens, subdit, quod oportet te facere, cum factis sit pro ea instrumento containeris causa emisse, ut bic & sup. de probat. l. cum præcibus citans alia jura, C. si quis alteri vel sibi, quod latius tradunt Sol. & Cast. in l. multum, & Bal. in l. 1. C. plus val. quod agitur.
- 6 quod perpetuum est, ut contractus simulatio probetur ex tractatu præcedenti, & sequenti, licet magis ex præcedenti, ut latissimè per Tiraq. in 1. ret. §. 1. glof. 14. n. 22. cum seq. Masc. conclus. 442. n. 11. & 12. Attamen in præsenti casu, tantum abest, ut ex actis gestis non probetur actum esse, ut Marchio esset emptor, quinimò oppositum ex diametro, scilicet totum hoc actum esse, ut dominium non sibi, sed Hieronymo quereretur, hæc enim, & non alia fuit nec potuit esse intentio, & finis Marchionis, dum noluit ipse emere, sed quod Hieronymus esset emptor, ut Hieronymo dominium feudi quereretur, id hoc enim fuit ad inventa cautela a peritissimis nostræ Civitatis superioris etatis advocatis, ut illi, qui liberiscarent exteri, vel alijs personæ, quæ de feudis liberè disponere nequeunt, obstantibus Pragm. 4. & 16. de feudis, vel nolunt jus aliquod acquiri eorum successoribus, procurent ab aliis successores habentibus, feuda emi de propria eorum pecunia, cum solita potestate, & mandato ad jurisdictionē administrandum, feuda regendum, & fructus percipiendū, tanquam procuratores irrevocabiles in re propriam, & cum promissione ad eorum requisitionem disponendum in ipsos, vel alios, quam recognitionem dicimus, prout sic in proposito eam nominat Bal. in l. 1.

l. i. num. 12. C. quando liceas ab empt. disced. ex qua usitata forma contrahendi constat tantum abesse non agi de acquirendo dominio illi, de cuius pecunia feudum emitur, ut per hunc contrahendi modum nullus alius finis prætendatur, nisi ut dominium non acquiratur, nec emptor censeatur pecunia dominus, sed alter extraneus feudum de aliena emens pecunia efficiatur dominus, & super hoc impetratur assensus, quem constat regulari ab actu, super quo interponitur, alioquin cautela hæc pro�us inutilis esset, si dominium ex hujusmodi forma contrahendi quæreretur alteri, quam ementi, imò contrarius intentioni contrahentium sequeretur effectus, quia fiscus ob mortem domini pecunia, sine successore, vel agnatus persepe contra ejus voluntatem feudū vendicaret, quod plane esset absurdum, nec aliquando practicatum meminimus, nec fiscum simile quid pretendisse, quem id omnissse si ei competeteret, cum saccus dicatur, ad tradita per Brison. de verb. signif.

9 l. 6. v. Fiscum, non est verisimile, hæc enim simulatio, cum à jure non sit reprobata, quia non fit in fraudem, nec ad præjudicium alterius, principali proposito attento, ut per Alex. conf. 98. lib. 7. ubi citat Bar. in l. fin. C. plus valere, quod agitur, & in cons. factū tale est Petrus Nicolæ, regulatur à causa, & intentione contrahentium, sive ex fine quem prætendunt, & sic ita nomine alterius accommodatum in contractu non impedit, quin dominium queratur illi, de cuius pecunia fit emptio, aut in cuius commodum cedit contractus emolumentum, si hoc inter partes fuit actum, ut verus emptor esset ille, qui pretium numeravit non aliter, quia ab initio dici debet, quod velint partes contractum esse simulatum, notat. Bal. in l. 1. vers. illud tamen, C. si servus extero, ex tez. in l. 4. §. si ab ignoto, ibi, ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria fiat emptio, ff. de manum, plenè in puncto Decius in solemani conf. 543. in casu proposito ex n. 14. & n. 18. cum seq. tradens exemplum fiduciariæ hoc egit ab initio, ut alter suo ipsius pecunia domini nomine prædium emeret, & postea possedit, & fructus perceperit, ut dominus, quod protestatio præcedens totum faciat in hac simulationis specie post Bald. Cepol. & alios latè Mascar. conclus.

11 440. n. 6. & 7. unde cum hæc fiduciariæ, & imaginariae emptionis materia reguletur à causa, & verisimili intentione l. pupillus, §. sed, et si per interposic., ff. de aur. b. tutoriæ, Crav. conf. 156. n. 11. & 12. Mascar. afferens concor. concl. 442. n. 2. & 3. & conclus. 440. n. 9. & hic nedum ex verisimili mente, sed ex voluntate apertissimis verbis expressa, constet omnino voluisse dominium radicari in personam Hieronymi, quod ita demum voluisse transferri in Marchionem, ubi Marchio instetisset, & declarasset træsferri dominium in ipsum, vel alium eius nomine, & interim remanere dominium pœnes Hieronymum, ut legitur in declaratione f. 44. ex hoc solo manifestissime patet, D. Sigismundum Marchionem noluisse dominium interim acquirere, tum quia Hieronymus non potuisset transferre, quod non habebat, argumento l. nemo plus juris de reg. jur. tum etiæ, quia Marchio si semel ab initio esset effectus dominus, non potuisset iterum effici dominus, cum dominii acquisitione non sit reiterabilis etiam ex diversis causis, quod in possessione fecus contigit, nec dominium idem, scilicet directum, nec utile potest esse pœnes duos insolidum eodem tempore l. ser. in cap. 1. n. 10. de cap. Corrad. Surd. decis. 288. n. 22. Amed. de Ponte de laudim. q. 24. Ant. Quetta conf. 6. n. 10.

Petr. de Gregor. de concessi. feudi par. 1. qu. 3. Hartm. 14 Pistor. lib. 2. q. 25. & quia dominium non potest stare in pendenti l. sive posseditis, C. de prob. l. si ego, ff. de negot. gestis Aldob. in addit. ad gloss. in verb. acquir. in §. 1. inst. de his, qui sunt sui, vel alien. juris, Intrgl. de feudis part. 2. cent. 2. n. 140. idcirco dubitari non potest, omnino fuisse Hieronymo quæsumum, quia non potest volare per aer. iuxta l. si ego ubi gloss. & DD. ff. de negot. gestis, quod luce meridiana clarus apparuit ex clausula adjecta in instrumento prædicto f. 47. vers. in super, in qua pro observantia dicti contractus, & omnium, & singulorum in eo contentorum, dictus Hieronymus obligavit, & hypothecavit in specie dictam terram, ejusq; corpore, & membra burgensis, & feudalia, una cum iuribus acquirendis ex causa emptionis prædictæ, cum ejus jurisdictione, & integro Statu, taliter quod preferatur, ex quo solo, si aliq; deessent clausulæ, apparuit Marchionem noluisse dominium acquirere, sed illud acquiriri Hieronymo cum alias in re propria 15 non caderet hypotheca, l. neque pignus ff. de reg. iuris, nec res aliena obligari potest, l. rem alienam ubi Gloss. ff. de contrab. emptio. & sic concurrit impossibilitas ex utraque parte, ut in puncto arguit D. de Francb. decis. 506. n. 12. & 13.

16 Accedat etiam, quod in feudis in quibus rigor versatur Camer. in l. Imper. cap. 49. col. 1. quoad acquisitionem dominii rei, nihil penitus est in consideratione de cuius pecunia emptum sit feendum, sed tantum persona in quam dominus consentit, ut docuit Dom. meus Regens de Carte in 1. p. de feudis, c. 14. n. 104. & ratio est, quia nihil agitur fine assensu domini, qui licet, respectu alienantis, vel obligantis tollat obstaculum, respectu tamen acquirentis 18 ipse Rex videtur dare, & conferre, unde cum ius acquiratur super feudo facto Regis concedentis, non permittitur, quod lex Romana destruat ius causatum in feudis, ut sit in allodialibus ubi liberè disponitur, ut considerat in simili Conf. de Georg. d. alleg. 18. n. 30. 31. & 32. in fin.

19 In secundo articulo, tametsi Scard. de feudis, par. 7. cap. 2. n. 26. vers. decimo is cui feendum, cum seq. voluerit, quod hypotheca super feudo non sit feudalis, sed allodialis, & hereditaria, ut ipse loquitur, & ideo inferat, posse liberè de ea disponi, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, rationibus, quæ apud ipsum legi possunt, & Affl. qui interdum in feudis obdormivit in Const. Constitut. diva memoriae, n. 31. 20 dixerit, promissionem de vendendo, vel disponendo de feudo obligare permittentem sine assensu, quasi consistat solum in jure personali à feudo abstracto, vel separato, attamen sicut communiter est in regno damnata opin. Affl. per Prec. Minad. Lofred. & alios relatos per Dom. de Franc. dec. 48. & D. de Pont. de pot. Proregis, sit. de assens. super dote, §. 1. 22 n. 34. & 35. Ita non minus est rejecta opinio Scbr. dum communiter nostri DD. firmant hypothecam super feudo vel quamlibet actionem ad feendum judicari feudalem ex generali regula ex qua actio sortitur naturam rei, ad quam dirigitur ex cumulatis per D. de Franc. dec. 41. dec. 75. n. 3. 4. & 5. & iterum dec. 593. & in addit. ad dictum dec. 48. ubi ita pluries in causis arduis decimum refert, & multis cōprobant, quinimò idem Scbr. latè alibi contrarium defendit, ut etiam actio ad feendum, vel ratione feudi, tanquam ad rem feudalem destinata, feudalis efficiatur, iuribus, & rationibus, de quibus per eum par. 10. sect. 5. à n. 54. ad 62. & iterum n. 68. quod latius

latius doctissimè vivis rationibus , comprobat in hypotheca *Cannet*.in extrau. *Sicilia*, volentes, §. sed opere pretiam est, car. 30. attamen , licet actio , vel hypotheca super feudo sit feudalis quoad acquisitionem,& sic succedat in ea primogenitus tantum qui 25 de jure feudorum succedit in feudis , quia omnis præter proximè,& immediatè successorem , dicitur incapax ad feudi successionem , ex traditis post Feudistas per *D. Georgium alleg.* 18.num. 19. & 20. quod pariter in puncto procedere etiam quoad succeden- 26 dum in actione ad feudum, & in exercitio, quia ne-  
mo præter legitimū successorem potest actionem ad feudum exercere, docet *D. de Francb. d. decis. 41.* & 75. num. 4. de *Ponte de potest. Pro reg. de refut.* feud. §. 11. num. 26. in fin. respectu tamen emolumen-  
ti, sicut in eo, quod ex actione feudali pervenit, suc-  
cederent omnes filii vogati ex dispositione juris ab in testato, qui licet excludantur à successione, & exer-  
citio actionis , non excluduntur tamen ab emolu-  
mento ipsius actionis, & proinde in eo tanquam in  
27 feudo noviter quæsito competit secundogenitis  
pars pretii, quæ ex regula collationis pertinet ad se-  
cundogenitos juxta notata per *Ifern.* in 1. *Imperia-*  
*tem*, §. præterea *ducas*, in 2. addit. de *probib. feud.*  
*alien. per. Feder.* & ob id possent cogere primogeni-  
tos, ut agat ad finem partiendo emolumensum, quod  
ex actionis exercitio pervenit , ut in puncto tradit-  
28 *D. de Francb. in dict. decisionibus 41. & 75.* ita par-  
ter hæres universalis ex testamento , in cuius be-  
neficiū potuit testator disponere , & relinquare  
actionem etiam feudalem quoad effectum, & ipsius  
emolumenteum etiam integrum, ex quo ex testamen-  
to cessat collatio, *autb. ex testamendo*, *C. de collatio*,  
& consequenter solutio partis pretii , quæ ex regu-  
29 la collationis deducitur, licet non potuerit testator  
directò privare legitimū successorem ipsa actionis  
successione, & exercitio, potuit tamen private illum  
commodo pretii , & pecunias , quod ex retractu  
30 actionis pervenit in hæreditate , quod quidem non  
est feudale , sed burgenfaticum , probant *Ifern.*  
*Affl. &c.* & alii relati per eundem *D. de Francb. decis. 64.*  
31 num. 3. *Conf. de Anna conf.* 123. num. 8. & hoc est,  
quod voluit *Paris. de re integri. in proem. num. 4.* &  
in §. quid si *Comes*, vel *Baro*, num. 3. & 4. car. 7. quod  
licet sit feudalis materialiter, non tamen erit feuda-  
lis formaliter persones acquirentem , & sic, licet actio  
sit feudalis quoad successionem, & exercitium, non  
tamen respectu commoditatis , nec mirum , cum  
32 actio hypothecaria sit sequela personalis actionis ,  
ut per *Bart. in 1. solutam*, §. per *tiberam*, ff. *de pignor.*  
& pedissequa illius , ut dixit *D. de Georg. allegat.* 41.  
num. 1. 3. nec datur ad plusquam importet ipsa perso-  
nalris actio , sed illam facit fructuosam , & utilem.  
*D. de Ponte conf.* 41. num. 32. in 2. quæ actio perso-  
nalris verè in quantum concernit pretium, vel com-  
33 moditatem feudi , non tangit feudum, nec consti-  
tuit jus reale super feudo , ex traditis per *Pernam*  
*conf. 4.* in 7. car. vers. sed posita *Petr. de Gregor. de*  
*concess. feudi par. 6. q. 2. n. 17. Reg. Montalcum* rela-  
tum per *Milan. decis. Sicil. par. 2. decis. 7. n. 43. Jo.*  
*Rox. citatum per Conf. de Anna conf.* 115. n. 10. *Can-*  
*ner. in extrau. volentes*, verific. successivè subiecti-  
tor , car. 164. & hoc bene sentit *Dominus Regens*  
*de Carte dict. cap. 14. dict. num. 104.* ubi in puncto  
considerat actionem personalem separatam à feu-  
do & post num. 104. responderet ad decis. factam in  
34 causa *Marchionis Lavelli* , & hæc omnia recte  
procederent in simplici actione hypothecaria super

feudo pro consequenda pecunia credita , vel forte  
etiam pro pretio feudi, vel ipsius commoditate, pro-  
ut in hypotheca loquitur *Anna allegat.* 122. num. 7.  
ut colligitur ex serie facti relata ab initio vers. ex  
adverso *D. Philippus* , sed quoniam in casu præsenti  
Dominus Hieronymus Marchesius emptor princi-  
paliter promisit cedere, renuntiare , insolutum dare  
aut alio quovis modo transferre *D. Marchioni* , &  
suis hæredibus, & successoribus, seu alteri, &c. dictam  
Terram Santi Lucas , & hoc in satisfactionem dic-  
ducat. 16. mil. seu eandem terram, seu introitus ven-  
dere &c. cui, vel quibus dictus Marchio , & ejus ha-  
redes voluerint, dictumque pretium brevi manu sol-  
vere diēto Marchioni , tanquam sibi debitum , & sic  
principalis promissio est facta decedebdo, & transfe-  
rendo ipsam terram , licet alternativè etiam promit-  
tatur per Hieronymum vendere, & pretium solvere,  
pro satisfactione crediti , ad electionem tamen Mar-  
chionis in infrā; ex hoc sequitur, ut cum obligatio, &  
actio principaliter sit directa, ad consequendum ipsam  
terram, & sic corpus feudi , & solum est in facultate  
ipsius Marchionis, & ejus hæredum, si voluerint co-  
gere ad vendendum alteri, & pretium consequi, hæc  
actio tanquam competens directò ad recuperandum  
ipsum feudum , erit omnino judicanda feudalis , &  
tanquam feudum non solum successivè, & exercitio,  
sed etiam quoad effectum , cum cessent rationes su-  
perius consideratæ in actione hypothecaria super  
feudo, quæ non competit directo ad consequendum  
35 feudum, sed creditum super feudo , & quod hoc ca-  
su, quando actio directò competit ad consequendum  
ipsum corpus feudi , quod in omnibus indistinctè ,  
verè , & propriè sit judicanda feudalis , & succedat  
in ea legitimus successor in feudo , adēd quod cap.  
*Titius si de feud. defunct. milis.* & alia jura exorbitan-  
tia loquentium de ipsa feudi successione , proce-  
dant etiam in hac actione ad feudum , & quod licet  
36 videatur hoc esse per fictionem , tamen quando ca-  
sus fictus resolvitur in ipsam veritatem, tunc æqui-  
paratur casus fictus, & verus, & sic cum actio ad ip-  
sum feudum tendat ad ipsum feudum habendum, &  
resolvitur non fictè, sed verè, & realiter in ipso cor-  
pore feudi, ideo lex loquens de casu vero , habet lo-  
cum in eo casu, qui licet fictus appareat, resolvitur  
tamen in ipsam veritatem, legatur omnino Doctis.  
*Cannetius*, qui hoc autoritate *Ifern. in can. 17.* &  
bonorem diadematis nostræ , & aliorum latiss. probat  
in extr. *Volenses*, §. sed quid si fuerit , ubi n. 17. &  
seq. resolvendo contraria, clare sentit distinct. inter  
actionem competentem ad consequendum feudum,  
vel ad aliud factum, sive pecuniam super feudo , ut  
primo tantum casu dicatur verè actio feudalis, non  
autem in secundo, idemque licet non ita aperte sen-  
37 tit *Scbrad. d. par. 10. sectio. 5. num. 61.* & 68. ubi di-  
stinguit. inter actionem personalem competentem  
ad feudum tanquam ad feudum , vel tanquam ad  
rem allodialem, puta pro pecunia, quæ non est feu-  
delis, nec in ea consistit feudum, ut per *D. de Francb.*  
*d. dec. 75. n. 6.* & 7. Unde cum in casu præsenti Mar-  
chio sit stipulatus à Hieronymo terram, sibi & suis  
hæredibus, & successoribus reddi, se, vel, & sic alterativè  
vendere, cui, vel quibus dictus Marchio , &  
ejus hæredes, & successores voluerint, & declarave-  
rint, & non alteri personæ, et pretium perveniendū  
sibi brevi manu solvere , et sic neque simpliciter  
est promissum pretium à Hieronymo , sed vendere  
et pretium percipiendum à futuris emptoribus  
Marchioni solvere, ex quo clarè ex pacto electio sit  
ipsius

38 ipsius, & ejus hæredum, quorum appellatione in materia feudalii non transmissibili ad extraneos, constat non comprehendendi extraneos, sed tantum legitimos successores in feudo, ut per Bald. in cap. 1. in 8. notab. de alien. feudi, & in l. 1. q. 48. ff. de rerum divisi. Dec. conf. 5. 16. num. 10. cum aliis per Dom. meum de Curre d. cap. 14. n. 16. car. 45. successor autem legitimus Dominus Alexander Germanus ex facultate sibi tributa elegerit, sibi feudum restitui, non est quid impedire jure possit, ut ipse feudum consequi valeat nec alia potest superesse parti prætensio, nisi quod fortè afferat, sibi deberi estimationem; ut potè, quia instituta ipsa hærede universali, debeatur estimationio hujus feudi, quæ vanissima erit prætensio. Primò, quia Princeps Sigismundus instituit uxorem hæredem universalem in allodialibus, & in certis bonis feudalibus, nihil autem in specie dixit de hoc feudo Sancti Lucæ, prout in facto mihi supponitur cum testamentum integrum non viderim, unde non possunt applicari termini, si instituto hærede in feudis, debeatur estimationio, cum in hac actione ad feudum adversaria non sit instituta, & si esset, licet 39 controversa appareat illa questio, si legato feudo debeatur estimationio, & negativam opinionem probavit, uti magis receptam Fab. de Anna conf. 87. per totum, qui omnes adducit, & Regens Curte cap. multoties concedens, licet pro affirmativa responderit Reg. Lazar. conf. 80. Regens de Ponte conf. 88. Camer. in cap. Imperiale pag. 28. Frecc. de subfeud. lib. 3. 12. diff. & ita dicit esse judicatum Minad. in conslit. in aliquibus num. 33. in princip. attamen in institu- 40 tione hæredis in anno 1582. & 1584. in causis illorum de Soriano, & de Venatis, junctis, Tribunalibus Sac. Consil. & R. Cam. Summar. cum interventu D. Lopez de Gusman Regii Visitatoris, fuit decisum non deberi estimationem, & Regens de Curte loco citato d. cap. multoties concedens sub num. 102. dicit estimationem non deberi ex defectu potestatis, etiam si testator legaverit feodium extraneo non legitimo successori, etiam si non posset habere feodium, legabat estimationem, quia non valeret ex defectu potestatis, & Regens de Ponte in letturis in tit. de success. feud. lett. 11. nu. 35. revocavit scripta in conf. 88. & dat rationem diversitatis inter legatum feudi, & institutionem hæredis in feudo num. 35. & Curte jun. fuit sibi contrarius in conf. 30. nam contrarium dixerat in tit. de feud. 4. par. princ. n. 12. vers. videtur limitanda, & tandem pro Domino Alexander, quantum deberetur estimationio ad illam, ipse non tenetur, stante nullitate dispositionis ex causa fraudis, & odio, quo testator ipsum, & suos descendentes invictissime est prosequutus, qua ratione redditur nulla dispositio, ut latè scribit Dom. Sartorius Baldacchinius doctiis. collega, & alias memini me latissime scripsisse pro hoc eodem Domino in causa Terræ Montis Caveosi, idè non repeto, addo tantum, quod dicit D. de Ponte de divers. provis. sub tit. de legitim. n. 8. fol. 486. quod etiam in feudis hæreditariis, quæ ad libitum alienari possunt à patre, vel à fratre, si de illis sit dispositio, dum filiis carent, de stylo Cancellariae Regis nostri assensus soleret denegari, ut in specie inter alios casus dicit continguisse in personam D. Beatrixis de Ebulo, cui fuit denegatus assensus super alienatione feudorum, quia desperata de filiis favebat in præjudicium sororum legitimè succedentium, & sic pariter pluries fuisse practicatum refert, & licet referat in hac causa ad instantiam Marchionis Bovalini, fuisse concessum assensum, ut

disponeret in beneficium uxoris ad exclusionem fratris, & nepotum, cum quibus (ut ait ipse) non bene se habebat, dicit tamen id non solere fieri, nisi ex urgentissimis causis, & aperte sentit, non fuisse juridice præstitum assensum, quod cum sit præstitus, salvo jure tertii, poterit hodie D. Alexander circa nullitatem totius dispositionis suo jure uti.

## DECISO.

Dilecti. Decembris 1612. referente Dom. tunc Consiliario Brancia junctis aulis, fuit provisum, detur terminus juris in causa ad probandum incumbentia, & interim manuteneatur in possessione Terræ Sancti Lucæ olim nominatae Potomia in Provincia Calabriæ ultrà, Donna Anna Marchesia filia Hieronymi, & Alexander de Loffredo desistat à turbatione illata, & restituat omne, quod fortè exegerit, ut ex decreto in processu Hieronymi Marchesii contra Alexandrum de Loffredo, in dicta banca Borrelli, car. 13. à terg. & cum per dictum Alexandrum fuisse intentatum petitorum, Terrarum scilicet prædictam, vel saltim ipsius premium spectare ad ipsum non obstante quavis dispositione facta per Principem fratrem in vita, vel in morte, tanquam nulla, invalida, & in fraudem legis, & supplicantis, ut fol. 18. fuit datus terminus 29. Octobris 1615. fol. 50. à ter. & pendet hodie processus indecisus, quoniam vero non semel in hujus viri, hoc est Hieronymi Marchesii mentionem non invitus incurrit, visum mihi est non abs re fore in hujus controversia exitu de illo quid sentiam, compendio commemorare. Is enim quoniam amplissimum, ac sapientissimum parentem Fabium verè Maximum, ac jure consultorum ejus ætatis facile principem legum, ac juris prudencia superare non poterat; quamvis juvenis senem æquare tentavit; & quasset autem fortasse, si, ut illius ingenium, ita æstatum iuris usu, atque excitatione attigisset, & verum is longè nobiliore ausu æmulationis illius gloriam Andreæ fratri, quem sibi iisdem ingenii, doctrinæque laudibus supparem cernebat, libenter concepsis, cum inter causarum patronos veraretur, in primis mortalium rerum omnium illecebras cunctorum admiratione aspernatus. Deo se religiosam in servitatem in Societate Jesu consecravit; eo nimicum in Ordine, atque Illustrissimorum sanctitate, ac sapientia hominum cœtu, inter quos non sanctè solum pieque ipse viveret, sed aliorum etiam iura in iis causis, in quibus apud Deum judicem de æternorum bonorum, sive lucro, sive dispendio agitur, tueatur, ita illum Deus Opt. Max. publico bono diu seruet incolumentem.

## SVMMA RIUM.

- 1 Legatum à marito relatum, cum dote, & antepba-  
so non compensatur.
- 2 Legatum nunquam compensatur cum debito, nisi ad-  
sua voluntas testatoris vera, vel præsumpta.
- 3 Relictum creditoris in debito intelligitur animo com-  
pensandi, cum debito necessario & num. 21. fallit  
in dubio, quod incepit deberi post testamentum,  
& mortem testatoris, & n. 11. vel si testator non  
sit debitor, sed futurus ejus hæres. n. 12. & 16.
- 4 Dos, & antepbatum, debitum est voluntarium, non  
autem necessarium, & idem in interesse dotis, &  
antepbatis, quod velut accessorium est ejusdem na-  
ture, num. 5. & 6.

7 Debitum

- 7 Debitorum voluntariorum dicitur illud, in quo propria voluntate, contractu, vel facto, origine attenta, quis incidit, necessarium verum, quod absque hominis facto à lege inducitur, & n.9.
- 8 Interesse dotis non definit esse voluntariam, licet de jure praestare cogatur bares mariti, elapsi anno à die solitis matrimonii, quia habet originem ex contractu voluntario.
- 10 Statuum, vel consueundo obligans ad id, quod descendit ex facto hominis voluntario, non marcas haecram debiti voluntarii, origine attenta.
- 11 Legatum non censetur factum animo compensandi, cum debito etiam necessario, quando incipit esse debitum post mortem testatoris.
- 12 Interesse dotis, & antephatis, quod incipit deberi post mortem testatoris, non est verum debitum defuncti, sed baredis ex propria mera, & culpa.
- 13 Mera est delictum in omittendo.
- 14 Qualitates non causam nullae.
- 15 Legatum à defuncto nunquam compensatur cum debito baredis, etiam dependente occasione baredatis.
- 16 Testator si tempore dispositionis non est debitor, sed ipius bares est, vel erit debitor in futuram, legatum non compensatur, etiamque debitum post mortem sit omnino extitatum, n.17.
- 18 Cast. conf. 35. lib. 2. loquitur in diversis terminis, & contra eum satis comm. opin.
- 19 Legatum baredis, quando censetur factum animo compensandi, cum debito defuncti, easus diversus remissive.
- 20 Franc. Marci, Xarez, Cavalcani, & aliorum, in hoc sententiae declarantur, & in parte, confirmantur, & num. 22.
- 23 Arre in Hispania successerunt loco donationis propter nuptias, & opinio Xarez circa orras improbarat.
- 24 Arre, qua debetar ex disposit. legam Hispanie, ab hac fuit debitum voluntarium.
- 25 Interesse dotum, & antephatis definitum per Consuet. Neap. non mutat naturam debiti voluntarii.
- 26 Molleshi motiva contraria sententias resolvuntur, & standum est potius decisionibus ab ipso relatis pro comm. sententia, quod ipsius opinioni.
- 27 Decisiones, ubi sunt diverse, vel contrarie, standum est novissimis, & stylus ultimus Tribualis pravaleat debet, & de autoritate styli.
- 28 Taxor presumatur sibi administranda solvere, & satisfacere de ejus credito, verum dubius copularius concurrentibus, & non aliter n.29.
- 30 Reddito computorum non impedit dotis, iuriusque dotalium exactiorem.
- 31 Prescriptio longissimi temporis, omnem tunc actionem perimit.
- 32 Actio personalis si oritur, & conjungitur cum reali, ut in actione tunc contingit, prescribitur minori tempore.
- 33 Actioni tunc, nedum longissimo tempore prescribitur, sed ex tascularitate viginti annorum, censetur iudicata remissa, presertim in se fongane conjunctos, num. 34. maxime, cum satis per eum, cui rationes erant reddenda n.35.

## ARGUMENTUM.

Legatum factum à viro nunquam censeri factum uxori animo compensandi cum dote, nec cum antephato, quæ probatur esse debita voluntaria, idemque in plorum interesse, uti accessorio, & ejusdem

nature, & proinde utrumque deberi, idque generaliter observandum, quando debitum non viget tempore dispositionis, & mortis testatoris, sed incipit deberi post mortem, tametsi occasione hereditatis, & generaliter debitum voluntarium à necessario distinguere ab ipso initio, & origine, quamvis postea superveniat necessitas statuti, vel consuetudinis. Arte de quibus loquuntur leges Hispanæ, censi debitum voluntarium, & varia DD. sententias conciliatas, & declaratae. Exceptio redditionis computorum tutelæ, an obstat matri repetenti dotes & iura dotalia, & quando tutor presumatur de suo credito satisfactus, & actio tutelæ censeatur prescripta, vel remissa, dilucidè explicatur, & ex receptis sententiis, cum decisionibus exornatur.

Pro Domino Scipione Gambacurta  
contra Haeredes D. Jo. Antonii  
Gambacurta.

## CONTROVERSIA XXIX.

**S**CIPIO GAMBACURTA pretendens ex persona Joannæ Carraschi sibi deberi interesse dotum, & antephati, nec non alimenta legata, habet intentionem fundatam in casu l. expresso in §. primus in iacque, vers. sciendum, I. m. C. de rei uxor. actio ubi cessare dicitur in actione ex stipulatu edictum de alterutro tandem consequendo, ita ut uxor à marito relieta recipiat, & dotem consequatur, cum manifestum sit, testatorem, qui non hoc addidit, voleuisse utrumque consequi unde si legatum non debet compensari cum dote, idem servabitur in ipsius interesse, quod velut accessorium, & appendix ejusdem est omnino naturæ, ut in terminis includenda, vel excludenda compensationis, probant Croz. conf. 249. n. 6. Monocb. conf. 56. n. 33. lib. 1. & latius de presump. c. 110. n. 35. & 36. nunquam enim legatum compensari cum debito, nisi adsit voluntas testatoris vera, vel à jure presumpta, tradit Baeza, de decimo iuris, c. 5. n. 34. & 39.

Nec dicatur hoc interesse dotum considerari vel debitum necessarium vigore statuti, seu consuetudinis Neap. Viro mortuo de jure dotum, & consequenter legatum alimentorum compensandum esse cum debito necessario, in quo adversarius pretendit habere communem opinionem pro se, & Sac. Cons. decil. siquidem comm. fere omnium sententia recte perpensis DD. solidioribus rationibus fulcita, & plures, & posteriores decisiones stant pro nobis.

Admissa enim communis distinctione, ut debitor legando creditori censeatur in dubio animo compensandi, cum debito necessario, fecus verum cum debito voluntario, vis est videre, quando verum censeatur, debitum ex causa necessaria, vel voluntaria, in quo illud in primis est absolutum debitum dotis ex communi DD. omnium traditione, censi debitum voluntarium, non necessarium, & proinde in marito legante uxori cessare animum compensandi: cum dote, & sic quod uxor possit utrumque petere, probant Signor. Castr. Alex. Pica. Crat. Paris. Beroni, Natta, Bellonus, & alii congesti per Rolam conf. 65. n. 18. & seq. & conf. 75. n. 26. in 2. vol. Sard. conf. 112. n. 43. & 44. lib. 1. Mantic. & Sim. de Præt. relati per Gattier. de tut. p. 3. c. 5. n. 2. & 24.

Idemque in antephato, quod debetur ex conventione, quamvis videatur necessario donatio propterea

N

5 nuptias à viro constituenda, ex reg. aut b. dos data, C. de donat, ante nupt. adhuc tamquam debitum voluntarium estimari in materia nostra, decidit Bald. conf. 58. vers. secundo dicitur, juncto num. 2. vers. super 2. punto l. 2. Affl. decif. 242. post num. 1. Gram. decif. 97. num. 4. & defendit Castill. contr. tomis de usufr. cap. 46.

Quod igitur dispositum est expressè in dote, & 6 etiam in antefato, non video cur non idem censendum sit in illorum appendicibus, cuiusmodi est interesse Affl. decif. 154. Curt. iur. conf. 129. in fin. Menoch. conf. 56. n. 33. lib. 1. cum aliis per add. ad Rub. consuet. Neap. de jur. quart. in add. incip. ad materiam, in fin. Surd. conf. 112. n. 33. lib. 1.

Secundo id aperte appetit ex commun. declar. 7 DD. in hac materia, qui dixerunt illud esse debitum voluntarii, quando quis in illud incidit propriis voluntate, & ex proprio contractu, vel facto, nulla juris subsistente necessitate principio attento, vel origine; & converso autem dicitur debitum necessarii, quando absque hominis facto ex l. dispositione causatum fuit, idcirco initio necessitatem requirunt in ipso ortu obligationis, neque ad rem necessitatem attinere, quæ ex causa, aut origine voluntaria descendit, ut post Aret. in l. si potest, in fin. ff. de acquir. bared. cuius dicto utitur Alciat. in l. 2. §. ex his ff. de ver. oblig. bellè explicat Cravet. in resp. pro genero à num. 32. ad 45. & iterum post num. 386. unde 8 cum interesse dotis habeat originem ex contractu voluntario, quia maritus non cogebatur dotem recipere, licet postquam illam recepit, cogatur illam restituere soluto matrimonio, alioquin elapsi certo tempore cogitur hætes solvere certum interesse taxatum à consuetudine, hoc juris vinculum ortum a contractu voluntario precedente, non facit quoniam minus debitum definit esse voluntarium, attenta origine, & initio voluntario, quod in hoc solum est spectandum, ut ultra Cravet. optimè ubi supra explicat Paris. conf. 69. num. 26. lib. 2. & pleniùs Surd. dicens hac esse com. omn. sentent. d. conf. 112. n. 46. & seq. leg. 1. Mantica dicit. l. 10. tit. 2. num. 15. & ad Cravet. se refert in hoc Peregr. de fideicom. art. 9 33. num. 41. in fin. illud adjiciens, debitum necessarium esse illud, quod ex lege inducitur absque ullo facto hominis post Ang. conf. 277. col. fin. & Pbanus. de lucro dotis, gloss. 8. n. 90. idem Bald. conf. 58. num. 4. l. 2. Mantic. d. lib. 10. tit. 2. n. 3. §. 4. Guttier. optimè d. par. 3. de tut. cap. 5. num. 11. Castil. Hyspan. de usufr. lib. 1. c. 46. in princ. quibus accedit Barbosa qui reassumens commun. declar. in l. si cum dotem 23. §. si pater post num. 1. vers. Bars. autem hic, & iterum post n. 5. ff. solut. mat. post Rodor. Xuarez tit. de las Arras n. 37. dicit, debitum voluntarii esse, quod propria voluntas, & factum spontaneum constituit, debitum vero necessarium, quod lex, vel statutum omnino præter ejus voluntatem debitorum facit, vel cum lex inducit obligationem præter principalem intentionem facientis, quo casu censetur merè legalis obligatio, & sic cum de consuetudine vir promittat in contractu voluntario dotis, ipsas conservare, & restituere in omnem casum restitutionis, cum damnis, expensis, & interesse, nemo negare poterit debitum, hoc tanquam ex conventione deductum, & promissum, dici potius cōventionale, quam legale, & quod statutū sine consuetudo concurrens cum facto hominis voluntario, & obligans ad id, quod descēdit ex provisione hominis, non faciat quin remaneat adhuc debitum

voluntarium, in terminis docet Bald. in l. uxori sua in ultim. verb. C. de bon. aut. jud. posse. sequitur Jo. Bapt. Bovius tract. de præscrip. stat. gloss. x. n. 46. dicens, testatorem, qui erat debitor juxta considerationem legis, & contractus non censeri legare, animo compensandi sequitur Surd. d. conf. 112. n. 43. lib. 1. Barbos. optimè in d. l. si cum dotem, §. si pater vers. & confirmatur, ff. solut. matrim. Menoc. de præsumpt. lib. 4. c. 109. n. 54. & in hoc puncto, communem esse opinionem, cum Bald. facetur Gabr. consil. 16. n. 31. in fin. lib. 1. quamvis in reliquis controversa sit opin. Feder. de Scal. per eum citati, ut videre est apud Menoch. d. cap. 109. n. . . .

Tertio tametsi interesse dotis consideraretur, ut 11 debitum necessarium simpliciter, quod omnino negamus, cum tamen cœpit esse hujusmodi interesse debitum post testamentum, & mortem testatoris, ut de se patet, nullo modo censabitur hujusmodi legatum factum animo compensandi, etiam, quod millies sit necessarium, ut ex l. bujusmodi, §. qui servat, ff. de leg. 1. & traditis per Gloss. Bart. & alios in d. l. si cum dotem, §. si pater. docet in terminis Gabriel. d. consil. 16. post num. 31. lib. 1. Rayn. loquens nuncupatim in alimentis legatis conf. 80. num. 6. & in fin. 12 lib. 2. Hoc enim interesse dotis, & antefati non erat debitum tempore legati, sed incepit deberi post mortem ab ipso hæredi existente in mora solvendi dotem & antefatum, de quo casu non potuit testator verisimiliter cogitare, cum mora sit delictum, etiam in omittendo Jaf. in l. si ita quis promiserit 135. §. si Seja, ff. de verb. oblig. & delicta non præsumuntur Jaf. in l. non amplius 26. §. si certum, ff. de leg. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. cap. 2. a. n. 1. & cap. 3. ex n. 14. & si non erat debitum tempore testamenti, nec de eo cogitavit, nec cogitare potuit testator, quomodo defendi potest testatorem legasse animo compensandi, cum hoc interesse tunc non existente, nec etiam imaginariè apparente, cum 14 non entium nullæ sint partes l. 2. ff. de usufr. cum aliis à Crav. conf. 216. n. 10.

15 Hinc jure, optimo, responderunt DD. legatum defuncti non compensari cum debito hæredis, etiam occasione hæreditatis descendente, Gabr. conf. 13. post n. 31. lib. 1. Rayn. conf. 80. num. 6. & in fin. leg. 2. Regens de Pont. conf. 72. num. 2. lib. 2. & ratio est, quia quando testator non est adhuc debitor, sed est ad præsens, vel futurus est debitor ejus 16 hæres, legatum à testatore factum non censetur animo compensandi, cum debito hæredis, tametsi necessario, ut post Butrium, Panor. Salyc. Imol. Iaf. Tigr. Affl. decif. 138. Xarez, de comm. sententia tradit Gaspar. Baeza de decima tutor. cap. 5. n. 17. Gutiérrez de tutel. par. 3. cap. 5. num. 6. & num. 20. vers. similiter, & post n. 24. vers. secundum, Rayn. conf. 74. n. 2. Munoz de rasioc. cap. 30. n. 31. unde cum hoc interesse, vel sit debitum hæredis, qui ex propria mora ad illud tenetur, vel saltim incipiat deberi post mortem, non censabitur animo compensandi relictum, & isti omnes nedum communè hanc opinionem profitentur, sed in fortioribus terminis loquuntur præsertim Bacca, nēpē in debito hæredis occasione hæreditatis omnino extituro, & de quo idcirco testator cogitare potuerat, at nos agimus de debito hæredis incerto, & non omnino futuro, quippè quod non esset ortum, si hæres antefatum sine mora solvisset, & de quo testator non potuit cogitare, aut debuit verisimiliter contrarium cogitare, nēpē hæredem adimpleturum, quod debebat,

debebat, & uxori de ejus creditor satisfactum & in  
 18 moram non incisurum, unde non obstat *Castrensi*.  
*conf. 35.lib. 2.in contrarium citatus, quia contra eum*  
*stat commun.opinio, ut patet, nec ejus dictum ap-*  
*plicari potest ad casum nostrum, dum agit de debito*  
*hæreditis existenti, & apparenti tempore legati, &*  
*mortis testatoris, & *Anchar.conf. 26.Cravet.conf. 131**  
*Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 41.* loquuntur  
 19 in calu converso, scilicet, quando legatum hære-  
 dis censeatur factum animo compensandi cum debito  
 defuneti, qui casus est satis diversus, nec illius  
 rationes casui nostro convenient, nec minus obstat  
*decis. Franc. Marcis 819. par. 1. Rodor. Xarez in*  
*tis. de las Arras, Sebas. Medices, cum aliis conge-*  
*stis à *Cavalc. de usufr. mulieri relict. num. 52. Marcus**  
 20 *enim d. decis. 819.n. 2. vers. verum tamen, non audet*  
*firmare opis.contrariam, quinimò aperte inclinat in*  
*nostram, respondens ad dec. Guid. Pap. 541. quod lo-*  
*quatur in casu diverso, Caivalc. autem cum aliis,*  
*quos citat, quatenus loquatur de legitima, & aliis ex*  
 21 *pura, & mera juris communis, aut statuti dispositio-*  
*ne debitum, nihil obstat, dum vero loquitur in do-*  
*natione propter nuptias, sive antefato, quod de-*  
 22 *scendit ex conventione, non firmat, sed se declarat,*  
*aut corrigit nu. 20. ut nuncupatim advertit illud*  
*reprobans latè *Castill. lib. 1. de usufr. d.c. 46. num. 10.**  
 23 *14. & seq. idemque in arris, quæ in Hispania succe-*  
*serant loco donationis propter nuptias, improbatur*  
*quoque opinio *Xarez de las Arras, num. 36. nam**  
*licet deberi videantur ex legibus Regni, tamen po-*  
*tius dictæ leges presuppositam aritorum voluntate,*  
 24 *taxant arrarum quantitatem, ut rectè explicat *Bar-**  
**bosa in d. s. si pater, post nu. 12. vers. secundo principa-**  
**liser, Tellius in l. 16. Tauri num. 6. ubi & Cervantes**  
 25 *n. 20. Castill. late dicto cap. 46. num. 11. ex quo etiam*  
*videtur determinari casus noster, ubi quoque pre-*  
*tendi potest Consuetudinem Neapolitanam ad taxā-*  
*dum tantum promissum interesse, inductam fuisse.*  
*Ex quibus resolvuntur virtualiter omnia, quæ*  
 26 *noviss. Molfesi. in contrarium attulit part. 6. de jur.*  
*dot. c. 10. qui num. 9. pro nobis citat duas decis. S. C.*  
*& authoritatem Napod. in Conf. quartam autem sicut*  
*etiam contraria decis. siccio pede relatam ab Ans. de*  
*Alex. fuisse postea decisum per Sac. Conf. testatur*  
 27 *Conf. de Bott. in eod. loc. in vers. contrarium autem,*  
*fol. 242. juxta quas decisiones uti recentiores, &*  
*maturius latas omnino est judicandum, ultimus enim*  
*stylus, & observantia Tribunalis est attendendus, l.*  
*Mela ait. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. Gramat. in*  
*term. decis. 103. num. 99. & de stylis autoritate latiss.*  
*Knicben. de vestis. paction. par. 3. c. 2. n. 17.*

Et ex prædictis etiam resolvitur aliud, & secun-  
 dum principale objectum, quod tametsi prædictum  
 interesse non esset compensatum, tamen præsumi de-  
 28bet satisfactum, ex quo Joanna creditrix fuit tutrix  
 ex reg. l. sed si damnum, & peculium. ff. de pecul. cum  
 aliis, per *Afflict. dec. 13. n. 16* cum enim supra sit fun-  
 datum hoc interesse non esse propriæ debitum patris  
 pupilli, sed ipsius pupilli, cum oriatur ex mora con-  
 29 tracta post parentis mortem, tutor hoc casu nec  
 potest sibi solvere, nec præsumitur sibi solvisse, duo  
 enim copulativè requiri ut tutor præsumatur sibi  
 satisfactus, quod fuerit scilicet creditor patris pu-  
 pilli, secundum quod probetur adfuisse pecuniam  
 ex qua commodè potuerit sibi solvere, probat tex-  
 clarus in l. quoties, §. sicut autem, ff. de admin. ius.  
 quæ omnino in terminis exigi, tradit Laurent. a  
*L'nu. conf. 60. num. 14. & optimè probat Guttier. de*

*tut. par. 2. c. 9. num. 48. & seq. unde cum ultimum re-*  
 quisitum non sit probatum, primum autem omnino  
 30 deficit, cessat omnino hæc præsumptio, nec ad-  
 versus petitionem dotum, & jurium dotalium, quæ  
 eadem fortiuntur privilegia, ut per *Surd. conf. 112.*  
*n. 33. lib. 1. objecta exceptio redditionis computo-*  
*rum quicquam impedire potest illorum exactiōnēm,*  
*tum ex ordine, ex sex. claro in §. taceat. l. uni. C. de rei*  
*uxor. actio. ut contrà *Socc. conf. 180. l. 2. est com. omn.**  
*sent. cum *Negus. de pign. in 1. memb. 5. par. n. 36. vers.**  
*decimo, ubi cum judicio post n. 37. vers. & hoc tan- d*  
*fortius, non excludit casum, ubi ordinariè agitur,*  
*Caivalc. strac. de tatore, n. 219. Guttier. de tutel. 2.*  
*par. c. 9. n. 52. ad fin. *Surd. decis. 184. n. 2. in fin. Muñ-**  
 31 *soz. de ratioc. c. 21. n. 27.* Tum ex justitia, quia jam  
 longissimi temporis præscriptio, nedum 30. an-  
 notum, sed ultrà annos unum, & quinquaginta  
 omnem, tutelæ actionem perimit gloss. l. in l. maxi-  
 mè in fin. & melior gloss. in l. si pupillus 46. vers. tem-  
 pore liberatur, ff. de adm. tutor. Parpur. conf. 339. l. 1.  
 cum aliis à *Surd. conf. 460. nu. 60. lib. 4. latiss.* post,  
 infinitos Hispanos, *Munoz. d. tract. de ratioc. cap.*  
*41. n. 18. & 24. & in terminis *Afflict. d. decis. 13. nn.**  
*3. & 4. quod generale esse in actione personali etiam*  
*perpetua, probat latè *Covar. lib. 1. variar. cap. 9.**  
 32 Accedat quod quando actio personalis oritur,  
 & conjungitur, cum ipsa reali, ut contingit in actio-  
 ne tutelæ, juxta sit. de tut. & ratioc. dis traen. juncta l.  
*pro officio 20. C. de adm. tutor. præscribitur minori*  
*tempore, scilicet viginti annis, sicut ipsa realis *Balb. de**  
*præscrip. 2. part. 4. part. princ. quest. 2. nu. 3. & 4. Ca-*  
 33 *valc. de usufr. num. 170. quinimò nedum censembitur*  
*actio tutelæ præscripta spatio longissimi temporis*  
*ultra 50. annos, sed ex taciturnitate viginti annorum*  
*Fabritii & Jo: Antonii fratrum censembitur judicii in-*  
*ducta remissio, cum inter eos aliquando fuerit com-*  
*munis hæreditas, & deinde etiam divisio facta, nec*  
*unquam Jo: Antonius has rationes reddi postulave-*  
*rit, ita in terminis *Castr. conf. 126. na. 1. in fin. lib. 2.**  
*sequitur *Cephal. conf. 240. n. 8. vol. 2.**  
 34 Quod præsertim procedere inter sanguine con-  
 junctos ex reg. vulg. l. procula, ff. de probatio. licet cum  
*Berojo, lapsum 30. annorum dicat requiri, *Mascard. de**  
*probation. conclus. 1362. nu. 9. & maximè cum stetit*  
 35 per eum, cui reddenda erat ratio, quominus redde-  
*retur, ut latè per *Cephal. conf. 9. per totum lib. 1.**  
*cujus contrarium appetit hic factum in alimentis,*  
*quæ ab initio fuerunt petita fol. 103. & 108. & sic*  
*quæ voluit exigere, petiit, & alia consulto omisit, ex*  
*quibus omnino in favorem Scipionis pronuncia-*ndum speratur à doctissimis viris, cui hæc omnia, &**  
*me quoque subjicio, Mense Septembri 1615.*  
*Fuit hæc causa cum pluribus aliis litibus, &*  
*controversiis transactione finita, ut in calce sequentis*  
*controversiæ annotatur.*

## SUMMARIUM.

- 1 **D**ebitum dependens ex dote dicitur voluntarum, & n. 11. 12. & sic interesse ipsius, nu. 13. 14. & de ratione, nu. 15. & 16.
- 2 **D**ebitum necessarium tripliciter considerari potest secundum Xarez, & Barbosa.
- 3 In debito necessario distinguendo à voluntario, ini-  
tiuum & origo obligationis attendenda.
- 4 Obligatio, sive debitum induitum per statutum præ-  
cedente factio debitoris voluntario, non ad hoc ordina-

10. utrum dicatur voluntarium, vel necessarium, & n. 5. et 6.
- 7 Maliter dans dote marito videtur se conformare, & velle idem quod statutum declarat n. 8.
- 9 Bald. opinio in hac materia in auth. præterea, magis com. reprobatur, & n. 10.
- 17 Debitum dotis cum interesse, dicatur voluntarium etiam in hac Civitate quamvis interesse debeatur ex particulari Consuetudine Urbis nostra.
- 18 Interesse dotis debetur vidua, etiam iure communi aucto, maxime quando est promissum, n. 19. expressè, vel tacite n. 20.
- 21 Vidua industria, vel si in loco, ubi moratur, propter sint emptiones annorum introitum, vel de facilis posset dare pecuniam ad bonum lucrum debeatur interesse, sicut si habeat, unde se aleret.
- 22 Uxori vidua, lapsi anno ex mora hereditatis, debeatur interesse dotis; etiam in tempore incerto certificando, num. 23.
- 24 Debitum ratione morae dicatur voluntarium, cum mora sit delictum.
- 25 Debitum ex voluntate promissum, non officitur necessarium ex eo, quod statuto, vel consuetudine vestitur.
- 26 Consuetudine Neapolitana potius taxari quantitas interesse, quam disponatur deberi.
- 27 Uxor vidua, qua elegit percipere alimenta, non petit interesse dotis, nisi sint sibi alimenta legata, n. 28
- 29 Arra debitæ ex legibus Hispania similes censentur antefato debito ex usu Regni, & proinde, si debitum voluntarium, ad illius instar est judicatum non compensari.
- 30 Interesse dotis non compensatur cum legato à viro facta, & ita decimus.
- 31 Accessorii, & principali idem judicium.
- 32 Interesse dotis compensatur cum alimentis uxori minime legatis, pro rata estimationis alimentorum.
- 33 Compensatio, ubi admittitur, sit dum taxas pro rata tantum summae perceptæ; vel debita.

De eadem materia præcedens  
Controversia.

### ARGUMENTUM.

Debitum dependens ex dote, et ipsius interesse adeo judicatur voluntarium, attenta origine, sive obligationis exordio, ut etiam si cum ipso actu voluntario concurrat dispositio statuti, vel consuetudinis, adhuc retineat naturam ab initio insitam debiti voluntarii, cum necessarium debitum sit illud, quod per legem, vel statutum inducitur, præter, et ultra principale propositum actum facientis, et ad illud non ordinatum. Interesse dotis certis casibus uxori deberi, etiam iure communi, et Consuetudine Neapolitana potius taxari summam interesse, quam quod illud deberi declaretur. Et an compensetur cum alimentis perceptis per uxorem ab hereditatis viri, et quomodo: latè comprobatur.

### Pro eodem Domino Scipione Gambaruta quondam Pompei.

#### CONTROVERSIA XXX.

Cum nulla sit probabilis controversia inter Scipionem Gambarutam quem tuemur, et heredes, qu.

- Jo: Antonii, in articulo generali, legatum regulariter non centeri factum animo compensandi cum debito voluntario, secus verò cum debito necessario, et in eo solum omnis sit constituta disceptatio. Utrum interesse dotis, quod negari non potest, originem trahere ex contractu voluntario receptions dotum, tametsi quantitas ipsius taxetur per Consuetudinem, sit voluntarium, ut nos contendimus, attento initio ordinato ad hunc finem, vel potius necessarium, ut contenditur ex adverso: ingeniosus adversarius agnoscent pro Scipione urgere casum l. unicæ §. primum, pers. scindendum, C. res ux. actio. et comm. DD. sententiam, quibus clarissimè insinuat, debitum de pendens ex dote, esse voluntarium, proposita distincte. Xuarez tjt. de Arris, n. 37. fundata in doctrina Bar. in l. stipulationes nos divid. num. 37. ff. de verb. oblig. latius exornata per Barbos. in l. si cum dote a. 3. §. si pater, num. 5. vers. primò strictè, ff. foliat. matr. Simon de Pratis de inter ultim. volunt. lib. 4. dubit. 6. Baeza de decima tutor. cap. 5. subtiliter ex more conatur probare, debitum interesse dotis, de quo in prædicti agitur, et esse applicandum sub secundo casu distincte. Xuarez, et Barbusa, non autem sub tertio significatu. Xuarez enim dicit tripliciter possit considerari debitum necessarium. Primo si quidem strictè, et propriè, ubicumque est debitum necessarium ab origine, nec ullo modo traxit causam à contractu voluntario, exemplum in legitima, et dote debita filiis. Secundò magis largo modo, ubi inducitur debitum ex legis dispositione, præcedente tamen aliquo facto voluntario, non tamen ordinato præcipaliter ad illam obligationem inducendam, ut in quarta debita conjugi pauperi ex dispositione aut b. præterea, C. unde vir, & uxor, ubi licet præcedat factum voluntarium, scilicet matrimonium, nota tamen præcipaliter fuit ad hoc ordinatum, & in his duobus casibus firmat Xuarez legatum censetur factum animo compensandi ex Bars. in d. §. si pater. Tertiò est debitum necessarium largissimo modo, quod est debitum descendens ex quocunq; contractu, qui dicitur actus voluntarius præcipaliter ordinatus ad dictum debitum inducendum, et causandum, in quo lex interpretatur cessare animum compensandi, rationib. traditis per Xuarez d. loco, et per Barbos. n. 8. vers. & implicat, qui n. 4. vers. & cum in quacunq; post sing. conf. Bald. 8. n. 3. lib. 2. quod pro hā. Roncheg. Menoch. pluribus in locis Cepb. Rimini. jux. et alii, optimè probat ad distinguendum debitū voluntarium à necessariò, attendendum esse initium: et originem obligationis, ut dicatur omnino actus voluntarius, qui habuit principium voluntarium: vis autem est nunc investigare, sub quo ex prædictis casibus distinctis applicari debeat interesse dotis. Et eis sub primò casu debiti omnino necessarii constet, subjici non posse, superest ut probetur, neque sub secundo applicari posse, sed omnino sub tertio casu, velut debitū omnino voluntarium esse adjungendum.
- Quod probatur. Primo, quia dum prædict. DD. explicant secundum casum, distincte, exigunt, quod obligatio sive debitum omnino inducatur per legem, sive statutum, præcedente tamen facto voluntario, quod tamen attenta præcipiali mente disponentis, factum illud non erat ad hoc ordinatum, et ita expressè loquitur Bars. in d. l. stipulationes 72. n. 37. cui Xuarez, et Barbos. innituntur: is enim, ut doceret, quæ dicitur obligatio legalis, dicit hæc verba induci à l. intelligo quæ docunq; quis obligatur præter præcipalem propositum ejus, qui obligatur, et sic optimè

optimè adaptatur exemplum in dubio legali, de quo in *d. autb. præterea*, & in lucro dotis delato, vi-  
gore statuti extrà pactum, quia licet præcedat matri-  
monium, & dotis traditio, nunquam tamen isti actus  
voluntarii fuerunt ordinati sicut principaliter ad  
inducendum lucrum, sive debitum, quod verius est  
deserri principaliter ex dispositione legis, vel statuti  
*Bald.* receptus in *l. fin. C. de bonis mater.* & licet mu-  
lier dans dotem videatur idem velle, quod statutum,  
in eo casu disponit, arg. *l. si duo, ff. de acquir. bæred.*  
& sic quasi ex voluntate mulieris hoc lucrum deberi  
8 prima fronte videatur, attamen hæc tacita voluntas  
mulieris, uti consequutiva ad necessitatem legis,  
non debet attendi, sed potius causa principalis, &  
9 immediata quæ est *l. siue statuti dispositio*, & ob id  
opinio *Bald.* in *d. autb. præterea*, num. 5. magis com-  
muniter reprobatur; & firmant DD. ut in his ter-  
minis dicatur debitum necessarium, non voluntar-  
ium, & hoc est quod latioribus verbis resolvit *Barbos.* in *d. si pater*, dum primò num. 8. vers. ex bac igitur,  
format questionem, an in casu *d. autb.* dicatur  
debitum necessarium, nechè, & primo arguit pro  
opin. *Bald.* n. 9. vers. contrariam, & demum in *fin. d.*  
n. 9. vers. sed bis non obstantibus, firmat contrà *Bald.*  
10 dicens, esse magis com. in term. *d. autb.* non aliter,  
ut per eum in *vers. plane in nostro*, & in his quoque  
term. loquitur *Menoch.* in loco ex adverso pondera-  
to, scilicet *lib. 4. de præsumpt. cap. 109. num. 35. vers. sc.*  
*quintum.* est exemplum, unde cum nedum diversum,  
11 sed oppositum sit in debito dotis, & interesse ipsius,  
tum quia constat proficisci, & causari ex contractu  
& sic ex actu merè voluntario, scilicet, dum maritus  
dotes recipit, & promittit dotes conservare, salvas fa-  
cere, & restituere in omnem calum restitutionis cum  
damnis, expensis, & interesse, quod sufficit, ut debi-  
tum causatum, ex contractu dicatur voluntarium ad  
12 differentiam debiti necessarii, quod non ex contra-  
etu, sed ex quasi contractu proficiscitur, in quo quis  
præter ipsius intentionem, & nec ex suo consensu  
viro, nec etiam præsumpto obligatur, & ob id dicitur  
pactum legale, ut optimè explicat idem *Barbos.* à cuius  
dictis non est recedendum in *d. si pater* post n. 4.  
& 5. tum etiam, quia promissio restitutionis dotis  
13 cum ipsius interesse, ex mente, & verbis, appareat  
principaliter ordinata ad hoc debitum dotis, & ip-  
sius interesse in casum moræ inducendum, vel invito  
patebit nos omnino versari in debito merè volunta-  
rio, & sic sub tertio tantum casu distincte traditæ per  
*Xuarez.* & ita in puncto subjecit, & applicavit hoc  
14 debitum dotis *Barbos.* sub dicto tertio casu debiti  
omnino voluntarii, post n. 6. vers. tertio modo, citans  
*tex. in d. sciendum, d. l. unicæ, C. de rei uxori actio.* &  
15 reddit rationem, quia maritus recipiendo dotem, &  
ad illius restitutionem se obligando, voluntariè fecit,  
quia potuit uxorem indotatam accipere, & ideo  
non videtur legare animo compensandi juribus per  
eum citatis, quod si procedit in dote, cur non idem  
in appendicibus, & interesse, quod est accessorium  
promissum in eodem contractu, ad tradita per *Fran-*  
16 *cb. dec. 254. n. 8. & 613. n. 1. & 3. Gratian. discept. fo-*  
*rensc. 144. num. 64.* cum maritus, sive ejus hæredes  
in casibus factæ restitutionis reddere distulerint?  
certè idem, ut ultrà alias allegata in terminis inclu-  
dendæ, vel excludendæ compensationis, probat  
*Cravet. conf. 149. num. 6. & 8. Menoch.* assignans ra-  
tiones *d. lib. 4. c. 110. num. 35. cum seq.* facit, quod de  
accessorio latius tradit *Surd. decif. 88. n. 10. & 241.*  
*num. 8. & Tbesaur. decif. 45. in fin.*

17. Nec est verum simpliciter assumptum adversarii;  
quod interesse dotis ex eo judicandum sit debitum  
necessarium, quia non deberetur, nisi consuetudo id  
præciperet, cum alioquin esset usura ex *Afflit. de-*  
*cis. 284.* cum aliis congestis à *Tbesauro* decif. 43.  
num. 2.

Primo enim dicimus, contrariam opinionem in  
18 puncto juris esse veriorem etiam de jure com. cir-  
cumscripta confuetudine, vel statuto *Covor. lib. 3.*  
*variarum, c. 1. & 4.* & ita observari, & plures mos  
dernis temporibus decisum revocatis antiquis deci-  
sion. testatur *Ursill. ad Afflit. d. decif. 284.* & meliu-  
291. *Gram. decif. 103. num. 98.* usque ad num. 1024  
ubi dicit, quod hic stylus, & ultima observantia de-  
bet attendi *Molse. de jure quartæ, par. 3. q. 12.* & it  
quoque verius, & noviter decisum re mature per  
pensa in suo Senatu, tradit *Tbes. decif. 45.* post n. 3.  
vers. sed cum iterum, post *Mynsinger. & Solon. ad Pace*  
quos citat, nec non dotis fructus spectare ad uxorem  
elapso anno, jure dominii, fundat latè *Surd. dec. 211.*  
ex n. 12, post *Bald.* in *l. divortio*, n. 5. ff. *solut. matr.*  
de quo latè noviss. *Gratian. cap. 244. discept. lib. 2.*

Secundò tametsi regulariter non deberetur inte-  
19 resse; fallit primò, quando est in pactum dedu-  
ctum, promissum interesse uxori viduæ ob retar-  
datam dotis restitutionem, *Molin. lib. 4. de primog.*  
*cap. 5. num. 6. Burgos de Pace, conf. 4. num. 28. Jas.*  
post *Laur. à Rodulf. conf. 92. num. 4. l. 1.* quia potest  
fieri licitum ex conventione, & tam in usuris do-  
tium, quādotis augmento, probat de com. post  
*Beroum, Menoch. Surd. Faccbin.* & alios, *Lupus ad*  
*l. Curabit comment. 1. §. 4. n. 88. ante fin.* Quod adeò  
verum est, ut deberi possit interesse, nedum ex pacto  
20 expresso, sed etiam ex tacito, nam sicut promicens  
dotem, visus est in dubio obligari ad interesse, do-  
nec dotem marito solverit, etiam tacitè maritus qui  
eam recipit videtur se ad idem obligasse, donec re-  
stituat *Navar.* in *manuali cap. 17. n. 213. vers. secun-*  
*dum posse,* & in *tract. de usur. n. 67. Gratian.* optimè  
dec. 126. num. 7. & cap. 143. discept. forens. num. 8.

Tertid deberetur interesse dotis de jure communi-  
21 viduæ, etiamsi haberit unde se alat, si ostenderet  
se esse industriosam, vel quia aliter doceret in loco  
frequenter reperiri plures venditores censum in  
quibus potuisse facillimè erogare suas pecunias do-  
tium, vel illas dare ad honestum lucrum, ut probat  
*Afflit. met. in contr. citatus d. decif. 284. num. 3. & 4.*  
vers. vel constat, latè *Surd. de aliment. tit. 1. qu. 45.*  
num. 28. & 31. optimè *Lupus dicto loco*, num. 89.  
*in fin. ubi num. 90. vers. & in omnibus, & in fin. cap.*  
*vers. quod tamen*, probat hoc casu deberi usuras ex  
juris rigore, non autem ex speciali dotis favore, nec  
dissentit *Barbos.* in *l. par. l. 2. num. 44. ff. solut. matr.*  
& præsertim, quia lapsus anno concessio ad restituen-  
22 dam dotem hæres constituitur in morsa, absque alia  
interpellatione, *Jas.* & alii in *l. si ex legati causa, ff.*  
*de verb. oblig.* idem in *l. si ita stipulat. estem, num. 7.*  
*ff. eodem Barbat. conf. 84. num. 1. lib. 1. Rimini juz.*  
*conf. 89. num. 18. lib. 1.* quod procedere etiam in tem-  
pore incerto, quando est additum aliquod tempus  
præcimum post eventum diei incertæ, ut hic post  
annum à die mortis, tradit *Socin. conf. 288. qua. 1. 4.*  
num. 29. lib. 2. quem sequitur *Bertaz. de clausulis,*  
*claus. 4. gloss. 11. vers. aut est appositum,* *Surdus*  
in *puncto decif. 211. num. 32.* & ita in individuo de-  
beri interesse post annum de jure, vigore con-  
ventionis testatur decisum *Tbesaur. juz.* in addit.  
ad *d. dec. 43. sui genitoris, & dec. 45. de quo videndum*

23 Handedens conf. 36.n.4. & 25.lib.2. Unde cum hoc interesse possit in pactum deduci, nec indistinctè jūs commune resistat, sed ut plurimum assistat, præfertim in interesse ratione damni, ubi parata sunt emptiones introitum, ut Nesp. contingit, & jam ex conventione ab initio specificè sit promissum, & nunc ex mora debeatur, quæ similiter est actus voluntarius, cum sit culpa, & delictum, quod sponte, & à sciente, & volente committitur, ut per Sard. decis. 179.n.3.15. & 16. non ergo ob statutum, sive consuetudinem accedentem, obligatio ex voluntate contracta, transibit in necessariam ob consuetudinis dispositionem, sed permanebit in sua pristina natura, ut in casu contrario in terminis docet Menoch. d.1.4. cap. 109. num. 42. & 43. maximè cum per consuetudinem nihil de novo sit inductum, sed supposito interesse certo, & debito, solum quantitas sit taxata, ut referendo Affl. dec. 284. voluit in puncto Fontan. claus. 4. gloss. 18. part. 1. n. 52. & 53. & post Sard. & alios in simili statutis, probat Gracian. discept. forens. tomo 2. c. 24. in fin. num. 15. novissime miror quidem, quo pacto applicari possit decis. Presidis, de Franc. 2. 17. ubi illud dumtaxat deciditur, viduam, quæ elegit percipere alimenta ab hereditibus viri non posse petere interesse dotis. Primo etenim deficit adversariis hoc factum, quod assumunt, quod D. Joannella Carrara elegerit percipere alimenta à filiis. Secundò præses non loquitur in casu, ubi alimentorum legatum præcedit, sed quando heredes, nullo alimentorum legato præcedente, alimenta præstitissent, quo casu mirum non est, si utrumque petere non possit, sed quando alimentorum legatum præcedit, utrumque debetur, cum legatum à viro uxori factum, nec cum dote compensetur, l. anica, §. hoc itaque C. de rei uxori. aff. nec cum antefato, Bald. conf. 58. n. 3. lib. 7. Menoch. dum Bald. allegat, & sequitur conf. 58. n. 15. lib. 1. Covarr. Cervant. Mart. bens. Aeneas. Gattier. & Barbos. quos sequendo refert Castill. de usufr. lib. 1. cap. 46. n. 9. ubi gitia judicarum refert in aris Hispanice, ad instar quarum se habet antefatum Regni nostri, ut à nostris adnotavit Fontanell. de paet. napti allib. 2. clausul. 7. 30 gloss. 1. part. 1. num. 7. nec compensatur cum interesse utriusque ut decilum in interesse dotis refert in S. C. Conf. de Bortis in addit. ad consuetud. viro mortuo, & heredesque mariti. fol. 242. idemque voluit ibi D. meus Capyc. & Reg. de Pons. conf. 78. n. 2. lib. 2. eum 31 idem judicatum de accessoriis, & appendicibus, quod de ipso principali constituendum sit, Joan. de Anan. conf. 36. Cart. sen. conf. 76. & Jun. conf. 129. ad fin. Cravet. conf. 149. n. 6. Menoch. conf. 56. n. 33. lib. 1. sed nec illud est prætereundem, quod ubi non sunt legata alimenta quo casu uxori utrumque 32 petere non potest, sunt alimenta estimanda, ut detracto ipsorum valore, reliquum pro interesse sibi solvatur, ut advertit Menoch. d. lib. 4. c. 110. in fin. n. 49. Gattier. de tutel. par. 3. cap. 5. n. 49. & 50. quod 33 generale est, etiam ubi sit compensatio, ut illa sit pro rata tantum summae perceptæ, vel debitæ Barbos. in d. §. si pater, num. 21. latè, & ita de jure respondi 10. Martii 1616.

Ista Controversia, cum pluribus aliis, quæ inter hos Nobiliss. DD. de Gambacorta, tam proprio, quam eorum majorum nomine, & præsertim quondam Petri Senioris, Fabricii, Anibalis, & aliorum agebantur in S. C. fuerunt transactæ inter D. De liam Capyciam viduam quondam Antonii, & tutricem ejus filiorum ex una, & D. Scipionem quondam,

Pompei meum clientem ex altera, fuitque ad invicem cessum litibus omnibus pendentibus in S. C. in Banca Carboni, de Felice, & de Amico pro Amatrua, certa pecunia invicem soluta, & compensata, ut ex instrumento rogato 13. Aprilis 1620. manu quondam N. Octavii de caro, cuius acta conservantur per N. Anellum Perrotta proprie Sedile Capuanum.

### S V M M A R I U M.

- 1 **D** Isposicio in febris etiam hereditariis nulla est sine domini astensi quoad ipsius feudi corpus, & num. 26.
- 2 **I**nstitutus conservari, vel immitti debet in possessione de feudis, quando agnatus non demonstrat liquidam nullitatem testamenti, scilicet proximiorem, & institutum esse extraneum respectu sui.
- 3 **F**ilia feminis non admissa ad feudum de jure communis, debet tamen in illis possessionem immitti, tam ex testamento, quam ab intestato, ubiunque jus agnati contradicentis esset dubium, vel requireret altiorem indaginem, & num. 4. tam in linea descendenti, vel transversali, etiam si non negetur feudum, sed dicatur esse feminam, vel feminas ex consuetudine habilitatas, & num. 7.
- 4 **A**gnati sunt legitimi contradictores contra feminas, si probationes habent in prompta claras, & liquidas, quod non sit feudum feminum.
- 5 **C**ap. inter filiam, si de seu defun. milit. content. sit, loquitur in testamento facto de feudo, quod filia possit ponere in possessionem per remediam, l. fin. secundam Isern.
- 6 **E**xceptio, duto facis petere, quod restituturus es, habet locum etiam in summariis judiciis, & num. 24. tunc tamen in iis desertur, quando absoluere, incontinenti, & concludenter liques de non jure petentis immisionem, etiam si modica curiae dabitatio in beneficium petentis, & num. 9.
- 7 **C**ontradictor, nisi in promptu de jure suo doceat, non admittitur ad docendum de jure suo nisi in judicio ordinario, herede tamen scripto in possessionem posito.
- 8 **R**emedium l. fin. C. de edict. D. A. tolle. non minus adeptam confirmat, quam novam possessionem concedit.
- 9 **P**rocessus non impeditur in summaris judiciis, ex iis, quæ requirunt altiorem indaginem, sed reservatur in ordinario.
- 10 **I**nvestitara veteris feudi non sit ad finem acquirendi dominium, nec possessionem, nec aliud jus novum, sed in signum devotionis, & recognitionis, quæ debent præstari domino, proinde impropria dicitur.
- 11 **H**eredi possidenti feuda ex testamento est concedenda investitura antiqua confirmatione, & renovatio, etiam si existat agnatus contradictor, & num. 15.
- 12 **F**ilii fratrum succedunt cum patris in stirpe ex vi statuti Januensis, quod tam in allodialibus, quam in feudalibus procedit.
- 13 **P**ossessio feudorum vacans licet etiam propria auctoritate approbendi potest.
- 14 **I**nvestitara faciunt rem notoriam probationem probatam, & veritatem apparentem.
- 15 **P**ossessorum dicitur admixtam habere causam proprietatis ex discussione tituli.
- 16 **P**ossessio feudi ex justo titulo delata, vitiosa censeri nequit.
- 17 **I**sern. & Bald. doctr. in cap. Imperiale, §. insuper, de prohib. feud. alien. declaratur non procedere, data

- data oppositione servii perentis investiduram, ex Regente de Ponte, quo casa non dicitur iudicium summorum, sed ordinarium, & n.22.
- 23 In iudicis immisionis, oblatio probationis promptioria sufficit, quamvis reus non habeat probations in sacco paratas.
- 25 Feudum hereditarium esse, vel ex pacto, est necessarium praambulum ad immisionem obtinendam, & in hoc tantum reponenda est victoria causa, secundum Menoch, sed non bene.
- 27 Feudum concessum pro hereditibus, & successoribus, in dubio hereditarium censetur, & est basis, & fundamentum reliquorum.
- 28 Investitura prima facit cognoscere legem seu pactum feudi, & ipsius naturam.
- 29 Feudum omne etiam hereditarium est ex pacto, vel rectum, quod idem importat ac feudum ex pacto, tamen cum additur nomen hereditibus, statim feudum ex pacto efficitur cum qualitate hereditario, quod hereditarium simpliciter appellatur, & n.30.
- 31 Dicitio hereditibus, apposita in dispositivis facit feudum hereditarium, & quid in exequacivis.
- 32 Declaratio nulla melior, quod ipsiusm̄is disponentis.
- 33 Protestatio perentis, & concedentis, prima investitura nolle derogare, operatur, quod secunda non oblit.
- 34 Derogatio primae investiturae quoquo modo ex verbis secunda facta reducitur ad tenorem primae, & contentam in ea sanctum servandam.
- 35 Investitura secunda derogatoria prima, presumitur ex errore manasse.
- 46 Vassallus cum consensu domini potest alienare, alterare, & naturam feudi per omnia mutare, multo magis potest ex consensu vassalli, & domini nova qualitas adjungi.
- 37 Feudum non definit esse hereditarium ex eo, quod qualitas masculinitatis sit addita.
- 38 Feudum francum alienari potest absq; domini consensu, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, orienta magis communi opinione, & n.41. & 42. & aquiparatur feudo concessio pro te, & quibus deridit, de quo in quascunq; personas, etiam in agnatorum praedictum disponitur, & n.39.
- 40 Cap. i. de success. feud, limitatur in feudi franco.
- 43 Feudum francum, et si non potest alienari sine domini consensu, secundam Camer. opin. limitatur tamen dupliciter, primum largè verba investitura conceperit essent, para per omnia francum, vel liberum, secundum, quando alienando non contenditur dominus, & tanto magis secessat dominum domini, & n.44. & 45.
- 46 Clausula concedimus totum illud honoris regale, quod nobis pertinet, facit transferre etiam direc. etum dominium, vel saltim tribuit licentiam alienandi feudum, & remisit requisitionem petitoris assensus, & n.49.
- 47 Honor domini consistit in jure superioritatis, & directi dominii, ex quo vassallus alienando feudum facit contra domini bonorem, nec inconvenit, ut accipiat pro ipsis bonis immobilibus, & rerum dominio, & n.50.
- 48 Pactum translativum etiam directi dominii non est contra substantiam feudi, sed tantum fidelitatis remissio.
- 51 Suprema superioritas remanet apud Principem concedentem, licet transeat in suscipientem plenum feudi dominium.
- 52 Consuetudo, & mos vivendi attenditur etiam in feidis, praesertim in eorum alienatione, Regiagi; autoritatis comparatur.
- 53 Observantia per actus subsequitos ambiguae conventionis, & investiturarum interpres, mentem concedentis, & acquirentis declarat, praesertim in feudalibus concessionibus, & in ea aliquis temporis lapsus non requiritur, & n.63.
- 54 Alienandi facultas in privilegio, sive investitura concessa tribuit potestatem alienandi absque ulla assensus requisitione, nisi illico sit clausula adiuncta nostro tamen assensu reservato.
- 55 Consuetudo potest inducere, ut feuda sine assensu domini directi, alienari valeant, quod enim fieri potest pacto, potest, & consuetudine, & n.57.
- 56 Leges prohibitive alienationis feudorum praesertim ex nova causa inducit, futuras consuetudines non abrogant.
- 58 Consuetudo, ut feuda sine domini directi assensu alienari valeant, ad hoc ut inducatur, tempus decem, vel viginti annorum sufficit, cum id sat sit, ut ea contra legem inducatur.
- 59 Consuetudo interpretativa, non solùm legum, sed privilegiorum, et scripturarum decennii lapsu inducitur, & n.60.
- 61 Prescriptio centenaria, ubi requiritur sufficit consuetudo interpretativa decem annorum.
- 62 Interpretatio certa, & indubitate de qualitate rei in feudum concessa ex unico actu desumitur, qui subsequenis formam perpetuam suggerit.
- 64 Alienatio semel legitimè facta, alienatum semper alienabile efficit, quando prohibito est in personam secundam aliquos, & n.65. sed contraria sententia est verior, licet in feidis apud regnicolas dubia, etiamsi prohibito sit realis, ut in feidis, & rebus Ecclesiæ, proinde possessor tunc feudum tanquam allodium retinet, & n.66.
- 65 Prohibito alienationis feudorum realis est.
- 67 Vicinorum consuetudo attenditur, & eam, loci consuetudini, ubi dominus resides, vel ubi facta fuit, investitura preferri, non est inconveniens.
- 68 Controversia super status Bari, & Rossani inter Investitissimum Philippum Secundum, & Regem Pollonia in Camera Imperiali decisa ex Reg. de Ponte.
- 69 Actus diversimode, quod frequentius evenit, vel ultimus servandus attenditur.
- 70 Dominus sciens, & non contradicens actibus contra juris dispositionem, & sui praedictum, jus suum exercitat.
- 71 Petatio assensus non necessarii, tam in allodiis, quodam feudi non est attendenda, & nil operatur, ac si dixisset, arma virumq; cano.
- 72 Dispositio de feuda in agnatum comprehensum in investitura, et si non esset proximior, sed ulterior, valida est, damnando expressa non sit investitura secundam jus francorum.

## ARGUMENTUM.

Immisionem, & investituram feudi concedendam etiam fratri patruei heredi instituto non obstante oppositione patrui eundem gradum representantis, etiam ex prompta probatione de justitia, & efficacia tituli multipliciter. Primum, quod feudum sit hereditarium. Secundum alienabile sine assensu directi dominii, aut ex eo, quod francum sit, vel directam dominum in vassallum translatum, vel ex duplice consuetudine, personarum utentium, scilicet loci, ubi sita sunt feuda. Et novissime, quia valet testator disponere in agnatum, licet non proximiorum, in investitura tamen comprehensum.

Pro

**Pro Dom. Augustino Spinola contrà  
Dominum Ascanium Spinola lu-  
per investitura feudorum Castella-  
rii , & Pompejani in ditione , &  
Ducatu Mediolanensi .**

**CONTROVERSIA XXXI.**

**I**nvestituram petitam per D. Augustinum Spino-  
nolam fratrem Patruelcm virum. & hæredem insti-  
tutum a Dom. Cecilia Spinola filia qu. Lazar, de-  
fendis Castellariori, & Pompejani, non obstante op-  
positione Dom. Ascanii Spinolæ communis Ceciliæ  
testricis, & Augustini, hæredis instituti conjugum  
patrui ab inclita, & Serenissima Republica Genuensi  
concedendam ex juribus rigore, & æqualitate ex  
subscriptis patebit. Quamvis enim in feudis nulla  
valeat ordinatio, vel dispositio defuncti, ex generali  
regula cap. 1. de successi. feudi , & Const. Regni bac-  
edictali, quam procedere etiam in feudis hæreditariis  
cujusmodi esse feuda, de quibus agimus, mox proba-  
bitur, tradunt Camer. in c. Imper. lit. E. ver. observa-  
guæ, & lit. S. car. 24. Loffred. in parafr. in cap. 1. §.  
ubi verd. an agnat. & cons. 1. n. 147. Pistor. l. 2. qq. seu  
par. 1. q 4. n. 7. & n. 7. Rosentabl. cap. 7. conclus. 2. n. 2.  
ubi add. lit. F.

Tamen id procedit, quando in promptu agnatus  
demonstrat liquidò nullitatem testamenti, quod ipse  
sit proximor, & quod institutus respectu sui sit ex-  
traneus, alioquin si jus agnati contradictoris non  
sit omn' nō clare, & evidenter liquidum, vel replica-  
tio instituti reddit jus agnati venientis contra testa-  
mentum dubitabile, tunc sicut non debet impediri  
immisso ita fortius concedi debet conservatio pos-  
sessionis, jam legitimè adeptæ, quia præsumitur pro  
testamento in summariissimo judicio ex remedio, l.  
fin. quod non minus eadē tam confirmare, quam no-  
vam concedere, adipisci possessionem constat, ut in-  
frā, Azo. in d.l.fin. n. 8. Bald. in fin. Decius cons. 424.  
num. 14. de quo ex dictis per omnes post Isern. in  
vulg. §. inter filiam , si de feudo defunct. mil. conten-  
dit, &c. nunquam fuisse dubitatum testatur in spe-  
cie Dom. Consil. de G. prg. alleg. 21. n. 2. & 3. & verè,  
& propriè in præsenti casu à fortiori procedit dispo-  
sitione d. cap. 1. §. inter filiam, ubi licet filia de jure com-  
muni non admittatur ad feudum, quia tamen du-  
bium erat, an esset feudum, vel allodium, & dato  
quod fuisse feudum, poterat esse fœmineum, vel al-  
terius qualitatis, in quo utique fœminæ succedere  
potuissent, nec agnati habebant probationes in  
promptu, hac de causa fuit dictum, quod immittatur  
filia fœmina, ex quo tex. ob id recte colligitur, quod  
ubicunque jus agnati contradicentis est dubium,  
vel requirit altiorem indaginem, filia immitti de-  
bet etiam ab intestato, & sic longè fortius agnatus,  
qui habet testamentum, ut primum probat Glos. in  
cap. 1. de controver. inter mascu. & fœmin. ubi Alvar.  
num. 1. Belvis. ver. vel dic. tertid, Bald. & Laud. Ro-  
land. cons. 2. num. 31. in 3. Ojascb. decis. 26. num. 13.  
4. & 17. ubi dicit receptam sententiam Rosenthal. de  
feud. c. 7. concl. 49. n. 1. & secundum determinavit S.  
C. apud Affl. dec. 119. ubi cum essent feuda in Apru-  
tio, & ob id dubium esset an in eis servaretur jus  
Francorum, vel jus Longobardorum, hac de causa  
fuit decilum, ut qui habebat testamentum, immitte-

retur, & quod hæc fuerit mens Affl. probator te-  
stimonio Dec. conf. 588. in fin. & quod ita demum  
agnati sint legitimi contradictores, si probationes  
haberent in prompta claras, & liquidas, quod esset  
feudum ejus naturæ, ad quod fœminæ venire non  
possent Zuccard. in resp. d.l.fin. n. 486. Campeg. inter  
conf. Bruni, conf. 2. n. 9. Gozad. conf. 50. n. 26. Ojascb.  
d. dec. 36. n. 3. ubi latè Roland. d. conf. 2. n. 38. in 3. &  
ante eos Isern. in d. §. inter filiam, ubi declarat, quod  
potest ponit filia in possessionem, vel per interdi-  
ctum, quorum honorum, vel per remedium d.l.fin.  
quo casu dicit ipse sufficere demonstrare testamen-  
tum non cancellatum, & sic secundum intellectum  
Isern. loquitur ille text. in testamento facto de feudo,  
& quod filia potuit ponit in possessionem per reme-  
dium, l. fin. quod constat esse ex testamento, & quod,  
etsi filia fateatur esse feudum, sed dicat esse fœmineū,  
limmittenda sit in possessionem, lite pendente, tra-  
dunt Laud. & Alvar., ibi in fine, & facit solempne  
conf. Roland. 1. in princ. in Marchionatu Montisfer-  
rati, ubi declarat procedere tam ex testamento, quā  
ab intestato, & tam in linea descendenti, quā trans-  
versali, & etiam si non negetur feudum, sed dicatur  
esse fœmineum, vel fœminas ex consuetudine habi-  
litatas faciunt tradita per D. de Curt. in 1. par. §. 14.  
incip. multories, n. 31. & 32. hinc fit, ut licet patenti  
immisione possit agnatus contradicitor objicere  
exceptionem, dolo facis petere quod statim restitu-  
tur es, quam in his etiam summarissimis locum  
sibi vendicare, probant relati per Andr. Knichen  
infra citandi loco num. 195. tunc tamen in istis pos-  
sessoriis summarisi deferri debet, quando undiq; cer-  
tè absolutè, incontinenti, & concludenter liquet de  
non jure patentis immisionem, sed si etiam modica  
currit dubitatio, etiam in beneficium patentis im-  
missionem, tunc non defertur exceptioni, sed conce-  
ditur immisso, sic decidit J.C. in l. 3. §. causæ, ver.  
summatis, ff. de Carbon. edic. ibi, si verd. ambiguum  
causam, hoc est, vel modicum pro puro faciem, us  
non videatur evidenter filium non esse dabit ei Car-  
bonianam bonorum possessionem; constat ergo, quod  
quovis modo contingit dubitari de juribus con-  
tradicotoris in beneficium immittentis, cessat contra-  
diccio, & fit immisso, & Gl. ibi in verbo absolutam  
exponit, id est sine dubitatione, & adjuvit dictam  
reg. dolo facis, &c. & quando contradictor vult de  
jure suo docere, non debet admitti, nisi in iudicio  
ordinario, hærede scripto prius in possessionem po-  
sito, nisi in promptu de jure suo doceat, docet Bar.  
in sua distinct. in d.l.fin. n. 22. Glos. Bart. Salyc. Ja-  
cob. & alii in l. 2. C. cod. ist.  
Si igitur D. Augustino esse concedenda immisso  
vigore l. fin. que, & conservationem adeptæ posse-  
sionis producit, ad latè tradita per Menuch. de adi-  
pisc. remed. 4. num. 348. q. 44. multo fortius inve-  
stitura confirmatoria concedenda erit à Serenissi-  
mo Domino, siquidem constat, hujusmodi investitu-  
ra petitionem, non aliud sapere, nisi possessorium  
adipiscendæ, vel confirmandæ possessionis, magis,  
quam petitorum, quia non concludit ad declara-  
tionem utilis dominii, nec in eo requiritur libellus  
ad instar Carbonianæ bonorum possessionis, de  
qua supra diximus, & proceditur summatis, in  
quibus summarisi, vera est regula, quod ea, quæ re-  
quirunt altiorem indaginem non impediunt proce-  
sum, sed debent reservari in processu ordinario, ju-  
ribus citatis ad hoc per Bal. latioribus, eisdemq; ver-  
bis verè aureis in c. Imp. §. insuper, post n. 3. ver. aut  
invic-

ut in petitione ibi, sub illis modis, invisibilis, usq; ad n.4. de probibita feud.alienat. per Federicum, & idem Bald. in l.1.n.4.ff.de rer.divis.docuit, quod investitura veteris feudi non sit ad finem acquirendi, nec dominium, nec possessionem, nec aliud jus novum, sed in signum cuiusdam census, devotionis, & recognitionis, quod debet prestari domino, & Prepos. in c.1. per quos fiat investit. tradit quod renovatio investiture antiquae non tribuit, jus novum in se, nec prestat possessionem, neq; dominium, ob quod dicit esse impropriam investituras, & ibidem Alvar. Affl. & aliis, & Alvar. in c.1. quid sit investitura, quod latius explicat Reg. de Ponte conf. 62. à n.1.ad 13. Bolognes. conf.5.n.41. & 74. Mastrilli. dec. 14. Sicil. 44.n.4. & 10. & in puncto quod haeredi possidenti feuda, vigore testamenti sit omnino concedenda investitura antique confirmatio, sive revocatio, nam res videtur esse in circulo, & saltabalia, ut omnino dominus directus teneatur investire, juxta l. Claudius felix 16. ff. qui posterior in pignor. docet. Iser. in d. gen. super, post n.59. ibi, nam veterem investituras patris heres, qui possideret, ubi Episcopas Nicol. in addit. citat eundem Iser. in c.1. post n.2. vers. & intelligenda sunt, de cap. Carradi ubi latius Iser. exaravit concedendam esse investitaram haeredi possidenti, citans c.1. per quos fiat investitura, & in c.1. quo tempore col. 1. in fin. ubi confirmatur sibi justa causa possessionis, & concord. citat idem Episcopas in d.c. 1. de cap. Corrad. lit. L. vers. quando possidet. Idque locum sibi vindicare, etiam si existat agnatus contradictor, qui nisi probationem promptuarium afferat de jure suo, & res de qua agitur, obscuritatem, & dubietatem redoleat petitorii, & sic ordinarii processus via patere debet agnato, haerede interim in possessionem admisso, & confirmato per investiture concessionem ex dec. præd. §. inter filiam, ita in individuo, Moabiter. dec. Cam. Imp. 13. n.54. & 58. Andreas Knibben Germ. in suo opere feud. de interd. quorum bonorum adipiscend. cap. 6. num. 133. & n.284. ad 289. ubi ita plures in Camera Imperiali decimum videlicet plenissime testatur, ex quibus, cum tantum absit, ut D. Ascanius agnatus contradictor promptuarium probationem de jure suo concludentem afferre non possit adversus D. Augustinum pariter agnatum, & eundem gradum representantem ex vi statuti Januensis, cuius vigore fratum filii succedunt cum patruis in stirpem, ut lib. 5. 16 de success. ab intest. c.23. §. si cum dd. fratribus, & in §. in defecitam predictoram, quod procedere, tam in bonis allodialibus, quam feudalibus, non dubiatur, sed in promptu D. Augustinus agnatus in eodem gradu, & amplius heres ex testamento, & iustus possessor, ut qui possessionem feudorum vacarem licet etiam propria autoritate apprehendere potuit, Bald. in d.l. fin. vers. quartus est casus, & conf. 244.vol. 3. loquens in feudo, DD. omnes in cap. in presentia de probat. Reg. de Ponte conf. 21. & dec. 40. num. 37. ex adverso offert probare, & doceat de jure suo exclusivo D. Ascanii, ex antiquis, & modernis investituras, quae rem faciunt notarium, & indubitatam, cap. 1. ubi Iser. n.2. de investit. de re alien. fac. Pacian. conf. 20. num. 1. faciuntque rem notarium, probationem probatam, & veritatem apparentem, psulaminis, quam publica documenta, de quibus alio dicuntur, noli me tangere, quia Caesaris. Iuris Gram. dec. 45. n.9. ut latius post Bald. Praep. Roland. Malvas. & alios tradit Andreas Knibben in suo num. 276. juncto n.281, omnino sequitur, ut

non sit deneganda D. Augustino investitura, tanquam vero, & legitimo haeredi, & possessori, & ius suum in promptu probare offertenti, quod possessorum dicuntur existimare, cum admistam dicatur habere causam proprietatis ex discussione tituli, ut per Bal. in rmb. de causa possess. & propriet. n.6. & 13. Statim enim atque, quod feudi possessor justo titulo sibi de fatus feudum afficit, vitiata possessio censeri nequit, siquidem à titulo dependet possessionis justitia 20 Sylvanus. Harsman de Arim. Gabriel. Cravet. & alii relati per Andr. Knibben d. interd. quorum bonorum n.135. & sic etiam si vera esset opinio Reg. de Pont. d. conf. 62. n.14. distinguenter inter petitionem investitura à directo domino, nullo existente contra 21 dictore, ut eo casu procedat doctrina Iser. & Bal. in d. §. in super, secus verò, cum se opponit tertius, assertens non petenti, sed sibi concedendam esse investitaram, quo casu. dicit ipse, formatur judicium non inter fiscum, & vassallum sed inter fiscum, & omnes comparentes, ut liquidato vero successore in feudo, in illius personam investitura expediatur, quo casu dicit ipse, non erit judicium summarium, sed ordinarium non ex propria natura judicii investitura, sed accendentis tertii oppositoris, in quo per necessitatem preambulum erit cognoscere, an sit talis, ex And. Affl. Loffredo, & aliis quos citat n.15. cum seq. quod faciendum esse ex discussione tituli, & investitaram, idem affirmat n.25.

Attamen adhuc D. Augustinus in promptu docens de justitia tituli obtinere debet, cum in his 23 judiciis oblatio probationis promptuaria sola sufficiat ad obtinendum, juxta l. fin. C. quorum bonorum, & l.2.C. de edit. div. Pasorm. Bertr. Alba Beccius, Brunas. Ferret. Nasta. Honored. Vivius. Bonifac. Roger Wsemb. c. Gozad. Alcias. & alii relati per Knib. d. loco n.141. quamvis reus non habeat probationes in sacco paratas Conf. noster de Anna conf. 65. n.19. & interim erit in sua possessione conservandus, quia praestat potius non restituere, quam possessionem 24 restitutam repetere, quia dolo facit contradictor petere, quod statim restituturus est, ut latè Knibben d. loco n.191. & num. 198. juncto num. 200. Probat autem in promptu justitiam tituli D. Augustinus multipliciter. Primo, dum afferit feudum hoc proculdubio censendum esse hereditarium, non ex parte, quod quamvis sit necessarium preambulum ad causam victoriam, non tamen erit tanti faciendum, ut in hoc solo sit reponenda spes litisq; victoria, ut paratum cautè vir aliquin propè divinus Menoch. statuit in suo, in hac eademmet causa edito conf. pro D. Augustino, quod circumfertur impressum sub n.812. siquidem certum est apud feudistas, & praerogativa regnicolas assumptum, ut nulla sit dispositio 26 defuneti etiam in feudo hereditario, quoad ipsum corpus feudi, ejusque alienationem, & dispositionem sine assensu, ut ex supra citatis DD. paret dicentibus dispositio in c.1. de success. feudi locum habere etiam in feudo hereditario, quibus addo Comer. in cap. Imper. car. 57. sol. 1. lit. A.B. vers. nam nos tenet Reg. de Curse par. 1.c. 14. incip. multos c. n.82. Et ob id conjugendum hoc motivum existimavimus cum aliis, nempe quod nendum sit hereditarium propriæ, sed impropriæ, scilicet effectum alienabile ad instar allodialium sine assensu, tum ex subsequita investitura, qua effectum est feudum francum, & liberum, quod suapte natura est alienabile sine assensu domini, tum etiam si id deficeret, ex actibus subsequitis, & confuetudine utandi, tam persona-

sonarum, & sic vassallorum, à quibus fuit possessum quam locorum coadjacentium, sive convicinorum, quinimò generali etiam more vivendi in feudis illarum partium, ex quibus natura, & qualitas feudi dñoscitur. Et tandem ex potestate à jure tributa alienandi, vel disponendi in agnatum de comprehensis investitura.

Circa primum assumptum, quod sit hujusmodi feudum hæreditarium, illud pariter multifariam probatur, & primò ex tenore primæ, & originalis investiture Federici I. anni 1162, & non minus ex confirmationibus Federici II. de anno 1311. & Caroli IV. de anno 1369. quæ ed. fortius operantur, ut quia in ipsis tenor primordialis investitura est insertus, & sic ipsis mediis primam habemus. In prima etenim, licet Imperator concedere dicat hujusmodi feuda cuidam Anselmo per rectum feudum, statim subdit in dispositivis, concessisque dicto Anselmo sua utilitat, & suis hæredibus adificandi, & destruendi potestatem, & iterum in illis verbis, statuente itaq; srmiter præcipimus, &c. & statim additur, nisi solus dictus Anselmus, & sui hæredes, et sic nedum concessionario, sed suis hæredibus prospexit expreſſe.

Confirmationes item Federici II. & Caroli IV. expreſſe loquuntur, pro hæredibus, & successoribus legitimis, ergo in dubio feuda sub istis verbis con-  
27 cessa, sunt hæreditaria, ut est text. pulcher in l. familiaria, cum seq. ff. de religios. & sumptibus fan. & l. ius sepulcrali. C. eod. ist. Pernus in conf. 7. & 13. Frecc. lib. 3. in 3. form. D. Capyc. in invest. ver. hæreditarium feudum, car. 234. Loffred. conf. 1. ubi probat ex receptissima tententia, & autoritate rerum ipsis judicatarum, mentionem hæredis perneceſſe reddere feudum hæreditarium etiamsi sit dubium pro legitimis hæredibus, in terminis Burſas. conf. 2. post num. 36. lib. 1.

28 Et sic posteriores investituras, se se conformant cum prima, ex qua lex, scilicet pactum feudi, & natura ipsius feudi dñoscitur. Ifer. in §. projecta, de l. Corradi, Brun. conf. 1. n. 85. Aff. l. dec. 195. n. 6. & dec. 265. n. 102. & 103. latè Reg. de Curt. c. 12. incip. tenor ergo, & n. 64. cum extensionibus traditis per Intrigl. par. 1. quæst. 10. n. 54. cum seq. & aliis etiam infra ci-  
29 landis, & est basis radix, & fundamentum reliqua-  
rum, ut post Scbrader. par. 5. n. 2. & 31. latiss. Rosenthal. cap. 6. qu. 69. n. 7. licet enim omne feudum hæ-  
demitarium sit etiam ex pacto, vel feudum rectum,  
quod idem importat, quod feudum ex pacto, ut  
post alios advertit Dominus Reg. de Curt. in 1. par.  
divers. c. 15. incipien. nunc de altera num. 136. Ta-  
men cum additur nomen hæredibus statim efficitur  
feudum ex pacto cum qualitate hæreditaria, quod  
30 hæreditarium simpliciter ex novæ supervenientis  
qualitatibus differenti additione, quæ in diversam  
facit transire speciem, appellamus, ut disertè explicat  
Camer. in c. Imper. cár. 96. col. 1. vers. quo vero ad se-  
cundum, Frecc. in 3. lib. in 3. formul. ex n. 22. ubi  
pro reg. id statuit, nec ex septem, quas subicit li-  
mitationibus, aliqua ad casum nostrum applicari po-  
test, et in hoc dicit concurrere omnes, tam Civilistas  
quam Feudistas, omnibus ferè enumeratis, D. de  
Curt. in d. 1. par. c. 14. incipien. multoties, n. 48. ubi  
31 n. 52. & 54. bene probat, quod apposita dictione  
hæredibus, semper dicitur feudum hæreditarium,  
non attenta illorum opin. qui vim faciebant in mo-  
do, quo dictio hæredibus effet apposita in investi-  
tura, quando dictio hæredibus, est addita, prout hic

in dispositivis, ubi in corpore ipsius dispositionis re-  
ctè investituræ tenorem consideranti patebit, non  
autem in executivis, quæ non alterant dispositio-  
nem, juxta Clem. I. de præbend. et sic sumus extræ  
terminos, dec. 6. D. de Francb. post Arrium Pinel.  
Gabriel. et alios, quos sequitur D. de Curt. d.c. 14.  
n. 58. et omnium optimè Osasch. dec. 164. n. 2. in fin.  
& 3. tametsi contrarium post Curt. jun. latè firma-  
verit Frecc. de subſeu. lib. 3. in ter. formal. n. 24. ut  
etiamsi in executivis ponatur dictio hæredibus,  
quamvis non alteretur dispositio, declaretur tametsi  
ut concedens voluerit effici feudum hereditarium.  
Unde cum Imperator in dicta prima sua investitu-  
ra in dispositivis scipsum declaraverit, et glossave-  
rit nulla melior erit expetenda Glossa, quam ipsi-  
32 met disponentis, D. Casanate conf. 15. n. 7. conf. 33.  
n. 52. et conf. 47. n. 63. Quod bene senserunt succes-  
sores Imperatores, dum de procerum, et sapientum  
consilio, ut præsumitur, juxta l. humanum, C. de ll.  
renovationes juxta formam primæ concedentes,  
expresse pro hæredibus, et successoribus sequentes  
investierunt. Et cum de anno 1386. in locum im-  
perii prædicta feuda fuerunt Dominio Excelſe Rei-  
publicæ Januensis pro certis partibus subjugata, id  
factum fuit cum verbis, et clausulis expressis, ut  
eorum natura, et forma non censeretur alterata ibi,  
& natura forma, modo, usu, & consuetudine dicto-  
rum feudorum constitutis, et iterum ibi, secundum  
tam modum formam, & consuetudinem antiquatæ  
dictorum feudorum, et paulo post ibi, dederunt, &  
concesserunt, & dant, & concedunt prædicta feuda,  
pro partibus suprad. cum modis formis conditionibus  
& consuetudinibus antiquatis dict. feudorum. Et sic  
semper inconcusse servavit inclita Republica in  
omnibus subsequentibus investituris, tam sub Re-  
gibus quam exactis Regibus, ex quibus omnibus  
confirmatur, et declaratur feudum hujusmodi hæ-  
reditarium, non autem ex pacto, nec contrarium quo-  
ad hoc afferuit Jacobus Maria Spinola in precibus  
pro obtainenda investitura porrectis Republicæ sub  
die 3. Decembris 1541. nec minus aliter sentit ipsa  
Res publica in illius concessione.

Dum enim Jacobus Maria supplicans pro se, et  
fratre, duo afferuit. Primò feudum ex natura ipsius  
non transiri ad foeminas. Secundò de ipso disponi  
non posse per viam legati, nec alio modo. Quoad  
primum, verum dicere potuit, cum de jure commu-  
ni feuda ad foeminas non pertineant, nec ex eo,  
quod feuda ad masculos pertineant, foeminas peni-  
tus exclusis, desinunt esse hæreditaria, cum recepta  
sit opinio ex adjectione dictio hæredibus effici  
feudum hæreditarium, etiam dicatur pro hæredi-  
bus masculis, et in Regno ex nostris Constitutio-  
nibus sunt dumtaxat habilitate in defectum masculi-  
orum, ut infra probabimus. Quoad secundum ve-  
ro, intelligendo, quod Jacobus Maria senserit de præ-  
dicto feudo non posse disponi, nec per viam legati,  
vel alio modo, etiam inter vocatos, comprehensos  
in investitura, in hoc palam erravit, et optimè adver-  
tit Menoch. d. eonf. 8. 12. n. 12. & 13. et ex infra di-  
cendis patebit, dum probabimus, feudum hoc, nedū  
esse simpliciter hæreditarium, sed alienabile sine af-  
fensi, præsertim inter vocatos, in quo pro resolutio-  
ne, ultra considerata per Menoch. dicimus ex verbis  
tam supplicantis, quam Domini concedentis colligi  
noluisse mutare, nec in minimo quidem alterare for-  
mam antiquæ, et primordialis investituræ, et natu-  
re iustæ ab initio erectionis, et generationis feudi  
ut

modis, & formis, prout ipse D. Baptista, & antecessores sui, & à quibus jus, & causam habuit, tenebant, & possidebant, & in concessione in verbis dispositivis additur sub illis modis, & formis, prout ipse D. Baptista, & antecessores sui, & à quibus jus, & causam quomodolibet habuissent, antea tenebant, & possidebant, sex quibus cum petens, & concedens simul protestari sint, se ipsos nolle tenore primæ investitū derogari, non video quo pacto hujusmodi investitura obesse possit, ut patet ex *Surdō conf. 105. n. 26.* & aliis infra citandis lib. 1. & si quomodo ex verbis derogatio facta esset, certum est de jure esse reducendam ad tenorem primæ investitū, quidquid enim super appositum est, pro non apposito censeretur debet, & id solum, quod in prima cautum reperitur servandum est, licet aliis contrarium statuant Bald. *Alex. Dec. Afflīct. Damn. Paris.* & alii relati per *Regent. de Carte 1. par. 6. senor igitur in fin. n. 70. Jof. Capy. Frecc. Anna.* & alii innumeri, quorum autoritate, ita obtinuisse, & decisum fuisse pro Principe Bisiniani, tradit doctissimè simul, & latissimè insignis Feudista, & noster in praesenti causa collega Bambacar. in repēt. cap. *Titius, §. si minori, q. 6. car. 179.* si de feudo defuncti, & ita pluries decisum infinitos Feudistas citans, testatur D. Reg. de Ponte, qui exinde dicit, quod investitū confirmatorię, aut assensu subse-  
35 quentes presumuntur ex errore emanasse de potest. *Pro reg. de divers. provisio. in §. de riforma investit. car. 5. 16. Surd. dicto conf. 105. n. 26. lib. 1.*

Secundum vero assumptum, quod hujusmodi feudum, nedum fuerit hæreditarium ex sui ortu, & à principio erectionis, sive generationis, sed etiam alienabile, sine assensu directi Domini, salvi quando decesset antiquior probatio, id clarissimè ostenditur ex investitura obtenta per Jacobum Mariam Spinalm sub die 23. Decembris 1566, ubi apparet, ipsum supplicasse Reipublicę, ut dignaretur hujusmodi loca in feudum francum, liberum antiquum avitum & paternum sibi investire pro se, & suis hæredibus masculis, & ipsis deficientibus, foeminis, & quod de gratia speciali, & plenitudine potestatis concedere posset, tam inter vivos, quam in ultima voluntate disponere de dicto feudo in una, vel pluribus filiis, prout ipse elegerit, cum onere &c. & potestate illa obligandi uxori; in quo de voto Consulteris, qui restulit omnia petita; ultrà concedi solita, esse in facultate Reipublicę, totum fuit concessum.

Unde supposito in feudo hæreditario vassallum, cum consensu directi Domini posse totum facere, & sic nendum al enare, sed alterare, quinid natu-  
36 ram etiam ipsius feudi per omnia mutare ad libi- tum, præsertim de certa scientia, & potestatis plenitudo, *Afflīct. decis. 28. 2. num. 7. Paris. conf. 6. n. 11. lib. 1.* non erit propterā ambigendum, rite potuisse ex consensu vassalli, & directi Domini in prædicto feudo hæreditario novam qualitatem adjungi; ut scilicet remanente feudo in sui natura hæreditario, de novo fuerit addita qualitas feudi franci.

Constat enim non ex eo, quod qualitas masculinitatis sit addita, maxime non per omnia foeminas excludendo, sed illas admittendo in defectum masculorum, ex hoc definere feudum esse hæreditarium; feudum enim manet hæreditarium, etiam si pro ma-  
37 sculis concedatur, exclusis foeminis, in omnem casum juxta receptam sententiam apud Feudistas, præsertim regnicolas optimè feudorum materiam callentes *Afflīct. in cap. 1. §. similiter de capit. qui cur. yest. cum aliis per D. de Carte in cap. multis ies. 5. 3*

*Fab. de Anna conf. 1. 14. n. 24.* Ex eo autem quod sit feudum francum, secundum magis fortè com. sententiam, feudum alienari potest inter vivos, & in ultima voluntate, nullo alio directi Domini requisito  
38 assensu, ut hanc opin. firmarunt Hostien. & Jo. Andr. in cap. fin. de reb. Eccles. non alien. Bald. in aarb. nisi rogati, nu. 15. C. Trebell. in l. 1. col. 2. nu. 5. C. si à non compet. judice, idem in cap. inter dilectos, nu. 6. vers. alii dicunt de fide instr. Felyn. in cap. qua, in Ecclesiasticum, col. 31. n. 72. vers. secundo limito, de Conflit. Jacob. de Sancto Georgio in verb. & cum paſto, quod de ipso, num. 15. in fine Jas. in prælud. feud. nu. 118. & conf. 57. num. 2. vers. secundo principaliter moveor, in primo, *Curtius in tract. feudorum par. 1. qua. 8. n. 27. in vers. secundus notabilis effectus, & in vers. quartus, & ultimus effectus, ubi concludit, posse alienari, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, Alex. in pluribus conf. Berous Corn. Socin. jun. pariter in pluribus conf. & alii plures, quos congerit Bursat. conf. 2. n. 35. volum. 1. ubi ex plurimum testimonio dicit com. Olsdr. Curt. sen. Rayn. Alban. Brun-Zafus, Silvan. & alii congesti per eundem Bursat. conf. 4. nu. 1. ubi num. 2. & 3. multorum auctoritate probat, hujusmodi feudum francum equiparari illi concessio pro se, & quibus dederit, de quo secundum 39 communiores doctrinas disponitur in quascunque personas, in agnitorum prejudicium, & inter comm. opin. in feudo franco hanc adscriptit Laurent. Chirchov. com. opin. cent. 2. conclus. 38. Feder. Schewen. in cap. 1. n. 9. de success. feud. Schoneid. de feud. par. 7. c. 1. nu. 44. Menoch. latè conf. 40. 1. nu. 35. volu. 5. & in plures citato responso in hac eadem causa edito.*

Et ex nostris Regnicolis, hanc opin. firmat Capyc. in investit. in verb. feudorum genera, vers. feudum francum, in vers. effectus Frecc. lib. de subfeud. in 3. formul. investit. ubi postquam examinavit decis. text.  
40 in c. 1. de success. feudi, limitat in 2. falewia in specie in feudo franco, post Jas. & Jacob. quo citat Thomas Marinus lib. 5. sit. 19. de feudo non hab. propri. natur. Jacob. de Francib. in sit. de bis qui feudi dare poss. n. 196. & ex Sicutis Petrus de Gregor. de success. feudi par. 5. q. 6. ubi firmat, quod feudum dicitur francum à 1. legis, id est pena caducitatis, quae alterat naturalem libertatem consensus, sine qua non diceretur francum, & quamvis non desint, qui Aret. sequuti in conf. 14. n. 3. & 4. conterarium affirmant, quorum ex nostris antesignanus est, Camer. in c. Imper. car. 36. 41 col. 4. vers. proindeque dicamus, & car. seq. quem sequitur Roland. conf. 2. n. 134. sit princ. & alii quos refert, & sequitur Rosenthal. tom. 1. c. 7. concl. 1. n. 6. & 7. ubi in add. lit. K. & cap. 9. memb. 1. concl. 5. n. 2. ubi addit lit. B. Intrigl. censur. 1. q. 29. n. 63. attamen, quod prima opin. affirmativa sit magis com. apparet ex catalogo DD. congettorum per eisdem, conteriam negativam tenentes, ut in specie apparet per relatios per Regent. de Carte. in 1. par. diversor. c. i. 3. cum igitur, n. 36. & quod sit etiam verior, colligitur ex doctissimè traditis per Olsrad. conf. 234. de quo non minus fuit oblitus Camer. quam de Curto is notaverit non vidisse Aret. dicit enim Oldrad  
42 d. conf. post num. 2. vers. etiam quidem, hujus verbi francum vulgarem esse interpretationem ad quam recurri debet, ut intelligatur francum, id est liberum, quod cum sit indefinitè prolatum, intelligitur omni libertate liberum, & ab omni servitute liberatum & absolutum 1. si quis duos, ff. commun. præd. & proinde censi debet liberum à pena 1. & penalibus II. ne in commissum cadat, ut ex Bald. & Alex. in terminis

minis, probat *Cacher. dec. 27. n. 6.* & *Oldr. ad litteram*, sequitur *Bald. in cap. 1. col. fin. n. 17. de capit. qui cur. vendidit, refert ex nostra Reg. de Ponte dec. Collat. 3. n. 5.* ubi in specie opin. *Capyc. & Carii* eos simpliciter referens; sequitur. Et admissa etiam *Camer.* & negantium opin. ex eodemmet *Camer.* colligitur declaratio, ut procedat, cum simpliciter con-  
43 ceditur in *feudum francum*, focus vero si largius verba investitura concepta essent, puta *du tibi per omnia francum arg. eorum*, que de viribus hujus dicit. tradunt *DD. in l. 1. ff. de legatis 1.* unde cum in casu nostro non absolute sit concessum in *feudum francum*, sed addita sit dictio *liberum ex vi istius geminationis*, & majoris expressionis censi debet, ac si fuisset dictum *per omnia francum*, ut in puncto, quod ex adjectione horum verborum *francum*, & *liberum*, cessent rationes *Aret. in d. conf. 14.* & sit veterior opin. *Bald.* tradit *Decias in c. cateram sub n. 8. vers. non tam in de iudic. quem latè expendit*, & re plenius examinata post *Cravet. conf. 63. l. n. 1.* firmitat *Hippolit. Rimini. conf. 18. n. 19. in princ.* & melius *conf. 51. 3. n. 46. cum seq. et n. 100. cum seq. usque ad 111. in 5.* ubi latissime opin. *Bald.* defendit resolvens omnia fundamenta *Aretini et Rolandi*, et quod verbum *liberum* importet, quod quis non teneatur requirere consensum alicuius, quis non esset libertas, si quis alium haberet requirere, post *Ponorat.* et alios de commun. probat idem *Roland. conf. 42. n. 19.* & *20. in princ.*

44 Secundò opin. *Aretin.* & *Camer.* declaratur, ut procedat, cum vassallus inter vivos alienans, aut in ultima voluntate disponens contemnit Dominum, que una est ex praecipuis rationibus, quibus *Aret.* innitit *d. conf. 14.* post *n. 3. dum probat*, hoc esse contra formam novae fidelitatis, in qua vassallus iugat nihil attentare, ex quo Dominus amittat aliquem honorem, sed vassallus alienando feudum, videtur facere contra honorem Domini, quia videtur eum contempnere *cap. 1. 5. si vassallus, que fuit prima causa benef. avit.* focus vero, cum omnino cessat contemptus Domini, ut in casu presenti, ubi prudens, et fidelis *Cecilia testatrix*, nedum reservavit assensum directi Domini, sed in testamento enixe humilibus precibus Sereniss. Rempublicam, et Senatum rogavit, ut dignaretur confirmare hanc fratrem, et conjugem dispositionem, eumque investire, et sic omnino dispositio debet censi validam in feudo franco, cessante contemptu, ut in puncto distinguendo dissidentes opin. conciliat *Mozzus de feudis de divis. feudor. n. 69. vers. 3.* primas effectus, et ita expresse advertit de com. *DD.* mente in hoc articulo *Curat. d. conf. 4. num. 1. in secundo, tametii etiam unius D.* opinio distinguenter in re controversia, sit recipienda, vulg. iuribus, et maximè cum in  
45 praesenti casu nedum cesset contemptus honoris Domini, sed cesset etiam damnum, quod consideravit *Aret.* d. loco in alienatione facta in extraneum potentiores, cum hic in agnatum masculum comprehensis in investitura facta sit dispositio, nedum quem idoneum, sed magis idoneum, et de eodem sanguine, qui potissimum in feudis consideratur.

Tertiò non esset ponere os in coelum, attentare in praesenti calu ex tenore originalis investiture anni 1162. esse translatum omne dominium nedum scilicet utile, sed directum per illa verba: *Concedimus etiam eidem Anselmo rotu illud honoris regale, quod nubis pertinet, vel quod habere debemus in unoquoque praedicti castrorum.* &c. unde cum honor domini pre-

cipue consistat in jure superioritatis, & directi domini:  
47 nii, ex quo vassallus alienando facit contra honorē domini, in quo se fundat *Ares. in d. conf. 1. 4. n. 3. vers. præterea, & vers. præjudicet*, ex hoc consequitur, ut cum totū istud honoris regalium per verba universalia sit translatum in concessionarii, quod ex hoc, 48 vel erit translatum directū ipsum dominium, quod pactum nō esse contra substantiam feudi, sed solū fidelitatis remissio, tenuerunt *Bal. Dec. Jaf. Cari. iust. Capyc. Paris. Tbam. Moris. Franc. de Amic. In regl. Schrad. & alii per D. de Certe in d. 1. par. 5. 12. incip. tenor ergo, *n. 24.* & *25.* licet ipse forte minus bene contrarium teneat, vel saltu per hanc clausulam 49 censebitur concessa licentia alienandi, & remissa requisitio petitionis assensus, que sub honore domini continetur, quod fieri posse ex infra dicendis potest. Ex hoc ferè in puncto fecit. *Rimin. jus. d. conf. 5. 13. num. 28.* & *29.* ubi ex quo investiti fuerant constituti in locum, jus, & statum Domini directi, probat concessam esse ex hoc potestatem alienandi, nullo requisito assensu, & *n. 29.* dicit non obstat clausulam, *salvo semper jure fidelitatis*, quia debet intelligi, rebus, sic stantibus, quamdiu non alienarent, *n. 38.* & *43.* ubi ad hoc poaderat dictionem *per omnia*, cui æquipollet dictio, *secum illud, & confirmat auctor. Angel. Natta, Loffred. & aliorum, nec*  
50 inconvenit, ut honor accipiatur pro ipsis bonis immobilibus, & rerum dominio, juxta illud *Ovid. das census bonorum*, quod honorificum sit habere bona, ut late per *Andr. Knicben de serris. origin. cap. 1. n. 5. 1. 29.* & licet plenum dominium transeat in suscipientem, remanet tamen penes Principem concedentem supra superioritas, respectu alti dominii, & protectionis, ut ex *Oldr.* probat *Peregr. conf. 16. n. 9. lib. 1. Knicben. d. loco n. 237.* Redditum etiam, & secundò principaliter fuit hujusmodi feudū alienabile ex duplice consuetudine, et si omnia predicta cessarent, personarum, scilicet, utentium, & loci ubi si-  
51 ta sunt feuda: consuetudo enim, sicut in omnibus rebus, ita in feudis, ut que a consuetudine sunt introducta, & ex consuetudine, & moribus vivant, spectanda est *Alb. Bal. Alex. Jacob. & alii relati à Menoc. conf. 32. num. 64. in prim. & præsertim in alienatione, consuetudo in feudis est attendenda, Jo: Fabr. Bald. & alii per Dec. conf. 207. num. 4. Oldr. Guid. Papæ, Paris. & alii relati per Hippolyt. Rimini. conf. 63. num. 27. & ab illa dependet catholica feudorum nomothesia, Flam. de rub. conf. 38. num. 140. & ob id ipsi debetur reverentia, tanquam matris *Bald. conf. 318. in fin. lib. 2.* & comparatur Regis autoritati *Alb. Brani. conf. 135. vers. ita quod licet, lib. 2. Bal. Dec. Jo: Galle. Ceph. Guerin. Pison. Dec. Crav. Hond. & alii per Knicben in comment. de Saxon. non prov. jur. cap. 3. n. 336.* & *de vestit. paction. par. 3. cap. 4. n. 11.* & *12.* oblervantia enim per actus subsequutos,  
52 ambiguae voluntatis conventionis, & investiturae fidissima, & falli nescia interpres, declaravit mentem concedentis, & acquirentis à principio, *I. sed Julianas 7. 5. proinde, ff. ad Maced.* & præsertim in concessionibus feudalibus, *Crav. Surd. Menoch. Raud. Morot.* & alii relati per *Knicben. de vestit. paction. par. 1. cap. 1. n. 209.* & generaliter de efficacia, & maxima vi consuetudinis idem *Knicben de Saxon. non provoc. iure cap. 3. n. 50.* & *51.*  
54 Unde, sicut si in privilegio, sive in investitura concedatur ex pacto facultas alienandi, poterit feendum, sine ultra alterius assensus requisitione alienari, nisi illico adjungatur clausula, *no/tra samas uffera/ re serua-***

reservato, ut docuit de comm. *Cam. in l. Imp. car. 45.* col. 2. in princ. ita consuetudine induci potest, ut feus 55 da sine assensu directi domini alienari valeant ad gl. in c. 1., §. porr̄d qualit. olim, feud, alien. poter. quia quod potest fieri pacto, potest, & consuetudine, ut in puncto bene probat *Roland. à Valle conf. 2. n. 20.* & seq. in primo, & principale dictum docent *Rayn.* in c. *Imper.* §. habita, n. 24. *Alexand. Roder. Curt.* jun. *Clarus. Socin. jun. Alciat. Riminal. sen.* & alii congesti per *Bursat.* qui de communiori DD. sententia attestatur *conf. 127. n. 59. lib. 3. Bald.* & alii citati per *Dec. conf. 207. n. 4.* citans tex. in cap. 3. §. libellaria, de pace constant. *Roland. conf. 42. num. 21.* in princ. *Cuman. Corn. Guid. Pape. Curt. jun. Paris.* & alii quos citat, *Becius conf. 88. num. 28.* & seq. in prin. lib. 1. *Natta conf. 322. num. 3.* & infiniti convergunt per *Rosenth. de feud. tom. 1. cap. 9. memb. 1. conclus. 58. in addit. 1. lit. A.* & seq. ubi in principio d. *conclus. num. 5.* & 6. probat ex legibus prohibitiis alienationis feudorum non censi abrogatas futuras consuetudines, praesertim ex nova causa induatas.

Et ex nostris regnolis, idem probat *Aff. in cap. Imper. §. illud. n. 6. Capyc. in investit. verb. feudorum divisio in prima sublimit. sexta limit. Frecc. lib. 3. 57 in 3. formula, in 5. limit. post n. 13. latius idem Frecc. lib. 2. in 27. limit. ad Const. divae memoriae, num. 79. car. 167.*

Ad inducendam autem hanc consuetudinem, 58 tempus decem, aut viginti annorum sufficeret, cum ex magis probata sententia hoc temporis satis sit, ut consuetudo contra l. inducatur, expressis aliorum sententiis affirmat *Rosenth. d. conclus. 58. n. 9.* ubi infinitos refert lit. E. Unde cum in praesenti casu ex nota facti clarissime liqueat, plures intercessisse actus quibus haec feuda, tam inter vivos, quam in ultima voluntate sunt alienata sine assensu, cum decursu, medum 10. aut 20. annorum, sed longissimi temporis, annorum circiter centum, & rater fuerunt habite dispositiones, tametsi assensus non intervenierit, res clara redditur, quinimodo sufficere spatium decem annorum in consuetudine interpretativa, post 59 *Alex. Corn.* & alios probat *Mascur. de probat. conclus. 424. n. 24.* & 26. *Peregr. de fidei comm. art. 52. n. 143. in fi. Menoch. in specie in consuet. declarativa. de arbit. lib. 2. cent. 1. casu 83. n. 10.* Et quod consue- 60 tudo non solum sit interpretativa legum, sed pri- vilegiorum, & scripturarum, quae ex decennii la- plu declerantur, late *Molina lib. 2. c. 6. n. 58.* loquens in dubia majoratus 61 erectione ex not. in cap. cum dilectus, de consuet. citans inter alios singulare *conf. Castren. 347. n. 14. in prima, & Reg. de Ponte* loquens in contuetudine interpretativa feudi franci, quod etiam ubi requiritur prescriptio centenaria sufficiat tamen consuetudo interpretativa decem, annorum in *conf. 30. in fin. n. 49.* & 50. & optimè idem de Ponte dec. 37. n. 4. & 5. ubi post *Burr. in c. fin. de consuet.* dicit quod non sit necessaria consuetudo prescripta, sed sufficiat constare de pluribus actibus in facto, & sic pluries observatum, & ex unico actu desumi certam, & indubitatam de qualitate rei in feudum concessae, interpretationem, & quod unicus ille actus postea subsequentibus, formam, & obser- vantiam perpetuo suggerat *Wsembe. conf. 75. n. 21.* 62 sed neque requiri in observantia interpretativa aliquem temporis lapsum, sed aliquo tempore ita observatum fuisse idem esse, ac si nominatim in investitura feudi id coventum fuisse *Schrader. de*

*success. seu. p. 10. sett. 11. n. 58.* & 60. to. 1. *Castr. Aret. Socin. Dec. Rimin. jun. Botta Cravett. Rand. citati per Knichen. de vestit. pactio. p. 1. c. 1. n. 217.* & 219. & c. 3. n. 141. cum seq. & quod per instrumenta alienationum probetur consuetudo alienandi late *Cephal. ex mente Badl. Alex. Ruin.* & aliorum quos citat *conf. 307. n. 43.* & *conf. 362. n. 21.* unde non est opus 64 ingredi disputationem, utrum sufficiat feudum semel fuisse licite alienatum ad hoc, ut semper sit effe- Etum alienabile ex dec. sex. in l. pater filium, §. quindecim ff. de legat. 3. in quo licet permultis placuerit decisio d. §. quindecim procedere dumtaxat in prohibitiō facta in personas non in rem, cujusmodi esse realem, non personalem prohibitionem alienationis feudorum dixerunt DD. congesti à Rosenth. tom. 1. 65 c. 9. memb. 1. *conlus. 59. in princ. n. 3.* & 4. cum seq. ubi late hanc opin. defendit, cuius contrarium, ut 66 feudum etiam semel legitimè alienatum duret perpetuū alienabile, ut verius, & ut forte receptius ad instar rerum Ecclesiæ, in quibus idem contingit, tametsi prohibitio sit quoque realis, probat post *Panormit. Signor. Alex. Socin. Jaf. Rip. Paris. Roland. Natta.* in pluribus consil. Pbanucc. Cavalc. M. nocb. & alios latissimè *Surd. conf. 105. ex num. 12. cum seq. lib. 1.* ubi inter alios refert *Zafiam de feud. par. ult. n. 15. vers. secundū inferd.* dicentiē, quod ubi feudum fuit licite alienatum, possessor illud retinet, tanquam allodium, & de eo potest, ut de re allodiali d. spone- re latissimè *Intrigl. qu. 39. num. 107. Flam. de rubeis conf. 20. n. 73. Cavalc. de brachio regio, par. 1. n. 253.* quod pluribus exemplis exornat *Knichen. de vestis. pactio. par. 1. cap. 1. num. 215.* ubi inter alios citat, *Loffred. conf. 11. num. 35. in fin. & 36. Scrad. p. 7. cap. 2. num. 30.* quæ licet apud Regnicolas essent satis dubia, attamen in praesenti casu, cum adhuc plures actus alienationum cum decursu longi temporis, omnis planè cessat difficultas. Accedat ne- 67 dum vassallorum, sive utilium dominorum consuetudo, sed etiam convicinarum Provinciarum, & locorum Lombardia, & adjacentium locorum, quinimodo generalis, ubique locorum consuetudo alienandi feuda, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, de qua late agit *Surd. antiquorum, & recentiorum testimoniis in d. conf. 105. n. 15.* ubi in fine probat, non esse inconveniens, quod consuetudo convicinarum attendatur, cui adeò standum est, ut illa præfatur confuetudine loci, ubi Dominus residet *Andr. Knichen. de vest. pactio. p. 2. c. 4. n. 107. cum seq.* vel consuetudine loci, ubi fuit facta investitura *Reg. de Carte 1. p. c. 12. incip. tenor ergo, n. 62.* ubi n. 67. post *Ifern.* & infinitos DD. docet, consuetudinem regionis esse in primis Iervandam, & consuetu- 68 dinibus feudalibus derogare, ubi infert ad decisionem famigeratæ controversiæ super statu Bari, & Rossani olim decisæ in Camera Imperiali inter Invictissimum Philippum II. immort. & Sereniss. Regem Poloniæ.

Unde non obstat, quod aliquando in alienatione horum feudorum fuerit adhibitus assensus, cum, quia cum quid diversimodè fuerit observatum, attendi debet quod frequentius evenit, vel quod ultimè observatum fuit, ut primùm ex *Dec. Cravet. Rimin. jun. Menoch. Hondon.* & secundum ex *I. Melo 14. §. sed si alimenta, & l. Sejo, §. 1. ff. de aliment. & cibar. legat.* 69 & *Frecc.* probat *Andr. Knichen. de jure Saxon. c. 3. n. 337. de Ponte d. decisi. 37.* tunc quia consuetudo interpretativa consistit in actibus factis contra juris dispositionem, & in præjudicium directi domini, O qui si

qui si toties sciens, & scire debens, non contra-  
70 dixit, jus suum amisit Ifern, in c. Imperiale, n. 11,  
*Feudis* in cap. 1. quæ sit prima causa benef. amitt.,  
& in c. 1. quo tempore miles, & ex Dec. Grati. Regin.  
Rimin. junior. conf. 35 §. n. 13. lib. 4. & conf. 43 n. 81,  
Fundata autem hac consuetudine, petito assensus  
71 non necessarii, non debet attendi, ut in assensu cō-  
cesso in alienatione allodii, dixit Andr. nihil opera-  
ri, ac si dixisset, *arma Virumque cauo*, in cap. 1. §. sed  
acc alia justior, post num. 38, quæ sit prima causa be-  
nef. amitt. & in alienatione feudi, ubi non est dece-  
sarius, tradit Camer, in c. Imper. car. 18. col. 4. lit. S.

Ultimò etiam si ex nullo prædictorum capitum  
substineri posset dispositio Domina Ceciliæ, prout  
ex quolibet ipsorum validissima erit judicanda, st-  
tamen potuit ipsa disponere de feudo in agnatum,  
72 unum ex comprehensis in investitura, tametsi non  
potest proximior, sed ulterior, rationibus de quibus  
per *Curium de feudiis* 4. parte q. 30, num. 132. ver.  
quid ergo concludendum, & conf. 1. n. 13. lib. 1. Paris.  
conf. 2. n. 32. & 45. in primo; ubi dicit, postea etiam  
erga remotionem agnatum disponi, nec proximior  
potest revoçare, ex regnicolis Capyc. in loco cisatq  
per Camer. car. 23. à terc. col. 1. & 2. Loffred. conf. 14.  
n. 45. & exteris Hart. Pistor. lib. 2. q. 1. num. 61. Surd.  
d. conf. 105. n. 23. Mostrill. dec. 55. num. 26. Osuscib.  
dec. 61. num. 6. qui omnes concludunt posse de feu-  
dis disponi in agnatum ulterioris gradus, dummo-  
do expressè investitura non sit facta secundum ius  
Francorum, Alex. conf. 28. lib. 5. num. 19. Natta  
conf. 59. num. 23. Rimini. jun. conf. 9. num. 9. in primo,  
ex quo forte in Regno, in quo constat servari ius  
Francorum, secundum Capyc. in cap. Imperiale  
in fine, *Annam alleg.* 41. n. 23. Reg. de Ponte conf. 3.  
num. 39. & 48. Reg. de Curie 2. p. secund. c. 4. n. 78. &  
n. 82, hæc opin. redditur dubia ex particulari Re-  
gni more. Ex quibus cum undique patet justitia  
Domini Augustini, etiam in petitiori, nihil est,  
quod impedire possit, quin ipse hæres, & justus  
possessor ex notorio jure investiri debeat, salvo cu-  
juslibet rectius sententis judicio, &c.

### D E C I S I O Senatus Genueñsis.

**U**bi vero, tūm Augustinus, tūm Ascanius Spinola,  
& Cornelius Ascani filius, nobiles Ligures, qui  
tunc Neapoli degebant, varias easque summas, con-  
sultationibus habendis, formandisq; de hac Contro-  
versia scriptis, adhibuerint diligentias, scripsierintq;  
non modo luculentter, verū etiam doctissimè Ad-  
vocatorum peritissimi, qui feudalem materiam, cu-  
jus tractatus est in hac Civitate frequentissimus,  
optimè callebant; cumq; diversa scripta Januam  
missa, allegationesq; traditæ essent, Senatus duobus  
juris peritorū electis scilicet Petro Jacobo Capriata,  
& Jacobo Tiscornio, qui causa perfectè cognita,  
allegationibusque bene perpensis, eam in Senatu re-  
ferrent, hisq; demum adimpletis, factaque relatione,  
& voto prolati his verbis; *Eidem Augustino bæredi*  
& *successori ex testamento d. Cecilia investituram*  
*faciendam de dictis studiis Castellarii, & Pompei-*  
*ani, cum juribus, & pertinentiis suis, iuxta, &*  
*prout dicta qu. Cecilia fuerat investita, salvo ramen-*  
*jure directi de minis Scenissima Reipublica Genu-*  
*ya, citraque præjudicium iurium cuiuscunq; certiis*  
*sub die 9. Junii 1617. Senatus inquam ipse retra-*  
*Augustino adjudicavit juxta tenorem dicti Voti,*

ut ex actu rogato per Joan. Augustinum Grimaldi  
Cancellarium, & secretarium d. Rei publicæ, & exin-  
de fuit investitura concessa d. Augustino sub die 14.  
ejusdem mensis Junii, prout ex copia sententia mihi  
transmissa, opera Domini Alexandri de Attilio  
mei in dicto negotio collegæ, advocati non minus  
doctrina, quam natalibus, & morum candore insi-  
gnis. Qui profecto Ascanius expertus, infirmiora  
sibi esse jura de prætensis, revisioni renunciavit,  
hancque controversiam jussit filios suos haud exci-  
tare, neque judicium prosequi in futurum, res qui-  
dem tali tantoq; viro digna, cui Cornelius filius,  
neque, & morum probitate neque religione, aut li-  
beralitate absimilis est, vir me hercù ornatisimus,  
omnibus in hac Civitate notus, atque existimatione  
apud omnes maxima.

### S V M M A R I U M,

- 1 **D**ictio insolutum idem babet robar, ac vera solu-  
tio, & per eam pignora, fiduciæ, ure que libe-  
rantur, licet aliter nonnulli DD. sentiant, n. 3.  
limitatur tamen, si detur species pro specie, &  
genus pro genere, vel favore datis, & quando  
debitor non est solvendu.
- 2 **A**ctio realis creditoris recipienti bona insolutum,  
iis evictis competit, etiam super bonis omnibus de-  
bitoris possessiis, etiam per tertios possessores, se-  
cundum aliquos, & n. 5. 6.
- 3 **A**ctio prima non extinguitur per dationem in-  
solutum per creditorem receptione cum hoc, quod  
res data insolutam creditoris perficie fieret, aliter  
nolit ab hypotheca discedere.
- 4 **C**auela leleganter 24. v. finit. ff. de pignor, act.  
adhibenda etiam in adjudicationibus.
- 5 **N**omen debitoris verum non exigibile praefas debet,  
nisi aliud fuerit conveniunt, n. 10.
- 6 **N**ovatio non fit etiam servatis solemnitatibus re-  
quisitis, facta reservatione priorum iurium in da-  
tione insolutum nominis debitoris, & n. 14. 18.  
& 19.
- 7 **N**omen debitoris insolutum si exigi ex inopia non  
possit, solutum non videtur si fuerant reservata  
priora iura.
- 8 **T**ex. in l. fin. C. de novat. an habeat locum in dele-  
gatione,
- 9 **C**onditio tacita, quæ resultat ex reservatione pri-  
orum iurium in datione insolutum, novationem  
impedit.
- 10 **I**ncompatibilitas contractuum nempe per dationem  
insolutum nominis, debitum extingui, & reservari  
prisina iura in casu evictionis cessat, & non indu-  
citur novatio, secus ex reservatione omnium iurium,  
& in omnī casu ratione contrarietas, &  
n. 17.
- 11 **L**si nomen, ff. de hered, vel act. vendit. temperatur,  
in recipiente insolutum nomen debitoris, non fol-  
vendo ignoranter, & n. 22. neque est necessaria re-  
stitutio ex clausula generali, n. 21.
- 12 **R**ecipientis nomen debitoris in exigibile, ut ex*sciray*  
debet allegare ius, si ignorantiæ causim, sed ex  
equitate per replicacionem ei si occurrit, & n. 24.
- 13 **I**gnorantia in facto proprio presumitur ad damnum  
vitandum, eisam in solutiæ repetitione, & toleratur  
etiam in facto proprio obsecro. & n. 29. & 62. ma-  
xime si assertio boni viri quis crediderit, n. 63.
- 14 **M**ajori subveniar, nedium in domino vitando, sed  
etiam in lucro jam quæ sitio amittendo, & fortius  
cessionario nominis accedit tempore cessionis.
- 15 **C**essionario recipienti insolutū nomen debitoris suc-  
currer.

- carrendum non autem debitori, etiam si ignoranter bona fide dederit, & de ratione, n. seq.
- 30 Patrimonii sui vires scire difficile reputatur, & difficultas alieni.
- 31 Idoneus nemo presumitur, nisi quoad mores, & animi dotes, secus quoad extrinseca, ut scientiam, & facultates.
- 32 Dives quilibet presumitur in dies effectus sua in industria, & labore, & quod sit solvendo, n. 33. 39. & melius, n. 40.
- 34 Paupertas, & divitiae vix perseverare presumuntur, quarum augmentum, & diminutio de facilis obvenit, & ideo alias dives non presumuntur bodo de necessitate talis, & n. 35.
- 36 Divitiae, & paupertas optimè probantur per sollemnem honorum excusationem, & an etiam arbitrio iudicis standum sit, n. 37.
- 38 Divitiae acquiruntur, et amittuntur fortuna impecunia.
- 41 Ignorantia non excusat in facto alieno, ubi quis investigare tenetur, vel in eo, quod publicè notum est, & num. 42. & per absentiam à loco probatur, n. 43. 45. & 47.
- 44 Advena non solvens gabellam accusatur à commissario propter ignorantiam, imd etiam, & civis novitus, quia quoad hoc equiparantur.
- 46 Civis antiquus presumitur habere plenam notitiam concivium.
- 48 Absens dicitur, qui est in Civitate ad hoc, ut sciat, quæ fiunt ruri.
- 49 Vicinus, vel concivis presumitur scire vicinum, vel convicem esse divitem, vel pauperem, & alia.
- 50 Empori ignoranti nomen non esse idoneum succurrerendam, etiam si venditor quoque ignoret, & fortis si sciat.
- 51 Venditor non exprimens, quod scit, vel scire debet, emptorem decipere dicitur, etiam si dixerit nolle teneri ratione cuiusvis oneris, vel protestetur se vendere ius, quod habet, vel etiam si dixerit, se nolle teneri de tali vitio, adhuc tenetur de dolo, qui preponderatur culpa emporis in non investigando, & n. 52. 55. 58. & 69.
- 53 Venditor sciens per verba clara, & non obscura, empiorum, de qualitatibus, & oneribus rei vendita monere debet.
- 54 Emptori succurritur in odium venditoris scientis, & racentis aliquod, quod si esset expressum, non fuisset emptor verisimiliter contracturus, & n. 56. & 58.
- 59 Donatio non presumitur, sed potius error etiam juris, & ignorantia, imd fatuitas, vel stultitia etiam in facto proprio, ac etiam si actus invalidus alioquin redderetur, & n. 60.
- 61 Nomen debitoris cessum, & repertum non solvendo, facta excusatione, habetur, ac si cedens nil debuisse.
- 64 Hæres excusat, si testator diligentius conditio nem nominum cessorum non perscrutatus sit, quod procedit, tam quoad legatarios, quam quoad credito res.
- 65 L. si nomen, ff. de hæred. vel aet. vendit. non procedit, ubi cedens, vel vendens nomen debitoris, fuerit in dolo, & quando dicatur esse in dolo, n. 66. & an dolus ille reddit cessionem ipso jure nullam, vel pariat tantummodo actionem de dolo, n. 80.
- 67 Venditor nominis, etiam adjectis verbis, tale quale fuerit, licet excusat circa qualitates, & accidentia, an scilicet solvendo sit vel ne, non tamen quoad substantiam, cum teneatur præstare, quod nomina sint vera.
- 70 Dolus sufficit constare in parte aliqua contractus.
- 71 Venditor nominis, afferendo aliquod, quod non est, verè, & propriè, emptorem decepisse dicitur.
- 72 L. si nomen, ff. de hæred. vel aet. vend. procedit, quando nomen post cessionem, seu insolutum dationem est effectum non solvendo negligentia cessionaris, secus si ante, & n. 73.
- 74 Cedens tenetur, nominum debitorum, & bonorum cessorum instrumenta cessionario ostendere.
- 75 Pauper in praesenti, sic etiam in praeteritum fuisse presumetur, licet in divitis non sic facile de praesenti presumatur in praeteritum.
- 76 Actio primæva funditus extinguitur in casu evictionis, data in solutum specie pro pecunia; fallit in causa doris.
- 77 L. si nomen, ff. de hæred. vel aet. vendit. fallit in dote ut viro, & uxori succurratur, etiam si culposa ignorantia eis impuniti possit, n. 78. & quid si fuerint scientes, n. 79.
- 80 Dolus cedentis nomen debitoris, non reddit cessionem ipso jure nullam, sed pars solum actionem de dolo secus in debitore ex causa doris.
- 81 Datis insolutum pluribus corporibus pro debito dotis, & interesse, meliora in causam duriorem, & sic pro interesse data presumuntur.
- 82 Privilegium dotis, ut nominis datis insolutum periculum ad cedentem spectet, ad ipsius interesse extenditur, & n. 83. 84.
- 85 Dos, & doberium quoad privilegia equiparantur.
- 86 Maritus pro dose non agit de evictione, ut cum dos est ei data inestimata agit saltim, ut sibi damnam resarciantur.
- 87 Maritus in dote habet titulum onerosum, uxor vero lucratuum, & ob id magis privilegiatus est vir, quam uxor.
- 88 Privilegium concessum sorori, comprehendit, & ipsius interesse, & alimenta occasione dotis debita; quid quoad hypothecam concessam à jure super bonis fideicommissis subjectis, n. 89.

## A R G U M E N T U M:

Nomen debitoris cedens, vel vendens, quando verum, & exigibile præstare cogatur. Datio insolutum quando effectum veræ solutionis producat, & priora iura extinguat. Novationem impediri ex jurium reservatione. Divitiae potius, an paupertas in nomine cesso. Ignorantia, an scientia in cedente nomen, quando presumuntur, dolus in venditore non certiorante emptorem preponderat desidia emporis non investigantis, & quando venditor, vel cedens excusentur, de privilegio dotis in nomine cesso extendo ad usuras, & interesse.

Pro Domino D. Vincentio Caraccio-  
lo Marchione Crapigliæ.

## CONTROVERSIA XXXII:

**N**on posse effugere Marchionem Apicci convenit, quin, deficientibus (prout jam defecisisse constat ex discussione facta, ipso auditio) nominibus debitorum cessis, sive assignatis D. Cæsari Caraccilio viro D. Francescæ sororis in satisfactionem dotis, & interesse conventi, solvere cogatur ipse de proprio, ut hæres Marchionis Patris, & soteri, dotium promissoris, & ex propria ipsius, obligatione, prout jam justissime decreto S. C. provisum fuit, cuius exequitionem impediri haud quamquam posse ex

subscriptis sotiesimis de jure patebit, aliquibus breviter pro resolutione prælibatis.

Et primò, tametsi dum queritur. Utrum debitor per dat ionem in solutum, quam fecit creditori, confessur novare, vel extinguere priorem contractum cum personalibus, & hypothecis, ita ut re evicta cogatur agere nova actione utili ex empto; DD. distinctis pluribus casibus, per distinctiones; & conclusionum capita in eo casu, ubi datur in solutum species pro pecunia debita, velle videantur, ut hujusmodi ratio in solutum, quam vicem venditionis obtinere est notissimum idem robur obtineat, ac ipsa vera solutio, & numeratio, qua omnem obligacionem perimi constat, & proinde liberari pignora, & fidejussorum obligationes, ut per Aret. in *I. singulavia l. a. n. 37. Cagnol. n. 168. ff. si cert. petat.* ita ut prius maxima actio semel per solutionem extincta, non reviviscat, quidquid aliter contingat in aliis casibus, cum scilicet datur species pro specie, genus pro specie, species pro genere, vel favore dotis, vel quando debitor non est solvendo, ut infra latius, ut ex *I. eleganter 24. ff. de pign. Actione, cum similibus tradunt Gl. Dyn. Cyn. Albe. Bar. Bal. Saly. Caſt. Dec. Ber., Ti- requelle. Siracca, Negaf. Cepol. quos sequitur. Sur. dec. 113. & latius dec. 266. num. 6. & in conf. 145. ex n. 14. Fulgoſ. Aret. Barbar. Socin. Gozad. Cagnol. & alii apud Martam dec. sed a voto Pisono 109. & 144. Affl. decis. 335. n. 18. Gabal Millequio 653. & alii longa serie relati per Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 3. ex num. 14. Caſtill. Hispan. lib. 4. cap. 59. ex num. 49. Quod tamen non est adeo tutum, quin magni nominis J.C. contrarium enixè defenderint, & uti verius in puncto juris constante affeverent, ut etiam res sive specie in solutum data pet debitorum creditori pro pecunia, & sic pro genere debito, reviviscere antiquam actionem, quæ dormiebat, cum sua prioritate in casu evictionis, quod alia bona hypothecata, pignora, & fidejussores, ut suoritate *Specul. nuncupatum loquentis quoad fidejussores, in tit. de fidejuss. in fin. & Imol. in I. Aristo. §. labo. ff. de donatio. generaliter defendunt hanc sententiam Anson. Faber. in suo C. lib. 8. tit. 29. de solut. def. fin. 49. & tit. 30. def. 20. Alban. conf. 2. n. 12. Tbesaur. iuu. lib. 2. q. forenſium, cap. 88. num. 5. & 6. csm seq. ubi illa fundat juribus ratione & author. & num. 8. distinguendo resoluta contraria, in vers. aut verbi querimus, ut non loquantur de actione reali, quæ virtute obligationis, & generalis hypothecæ competit creditori super bonis omnibus debitoris, ultra ea, quæ data fuerunt insolutum, eveniente enim casu evictionis (ut ait) non solum datur actio exempto, sed etiam illa actio, quæ per dationem insolutum, videtur extincta, reviviscit, ut possit agere creditor hypothecaria super aliis bonis sui debitoris cum privilegio prioritatis, quod ampliat etiam contra tertium possesse, cum titulo, & bona fide possidentem, pro qua opin. dicit maximè urgere autoritatem *Affl. qui ita testatur receptum in nostro S. C. decis. 8. in fin. & decis. 16. post n. 4. & Praefid. Sabaud. Morotii in tract. de juri offer. n. 33. & 35. & ita testatur Tbesaur. post num. 11. sep. sepius consulto determinasse suum Senatum referens apostol. Amodei de Ponto, qui ita quoq; dicebat, Senatum censuisse suo tempore, cum quibus decisionibus Senatus Neapolitani, & Sabaudiensis, re plenissime discussa, testatur novissime decisum per Senatum Hyppalensem Caſtill. Hispan. & ita decisum pro D. Maria Osoria contraria fidejussores Excell. Du-***

cis Officis tunc Proregis Siciliæ, qui dederat quedam bona, quæ fuerant postea evicta, confirmata sententia inferioris Tribunalis ordinarii, ut latissime, naufragium usque tradit ipse lib. 4. c. 99. ex n. 60. vers. cam itaque, & num. 70. in 6. fundamento addit hanc opin. tenere quoque Briffenium tract. de solutio. car. 228. Cabofum lib. 2. disput. cap. 27. & Flugonem donec. in rep. I. si prædigm. C. de evictione. eamque uti veriore in puncto juris amplectitur, & maximè cum eam sequutus fuerit Sen. Neap. apud Affl. & quia de veritate contraria opin. dubitasse aliquando Senatum Mantuanum adverti fateri quoq; *Surd. dec. 266. in fin.*

Ex quibus si in simplici, & puro juris articulo: cum species datur insolutum pro pecunia, si non frequentior saltim verior, & usu forensi magis recepta appetet opinio, ut in casu evictionis prima iuria reviviscant omnino, sequitur proinde, ut cum creditor usus fuerit cautela tradita per *Gloss. in leg. elegant. 24. verb. finita in fin. ff. de pignor. actio. & in I. si quis aliam 46. verb. pristina, ff. de solut. & in I. libera 8. in gloss. fin. C. de sent. & interlog. omnia. jud. scilicet, ut non alias discedere velit creditor à pristina obligatione, nisi res in solutum data, ipsius creditoris recipientis perfectè fieret, hoc casu nemo dubitare potest, quin priores hypothecæ, & actiones salvæ, & illesæ ad beneficium creditoris permanescerint, ut potè à Bartolo de hoc admonitus, & edocetus dicente, hanc cautelam bonam, utilem notabilem, & verissimam in praxi, & à creditoribus insolutum recipientibus ob id diligentissime servandam, ut fidejussores, & pignora in casu evictionis obligata, adhuc sibi permaneant, cum quo concordatore, nemine penitus discrepante, conveniunt *Alber. Bal. Saly. Caſt. Fulgoſ. Cornelius. Cepoll. & alii quos diligentissime adnotando sequitur Conf. de Anna conf. 35. num. 12. & 13. & conf. 90. num. 8. ubi gloriatur longè plures ad hoc propositum auctoritates congregisse, quam fecerit D. Praes de Franchis dec. 50. num. 7. licet tamen ipse non meminerit dec. 12. n. 11. ejusd. de Francb. ubi dicit esse hanc causam, etiam in adjudicationibus adhibendam *No- gusant. & alios afferens, & cum his plures in adjudicatione quoq; idem Anna d. conf. 35. n. 14. Et ita sepe judicatum, & quotidie practicari testantur alios infinitos congerentes Tbesaur. iuu. d. lib. 2. cap. 88. n. 9. Caſtill. d. cap. 59. ex num. 53. vers. rurſus, & 3. & post num. 55. in vers. 4. conclusio. Felician. de confibus lib. 3. c. 5. num. 16. vers. sed si bona. car. 201. quod si simplex cautela, qua creditor insolutum recipiens protestetur nolle ab hypotheca discedere, nisi res insolutum data, perfectè sibi acquiratur, conservat iura priora in casu evictionis, idque extræ omnem dubitationem, adeo ut non reperiatur in hoc contradictor, cum ulterius progreditur reservatio per verba ampliora, quæ non respiciant solū nec restringantur ad fininem perfectæ acquisitionis dominii rei insolutum data, quæ ad excludendum duntaxat evictionem, quæ ratione dominii, vel hypothecæ alteri competentium, respicere videntur, sed additur reservatio per verba, nedum generalia, sed universalia, quæ omnem calum includunt, ut in praesenti factū est, ubi post reservationem anteriorum hypothecarum vigore priorum contractuum, quam constat, sufficere, ad reservandum iura in casu evictionis, cù amplior sit, quam formula per *Gloss. tradita. subiicitur clausula, & omnium, & quorumcunq; aliorum iurium, & actionum ipsi D. Cæſari; quomodo cunq; & quæ.****

¶ qualiterque competentiam, & competititorum contra d. Marchionem, filios, & alios cum eis forte obligatos, & super quibuscumque eorum bonis, quibus per presentem nullum fiat prejudicium, novatio, nec derogatio aliqua, sed ad maiorem cautelam, cautelam cautelis addendo, & cumulando, & omni alia meliori via, &c. & inferius firmis tamen remanentibus, &c. quibus liceat ut etiam variando ad ejus electionem, &c. ut latius in nota facti, ex his necessariò omnia iura priora, & hypothecæ reservatae omnino censentur super aliis bonis, praesertim possessis per eundem debitorem, & alios quoscunque, dum super nominibus debitorum, sive annuis introitibus insolutum dotis, non est consultum, quia debitores cessi non sunt solvendo; quamvis enim verum sit regulariter, quod vendens, vel dans insolutum nomen debitoris, satisfaciat, quando nomen est verum, quia solum præstare tenetur debitum esse, non autem præstare, quod sit exigibile, l. si nomen 4. ff. de bæred. vel actio. vend. cum concordia Surd. decisi. 326. num. 41. & Rodriguez de ann. redit. lib. 2. quæst. 21. n. 9. nihil minus in ead. l. si nomen, excipitur in fin. nisi aliud convenit, non potest autem, neque melius, neque clarius conveniri, quam reservando priora, & anterupta jura, & actiones in ampla forma contra debitorem, ut supra, non restricta ad solum casum evitiationis, Cagnol. in terminis hoc docuit in l. singularia, n. 187. vers. ex quibus, ff. si cert. pet. ubi loquens in specie, quando censetur ex delegatione nominis prima actio novata; movet in punto questionem, quod si pro debito pecuniae datur nomen debitoris insolutum, & debitor cessus postea deficiat, quod licet debitor, qui dedit insolutum, censi debet liberatus propter nomen insolutum datum, nihil minus, ubi essent reservata jura pristina, sine dubio non esset facta novatio, & sic adhuc primus debitor tenebitur solvere, decocto jam nomine cesso, sequitur Joann. Bologn. ibidem num. 97. vers. quidam tamen, ubi advertit, quod licet ubi sit vera delegatio, interventientibus tribus aut quinque requisitis, quæ inibi tradunt DD. includitur necessariò in delegatione novatio, non obstante notoria decisione l. fin. C. de novatio. quæ noluit, induci, nec presumi novationem, nisi expressè fiat, tamen dixit Bologn. quod quidam sunt casus, in quibus non sit novatio, neque delegatio; etiam servatis solemnitatibus requiritis, nedum in novatione, sed etiam in delegatione, & inter hos casus, quos enumerat, subjicit pro primo casu nostrum, ubi partes in secundo instrumento reservaverunt jura primi, post Gozad. conf. 38. ab utroque citatum, idemque velut receptissimum tradit Anton. Gabriel. tit. de novat. conclus. 1. n. 56. vers. tertio limitatur, & sic Cagnol. Bolog. Gabriel in punto decidunt, quod insolutum dato nomine debitoris pro pecunia, ubi quoquomodo sunt etiam simpliciter reservata primæva jura, non est opus disputare, an sit novata actio primæva, vel extinta, quos terminos inter se differre, cum iudicio advertit Surd. conf. 145. n. 27. in fin. & 28. lib. 1. cum, stante reservatione expressa, sicuti non est extinta, sic quoque nullo modo censi potest novata primæva actio, cum creditor, cui fuit facta insolutum datio, cum effectu non potest ex inopia debitoris cessi, suum creditum exigere, quo casu proinde est, ac si insolutum non esset, l. qui concubinam, & si bæres, ff. de legat. 3. Alban. conf. 2. n. 12. Asinus in præxi de execut. §. 7. cap. 277. confirmat prædicta Surd. dec. 23. ubi probat, quod licet decisio sex. in d. l. fin.

C. de novat. non habeat locum in delegatione, quia per delegationem etiam hodie inducitur novatio ex necessitate, ex sententia Gl. in l. 3. C. de novat. quam probat Surd. num. 5. & 9. communiter ab omnibus esse receptam, & quamvis in casu suo dicat ex multis, nedum concurrere requisita ad inducendam novationem, sed quod plus, erant ferè omnia etiam ad inducendam veram, & propriam delegationem necessaria, quæ ipse latius ponderat facto, & fundat in jure n. 5. vers. in præsentia autem casu, & n. 6. in fin. quamvis multa, &c. nihilominus decidit Surdus non fuisse factam novationem pondereaps de exclusione novationis inter alia, post n. 9. vers. eodem quoque tendit, pactum inter partes conventum, quod salva sint jura hypothecæ contra Cœsarem principalem debitorem, qui propriè est causus noster, ubi sunt reservata jura contra Marchionem, qui etiam Cœsar nominabatur, & subdit Surd. hoc verba: Cum ergo non sit propria novatio, non inducitur liberatio, sed remanet res in primævo statu, quasi conditionaliter sequatur liberatio, scilicet si debitor cessus salvatur, & non aliter, quæ tacita conditio impedit novationem fieri, ex sententia Socin. in l. singularia, n. 20. vers. secundo limita; & hoc probat Surd. in specie autoritate Baldi, & Socin. in l. pro debito, C. de bonis aut bo. jud. possid. & aliorum, ex qua consideratione conditionalis liberationis, cessat, quod objici posset de incompatibilitate contractuum, & contrarietate, quæ prima fronte induci videatur, scilicet ut per dationem insolutum, quæ vicem solutionis obtinet, extinguatur obligatio, velut solutione ejus, quod debetur, & quod remaneant in suo robore omnia pristina jura ex præcedenti contractu, non enim hæc videntur dependere à voluntate contrahentium, sed ex dispositione juris, & sic necessariò censi debet inducta novatio ratione incompatibilitatis, ut post Cyn. Bald. Dec. Aym. & alios probat Lanar. conf. 23. n. 3. & 8. siquidem tunc inducitur novatio ratione contrarietatis, quando prior contractus nullo modo posset stare simul, & semel, cum reservatione contenta in secundo, ut puta si vellemus intelligere quod per reservationem, omnia & quæcumque jura omnino essent reservata, & sic in omni casu, ut explicat Gozad. d. conf. 38. in fin. vers. non obstat secundum, scilicet vero ubi cessionarius prætendit uti reservatione solum in casibus, ubi esset evictum jus nominis, vel ex alio extrinseco sibi taliter fuisset impedita exactio, ita ut exigere cum effetu non potuisset; videtur enim ex reservatione facta cessio resolvida sub conditione, si cessio narius quovis modo exigere non potuerit, ut in punto declarat Milanensis dec. Sicil. 8. lib. 2. n. 37. ubi ita optimè explicat mentem Gozad. & amplius advertit Gozad. loqui in casu, ubi cessionarius prætendebat ex reservatione exigere tertias, sive inter susurum futurum, etiam post exactum capitale, quod erat absurdissimum, nedum incompatibile, ut non immerito Gozad. pro nostra sententia citetur à Cagnol. Bolog. Gabriel. & aliis licet contrarium, his non nominatis simpliciter scribant inconsideratè Gratian. tom. 1. cap. 64. n. 26. fol. 153. Bertaz. de claus. fol. 187. col. 2. & tandem hanc declarationem laffissimè simul, & eruditè fundat Garzias Mastrill. dec. 40. ubi in eidem terminis dationis insolutum factæ, cum reservatione jurium, concludit, nullo modo censi factam novationem, etiam si detur species, vel nomen insolutum n. 5. & 6. ubi authoritate Jas. dicit hanc opin. esse veram, sicut Evangelium, & com. & magis com. & re-

& resolvit contraria, declarans doctr. *Gozadis*, ut facit *Milan.* & reservationem operari, ubi quovis modo cessionarius impediretur exigere a nomine cesso, & ita tandem fuisse judicatum per Concistorium de anno 1604. confirmingo duas alias M.R. Curiae illius Regni conformes, & comprobatur decem considerationibus, quas de more doctissimè congerit *Sur. dec. 288. ex n. 26.* Et 30. usque ad n. 42, dum probat, quod ubi procedit certa, & causè facta conventione ex qua est jus quæsitum, tunc per actum, qui postea ex intervallo fiat, non presumi in dubio recessum à primo contractu, nec à jure quæsito ex primis cautelis etiam ad excludendam conjecturam remissionis & quod ad evitandam repugnantiam, elaborandum esse, ut nunquam posteriora derogent, nisi sit expressè dictum, vel sint invicem omnino incompatible; id quod censuit habere locum in omni materia, ex *Dec. Natta*, & aliis, præsertim ex n. 36. Et 39. ubi n. 41, se remittit ad latius à se scripta in *confil. 202.* in casu fortiori, ubi verba secundi instrumenti omnino repugnabant, & tamen testatur fuisse decisum per Separatum Montiferrati, juxta dictum *Confil.* ubi id latissimè legitur ex n. 9. cum sequent.

Præterea, & secundo principaliter, circumscripta reservatione jurius ex alio etiam Marchio conventus non potest juvari decisione text. in l. si nomen, 20 quia illius text. decisio, restringitur, & declaratur, ut procedat in cmente, sive recipiente insolutum nomen debitoris, qui solvendo non erat scienter, & secus verò ignoranter, & sic temperari debet nimis dura decisio d. l. si nomen, ex tex. clardò à sensu contrario, in l. promittendo 42. vers. quod si jam tunc, ff. de jure dotum, ubi tunc periculo recipientis cedit nomen, quod sciens tale nomen sequutus videatur, quam 21 le initio obligationis fuerit, & sic secus si ignorans ut latè opin. *Bart.* in l. si cum dotem, §. si mulier, ff. soluto matrem. defendit ibid. *Alex.* ex num. 4. addens non esse necessarium restitutionem in integrum ex clausula generali, ut dicebat *Imol.* sed ipso jure conservari illorum recipientem insolutum, juxta opin. *Bart.* & sequacium quam n. 4. in fin. in vers. non omitto, testatur esse com. opin. *DD.* quam firmavit etiam *Bart.* in l. qui debitorem, ff. de fidejuss. qua re bene 22 discussa, ex *Baldo*, *Angel.* & aliis, uti veriorem, & receptiorem firmavit *Barbosa* generaliter etiam extra causam dotis in l. *affimat* 51. num. 11. Et seq. ff. solut. matr. quem sequitur *Rodriguez*. de ann. redit. lib. 2. q. 21. num. 22. vers. si autem debitor, *Francb.* dec. 180. n. 3. Et dec. 427. post n. 6. vers. imd *Alex.* & licet *Alex.* in d. §. si mulier, post n. 4. vers. unum addo, 23 hoc intelligat, dummodo empor nominis allegaverit justam, & probabilem ignorantiae causam, vel fuisse subductus suasionibus cedentis, afferentis nomen cessum esse idoneum; nam alioquin noceret ei culpa in non investigando conditionem ejus, cum quo contraxit, l. qui cum alio 69. ff. de regul. jur. cum si 24 mil. nihilominus *Cagnol*. in d. l. qui cum alio, n. 6. ex *Claudio Scisello* in l. 2. C. de patti, temperat hoc dictum, ut procedat de mero rigore iuris, verum ex aequitate per replicationem subveniendum esse firmat creditori ignorantie, recipienti nomen insolutum, ne cedens, qui pecuniam accepit, cum aliena jactura locupletetur, contra reg. juris naturalis, & hoc iterum firmat idem *Cagnol*. in expressè limitans d. l. qui cum alio, ut non procedat in casu tradito per *Seysell*. ubi supra, ut per eum n. 13. vers. tertio l. mito, ff. de regul. jur. quod quidem confirmatur ex eo quod licet in facto proprio scientia presumatur

ex quo ignorantia non presumitur, nec toleratur, ut in terminis d. l. qui cum alio, ubi *Dec. n. 10. Cagn. num. 19.* inferunt paria esse scire, vel scire debere, esse vel esse debere, quantum ad imputandum alicui 25 cur non investigaverit: attamen etiam in facto proprio presumitur, & toleratur ignorantia ad evitandum dampnum, & ut possit, quis etiam solutum repetere, licet noceat in lucro captando text. in l. sed et si me potem, ubi *Gloss.* in verb. potero, ff. de condit. indeb. *Bart.* in l. non facetur, num. 8. ff. de confess. & in l. cum de indebito, n. 5. ff. de probation. & in fin. relatis de com. testantur *Gaylius* lib. 2. cap. 48. n. 20. *Menoch.* lib. 6. de presumpt. cap. 23. n. 37. vers. si tamen, *Mascard.* conclus. 879. incip. ignorantia, n. 45. vers. tertio 26 intelligas, errantibus enim, etiam masculis majoribus succurritur, quia digitur error tolerabilis, & probabilis, nedum in damno vitando ex *Gloss.* & *Bart.* sed etiam si ageretur de amittendo lucro jam quæsito, talis error decipere soleat etiam prudentissimos viros est *Bart.* *Bald.* *Alexand.* *Dec.* & *Cure.* *jan.* idem *Mascard.* conclus. 637. incip. errorem, num. 9. & conclus. 638. in casu autem praesenti absque dubio cessionarius solus agit de damno vitando, non autem 27 cedens vel insolutum dñs, & proinde censuit *Alexand.* in d. §. si mulier, post num. 4. vers. sed ad hoc respondet, subveniendum esse cessionario, etiam si cedens ignorans bona fide dederit nomen decoctum insolutum, & reddit rationem, nam si tempore, quo nomen fuit cessum, erat jam decoctum, in nullo 28 ditur cedens, sed cessionarius solus recipiendo nomen inane, quod latius ex collit *Barbos.* in d. l. *estimatis*. post n. 11. vers. ex quibus inferar, cum etiam quia contractus dationis insolutorum sit potius gratia cedentis, de cuius præcipuo favore agitur, ut alius pro alio solvat contra reg. l. 2. §. mutui datio, ff. si certam pet. quod non solet admitti, etiam offerendo, rem meliotem §. præterea ins. de act. cum concor. à *Roman.* infra allegando cons. 163. in pr. & privilegium est heredis cum inventario, posse dare bona insolutum l. fin. §. Et si prefatam, C. de jure deliber. interest enim debitori solvere tot bonis, potius quam in pecunia, aut b. hoc nisi C. de sol. ut in specie considerat, post *Roman.* d. cons. *Surd.* dec. 143. n. 10. in fin. cum seq. unde non mirum si cessionario ignorantie recipienti potius succurratur, quam cedenti, cum & alias generaliter, in contractibus utrum quis magis, vel minus teneatur de gravi, vel leviculpa satis attendatur, utrum contractus sit gratia dantis, vel accipientis, præterea ignorantia presumitur, toleratur, & excusat etiam in facto proprio in quo magis est culposa; quam in alieno l. quamquam, ff. ad *Vellejan.* in facto, scil. quod non facile sciri potest, sicut est factum quodlibet sui natura implicitum & intricatum, quod alii involutum, & oscurum appellant *Bart.* in d. l. non facetur, n. 7. quod exemplificat *DD.* in calculo rationum reddendarum, in quo etiam, in facto proprio tolerabilis est ignorantia l. *emper.* §. *Lutius*, ibi, rationem implicitam, ff. de patti, l. cum fideicommissum, ibi, computatio difficultor est, ff. de confess. *Jas.* in l. si res obligata, n. 37. ff. de leg. 2. ubi additio *Masveri* citat *Bart.* eundem *Jas.* *Natt.* & alios, *Gaylius* d. cap. 48. n. 20. *Musc.* d. c. 638. incip. error, n. 24 *Menoch.* lib. 6. de pres. cap. 23. n. 41. quod si difficile reputatur, quem scire posse vires proprii patrimonii, l. in fraudem 10. ibi, sapè n. de facultatibus suis amplius quam in his est, sperat homines, ff. qui & à quibus, & colligitur ex multiplici distin. *Bart.* in autb. se cū testator, post n. 4. ver. quid in dubio, ff. ad l. *Falc.* & traditis

ditis per Jas. in §. in fraudem, n. 48. instit. de actio. cum aliis per Maran. in l. is potest, n. 227. ff. de acq. bæred. longè difficultius existimabitur investigare vires patrimonii alieni, & an quis solvendo sit, vel 31 non, dives, vel pauper; si quidem licet quis in dubio non presumatur idoneus, nisi quoad mores, & animi dotes, secus quoad extrinseca, ut sunt scientia, & facultates, text. cum Gloss. in l. si verd, §. qui pro rei qualitate, ff. qui sat isd. cogant. Alcias. de præsumpt. reg. 3. c. 3. n. 5. cum infinit. à Mascar. de probat. conclus. 878. verb. idoneus, n. 4. & iterum concl. 526. incip. divitem, & concl. 737. incip. facultates, Pacian. in eodem tract. lib. 1. c. 54. n. 9. 10. cum sequen. 32 attamen quod imò quilibet presumatur sua industria, & labore in dies effectus dives, & locuples ex l. si defunctas, in f. C. arb. tutela, & aliis juribus post Archid. Bart. Lucam, Salyce. & alios, ut receptum, jura perpendens, & contraria resolvens benè probat Menoch. lib. 6. de præsumpt. cap. 25. n. 9. ¶ 13. 33 in fin. & cap. 28. per totum, quinimò Roman. conf. 163. Constat. Curia, post n. 4. plus dixit, juris præsumptionem esse, quod quilibet sit solvendo, quod dicit probari in d. l. si defunctus, & l. si creditores, ff. de separ. idem Barrig. in l. si affor. ff. de probat. l. mol. Aret. & Alex. n. 7. in l. si constante ubi latè Crotus ex n. 42. ff. solut. matr. post Castr. in l. M. evia §. fin cod. tit. Natta conf. 358. contra fratres, n. 2. lib. 2. & sunt text. aperti in l. cura, §. deficientium ff. de man. & honor. in l. spadonem, §. qui absolutus. ff. de excus. rator, sed esto, quod pro neutra parte sit aliqua juris præsumptio, & sic, quod neque inops, sive non solvendo, nec dives, seu habili, ad solvendum quis presumatur, & sic, quod alio non probato, neque divitiæ, neque paupertas presumantur, sed probari debent ab eo, qui fundat in alterutra, juxta opin. Jacob. de Aren. & Sal. in d. l. affor. Nihil minus adeò fugaces, & fluxibiles sunt isti divitiarum, & pauper. 34 tatis habitus, ut vix paupertas, neque divitiae perseverare presumatur in homine, ut in specie docuit Bald. in cap. fin. n. 6. vers. quæso, quæ qualitates, de præsumpt. ubi planè agens de qualitatibus extrinsecis, seu de bonis, & malis fortunæ, quas res externas appellaverunt Philosophi, dixit aliqua esse, quæ nobis non inhærent, sed de facili corrumpuntur, & mutantur: putat, divitiae, dignitates, clientelæ, liberi, Natta 35 in d. conf. 358. n. 8. & ob id licet quis semel dives, vel pauper probetur, non presumitur hodie de necessitate talis, quoniam diminutio, & augmentum facultatum, vel morum de facili obvenit, ut post Bar. in l. in confirmando, n. 1. ff. de confir. tutores, Cuman. Aret. Felyn. & alios latè probatur Menoch, lib. 6. de præsumpt. c. 25. n. 9. ¶ 11. Pacian. d. cap. 54. 36 n. 2. vers. veram in contrarium, & num. 22. 25. 27. & ided de facili erratur in testimando quem pauperem, vel divitem, cum ad id exactè dignoscendum non sufficiat fama, nec vulgi opinio nisi in his, quæ sunt modici præjudicij, sed requiritur plena probatio, quæ cum multifariam fieri possit, optimæ est illa, quæ fit per solemnem bonorum excusationem, ut latè discurrit idem Pacian. d. cap. 54. ex n. 35. & præ 37 tertim, n. 40. & 43. qui tandem n. 44. dicit standum esse arbitrio judicis, qui diversimodè ex personarum, & factorum diversitate id arbitrabitur; cum quo convenit quoque Mascar. conclus. 159. incip. pauper. n. 7. in fia. ubi insuper attestatur, difficile admodum esse, in hoc certam, & determinatam regulam constituere ad discernendum, an quis pauper sit, vel dives, & proinde recenset varios mo-

38 dos probandi, ex n. 13. ad 44. & ob id, cum divitiae acquirantur, & amittantur fortunæ impetu l. si is qui §. i. ff. de acq. rer. domi, l. plane, ff. ut in posse, legatur ergo ob incertitudinem, nulla esse potest juris præsumptio, ut formaliter, confutando opinio- 39 nem eorum, qui dicunt neminem præsumi esse solvendo, refert Menoc. d. cap. 28. de præsumpt. n. 8. & cap. 25. n. 11. & sic optima ratione tolerabitur in homine circa hoc ignorantia, & error, ratione incertitudinis, quæ reddit factum implicitum, & intricatum: & aurea certè ad hoc propositum est doctrina 40 Romani in d. conf. 163. ubi post num. 4. cæterum, et si docet non plenè probari, quem non esse solvendo, nisi præcedat legitima discussio judicis, ob quam manifestum redditur, an ille solvendo sit, & reddit rationem, post n. 5. his verbis, Quia bæc negativa, quem non esse solvendo, est quod non ens, ut C. de probat. l. affor. quod, ut ex se patet, non bene potest deducere in cognitionem hominum, sed cognitionem alicuius sensus corporis; ergo in hoc consistere notoriam non potest. ¶ c. & verè, quam difficile sit alienorū patrimoniorum vires, & arcana perscrutari, & dignolere, utrum verè quis dives sit, & idoneus, experientia nos docuit in nostra Civitate, & Regno, ut id communiter ab omnibus etiam alienarum rerum curiosis, & diligentibus investigatoribus omnium, quæ sub celo sunt: quales sunt fisci delatores, ut dicit Gloss. in l. 6. ff. de jur. ¶ fac. ign. difficultum, & in præscrutabile existimetur; ut testes sunt graduacionum, & discussionum processus infiniti, qui ditissimi sunt habitu, dum vivebat, & demum, ad eum alieno incognito, donationibus antea factis, fideicommissis, vinculis, & dotium restitutionibus, in necem creditorum, & prudentiorum sapientum nostræ Urbis reperti sunt observati, ut de cætero emptiones annuorum introitum, quæ prius erant promptæ, cum particularibus amplius nec frequenter, nec per suprema Tribunalia interponantur decreta, quoad pecunias vinculatas in emptiones censuum convertendas, nisi cum Regia Curia, & Fidelissima Civitate, licet omnes norint difficultates, & incommodes, quæ cum utraque patimur, aded, ut quamvis in publicis Comitiis sepiùs fuerit tractatum huic malo mederi, cum erectione publici Archivii, ubi onera patrimoniorum, velut in catastro publico, annotarentur, non potuit hucusque id obtineri, sicut ex præscripto more, & adversa fortuna nostræ Civitatis: ea, quæ verè ad Civium conservationem, & necessaria sunt ad publicam utilitatem perfici nunquam potuere.

41 Accedat prædictis, quia id quod dicimus, ignorantiam in facto alieno non excusare, ubi quis teneatur investigare, cap. quævis, de regul. jur. cum in f. per Mascar. conclus. 879. incip. ignorans, n. 7. procedit, ubi de facili quis certior fieri potest, non aliter, Roland. in specie conf. 72. num. 20. in 3. allegat tex. notab. in l. regula 9. §. sed facti, ibi. Sed facti ignorantia, ita demum cuiquam nocet, si non ei summa negligenter objiciatur, quid enim si omnes in Civitate sciant, quod ille solus ignorat? ¶ recte Labeo definit scientiam, neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipendam; verū ejus, qui eam rem diligenter inquirendo noram habere possit, ff. de juris, & facti ignor. cum qua concord. l. sec. supina 6. eod. tit. ibi, nec supina ignorans ferenda est factum ignorans: nec scrupulosa inquisitio exigenda. Sciëtia enim hoc modo testimanda est, ut neque negligentia crasfa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque dela-

42 toria curiositas exigatur, ut ibi *Gloss.* interpretatur, & *Gloss.* in l. fin. ff. de *decreis ab ordine facien.* ubi nō licet ignorare, quod publicè notum est, vel pro rostris affixum; mediū enim in hoc regulariter est tenendum, secundum *Gloss.* in l. 3. §. unde recte, in fin. ver. quo vertatur, ff. de in rem verso; unde cū hujusmodi notitia, an quis solvendo sit, difficilis reputetur ex prædictis, illius ignorātia, nullo modo existimari poterit supina, vel affectata, cujusmodi est

43 ignorare, quod omnes, vel sciunt, vel scire possunt, & exemplifificant *Gayl.* d. cap. 48. n. 15. *Mascard.* d. conclus. 879. num. 17. 31. & 33. præsertim cum isti debitores nominum (ut ex actis liquet) possiderent plura bona stabilia, ut probabiliter divites reputari potuerint ad *tex.* in l. *sciendum* 15. ff. qui sati d. cog. Affl. dec. 170, quæ tamen reperta sunt alliſ anterioribus creditoribus obligata, quorum quisque etiam curiosus plenam notitiam habere non potuisset.

Ex alio etiam, si D. Cæsar Caracciolum cogeretur probare ignorantiam, prout verè ex prædictis satis 44 probata remanet: ignorantia probaretur ex, eq. quia D. Cæsar, ut Neapolitanus scire nō poterat, an nomina debitorum cessa hominum Civitatis Luce- rix, ubi degebat, & conversabatur quotidie Marchio socer, qui illa dedit insolutum, essent idonea, vel nē; & sic D. Cæsar, velut exterus, & absens, justè potuit ignorare facultates nominum cessorum; absentia enim à loco justam præbet ignorantiae causam, adeo ut probato, quem fuisse absentem, vel advenam loci, ubi rei notitia haberri poterat, satis perspicua resul- tet justæ, & tolerabilis ignorantiae probatio. *L. Titius* §. *Lutius*, ff. de liber. & posthum. *L. plane*, ff. de excus. 45 tutor. Aded ut advena iter faciens, si non solvat q̄ bellam, excusat à commissione, ignorantiam allegando, quinimò nedum foreſis, sed etiam civis novitus excusat à pœna statuti, si illi contraveniat, cum fo- rensis, & novitus civis equiparentur quoad excusa- tionem, ex causa ignorantie, *L. qui cum uno*, in fin. & *L. qui commeatus*, ff. ver. *Tyroni*, ff. de re milit. plenè *Menocb.* lib. 6. de præsump. cap. 24. n. 39. & 40. & ignorans non dicitur contumacem authoritatem Principi, vel legis præceptum *L. genero*, ff. de his, qui noſon: infam. ut hæc, & plura congerit *Gayllus* d. c. 48. l. 2. n. 26. & 29. Et quod absentia connume- 46 retur inter justas causas excusandi quem à rei igno- rantia, adeo, ut probata absentia, probata censeatur ignorantia excusabilis, plura *Mascar.* cap. 1237. n. 7. E contrà verò Marchio Apicium, qui dedit hæc nomi- na insolutum genero, erat antiquus Civis Lucer- nus, ubi lares, & domicilium retinebat, & sic de iure præsumitur habuisse notitiam idoneitatis nominū suorum concivium, quæ insolutum dedit: vicinus enim, nedum antiquus civis, plenam præsumitur ha- bere notitiam concivium, etiam ex assidua conver- satione, & amicitia, & præsertim, quia longè antea cum illis immediatè contraxerat, eorumq; fidem sequutus foerat, illis credendo pecuniam; & sic anti-

47 qua erat notitia, ut de antiquo Cive, tradit *Curtius* sen. cons. 27. ex *tex.* in l. *constitutiones*, C. de *juris*, & facti ignor. & in cap. 1. de *fusi. prælat.* & cap. quosdam de *præsumption.* *Gayl.* d. cap. 48. n. 29. in fin. & latè de præsumpta scientia, ex eo, quod sit concivis, 48 vel vicinus; & è contra de præsumpta ignorantia, ex eo, quod sit absens, vel exterus loci, tradit *Masc.* d. 49 conclus. 879. num. 14. 19. 24. & 38. absens autem in hac materia dicitur etiam is, qui est in Civitate, ut non præsumatur scire, quæ fiunt ruri, & è contrà *Bal.* *Ang.* & *Imol.* in d. *L. Titius*, §. *Lutius*, ff. de lib. &

50 posib. *Mascar.* d. concl. 879. n. 50. Hinc fit, in termi- niſ nostris, ut vicinus, concivis, aut conjunctus, scire præsumatur vicinum, vel concivem esse divitem, vel pauperem, cum hæc sint de his, quæ communiter cadunt in scientiæ, & cognitionem vicinorum, *Pur- pur.* ex *Bart.* *Bal.* & aliis in l. 1. n. 92. ff. si cert. petatur. *Menocb.* in specie lib. 6, cap. 24. num. 11. de præ- sumpt. ubi idem dicit præsumi scire, quod vicinus possideat, vel exerceat jurisdictionem, n. 27. & 28. & in omnibus aliis actibus successivis non mo- mentaneis, n. 18. cum seq. & idem *Mascard.* conclus. 51 1159. incip. *pauper.* n. 24. Unde sequitur, quod, si etiam venditore nominis ignorante nomen non esse idoneum, succurrendum est emptori similiter igno- ranti, qui tractat de vitando damno. secundum *Alex.* in d. §. si mulier, post n. 4. vers. puto quod, & *Bar- boſ.* in d. *legitimatis*, post n. 11. ver. ex quibus, fortius in casu nostro, ubi, nedum emptor fuit ignorans, sed vendor fuit sciens, & prudens, & in hoc casu cessat omnino decisio, d. l. si nemo, nedum, quia emptor 52 non fuit sciens, sed ignorans ex d. l. promittendo; sed quia vendor fuit sciens, subintrat hoc casu decisio *tex.* in l. 1. §. 1. ff. de *actio. empti*, ut cum sit contractus bo- næ fidei, vendor tenetur bona fide afferere rem quam vendit, eo modo prout est in veritate, & tene- retur ejus assertionem bonam, & veram facere, in tantum, quod, si minus exprimat ejus, quod scit, vel scire debet, aliquid subtacendo, emptorem decipere. 53 dicitur, & improbato more versari, & sciens ali- quid non esse, & afferit esse, quia scienter plus affer- rit, tenetur de dolo, l. si quis affirnaverit, ff. de dolo 54 debet nāque vendor sciens, per verba clara, & non obscura emptorem monere de omnibus oneribus, & qualitatibus rei emendare, *Alex.* cons. 14. volum. 5. 55 imò regulare est, quod quando non exprimitur ali- quid, quod si expressum fuisset, contrahens non fuisset verisimiliter contracturus, subveniri debet emptori in odium tacentis, *Alex.* cons. 107, viso 56 processu vers. plus dico unum, lib. 4. adeo, ut præpo- deret dplus commissus in tacendo, culpe in non in- vestigando, *Alex.* cons. 14. vers. quinimò dator, n. 3. in fin. 4. & 10. in ult. verbis, lib. 5. & sic peccavit 57 iste contractus in eo, quod est causa formæ, idest in consensu, ut hæc, & alia optimè contra venditorem tacentem, afferit *Lanar.* cons. 15. ex n. 30. & præ- servit, n. 35. Pro Domino Regente Reverterio, cuius dictis addenda est pulchra observatio *Nattæ* ad *Alex.* in d. cons. 14. lib. 5. n. 4, in add. incipit. ad- versario, dum dicit *Alex.* considerasse, objici po- tuisse adversus suam theoricam, quod dubitās equi- paratur scienti, quando cum alio contrahit, quia debet explorare conditionem illius, ut ex reg. juris: sed huic motivo respondet *Alex.* prævidens objec- 58 tionē, quod licet Baptista emptor fuerit in aliqua culpa in non investigando; tamen dolus Joannis in tacendo præponderat, & sic apparet *Alex.* cum *Nattæ*, decidere, non nocere culpam emptoris; cum vendor fuit sciens, quos latè exornans sequitur *Sur- 59 dus* expresse decis. 265. n. 17. Imò amplius ponderat *Lanar.* in casu suo, quod fatuus fuisset D. Regens, si civis sit rem restitutioni subiectam, ponere se in an- cipiiti, & interim pretium solvere; & ex hoc fundat consensum in illo contractu censi diſensu; velut dolo elicitu, & consequenter contractum fuisse ip- so jure nullu, & sic fortius D. Cæsar in casu nostro fuisset fatuus, & omnino demēs, si pro tertii dotis, qui est titulus ex parte viri tā onerosus, sc̄ēter recipere voluisset insolutū pro pecunia debita in genere & ab

¶ ab initio promissa , & debita à fōcero , & uxoris fratribus divitibus, mediantibus pluribus instrumen- tis, nomina debitorum decoctorum inania. Resulta- ret enim ex hoc donatio evidens, & manifesta, *I. cum vir uxori* 34. ff. de jure dotium, & in terminis probat *Barbos.* in d. l. *estimatis* 52. n. 9. ff. soluto matrim. unde 59 ut excludatur presumptio donationis, potius pres- sumitur, non solum error, sed ignorantia , quinimò fatuitas, vel stultitia, *I. cum de indebito*, ff. de probat. *I. Campanus*, ff. de operis libert. & in terminis hoc ar- gumento utitur *D. de Francb. d. decis.* 108. n. 4. etiam in facto proprio, & etiam si actus alioquin reddere- tur invalidus , & omnino inutilis, ut probant latiss. *Surdus* videndus d. conf. 202. n. 11. & 12. *Menoch. conf.* 1. num. 213. & seq. *Mascard. concl.* 555. incip. do- nationis regulariter, licet non presumatur error, quando ex errore presumetur quis factus , ut notat *Castr. in I. als. in finali verbis, C. de bared. inst. de quo* 60 meminit *Mascard. conclus.* 638. incip. error n. 5. & tamen, nedum error facti, sed etiam error juris potius presumitur, quam donatio, *I. Titio* §. qui in vita, ff. de leg. 2. cum aliis per eundem *Mascard. conclus.* 640. incip. error juris, num. 10. *Surd. d. conf.* 202. n. 11. 14. 15. & 20. ubi quod potius presumitur fatuitas, fraus 61 & simulatio, & quod sufficit quæcumque levis occa- sio; & tandem error, vel ignorantia probantur, ubi- cunque probatur, rem aliter se habere, & sic cum ex discussione facta, auditio Marchione cedente , appa- reant nomina cessa penitus inania, & sine fructu, & sic perinde habeantur, ac si cedenti nihil debuissent, ut ex *I. nam is*, ff. de dolo, in terminis considerat *Bar- 62 bos. in I. estimatis*, n. 11. vers. ex quibus; ex hoc rema- net probata ignorantia , quæ excusat in facto alieno, & etiam in facto proprio, quando agitur de dam- no vitando, alter vero de lucro, *Bore. in I. non facetus* n. 10 ff. de confessis, *Rayn. conf.* 127. l. 3. *Surd. d. conf.* 202. num. 12. 13. & 19. cum *infra à Mascard. conclus.* 638. incip. error in dubio, n. 2. & 4. & conclus. 642. incip. error probatur probando , & si sola hæc consi- deratio non sueret ad presumendam ignoran- tiam sufficientem in facto proprio, si jungatur cum altera cum quis non fuit nimis curiosus, quia credi- 63 dit assertioni boni viri, à quo verisimiliter existima- re debuit, non esse decipiendum hæc omnino erit justæ ignorantie sufficiens probatio, ut ex *Gloss. in I. Titio* fundus, verb. actiones , circa finem, ff. de con- dit. & demonstr. & *Bart. in I. de papillo*, §. si quis ipsi prætori , num. 17. ff. de oper. novi nunt. latissimè probat idem *Mascard. conclus.* 648. incip. error probatur .

At hic non credit D. Cæsar, simpliciter asser- tioni , cuiuslibet boni viri , prout habebatur Mar- chio Apicci, sed assertioni fōceri, qui loco patris ha- betur, & cui ferè eadem debetur reverentia , *I. quia parenesis* 17. ff. sol. matr. unde è fortius erit excusan- dus, dum pro tertii dotis, subtinendo onera matri- monii, loco pecuniae debitæ in genere, recepit nomi- na, benè cognita cedenti, ipsi autem ignota, & ob id ipsi omnino est succurrentum: & è fortius heredi- bus D. Cæsar is , quibus nulla negligentia imputari 64 potest cur diligentius conditionem nominum ces- sorum non perscrutaverint, prout heredes excusare videtur ipsemet, *I. C. in reg.* qui cum alio, vers. baredi autem, ff. de regul. iur. ubi *Dec. num.* 7. & 8. probat procedere non solum, ut heres excusat quoad le- gatarios, sed etiam quoad creditores, quamvis regu- lariter ex persona heredum qualitas obligationis mutari non soleat, *I. 2. §. ex his*, ff. de verb. obligat. &

sequitur *Menoch. lib. 3. præsumps. cap. 88. infin. n. 18.* 65 Tertiò principaliter limitatur decisio tex. in *I. si nomen*. ubi cedens, vel vendens nomen, dolo versatus fuisset, qui dolus ex eo arguitur, si cum sciret debi- torem reditus solvendo non esse emptorem decepit, *I. si plus* 74. §. ult. ff. de evictio. ubi amplius *I. C.* vide- tur restringere decis. d. l. nomen, ut ita demum vendi- tor nominis non teneatur bonum facere , si quale fuit, vendidit, non si simpliciter, quasi simpliciter ven- dito nomine, de dolo teneatur vendor, ibi , qui no- men quale fuit vendidit, damnatur, ut sit, non ut exige- etiam aliquid possit, & dolum præstare cogitur, si igi- tur non vendidit quale fuit , sed simpliciter , quasi dolo versatus in non exprimendo id, de quo empto- 66 rem certiorare debebat, de dolo tenetur, quod *Gloss.* ult. ibi sentit, dum citat *I. nam is* 6. ff. de dolo, ubi dum in *I. ideoque* 5. *infir. dixisset* *J. C. planè si tunc solven- do non sit dicendum eris de dolo actionem ei dari*, subjicit in *d. l. nam is*, *nam is nullam videtur actionem habere*, cui propter inopiam adversarii èmanis est actio. ubi *Gloss.* apertissimè declarat *d. l. si plus* §. fin. dum statim subjicit, nisi nomen sit venditum qua- le sit, us *infra de evictio. I. ante penult. §. fin. que est*, d. l. si plus, & sic, nisi expresse vendatur nomen, tale quale est, vendor tenebitur de dolo , ex eo, quod emptorem non certioraverit , & ita in specie inter- 67 pretatur *d. l. si plus* §. fin. *Surd. d. dec.* 288. post n. 28. vers. ad id autem, ubi benè probat ex his verbis qua- le fuerit nomen excusari venditorem circa qualita- tes, & accidentia, an scilicet solvendo sint & exigibili- les delegati debitores , vel nè, non autem circa sub- stantiam , cum etiam his verbis adjectis , teneatur præstare, quod nomina sint, ut in *I. pen. §. fin.* ibi, qua- liacunque sint dotia, ff. de action. omnes, & hoc idem sequitur Rodriguez, dum tradit hanc limit. ad *d. l. si nomen d. lib. 2. q. 2. n. 22.* quinimò amplius docuit 68 *Alex. in d. conf. 14. lib. 5.* quod vendor sciens opus vel defectum rei venditæ , expresse dixerit se nolle teneri ratione cuiusvis oneris, & ita consenserit em- por rem accipere , licet in genere dixerit se nolla teneri, tamen adhuc ratione taciturnitatis tenebitur de dolo ad omne interesse emptoris, de quo dicit es- se casum in *I. quara. 40. ff. de action. omnes*, ibi, qua- do hæc generalis exceptio , non ad ea permissere de- beat, quæ vendor novit, quæ specialiter excipere, & posuit, & debuit, sed ab ea, quæ ignoravit, ubi *Gloss.* verb. debuit, citat concord. & *Alex.* allegat alia quo- 69 que jura, & ampliat, primò procedere etiam si ven- ditor protestetur se vendere ius, quod habet in re, & tandem ampliat fortius ex *Castroni*, idem esse, si ven- ditor sciens exciperet in specie , se nolle teneri de tali vitio , vel defectu tamen hoc non sufficere ad eximendum venditorem scientem, qui dum scit , & claret non loquitur totum præsumitur facere animo circumscribendi, iuribus per *Alex.* citatis n. 9. *infir.* & n. 10. §. fin. dicit non imputari eo casu, quod em- por non investigaverit, quia nemo poterat informa- re emptorem, nisi vendor, qui taceando fuit in do- lo, qui dolus præponderat culpa , ubi *Natta* & alii addentes, alios congerunt hoc exornantes, sicut idem facit *Surd. d. decis.* 265. n. 17.

Verùm si ex aliis dolus cedentis arguendus esset, non desunt in casu nostro plura alia capita, ex qui- bus cedentis dolus, tam in subtiliendo verum quam in exprimendo falsum detegitur, tam in primo con- tractu dationis iusolutum anno 615. quam in altero qui ut postea emendaret interesse cessionarii , dete- gatis mendaciis fuit factus secundus contractus anno

618. dum adhuc ex discussione non completa non erat detecta inhabilitas nominum cessionis; sufficiet enim dedolo constare in aliqua parte ejusdem contractus, sicut de errore, & ignorantia, tradit ex Comensi, Alciat. reg. 3. c. 21. n. 3. in fin. de præsumpt. quem sequitur Menob. lib. 6. c. 23. n. 50. vers. declaratur septim d& in conf. 145. à n. 7. usque ad 11. lib. 1 ubi quamvis defendant in suo casu fuisse inductam novationem quoad fidejussiones, tamen n. 29. vers. tertium pariter, & 30. cum seq. factur contrarium, ut teneatur venditor sciens de dolo, & præsertim in causa dotis, & maximè afferendo se dominum certorum corporum, cum non esset, & horum nominum in specie in majori quantitate quam verè esset, quo casu propriè verè dicitur emptorem decepit, i. si quis dominum 9. in fin. versic. quid tamen, ibi, decepit. enim conductorem, ff. locati, quæ non minus locum habet in venditore, licet in conductoru loquatur, ut ex Cyn. Bald. Castr. Molina, Modern. Paris. & aliis, fundat responsum Senatus Mantuani contrà Vaivodam Moldaviæ, inter decis. Surd. decis. 326. n. 48. ubi quod ad omne interesse teneatur venditor, & sequitur Rodriguez d. lib. 2. cap. 21. num. 22.

Quarto ex prædictis colligitur quarta limitatio, 72 sive declaratio ad d. l. si nomen, ut omnino sit declaranda procedere in nomine, quod tempore insolutum dationis sit habile, sed ex post facto sit effictum non solvendo, & inhabile, scilicet post cessionem, sive insolutum dationem, & venditionem, cum alioquin data scientia venditoris, impossibile sit practicare decis. d. l. & hoc est, quod communiter DD. colligunt ex d. l. cum concord. dum dicunt, quod vendens, vel insolutum dans nomen debitoris, libertetur, & periculum nominis transeat in emptorem, velut Dominum nominis, & sic ferè omnes supponunt, inhabilitatem supervenientem post cessionem pertinere ad emptorem, non autem præcedentem ante venditionem, quod propriè important, verba, periculum cedere, quod de supervenienti intelligitur toto tit. ff. de periculo, & comodo rei venditæ & l. periculum, C. si certum petat. hanc distinet, fecit expressè Bart. in l. pupilli 96. §. foror, ubi idem Castr. ff. de solut. & eam voluit Bar. procedere generaliter, etiam extra causam dotis, idem Bart. in leg. Mevia 50. ff. solut. matrim. & sequitur Osasch. decis. 61. num. 10. in fin. versic. secundo potest responderi, ubi generaliter intelligit distinet. Bart. & addit, quod hoc modo intelligendo, evitabimus multas, amaritudines, & difficultates resultantes ex variis distinet. DD. & hanc Bart. distinctionem prosequitur etiam D. Reg. Rovit. conf. 75. n. 15. & ita loquuntur Bald. Imol. Alex. Siculus, Socin. Rayn. Gozad. & alii, quos referunt Becius in suo amplissimo conf. 205. ex num 18. cum seq. vol. 1. Surd. conf. 145. num. 21. & 19. dum haec referens loquitur per haec verba, liberari dantem insolutum quidquid inde sequatur de nominibus, & Becius, dum consuluit in casu suo, cedentem non teneri facere idoneum nomen cessum, supponit, pro absoluto, quod debitores tempore cessionis erant solvendo, et quod ex negligentia cessionarii potuerint ex post facto reddi inhabiles, ut per eum post num. 19. ibi, nam cum supponatur in facto, & ob id instruit quomodo nomina cessa sint discutienda, vocato potius cedente post num. 25. juncto n. 26. & num. 27. in fine, addit non probari minus in casu suo, nomina non esse solvenda: quid plura? idem Becius distinguendo materiam, & casus post Castr. & Decium post num. 35. expressè

se declarat, quod quidquid sit in simplici cessione in hac specie, de qua nos agimus, re insolutum data, vel delegata, periculum nominis post cessionem 73 contingens pertinet ad cessionarium, ex d. §. foror, idemque expressius declarat, & restringit Marc. Ant. Eugen. in suo conf. 73. num. 8. vers. tertio quia, & n. 15. & num. 16. & in v. 7. ex quibus luce clarius, ubi ita demum cedentem liberari affirmat, si tempore cessionis nomina erant habilia, & ex negligentia cessionarii sint effecta non idonea, & idem clariss. Rodriguez, ubi ita intelligit loqui omnes DD. in hac materia dict. lib. 2. cap. 2. post num. 7. & 18. idemque sentit Gratian. lib. 1. cap. 3. n. 17. ubi æquiparat casum, ubi debitor non est solvendo, & causam dotis ex privilegio, de quo infra, & reddit pulchram rationem num. 18. Unde cum in casu præsenti plenè constet, & notorium sit hodie, nec tempore dationis insolutum nomina esse, nec fuisse idonea, nec 74 quicquam imputari potuisse D. Caesar, qui statim judicium instituit, petendo instrumenta exhiberi, juxta singularem decisionem Alberti Galeoti, quam extollit Roman. d. conf. 163. n. 6. & formam judicij traditam à Becio in d. conf. 105. n. 25. & Rodriguez. dict. cap. 21. num. 3. in fin. audito in omnibus venditorum nominis; casus præsens est extrà omnem dubitationem. Eò præsertim, quod culpa Marchionis, qui usque ad annum elapsum non exhibuerat, nec consignaverat omnia instrumenta nominum, prout fuerat ab initio requisitus, non potuit judicium ex cessionis nominum citius expediri: de jure autem, qui hodie pauper est, & non solvendo, sic etiam in præteritum fuisse præsumitur, licet non sic facile in divitiis ex præsenti præsumatur in præteritum, sed in paupertate id procedit sine difficultate, ut ex l. 3. ubi Bald. & Salyc. C. de probation. probat multorum testimonio Pacian. c. 54. lib. 1. n. 30. de probat.

Quinto, & ultimo pro coronide, tenetur cedens in casu nostro, quia sumus in causa dotis, sive debitor ex causa dotis, in qua pleraque specialia concurrunt, ex quibus difficultas cedens, vel vendens nomen liberatur quam in alia materia.

75 Primò etenim, licet ubi datur insolutum species pro pecunia, & sic pro genere, omnis primæva actio funditus extinguatur, nihilominus hoc fallit in causa dotis, quia in casu evicti maritus agit, adhuc primæva actione privilegia in temporē, & hypoth. ac si nihil fuisset datum, l. qui res 98. ubi omnes, ff. de solut. Et ex hoc operatur in dote non minus, ac si partes expressè reservassent sibi primæva jura, cui suis privilegiis Boer. latè dec. 337. post n. 2. Barb. in d. l. assimilatis 51. n. 20. Tbes. jun. sup. cit. c. 88. l. 2. n. 13.

76 Secundo, decisio, tex. in d. l. si nomen fallit in dote, nam speciale est in causa dotis, ut sive maritus sive mulier decipiatur in recipiendo nomen non idoneum subveniat sibi, verba sunt Castr. in l. Mevia 50. post n. 4. ff. soluto matrimonio Angel. in l. pupilli §. foror, ff. de solut. Francb. decis. 108. post num. 3. et licet Castr. plura dicat, faciendo diversa capita quæ non in omnibus probantur; in hoc tamen approbat, ut speciale sit in causa dotis, ut optimè Pauli doctr. explicat Barbo. in d. l. assimilatis, n. 11. in fin. vers. insertur etiam, ubi addit, viro atque uxori in dote succurrendum, etiam si culposa ignorantia eis imputari possit, et sufficere si re ipsa laudantur accipiendo debitorem in opem, beret ad id ponderans d. l. promittendo §. si à debitore, ff. de jure dotum, et rationem specialitatis colligi ex l. jure succursum, §. fin. cod. tit. ubi generaliter definitur in causa dotis

et nullam admitti captionem, nec tolerari aliquem ex conjugibus, sive contrahentibus locupletari cum 79 aliena jactura, & addit *Barbosa* data ignorantia indistincte marito non praेजudicari, sed si fuerit sciens, nec sibi indistincte, & omnino praेजudicari, nisi cum declaratione, de qua in *I. licet*, ff. de pactis dotabil.

*Gratian*.*somp* 1. *discept. forens.* cap. 3. num. 17.

80 Tertium est speciale in causa dotis, ut quamvis debitor cedens nomen debitoris suo creditori insolutum, fuerit in dolo, dolus ille non reddit cessionem ipso iure nullam, sed parit tantummodo actionem de dolo contra cedentem, l. dolo, C. de iustit. stipul. tamen debitor, qui tenetur ex causa dotis, si cedat creditori ex causa dotis dolosè, nullo modo liberatur, sed conuenit primativa actione, ac si celsio non intercessisset, *Bald. Angel. Iml. Castr. & Alex. n. 2. in d. l. si cum dote, §. si mulier, Surd. d. conf. 145. n. 31. & 32. in primo.*

Nec objiciatur, quod nomina debitorum non fuerunt data insolutum pro dote, sed pro interesse, sive tertius decursus ad beneficium viri pro dote promissa.

Primò enim possemus dicere in datione insolutam anni 615. fuisse data stabilia, emptiones annuorum introituum, & nomina debitorum pro universo debito dotis, & interusurii ascendentis ad duc. 20. mil. nulla facta expressione, nec distinctione, quæ ex corporibus dotis essent pro dote, & quæ pro inter-

81 usorio; unde non facta expressione, censetur meliora corpora data in causam duriorem, & sic pro interesse, juxta l. 1. C. de solution, vel saltim sufficere hoc discerni, nec ad oculum demonstrari posse, ut justè allegare possimus, nomina data fuisse in causam dotis, & si prima assignatio corruit, quia dolosa, vel ex dotis privilegio, consequenter & secunda data in executionem antecedentis, eodem errore, & dolo intercedente, quorum respectu mulier erat in tuto ex privilegio dotis, in qua periculum nominis cessi pertinet ad cedentem, non potuit, inscia uxore, per se. secundum contractum fieri assignatio nominum de cedentrum viro in solutionem interesse, licet videatur prima fronte cedere ad sui beneficium, cum interfuerit, uxoris assignationem, primo loco factam non mutari sine eius consensu, nisi eidem suo viro tradita fuissent insolutum bona effectiva, & nomina habilia, super quibus potuisset satisfieri de suo antefato, & interesse dotum, de quibus hodie est credatrix hereditatis viri, cum ex privilegio dotis prima insolutum datio nocere non potuisset, sed damnum sibi pararetur ex secunda, cuius omnino fuit ignorans, & ideo ex ea praेजudicium aliquod sibi causari non potuit; sed melius, & tutius dicimus, esto quod non ageremus de dote, sed de ipsius interusurio debito, & promisso viro pro oneribus matrimonii, quæ substituit, idem esse quod in dote: hoc enim privilegium non est restrictum, ut sit concessum dum taxat doti, sed, ut cum mysterio, dixit *Castr.* speciale est in causa dotis, ut sive maritus, sive mulier decipiatur, recipiendo nomen non idoneum, subveniatur sibi, & sic sufficit, ut alter ex conjugibus laedatur in causa dotis, scilicet in materia dotis, & circa dotem, ut clarissime probat ratio reddita à J. C. in l. iure succursum, §. ult. ff. de jure dotium, ex quo text. *Castr.* exceptit privilegium, ibi Si alterus circumventus sit, successurendum est, quia bona, & aequo non conveniat, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum, quæ ratio non minus militat in dote, quam in interusurio, & præcisè militare in

nomine cesso, quod non effet solvendo consideravit *Alex.* in d. l. si mulier post num. 4. vers. sed ad hoc, & 83 *Barbosa*. n. 1. l. vers. insertur etiam, & ita nuncupatim procedere generaliter in causa dotis ex ratione generali, d. l. iure succursum, ex *Gloss.* in aut. b. de æqualit. dotis post princ. ver. negotiationem, ibi, nec ea, quæ inter conjuges agantur sunt pro negotiacione babenda, quasi cessare debeat subtilis consideratio J. C. in d. l. si women, digna ut potius inter negotiatores in commerciis attendatur, quam inter conjuges, notat *Alex.* ex *Cyno* in l. si circumscripta, C. solue. matri. plura enim in causa dotali ex speciali sequitate, quæ polle re debet inter conjuges, introductory sunt contrà juris civilis apices. *Fortun.* de ult. fine iuris n. 417. ut 84 optimè generalem rationem d. text. in §. fin. l. iure succursum, plures ob id effectus, & specialitatem producere inter conjuges, tam ut minor lesio admittatur, etiam citra dimidiam in estimatione rerum dotalium, quam etiam in dolo, metu, & captione qualibet excludenda, eruditè de more probat *Arius Pinellus*, in 1. par. repet. l. 1. C. de rescind. vend. cap. 1. ex n. 10. & præcisè, n. 15. & 16. ubi in specie videtur loqui, etiam de nomine cesso, dum allegat *Alex.* in d. l. si cum dote, §. si mulier, & in puncto hoc tenet *Barbosa* in d. l. æstimatis n. 1. l. vers. insertur, & num. 12. & 85 ab id *Boerius* in hac materia æquiparavit dote & doherium, quod isdem privilegiis munitum indubiè supposuit d. decisi. 337. post num. 2. quod etiam 86 comprobatur ex eo, quod subjicit idem *Barbosa* in eodem loco, post n. 20. vers. colligitur etiam, dum redens rationem, quare in casu, ubi maritus non agit de evictione, ut cum dote fuit sibi data inestimata, l. cum post 70. §. cum res. ff. de jure dot. adhuc agere potest, saltim ut sibi damnum relaciatur, subjicit hoc idem fieri, quia maritus ipse substituit onera matrimonii, quod loco prætii est, l. ex promissione & ff. de action. & oblig. unde nihil mirum, si interusurium, quod à marito percipitur ob onera matrimonii, dum loco dotis est, isdem privilegiis potiatur; ma- 87 ximè cum maritus in dote habeat titulum onerosum, dum substituet onera; mulier vero dicitur habere lucrativum l. *Mevia*, §. fin. ff. solut. matri. cum concord. à *Napod.* in consuet. si quis, vel si qua, vers. præterquam, n. 217. D. Capic. decisi. 128. cum aliis, quæ consulto præstereo; qua ratione *Conf. de Anna consil.* 35. n. 31. & conf. 90. n. 21. dixit in nostris terminis, esse magis privilegiatum virum, quam uxorem. Imò generale est, ut privilegium concessum sorti, com- 88 prehendat etiam usuras, sive interesse debitum occasione fortis, ut ex regula l. *Luius*, ff. qui positor, in pign. in specie in dote, & in ipsius interesse, & etiam in alimentis debitis ratione dotis, author. *Bar.* & alio. r. 4. firmat *Affl. dec.* 10. *Rayn.* dicens comm. *Mynsin.* referens hanc opin. uti æquorem approbat *Cam. Imperial.* & enixe defendant *Negaf. Corduba*, *Gutier.* & alii quos refert *Barbosa*. in l. 1. par. 3. post n. 27. ff. solut. matri. *Berus*, *Rebuff.* *Camer.* *Surd.* & alii, quos refert, & sequitur, reprobata opin. *Barbosa*, *Felician.* de censibus, lib. 3. cap. 5. n. 16. vers. dubitatum est, Reg. de *Pont.* dicens, non habere dubium, & sapientius judicatum conf. 64. & 77. in princ. nec dissentit D. de *Franc.* dec. 613. in 4. vol. quamvis fluctuare videatur, an procedat quoad hypothecam concessam à jure 89 super bonis subjectis fiduciocommissio, majoratui, vel feidis etiam ex pacto, & providentia, in quo etiam sequi videtur affirmativam, dum ultimo loco refert *Petrum de Gregorio* hanc tuentem, quam esse verioram, crebriorem, & usu foreni probatam, concludit

Fe-

*Felician.* in vers. denique facit, & prædictis, hodie longo post tempore, addo *Gratian.* decif. *Rota Marchia* i 3. n. 19. 39. & 44. *D. Reg. Rovit.* conf. 75. & infinitos de more congestos per *Giurb.* dec. 87. post n. 9. videndus est tamen *T'besaur.* jun. quem postea legi lib. 3. quæst. forens. cap. 73. Imò in præsenti casu fuit consideratum, fuisse datos in solutum annuos introitus, qui necessariò juxta Bullas Pontificum, cohædere debent super certis corporibus, & sic ubi anni introitus exigi non possunt; velut deficientibus bonis hypothecatis, habetur, ac si essent evicti cum non possit subsistere venditio super jure personali, sed super corporibus, eorumque hypothecis, & etiam quia in promissione evictionis, & reservatione, fuit promissa per cedentem successiva perceptio annuorum introituum; unde ubicunque cessionarius non potest illos percipere, videtur factus casus evictionis.

## D E C I S I O.

**E**T ita obtinui, & decisum fuit per S. Consilium die Martis 11. Julii 1622. referente Consiliario Cæsare Alderisio, penes Actorum Magistrum Hieronymum de Amico, cum interventu doctissimorum tunc Consiliariorum Ferdinandi Brancia adjuncti, & Scipionis Roviti, qui ambo postea fuerunt ad supremum gradum Consilii Collateralis, & Regentis Regiam Cancelleriam, ob eorum eximias virtutes, & merita, omnium applausu, evicti, quos de me optimè meritos esse profiteor.

## S U M M A R I U M.

- 1 **P**ecunia ad quid inventa?
- 2 **L**æsio probanda est per allegantem, secus in actu sua natura noxio, num. 3.
- 4 **T**utor non vale solutionem recipere præsertim dissolvendo redditum, & de ratione num. 5. & seq. falt in reemptione ex pacto præcedenti redimendi, ex opinione Rodriguez n. 18. sed contraria Felician. comprobatur, num. 19.
- 6 **M**inori utiliæ est babere jus redditus anni, quæ illius premium.
- 7 **A**nnui introitus, etiam redimibiles an, & quando inter immobilia computentur, & quare, & quid si sint ad modicum tempus constituti, num. 8. 9. & 10.
- 11 **D**ecretum requiritur in distraffione anni redditus minoris, item Civitatis, vel Ecclesiæ.
- 12 **M**inor non vale annuum redditum etiam redimibilem alienare absque decreto, & atiis solemnibus, vel super bonis suis constituere, etiam ad rationem levioris usura, quamvis sit industrius, vel veniam actiis impetraverit, aut pecuniam in rem minoris versam constaret, & num. 13.
- 14 **P**actum redimendi arstat emptorem ad dissolvendum redditum, sive censum.
- 15 **C**ausa necessaria alienandi quæ sit?
- 16 **A**lienationis prohibito non includit necessariam.
- 17 **R**eemptione census non comprehenditur in prohibitio ne alienationis.
- 20 **P**ecunia inter mobilia, quæ servando servari non possunt, connumeratur.
- 21 **G**autela in institutione majoratum, quod pecunia ex reemptione perveniens, in aliorum bonorum immobilium emptionem convertatur, & reemptione aliter facta nulla sit.
- 22 **L**ex 1. C. quando decreto opus non est, non derogat

decisioni l. 1. C. si adversus solutum licet enim in venditione rei minoris ex conventione paterna, decreatum non requiratur, tamen adversus solutionem restituitur.

- 23 **M**inor restituitur si pecunia ei, tutori authore, vel ipfmet tutori soluta perdita fit, vel aliter damno affectus, etiamsi à tutori jus suum consequi posset, & quamvis laeso aut damnum post solutionem contingit, & fortius si in ipso actu solutionis, & num. 24. & 25.
- 26 **L**esio in ipso actu solutionis tutori facta, intercedere dicitur, si minus tempore, loco, causa, aut conditione reciperet tutor, aut quid de debito remitteret.

## A R G U M E N T U M.

**M**inor, an restituatur adversus acceptationem solutionis, retrovenditionem, & quietationem per tutorem factas debitori reementi de pecunia diminuta, quam appellamus (de duobus tertiiis stante, statuto, sive pragmatica disponente, sortem pretii venditionis annuorum introituum, esse solvendam in pecunia numerata).

**P**ro filiis pupillis D. Cæsaris Caraccioli, & Marchione Caprigliæ, contrà Marchionem Roseti, & Horatium Brancia.

## C O N T R O V E R S I A XXXIII.

**M**Archio Roseti, cum esset debitor ex causa venditionis annuorum introituum, sive redditus censualis, hæredum pupillorum Don Cæsaris Caraccioli, in summa duc. 20. m. sortis, & plusquam aliis duc. bismille tertiarum decursarum, ad rationem decem pro centenario; ut sponte sua, nulla præcedente petitione, reemeret sortem d. census venditi, injunxit Horatio Branciæ, cui vendidit Terram Roseti, ut de prætio deponeret sortem d. duc. 20. m. cum tertiiis decursis qui conferit apocam sortis, & tertiarum, de pecunia existenti in bancis notificatam dictis pupillis, sive tutrici, mense Novembri præteriti, quorum tutrix D. Francesca Galluccia mater, ignata decreti generalis, eadem die publicati, quo disponitur, reemere volentes annuos introitus venditos, cum pacto de retrovendando, vel extinguere annuos census redimibiles, non aliter posse retrovenditionem, vel extictionem obtainere, nisi soluto capitali pretio in moneta numerata, nec sufficere depositum de duobus tertiiis in bancis in eorum credito existentibus, nisi fuerint à creditoribus conventi ex quavis causa ad restitutionem capitalium, inconsulto tutrix prædicta credens non posse relivere depositum, & ad hoc compelli posse, fecit retrovenditionem, & quietationem in forma, aduersus quam liberationem, pupilli, cum de læsione in promptu evidenter appareat restituui petunt; siquidem cum haberent emptionem tutissimam, cum assensu super dicta Terra Roseti ad rationem decem pro centenario, loco prædictæ emptionis receperit tutrix pecuniam aeream duorum tertiorum, quæ nec tangi, nec videri potest, adeò ut non sit expendibilis, nec sit in commercio, nec censerri poslit fidejussor futuræ, neque presentis indigentia,

digentia, ad quem finem inventam pecuniam, affir-  
mat Aristot. 5. et bic. cap. 5. unde licet probanda sit  
laesio ab eo, qui illam allegat l. 3. §. si minor, ff. de jure  
jur. ut ex regula generali l. quovis, §. qui dolo, ff. de pro-  
bab. innumerata congerit Caldas in l. si curatorem ba-  
bens, verbo, laesio, in princ. C. de in integ. restit. min. &  
probari deberi generaliter à petente restitutionem,  
se minorem, & laesum, notatur per omnes in l. si mi-  
norem, C. de in integr. restit. cum concord. per Pa-  
cian. lib. 2. cap. 24. num. 33. & 61. tract. de probation.  
3 Non tamen aliter probanda est laesio, quando  
actus sua natura est noxious. Gloss. in l. ait prætor. 7. §.  
non solum, & in l. si iudex, ff. de minor. ut exempla  
latius tradit Caldas in verb. sua facilitate, ex n. 26.  
ut in mutuo restituendum minorem, tametsi non.  
probet se ex illo laesum, not. in l. 1. C. si advers. credis  
canoniz. in cap. quod quibusdam de fidejuss. Vusquinus  
cap. 66. qq. forens. num. 6. Maurit. de restit. cap. 221.  
& 281. Caldas d. verb. sua facilitate, num. 30. & sic  
in liberatione, & quietatione debitoris, sive retro-  
venditione redditus pupillaris, quam constat aliena-  
tionem esse; unde, cum tutori interdicta sit aliena-  
tatio, non poterit solutionem recipere, ex qua sta-  
tim liberetur debitor, præsertim dissolvendo redi-  
tum, & maximè, cautè, & ritè contractum, ut bene  
5 probat tex. in l. pupillo 15. ff. de solut. ubi postquam  
dixit, pupillo solvi non posse sine tute autore,  
neque eum delegare posse, subdit ad utrumque di-  
ctum, rationem, quia nec alienore ullam rem potest,  
quasi quod ex illa solutione alienatio inducatur,  
quod contingit abdicando à se actionem, quam ha-  
bet, recipiendo solutionem, ut ibi tradit Castr. & est  
tex. apertus in §. at ex contrario, ubi Baldwin. & Hypo-  
polit. Rimin. num. 5. in lit. quibus alien. licet vel non,  
Barz. in l. vero procuratori num. 1. ff. de solut. & in l. 3.  
num. 3. ff. solut. matr. tum etiam, quia quando cen-  
sus redimitur, minor procul dubio abdicat à se jus re-  
ditus annui sibi competens contra debitorem, & illius bona, ut optimè probat Felician. de censibus, in  
appe ndice, lib. 4. cap. unico post num. 7. vers. neque  
6 etiam placet. sol. mib. 229. ubi subdit rationem. Quia  
utilius evidenter est minori habere integrum jus re-  
ditus annui, quam premium illius, cum quia perfacile  
illud poterit disperdere, cum quia evenire potest, ut  
non tam utiliter, & securè illud impendere possit, &  
ide ex redemptione census ita fit deterior conditio  
illius, sicut quando alius liberat debitorem suum; hanc  
Felician, qui etiam addit, in redemptione agi de  
damno minoris, & idè fieri non posse à minore,  
7 nec ab ejus administratore, quod ex eo confirmatur,  
quia si admittimus, annuos introitus inter immobi-  
lia computari, etiam si non sint omnino perpe-  
tui, sed redimibiles, ea ratione, quod cum incertum  
sit, quando reditus luibiles, redimendi sint, perpe-  
tui merito judicantur, ut ex reg. l. sufficit, ff. de con-  
dict. indeb. juncto tex. in vulg. clem. ex suis de parado so-  
§. cumque annui reditus, de verb. signific. & §. quoniam  
autem vers. fin. aut. b. ut ii qui oblig. se per bib. bab. res  
min. ex infin. juribus, & DD. autbor. uti veriore, &  
receptissimam sententiam, tradunt Guttier. prætz.  
qq. civil. l. 2. cap. 146. num. 2. & cap. 83. ex num. item  
2. lib. 3. Felician. de censibus lib. 1. cap. 7. post num. 2.  
vers. qua eo potissimum, Rodriguez de ann. redit.  
lib. 1. quæst. 14. post num. 7. vers. pro parte negativa,  
ubi dicit, hanc esse communissimam ferè omnium  
sententiam, nisi sint reditus ad modicum tempus  
8 constituti, uti ad sex, vel ad octo annos, & latissime  
hanc opin. ut receptissimam comprobat Caffill.

quotid. controv. tom. 1. de usfr. c. 41. per totum præ-  
sertim num. 6. in fin. & 7. & ex nostris, ex iuribus ci-  
vilibus, canonicis, & feudalibus probat Conf. Geor-  
gius allegat. 49. ex n. 43. sive etiam admittamus opin.  
9 Molina lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 6. qui opin.  
hanc comm. indubie veram profitetur, considera-  
to præsenti statu ante reemptionem, citans Tira-  
10 quell. & Ruyn. quinimò non solum inter immobilia  
computari, cum necesse sit, quod ad unam speciem  
applicentur, sive collocentur, juxta opinionem  
Panorm. & Tiraquell. relatam per Rodriguez. d. lib. 1.  
q. 3. num. 9. vers. fateor tamen, sed etiam si necessa-  
ria non sit applicatio, & sic circumscripta quoque  
necessitate applicationis, annuos redditus dici pro-  
priè res immobiles, licet non strictè quia ratione  
cohærentiae dicuntur corporales, ut ex Alvar. in  
cap. 1. §. sciendum, col. 2. de feudi cognit, probat Gabr.  
conf. 141. num. 14. ubi num. 16. dicit procedere etiam  
in materia odiosa, ita ut veniant in confiscatione  
immobilium, ut latè ampliando firmat Surd. con-  
tundens contrariam opin. vivis rationibus cum re-  
cepta sententia deci. 204. præsertim num. 8. ex hoc  
11 sequitur præcipuus effectus in praxi, ut in alienatio-  
ne, sive distractione hujusmodi annui redditus facien-  
da per minorem, adhibendum sit decretum, & re-  
liquæ solemnitates necessarie; de quibus in tit. ff. de  
rebus eorum, & C. de præd. minorum, ut optimè in-  
ter plures effectus hujus investigationis, quod annui  
reditus inter immobilia computentur, hunc primo  
loco eruditè, & distinctè, post defensam, uti veram,  
& indubiam com. sententiam, tradit Gaylius lib. 2.  
prætz. observ. cap. 10. num. 4. vers. effectus, cujus dicta  
extollit Caffill. d. cap. 41. num. 6. & comprobat Surd.  
dicens, idem procedere non solum in minore, sed  
etiam in alienatione re lituum Civitatis, vel Eccle-  
12 sia, d. decisi. 204. post num. 3. & num. 4. Et hanc esse  
veram, & receptam sententiam in foro, minorem  
non posse annum reditum, etiam redimibilem aliena-  
re absque decreto, & solemnitatibus enumeratis  
per Afflitz. decisi. 249. Menoch. de recuper. poss. ff. re-  
med. 15. ex num. 143. Paris. conf. 85. num. 18. lib. 3.  
Schurff. confil. 4. per totum, centur. 3. incip. quod præ-  
dicta vel constituere super bonis suis, etiam si ad ra-  
13 zionem levioris usuræ, quæ in regione frequentetur,  
& quamvis alias ipse minor sit industrius, vel ve-  
niā etatis impetraverit, & quod fortius est, etiam  
si constaret, pecuniam versam in rem minoris, quia  
hoc non validat alienationem prædii, vel similis ju-  
ris, l. non solum, l. utere, l. si prædiū, C. de prædiis mi-  
norum, eruditè probat Rodriguez d. l. 1. q. 14. ex n. 10.  
asque ad 14. ubi n. 15. & seq. hanc ultimam amplia-  
tionem, licet com. vers. pecuniæ satis cum judicio  
temperat, neque pariter alienare, vel transferre in  
alterum, aut quovis modo, sine debitibus solemnitatibus  
alienare, ut ex Bald. & Simoncello probat D. Georg.  
d. alleg. 49. num. 45.

Unde ubicumque retrovenditio reditus non fit  
ex necessitate pacti præcedentis, virtute scilicet  
facultatis redimendi ab initio adjectæ, quæ arcta-  
14 emptorem etiam invitum ad dissolvendum redi-  
tum, juxta tradita in l. 2. C. de pat. int. empir. & ven-  
dit. per D. de Franch. decisi. 64. num. 4. cum seq. & in  
materia reditus censualis juxta formam bullæ Fol-  
ler. de censib. in verbo instrumento gratia, per so-  
15 tum, & alii pañim, quæ causa necessaria tunc de-  
mum dicitur, quando quis cogit dominium trans-  
ferre, aut non potest quis non alienare, ut pulchre  
distinguit Surd. inter factum voluntarium, & ne-  
cessarium

cessarium decis. 102. ex num. 15. & medius decis. 286.  
n. 13. in fine, & 74.

16 Ex qua sola necessitate redimendi suaderi poterat, licere tutori censum redimere eo solo colore, quod prohibitus alienationis non pertinet ad necessarium  
17 l. alienaciones, ff. famil. ercisc. unde inferri videbatur, prohibitus alienari, non esse interdictum  
18 census redemptio sum, ut ex pluribus probat Cavallan. decis. 16. num. 49. 2. par. & latius hoc sola ratione licere tutori redimere censum contra Felicianum, concludit Rodriguez lib. 2. quast. 15. num. 8. & 82. cessante necessitate praedicta, disponente decreto generali, ut redemptio sortis fieret numeratio, tutor nullo modo potuit, nec debuit, recipiendo sortem ex pecunia depicta in bancis, tutus clypeo decreti, censum sua sponte redimere, & voluntarie resolvere, idque verissimum apparet, nedium attenta opinione Feliciani, qui ex veris juris regulis indistincte negat, tutori licere sortem recipere, & census contractum dissolvere, sed etiam opinione Rodriguez qui id tutori permittit eo casu dumtaxat, dum cogi potest redditum redimere, & non aliter, ut latius ipse explicat d. lib. 2. quast. 15. ex num. 80. cum seq.

19 Opinio autem Feliciani, ut procedat indistincte, satis comprobatur ex distinctione Molina, dum lib. 2. cap. 10. num. 6. scripti, annum redditum ex seniori sententia inter immobilia computari, considerato dumtaxat praesenti statu ante redemptionem; verorum redemptione sequuta, pecunia ex redemptione perventa, nulli dubium, quin res mobilis, non autem immobilis censenda sit; quia in taliter mobilis, ut hoc Molina addatur, ut connumeretur inter ea, quae servando servari non possunt, juxta veriorem, & receptiorem sententiam, inde addit Molina desumptam cautelam, ut in restitutione majoratum, pecudia ex redemptione proveniens in aliorum bonorum immobilium emptionem convertatur, sibi ea amplius lege, ut redemptio, quae aliter facta fuerit, nulla sit, in denunciando redditum debitoribus, ne alites redemptionem facere valeant, ut in dies servari videtur in redditibus fideicomissa aliquaque bonis vinculo subjectis, ex quo permitti non debet tutori bona immobilia minoris, in rea mobilis de facili perituras, convertire, & novissime veriorem esse indistincte opin. quam postea probavit Felician. firmavit D. de Franch. d. decis. 206. in fine  
22 num. 24. ubi in specie tradit sens. in l. C. quando decreto opus non est, ubi conventio paterna in contractu adiecta per defunctum de retrovendendo, redito præstio efficit, ut licet tutor sibi pupilli retrovendere possit absque auctoritate Praefidis, alias necessaria, ut non deroget decisioni rex. in l. C. aduers. fol. 1. cum concord. sed ab illa declaratur, ut juxta eam intelligatur: licet enim quoad translationem dominum non sit necessarium decreta, quia sit ex causa praecedenti, nihilominus, qui reemit, ut sit cautus, debet procurare quod solutio præstii fiat tutori mediante decreto Judicis, ne minor restitui valeat juxta H. præst. in modis tertiis hoc facere debere advertit, qui reemit, ut pretium bene solvat, postquam ex voluntate reemit, qui non cogeretur, quam qui solvit debitum coacte, ut his verbis decis. complevit D. de Franch. ubi ita dictum pro opia. quam postea amplexus est Felician. resoluto fundamento Rodriguez.

Præterea confirmatur praedicta ex receptissima seruè omnium, ac usu forensi rerum, ubique judicatarum probata sententia, ut solvens minori, tuteore auctore, vel ipsius tuteori, aut curatori, qui casus

in hoc sunt adequati, ut advertit de Franch. infra citanda decis. 206. num. 12. licet pleniorem consequatur liberationem, restitutus tamen minor, si pecunia sit desperita, vel aliter damno affectus sit minor sui vel tutoris facilitate, aut culpa, etiam ex post facto, post solutionem contingent, ut est rex. ubi Glou. tradit vulgatam distinct. plena, plenioris, & plenissima liberationis in l. 1. C. aduers. fol. 1. ubi DD. omnes, etiam si minor à tutori ius suum consequi possit, cum non idcirco cesseret restitutionis auxilium, ut pinguis providens adversus debitorem, qui solvit l. 3. & fin. C. se tutor, vel curas. inseru. quod esse ab omnibus communiter passim receptum, cum Glou. magistris in l. 1. et prætor, 7. 6. permittitur, verb. impetrandum, ff. de minor. cum pluribus concord. fateur Caldas in rep. l. si curasorem babens ver. l. 1. sis ex num. 57. & 59. vers. huc Glou. distinctio. C. de in integr. restit. post Gomes. lib. 2. varior. cap. 14. num. 4. cum infin. congestia per Gattier. de eascelis 2. pos. cap. 22. per totum i. num. 3. & 13. ubi referunt à Mauritia de restit. cap. 177. defendi hanc content. ad objectis, & ex nostris D. Praes. de Franch. dec. 206. Consil. de Anno cons. 49. unde cum negari non possit, in casu praesenti maximum damnum illicitum minori, tutricis facilitate, quæ inconsulto ad nihil respiciens, statim fecit solventi quietationem, & retrovenditionem, sponte dissolvendo redditum ad rationem decem per centenario, quod est superium pretium, vallatum Regio. assensu, & tutissime constitutum, & inter priores creditores Marchionis Roseti, ut eventus venditionis Terre Roseti demonstravit, idoneam esse emptionem; recipiendo pecuniam de per se fr. gilem, & in apocis bancariis, quæ hodie ex temporis injury, est inexpensibilis, ut quæ nec tangi, nec videri potest, perinde, ac si in totum amissa esset; quis propterea dubitat quin stante evidenti lesione, pupillus non sit restituendus, præsertim, quia admissa etiam contraria quorundam sententia, quam iidem licet pauci faciunt esse contraria comm. omnium, ut facta solutione tutori, sequatur plenissima debitoria solventis liberatio; restringunt tamen illam, ut mino i. noa detur aliqua adversus solventem restituto, pro amissione pecuniarum, damno aut lesione ipsi contingentis post solutionem, & ita eorum expensè restringunt opinionem, ut prætendant denegari minori restitucionem pro lesione supervenienti ex post facto post solutionem factam tutori, vel curatori ex aliquo contingentia facto, expensè concedentes, secus esse si lesio contingat in ipso actu, sive tempore solutionis, quo casu nemo ex his, quos vidi ausus fuit a recepta sententia, nec gratia disputandi discedere, ut aperte profiteretur Caldas d. verb. l. 1. num. 60. dum defendit opin. Vagquis lib. 3. controver. usi frequent. cap. 66. num. 4. & cap. 67. & ea tendit unica ratio, sive ipsorum fundamentum, ut sit distinguendum utrum lesio intercesserit in ipso solutionis actu, vel post ipsam solutionem emerget, quo casu emergentia post contractum contingentia ad eam rem minimè spectare contendunt, ex l. verum 12. ff. sciendum, ff. de minor. & aliis juribus, quasi perempta postea pecunia vexari debitorem non posse; siquidem illius periculum ad minorem, qui dominus jam pridem effectus fuit, spectare debet ex regul. l. quod te, caro simil. ff. si cert. petatur, ut latius explicat Caldas d. verb. l. 1. num. 60. vers. quare in casu nostro, quod latius explicat Gattier. d. l. 2. cap. 22. ex num. 9. vers. tertia quia, num. 10. ubi num. 12. & 13. vers.

*vers. nibilominus tamen, fatetur receptam esse sen-*  
*25 tentiam, absque ulla distincti, minori competere re-*  
*stitutionem adversus debitorem, qui solvit tutori,*  
*etiam si laesio contingat ex post facto, unde fortius,*  
*cum laesio contigerit in casu praesenti in ipso actu,*  
*& num. 22. addit Gattier. ut laesio in ipso actu in-*  
*26 tercedere censeatur, etiam ex mente Vasquis, &*  
*Caldas, si minus tempore, loco causa, aut condi-*  
*tione reciperet tutor, vel aliquid de debito remitte-*  
*ret; tunc enim, tamquam male se gerente tutori,*  
*minor pro laesione refacienda, competere debet re-*  
*stitutione adversus solventem, juxta d.l. 3. C. si tutor,*  
*vel curat. interv.*

Non fuit haec causa aliter decisa, nec prosequu-  
ta, quia processus fuit deperditus.

## S U M M A R I U M.

- 1 **R**Evocatio aliquorum graduum institutionis, te-  
stamentum dicitur, non codicillus.
- 2 **T**estamentum potest à secundo, & tertio gradu sub-  
stitutionis incipere, irritato primo, vel etiam  
ulteriori, tam ex l. quadra hominis dispositione.
- 3 **S**ubstitutus in eventu conditionis, dicitur proprius  
institutus.
- 4 **S**ubstituto vulgariter, pupillariter, aut compen-  
diore, etiam tacite concedenda est immissio ex  
edicto div. Adrian. etiam si instituto objiciatur  
de revocatione testamenti per posterius, & n.s.
- 5 **I**mmissionis remedium non conceditur vigore codi-  
cillorum.
- 6 **T**estamentum, an intelligatur revocatum cursu de-  
cennii per secundam nudam voluntatem, in qua  
alterius testator non progreditur.
- 7 **H**ereditas, nec dari, nec adimi potest jure direc-  
tio in codicillis, jure obliquo sic, & num. 10.  
& quae sit ratio differentia, num. 14.
- 8 **V**erba directa, an obliquentur, & text. is l. Sca-  
vola 76. ff. ad Trebell. procedit in substitutione,  
secus in institutione, & num. 12. 13. 17. & 18.
- 15 **H**eredi dari potest in codicillis per obliquum, non  
tamen potest adimi.
- 16 **L**imitatio est de regula, & si procedit in omnibus  
casibus regule.
- 19 **T**estamentum imperfectum, non ratione volunta-  
tis, sed solemnitatis, non valeat, substitutus ta-  
men potest ex regulo l. hac consultissima; si quis  
autem, inter venientes ab incesto, si quinque  
testes sint in illo rogati, & num. 20. & 21.
- 22 **U**ltima voluntas imperfecta ratione solemnitatis,  
non voluntatis, aliis probationibus adminicula-  
ta, tollit disposita in codicillis.
- 23 **T**estamentum ruptum ex juris dispositione, si testa-  
tor confirmes coram quisque testibus, valebit ja-  
re codicillorum, secus si adsit expressa revocatio  
per secundam solemnem voluntatem, & num. 25.
- 24 **L**ex, & si aliquid ipso jure statuerit, tamen fa-  
ctum hominis requiritur.
- 26 **R**evocatio secundi testamenti facta in codicillis, in  
quo similitis sit à revocatione facta in testamento,  
& num. 27. & 28.
- 29 **H**eredi scripto in primo testamento reconvalidato  
per tertiam voluntatem solemnem, an deser actio  
de jure civili, vel portas de jure praeatorio;  
& num. 30.

## A R G U M E N T U M.

Revocatio institutionis facta. In testamento, judica-  
tur potius testamentum, quam codicillus: substi-  
tuto vulgariter, pupillariter, & compendiore,  
competere remedium, l. fin. C. de edit. div. sed non  
vigore codicillorum: testamentum, an & quando  
temporis lapsu revocatum censeatur: hereditas, an  
dari, vel adimi possit directo, vel obliquè in co-  
dicillis: testamentum imperfectum ratione sole-  
nitatis non voluntatis, an valeat, & substineri  
possit.

Pro D. Hectore Ravascherio Satriani  
Principe, Duce Cardinalis, Col-  
laterali Consiliario, & au-  
rei Velleris Milite.

## C O N T R O V E R S I A XXXIV.

**D**Qminus Petrus Franciscus Ravascherius ex Co-  
mitibus Lavanis in scriptis solemnne condidit  
testamentum sub die 27. Octobris anni 1608. insti-  
tuta herede Maria Ravascheria ex Turino fratre  
primogenito, nepte, cui ejus filios, eorumque  
descendentes masculos in infinitum substituit, qui-  
bus deficientibus vocavit Dominum Hectorem Ra-  
vascherium ex Joanne Ambrosio secundogenito,  
nepotem, ad praesens Principem Satriani, Ducem  
Cardinalis, Regum, Status, & belli in hoc Re-  
gno à latere Consiliarium, nec non aurei Velleris  
equitem, qui Catholicæ Majestati, equitum Co-  
hortibus, & legionibus peditum propriis impensis  
strenue longo tempore inservivit, demum utrique  
Calabriæ ejusdem Vicarius Generalis, miro om-  
nium applausu praefuit, & pro Januensis Repub-  
equitum Capitaneus Generalis extitit. Qui qui-  
dem Petrus Franciscus in anno 1610. die 9. Junii  
coram Notario Judice cartulario, & septem testibus  
dispositionem factam in beneficium Mariæ, ejusque  
descendentium, revocavit: voluit tamen, quod fir-  
ma remaneat, firmitatem, ac robur obtineat quoad  
legata, substitutiones, majoratus, ac fideicomissa  
in ea contenta: postmodum undecima die mensis  
Aprilis 1611. mediante codicillo confecto coram  
Notario, Judice ad contractus, ac quinque testi-  
bus, ipse Petrus Franciscus, ratificando testamen-  
tum primo loco conditum, an edictum instrumen-  
tum, seu codicillum factum anno 1608. revocavit,  
mandavitque quod dispositiones omnes contentæ  
in dicto testamento in beneficium Mariæ, ac filio-  
rum, revocatione prædicta non obstante suum for-  
tantur effectum. Tandem mutavit Petrus Fran-  
ciscus voluntatem, ac revocando disposita in be-  
neficium Mariæ, & descendenterum, novissimum  
intendebat condere testamentum; in quo Hectorem  
ex affe institueret, irritando omnes alias disposicio-  
nes in beneficium Mariæ factas: Hæc voluntas, qua  
Notario Cæsari Benincasa, cuius manu, proce-  
dentes omnes dispositiones erant scriptæ à Petro Fran-  
cisco, nedum declarata, sed etiam scripto tradita  
fuit; verum inopinata morte præventus testamen-  
tum istud solemniter perficere non potuit.

Hector statim sequuto obitu Petri Francisci, bo-  
norum omnium hereditariorum possessionem, opti-  
ma exhibita diligentia adeptus, & inter cetera Ter-  
rarum

ratur Badulati Turturæ, & Soreti, cum earum Ca-salibus, quas Petrus Franciscus proprio ære, non in suo, sed in alieno capite fiduciariè emerat, cum pro-missione recognitionis in d. Petri Francisci, ac suo-rum heredum beneficium; ad quorum tamen bonorum feudalium tenutam remansam in hereditate prædicta, Maria intentando remedium, l.fis. C.de edict. divi Adrias. instabat immitti in possessionem, velut bonorum hereditariorum.

Princeps vero Satiani petebat conservari, & qua-tenus opus esset immitti in possessionem honorum prædicatorum.

Ex hoc autem facto breviter elicto pro temporis angustia circa successionem opulentissimæ heredi-tatis quondam Domini Petri Francisci Rauscherii, & varietate dispositionum ab ipso factarum, mihi videatur colligi posse subscriptæ juris conclusiones.

Prima conclusio, secundam dispositionem de anno 1610. in qua testator vocavit primum, & secun-dum gradum institutionis, & substitutionis in per-sonam Mariæ, & filiorum, esse testamentum, non co-dicillo, l.mor codicillam, C.de codicill. tomus quis ad-emit hereditatem jure directo, quod non potest fieri nisi in testamento, tunc ex exhibita solemnitate sa-pientem testimonia de jure requisita in nuncupativo te-stamento, per ea, quæ tradit Socia. jux. cons. 69. l.4. & latissime Eminentissimus, & nunquam latius laude-tus J. Consulorum nostra statis Princeps, D.Cord. Mantica de cœlest. s.1s. l.2. tit. 3. quidquid testator, seu notarius in fine descriptus nuncupaverit codi-cillum, & quia nos contendamus, primum testamen-tum anni 608. remansisse firmum quoad alia, ne dicamus, hanc testatorem decepisse cum duobus te-stamentis, quod fieri non potest, dicimus, hoc secundum de anno 610. esse unum, & idem cum pri-mo, vel non esse propriæ testamentum, sed instru-mentum solemnis revocationis institutionis, & sub-stitutionis in personam Mariæ, & filiorum factarum, in primo testamento, ex quo inseritur ipso jure cen-sari revocatum primum, & secundum gradum in-stitutionis, & substitutionis.

Secunda conclusio, supposito, esse irritatos di-ctos gradus, dici potest, Ducem Cardinalis, substi-tutum in primo testamento in defectum Mariæ, & filiorum posse pretendere immissionem vigore, l.fis. ex primo testamento iuncta revocatione, quia testa-mentum potest incipere à secundo, vel tertio gradu substitutionis tam irritato primo, vel etiam ulterio-ri gradu ex dispositione juris, juncta textu l.ex sa-fto, §. Lxxiij, ff. de vulg. quæ ab ipsomet testatore, l.2. quæ incipit, cascilloveras, ff. de his, quæ in te-stam. de levi, ex quo substituti in eventum condi-tionis dicuntur propriæ institutionis, & substitutionis, ni-bil aliud est, nisi secunda institutionis, l. coheredi, §. qui-4. differetas, ff. de vulg. Et quod substituto vulgariter, pupillatiter, aut compendiose, concedatur immissio, ex text. l.1. C.de edict. divi, etiam si tacite sit substi-tutus, Menoch. lat. de adipisc. remed. 4. n.2 14. q. 29. quod procedere in specie, ubi substitutus obijicit in-stituto, aliud testamentum postterius, sive revoca-tionem primi est Gl. s. in fis. in l.1. C.de edict. divi.

Nec Maria instituta in primo testamento revoca-to quoad ipsius institutionem, potest petere ipsa immissionem ex codicillis tertio loca factis de anno 1611. quos constat esse vere codicillos, nomine, & effectu, cum quinque testibus, quia verius est opiniatio, non concedi remedium immissionis, vigore co-dicillorum, ut videtur esse magis comm. opin. apud

Menoch. d. remed. 4. adipisc. n.193. vers. aduers. Bald.

Tertia conclusio in casu nostro, per hunc actum revocationis de anno 610. in quo fuit revocata institu-tio, & substitutio in personam Mariæ, & filiorum restando fermo, & in suo robore il testamento in qua-to all' altre cose, majorasco fideicommissio subfisio-ni, & legatis in eis facti, &c. habetur pro absolu-to, fuisse legitimam revocatam institutionem, & substitu-tionem Mariæ, non obstante cursu decennii, & sic nos esse extra casum. l.Sancimus. C.de testam. ubi requiri cursum decennii, quando est nuda volun-tas, & testator non progradientur ulterius, sed hic expresse confirmavit cetera disposita in priori te-stamento, & præcise substitutionem in personam Ducis, & sic non oportet dispungere controver-siam inter Bars. & alios contradicentes, de qua latè post alios Guido Pop. queff. 200. Tresaur. ius. lib. 1. quæst. forens. cap. 56. & ita videtur determinare in casu nostro de Franchis decisi. 287.

Quarta conclusio, in qua videtur consistere om-nis difficultas: Hereditas non potest dari jure direc-to, nec adimi in codicillis, & codicillis instit. de codic. unde quamvis testator tertio loco de anno 611. ir-ritaverit disposita per ipsum in secunda dispositione, perfecta de anno 610. confirmingando, institutionem, & omnia disposita per eum in primo testamento de anno 608. in beneficium Mariæ, nihilominus hæc dispositio ultima non potest efficere, ut institutio primo loco facta, & iam extincta, & annullata per secundam dispositionem, equa perfectam, coram se-ptem. testibus, reviviscat per codicillos, & sic per dispositionem imperfectam, cum minori testimoniū nu-mero, nec dicatur, quod sicutim valebit hæc ulti-ma dispositio jure obliquo per fideicommissum, & sic celebriter rogatus. Quæ Cardinalis testi-vit hereditatem Mariæ, quo casu cum in testamento sic prohibita detracitio quartæ Trebellianæ, adversus. Dux potestem immissionem, vigore primi testa-menti, iuncta revocatione, potest objici exceptio, dolo facis petere, &c. cum non valeat retinere ob de-tractionem Trebellianæ, iuxta regulas notas.

10. Primo enim dici potest, quod quamvis hereditas dati possit in codicillis jure obliquo, intelligi debet, cum verba sunt talia, quæ possunt inducere fidei-commissum, secus cum verba sunt directa, ut in casu nostro, quia non obliquantur, ut probari videtur in l.2. ibi, unde inefficaciter te codicillis regatam, &c. C.de codic. & ad res. in l. Scavola 76. ff. ad Trebel. ibi, tamen benigna interpretatione placet, ut frater, &c. potest responderi, quod loquitur in substitutione, & aliud in institutione, qui est caput testamenti, ut di-cit Aret. in d. g. codicillis, n. 5. Et si diceretur, quod in casu nostro Dux sit substitutus, unde cum veuiat ex substitutione, obliquabitur substitutio, juxta Gl. s. in verbo Scavola, in vers. obliquetur, replicari potest, 13 quod nos agimus, in institutione Mariæ, de novo facta in dispositione codicillorum tertio loco facta obli-quari possit, quæ est institutionis, & non substitutio. Et ratio differentia iatè casum, quando datur jure di-recto, & quando expresse relinquitur jure obliquo, potest esse, tum ne misceantur ita duæ voluntates, ut dicit Gl. in vers. ne confundantur, in d. g. codicil-lis, tum etiam, quia non totum auferunt preces, cum non auferunt quartam, ut dicit Gl. s. 4. in d. l. 2. C.de codic. unde à ratione cessante, cum auferunt quarta, non videtur posse dari hereditas in codicillis.

Secundò dici potest, quod licet hereditas posset 15 dari in codicillis per obliquum, non tamen potest adi-

adimi, ut videtur innuere *Gloss.* magna in verbo *per* posuerant, in *l. hereditas* 4. C. de his quibus, ut *indignis*, post mod. ibi, vel qui alias in alio testamento solemniter erant instituti, idem. & si ademit in codicillis, ut hic in princip. etc. quod comprobari potest ex *l. institutis talis*, & *l. quidam* in suo 27. ff. de condit. instit. in versic. bæredi quem testamento, etc. si enim non potest adjici, nec adimi conditio in codicillis institutioni factæ in testamento, ergo multò minus adimi, nec obstat d. §. codicillis, qui in regula negativa lo- 16 quirur de institutione, & ademptione, ergo limitatio, quæ subjicitur, quæ debet esse de regula, intel- ligitur quoque in utroque casu etiam ademptionis, ille enim *tex.* loquitur, cum expressè hæreditas per 17 fideicommissum relinquatur, nos verò cum jure directo, & hæc limitatio confirmari potest ex traditis per *Roman. conf. 179. col. 4.* & 5. & à *Paris. conf. 35.* per totum lib. 2. quamvis in contrarium faciat, id quod tradit *Guglie. de Benedict. in c. Raynatis*, §. testamentum 3. n. 6. i. vers. idem puto, ubi concludit 18 velut indubitatum, quod verba directa in codicillis obliquantur.

Tertio & ultimò, potest dici, quod cum in factio supponatur post tertiam dispositionem factam in codicillis, quod testator de novo quarto loco jusserrit eidem Notario, quod scriberet testamentum, quod fuit ultimo loco scriptum, & completum, & cum fuisse rogatus Notarius, illud jam completum, & extensum legere, ut audita dispositione illud publicaret, in quo testamento Ducebat hæredem fecerat in primo gradu in omnibus substituta Maria, & filiis, quos in primo testamento priori loco hæredes scripserat, quamvis illud testamentum non fuerit publicatum ex impedimento casualiter dato ab eodem, Duce, qui accessitus fuit, ut testatorem visitaret, cum alio communi consanguineo, ex quo testator jussit Notario, ut rediret sequenti die de mane, & interim, 19 ea nocte cum esset sanus, ob corporis crassitudinem repentina morte preventus, testamentum non fuit publicatum coram testibus sed plures testes omni exceptione maiores cum Notario deponunt pluries declarasse in hoc ultimo testamento fecisse hæredem Hectorem, & quod hæc erat sua ultima, & enixa voluntas, ut is esset, sibi hæres, quamvis inquam hoc testamentum sit imperfectum, non ratione voluntatis, sed solemnitatis secundum magis comm. & ut imperfectum ratione solemnitatis non valeat ex traditis per *Olord. conf. 119. Castr. conf. 75. par. 1.* & 450, 2. par. *Alex. conf. 105. lib. 7. Dec. conf. 158.* & 488. num. 10. & 626. *in fin. Cæphal. conf. 99. lib. 1. Rayn. conf. 15.* & 204. *leg. 2. Gabriel. latissimè de testament. conclus. 9. Calcan. conf. 91. Curt. jun. conf. 12.* & *Joan. de Anan.* & ibi *Ludov. Bologn.* distinguentes conf. 57. *Ias. in §. ex imperfecto, num. 4. Vivium decif. 13. Surd. noviter repertum decif. 292.* nec substinetur possit, ex reg. §. si quis autem *l. bæc consultissima*, tanquam coram quinque testibus intervenientes ab intestato, quia in primo testamento non sunt vocati extranei, sed Maria, quæ est de venientibus ab intestato. Nec sunt in hoc ultimo testamento imperfecto vocati omnes venientes ab intestato, ut requiriatur in d. §. ut tradit *Paccbin. lib. 4. controv. juris c. 6. fol. 390.* Et tertio non fuerint rogati illi quinque testes ut requiritur, ut sit locus d. §. si quis autem, ut tradit *Roman. conf. 396. Ias. in d. §. si quis autem*, post n. 2. & d. n. 2. *in fin. vers. tu autem*, tamen fundari posset, quod ex hoc quarto testamento, & voluntate imperfecta adminiculata diversis proba-

22 tionibus faciendis, quæ testator in hunc nepotem masculum omnem suam spem collocaverat, ut debebat, quia eum agnoverat hominem secundum cor suum, nec eum spes fecellit, quod ex hac voluntate tollantur disposita in codicillis tertio loco factis, maximè ex traditis per *Dec. conf. 632. in fin. & Gamam decif. 22.*

Ultimo loco, advocati Mariæ adversariæ allegant pro se, & magnam vim faciunt in *l. pen. §. testamen- 23 to, ff. de bonor. possess. sec. tab.* in secundo casu vers. *Plane si sui juris, & text. in l. i. C. de codic.* & si dicatur dicta jura loqui, cum ex dispositione juris, testamentum rumpitur, licet ob aliquod factum ho- 24 minis, ex quo tacitè inducitur quædam præsumpta revocatio, ut in arrogatione, & nativitate posthumis, regulare est enim, ut cum lex aliquid statuit, quamvis dicat, ipso jure, requiritur factum hominis notat *Andr. in c. i. n. 9. quo tempore milles Tiraq. lat. in repet. l. si unquam C. de revoc. doceat. ver. revertatur, secus in casu nostro, ubi expressa est revocatio per secundam solemnem voluntatem in instrumento publico coram septem testibus, & sic non potest ar- 25 guiri ab eo tex. ad casum nostrum, ubi testator in so- lemni voluntate expressa per actum habentem so- lemnitatem testamenti nuncupativi revocavit pri- 26 mum, & secundum gradum: triplicari potest ex ad- verso ex eodem §. testamento, vers. non secus, ac si quis, ubi J. C. æquiparat revocationem per arrogationem, revocationi per testamentum, qui vers. fortiter urget, sed potest responderi cum *Gloss. in vers. non secus*, quod similitudo est in excipiendo tan- tum, et sic non esse per omnia similes, quæ concludit 27. in effectu, quod institutus in primo revalidato in tertia dispositione facta in codicillis, habeat ex- ceptionem tantum si possideat, sed non competit ei 28 actio, unde cum Duci, ex supra dictis, non debeat denegari immisso, data possessione penes eum, tutus erit, si Mariæ non competit actio, & opin. *Gloss. se- quuntur Rayn. Odofr. Albert. Bart. Angel. & Saly. optimè in d. §. & in l. *Sancimus*, C. de testam. & in specie *Bart. in d. §. testamento, post n. 3. vers. item dicit Gloss. & Saly. in d. l. *Sancimus*, dicit com. Ve- rām contrā *Gloss.* & *Bart.* insurgunt *Nicol. Mat. Bald. Fulg. & Paul.* qui dicunt non dari actionem 29 hæredi scripto in primo testamento de jure civili, sed bene de jure prætorio, & maximè cum ultima non est solùm nuda, id est tacita voluntas, quæ colligitur per incisionem testamenti, ut in casu d. vers. non secus, sed expressa, ut latè firmat. *Menoch. pro Bald. contra Saly. conf. 176. vol. 3. à num. 8. Marc. Ant. Eugen. conf. 59. nu. 19.* ubi citat etiam *Vasquez*, & post eos *Faccbin. lib. 5. contr. cap. 93.* & in casu, ubi neuter possidet, concludit *Bart. in d. §. testamen- to, vers. quæro quid si nemo immittendum esse in possessionem scriptum in primo, cuius doctr. in spe- ciis loquitur *Menoch. remed. 4. adipisc. q. 83. num. 698.* adeo ut dixerit idem *Menoch.* quod cum ex falsa causa sit facta immisso in favorem instituti in fe- 30 rōmō, debet immisso retractari, ut per eum in d. conf. 176. vers. quia circa n. 9. in fin. Decisio infra, cap. ab hinc tertio.****

### S U M M A R I U M.

- 1 **H**æreditas, nec dari, nec adimi directio potest in codicillis.
- 2 **P**räsumitur, quem elegisse viam, ne ejus judicium subverti possit, & factum non facere clausuram.
- 3 **C**lausula, omni alia meliori via adjecta cum copula, & facit valere actum altera alios modos expressos,

- 4 Testator si servatis solemnitatibus dixerit, atam velle valere solum iure codicillorum; quamvis valet iure testamenti, si nos posset iure codicillorum valera, & nam. 5.
- 6 Actus dignoscitur magis ex forma, & effectu, quod nominis impositione: forma actus, cui conuenit, congruit etiam ejus species, & est contra.
- 7 Testamentum, & consequenter revocatio institutionis in illo facta, nulla sunt, ubi deficit hereditis institutio.
- 8 Institutionis revocatio non valet; nisi adiunctione hereditatis confirmetur, & aliter non sensisse eadem D. Cardinal. Mantica lib. 2. tit. 3. de conjectur. ostenditur num. 9. et 10.
- 11 Substitutus in tertio gradu institutionis, si primus, & secundus gradus institutionis deinde revocentur, tacere tamen intelligitur heres institutus, & si nulla ad sit expressa substitutio.
- 12 Decidere nemo potest cum duobus testamento; nisi sit miles, etiam si unus, & idem heres sit institutus in utroque, nu. 14.
- 13 Testamentum primum si consistat plures institutionis, & substitutionis gradus, si primi gradus sint sublati in secundo testamento, an valeat, & incipias a posteriori gradu, vel prius valeat secundum.
- 14 Heres scriptus in duobus testamento, posset ex utroque adire hereditatem, nu. 15.
- 15 Testator si dicat in secundo testamento, velle primum valorem illud valere iure codicillorum, non iure testamenti, quid si idem esset heres scriptus in primo, & secunda testamento, & nu. 17.
- 18 Testatoris prima dispositio per secundam revocata, an nova eiusdem testatoris voluntate, convalescat.
- 19 L. qui ex liberis & testamento, ff. de bon. possit. secund. tabul. declaratur, & nu. 22.
- 20 Exceptio est actionis exclusio.
- 21 Legis dispositio non habet locum, cum verba eiusdem deficiantur.
- 22 Ultima voluntas, et imperfecta ratione solemnitatis, predest ad declarationem testatoris voluntatis.
- 24 Testatoris voluntas per duos testes declaratur.
- 25 Mutatum quod non est, stare non prohibetur.

### ARGUMENTUM.

Testatoris dispositio dubia, quando judicari debeat potius testamentum quam codicillus, dum in illa hereditas fuit data, et adiecta clausula omni modo meliori, et adhibiti septem testes. Quando testamentum possit incipere a tertio gradu substitutionis, prioribus revocatis, et alia in materia praecedentia controversia.

**Sequitur votum Eminentiss. Cardinallis Francisci Mantica super praecedenti factu successione D. de Ruyascherio.**

### CONTROVERSIA XXXV.

**F**Acti species, quae pluribus verbis proponitur, visa est mihi prima facie valde difficultis: sed supervenientibus dubitationibus, et allegationibus relictis, ea dumtaxat attingam, quae mihi videntur ad in-

ginem veritatis, et justitiae pertinere.

Primum ergo queritur, an instrumentum à testatione conscripnum, anno 1610. in quo Petrus Franciscus revocavit institutionem D. Marci, et filiorum, et aliorum descendantium, quae facta sunt in testamento anni 1608. die 27. Octobris, sit codicillus, vel testameutum? Et quidem, placet mihi conclusio Excell. D. Fabii Capycii Galeota, quod magis intelligatur testamentum, quam codicillus, quia hereditis institutio dicta Marci, filiorum, et descendantium, expresse revocatur: hereditas autem in codicillis, directo, nec dari nec adimi potest l. 2. C. de codicillis, et l. institutione talis, ff. de condit. institutis, et ff. codicillis instit. de codicilli, neque presumitur quis eligisse viam per quam ejus judicium possit subverti, et actum voluisse facere clausorum, l. 3. et ibi Bars. et alii, ff. de milit. test. Socin. ian. 10 conf. 103. num. 8. lib. 1. et Gabriel conf. 132. num. 17. lib. 1. profertim, cum idem Petrus Franciscus dixerit, se velle illam dispositionem sic valere, et omni alia meliori via. Nam quando haec clausula subjicitur cum copula, intelligitur, quod valeat, ultra alios modos expressos, et consequenter iure testamenti, quad dictum non fuit, quod quidem magni est momenti, Auct. dec. 1. de clausulis, et b. m. Card. Paleos. dec. 1. 14. et Bubal. in quadam Bon. die 10. Decembris 1584. et Gabriel. conf. 127. n. 22. lib. 2. et in propriis terminis, si testator, servatis solemnitatibus, dixerit, quod volebat illum actum valer dumtaxat iure codicillorum, nihilominus valeat iure testamenti, si non potest valere iure codicillorum Icabit Socin. senior in conf. 173. n. 1. versic. adduco, lib. 2. qui allegat Joan. Andr. in addit. ad Specul. de instrumenti editione, & compendio, n. 28. in verbo codicilli, adeo etiam, quod haec clausula facit, ut si in uno casu etiam impropriè pleniùs possit verificari, de eo intelligatur Decian. conf. 34. n. 8. 1. lib. 3.

Accedit etiam, quod septem testes fuerunt adhibiti, qui in testamento requiruntur, l. hoc constitutissima in princ. & l. si unus. C. de testamen. & institut. ead. tit. post princ. & h. ult. in codicillis autem quinque sufficiunt, l. ult. infin. C. de codicillis; ergo intelligitur testamentum, nam ad cognoscendum quid actum sit, forma, et effectus magis inspicitur, quam nominis impositione, l. insulam de prescript. verb. & l. si uso, in princ. ff. locat. perinde cui convenit forma actus, ejus species etiam congruit, Bald. per illum sex. in l. cum docem, n. 2. C. de jur. doc. et a qua removetur effectus, ejus species etiam excluditur, l. cum manu lata h. ult. ff. de contrah. empl. Aret. in l. existente ad fin. de verba obligat. Albenf. conf. 71. num. 8. D. Silv. Aldobr. conf. 92. num. 3. lib. 1. et in propriis terminis ita ex facto respondit Alcias. in conf. 68. n. 5. & infin. lib. 9. quod à me dictum est etiam lid. 2. sit. 3. de conseq.

Sed in casu proposito illud mihi non modicam faciebat difficultatem, quod nullus in instrumento, de quo agitur est heres institutus, ergo testamentum dici non potest, quia deficit caput, & fundamentum totius testamenti & ante hereditis Institutione legit. & quidem totum negotium, quod agitur, testamenti ordinandi gratia, creditur inter testatorem, & heredem agi, & sed neque institutus de testam. unde sine hereditis institutione nihil in testamento scriptum valet, l. infin. ff. de vulg. substit. cui consequens est dicere, ut revocatio institutionis, primi, secundi, & tertii gradus, prioris testamenti, nullius sit momenti. Audetur difficultas, quod revocatio institutionis non potest,

protest valere, nisi aditione hereditatis confirmetur Bart. in l. si jure, n. 3. ff. de legat. 3. Salyc. in l. Sancimus, n. 3. C. testamow, nam nihil in testamento scriptum valet, nisi per aditionem hereditatis vires accipiat, l. si servus commanis Mevii, & castrensis peculiis, in princ. ff. de stipular. servor. Bal. in cons. 56. 30 num. 2. lib. 4. neque obstat, quod à me dictum est lib. 2. tit. 3. de comit. quod locum habet, quando constat dethæredis institutione, & aditione hereditatis, ut expressum est n. 8.

Huic objecto, quod multum videtur urgere, ego respondeo, quod revocatio institutionis facta in priori testamento, restricta est ad primum, & secundum, & tertium gradum institutionis Mariae, & filiorum, & descendenterium quae fuit facta, contemplatione Ducis, qui post Mariam, & ejus filios, & descendentes est substitutus, & idem subductus aliis gradibus, ipse primum gradum ingreditur; ex quo sequitur, quod ipse etiam in secundo testamento, tacite intelligatur, hæres institutus, ut Bart. sentit in d. l. si jure, n. 3. de legat. 3. ubi vult, quod si testator coram septem testibus dixerit, valo primum testamentum non valere, quia volo decadere intestatus, secundum testamentum aditione heredem venientem ab intestato confirmatur, quia cum eorum contemplatione facta sit revocatio prioris testamenti, ipsi tacit intelligantur instituti.

Neque obstat, quod Dux, in primo gradu intelligatur institutus in primo testamento, quod expressè est confirmatum in posteriori, & nemo possit decedere cum duobus testamentis, nisi sit miles, l. posthumus, s. si. pagessus de iusto rupro testamento. & l. 3. quarebatur ff. de milit. & fam. quia respondeo, quod primum testamentum valet, incipit à posteriori gradu, cum alii fuerint sublati Lex factio s. Laius, ff. de ux. & sub. & Leancellaveras ff. de his, que in test. detin. & secundum similiter valet, quia idem Dux in utroque est hæres institutus, & in hoc casu potest quis decedere cum duobus testamentis, l. sum. ff. de 14. test. & consequenter hæres institutus ex utroque potest adire hereditatem Ang. in l. cum qui, in princ. de acqu. hered. qui hoc dicit, in Civitate Padua, in ardua questione contigisse, & ita subiungit, se consuluisse, & obtinuisse, quod est conf. 183. n. 2. vers. in contrarium, & lev. in d. L. ev. qui, vers. non efficit. dicit hoc esse notandum, & consequenter Paulus Castr. in fin. & conf. Angel. reperitur etiam inter conf. Pet. de Anib. in conf. 283. quod est subscripsum à pluribus DD. & in alia simili casu consuluit etiam Roman. in conf. 237. in 6. dubio dicens, hæredem, qui duobus testamentis est institutus, ex utroque testamento posse adire hereditatem, qui tamen in libro meo, vicio impressoris, corruptus est, ut patet cuilibet intuenti, & aperienti oculos intellectus; namque adducit dic. l. sum. ff. de testam. & dictum Doct. debet intelligi secundum legem, quam allegat, Bart. in l. non salvo, s. si liberacionis verba, n. 2. ff. de liberat. legat. & in l. cum quidam circa medium, ff. de his, que ut indign. Carn. in conf. 304. n. 8. in fin. lib. 3. & Dec. in conf. 175. n. 5. quibus addi potest Alex. in l. Sancimus, post n. 10. C. de testam. Joseph. Ludov. de testam. concil. 9. cem. 3. commun. ap. in.

16. Neque etiam obstat, quod si testator in posteriori testamento dixerit, se velle prius testamentum valere, illud non valeat jure testamenti, sed codiciliorum, l. si quis in priore, ff. ad Treboli. & s. sed & si quis in priore, in fin. quib. mod. test. infirm. quia haec jura loquuntur, quando alius in priore simplici-

ter, & aliis in posteriori testamento ex rebus certis est hæres institutus; nam prius testamentum per posterius ruptum est, quamvis testator dixerit se velle prius etiam valere quia hæres scriptus ex certis rebus, detracta rerum mentione, ex universo intelligitur institutum, l. 1. s. si ex fundo, & l. quoties, s. si duo, ff. de hered. inst. sed quia voluit primum testamentum valere, rebus certis sibi relictis contentus esse debet, ut suppleta quaera, si deficiat, teneat 17. ut per fideicommissum restituere hereditatem hæredi scripto in priori testamento, sed in casu proposito idem in utroque testamento in primo gradu est hæres institutus, & ideo utrumque testamentum substituer, & ex utroque potest adire hereditatem ut dictum est, & consequenter potest petere se immitti in possessionem bonorum ex l. ult. C. de edict. dicit. Andr. coll.

18. Secundū quæcūt, an institutio D. Marie, & ejus filiorum, & descendantium, facta in priori testamento, s. 60. & ex codicilis anni 161. quibus testator revocavit dispositionem factam ad commodum Ducis an. 1610. & declaravit se velle primum testamentum in omnibus, & per omnia valere, convalescat.

Et prima quidem facie videtur convalescere, quia ex nova testatoris voluntate corā quinq; testibus reintegratur, l. qui ex liberis, s. testamento ff. de bonor. pof. secund. tab. sed ego in casu proposito di 19. veram sententiam veriore puto, & huic s. respondeo, primò quod ibi non quæcūt de jure testamenti, & an valent, & consequenter presupponit testamentum, quod per posterius ipso jure est sublatum, suas vires non recipere, ut Bart. ibidem scribit in princ. & n. 1. & idem in eo tex. subjicitur, quod quæcūt de viribus exceptionis, quæ in judicio, actori hæredi scripto in secundo testamento objicitur ab hærede possidente, scripto in primo, ut idem Bart. scribit in princip. an. e sum. 1. nam exceptio competit ei, qui possidet, & convenit, quia nihil 20. aliud est exceptio, quam actionis exclusio l. 2. in princ. ff. de except. & l. qui exequitate, ff. de dol. mal. & inst. de except. in princ. at in casu proposito D. Maria non possidet, neque à Duce convenit, & idem illa exceptio ei non competit, quia cum verba legi deficient, ejus dispositio locum non habet, l. 4. s. cōf. de damn. infer.

21. Secundū respondeo, quod illa exceptio ex sequitate Protoris, ei tantum conceditur, qui habet ultimam testatoris voluntatem, ut Bart. ibidem subdit in princ. & n. 1. O. 4. ibi, nam si conventus, & Bal. in l. Sancimus, n. 5. vers. circa quam exceptionem, C. de testam. qui dicit, quod actio, nec exceptio competit ei, qui non habet ultimam testatoris voluntatem, & hanc putat veram illius legis expositionem à Vicol. de Massor. traditam, quam plurimi facit; sed in casu proposito, neque D. Maria, neque filii, vel ejus descendentes; ultimam habent testatoris voluntatem, quæ tamen pro Duce satis superquæ comprobatur ex ultimo testamento, quod, morte inopinata 22. preventus, non potuit testibus publicare, unde cū non sit imperfecta ratione voluntatis, sed ratione solemnitatis, optimè probatur, saltem ad excludendum intentionem D. Maris, l. ult. ff. de reb. eram, & l. 2. C. de curat. sur. Bart. in l. fideicom. s. 1. de legat. 3. Rom. cons. 179. s. 11. Jo. de Anna in conf. 57. num. 3. & haec responsum mihi videtur auferre omnem dubitationem, nam si per duos testes probetur, hanc suffit voluntatem testatoris, hæc sententia sine dubio recipienda est, ut Alex. sentit in l. bac confut. iffiwa, s. ex

§. ex imperfecto, n. 3. vers. salvare tamen posset, C. de testam. & R. in. conf. 7. num. 1. conjunctio n. 6. vers. non obstat, lib. 3. ergo haec sententia in casu proposito multo magis locum obtinere debet, quia in facto proponitur, testatorem palam, & publice dixisse, se velle, Ducem nepotem suum esse heredem universalem, & hoc ita constare dicitur, ut in dubium revocari non possit, & non modo de hac sua voluntate testator nullum dedit possessio, & mutationis inditium, sed etiam sex tantum horis, antequam est vita decederet, in hanc ipsam solemniter publicandam enixa incumbebat, unde certò presumitur in eadem voluntate permanuisse, præsertim, cum verum sit, quod illud, quod non mutatur, stare non prohibetur, l. sancimus C. de testam. addo etiam ultimò, quod haec ultima voluntas benè ex hoc ultimo testamento comprobatur, quia non agitur, ut ex hoc testamento hereditas debeat, sed ut probetur, D. Mariam non posse succedere ex voluntate testatoris, quod ex prædictis etiam manifestè apparet, & ego ita de jure sentio, salvo saniori judicio.

### Franciscus Cardinalis Mantica.

**P**urpuratus hic Princeps, & Eminentissimus juris interpres, opere pretium est videre, quanta sua benignitate humilitatem meam non gravetur commendare. Hinc DD. nostræ tempestatis intelligent, quām sit decentius in aliorum sententiis, sive referendis, sive confutandis, non nisi honesta de authoris persona proferre, quām eandem maledictis, conviciisque carpere, quod quidem est potissimum, summæ inscitiae, & eruditinis argumentum.

### S U M M A R I U M.

- 1 Possessio civilis, mortuo detentore, vel naturaliter possidente, utrum attrahat ad se naturalem.
- 2 Possessio naturalis, mortao usufructu speciali ratione extinguitur, secus verò quando causa possessonis est ad heredem transitoria, n. 3. 5.
- 4 Heres commodatarii, vel depositarii, finita causa, non potest se defendere, sicut nec autor si viveret.
- 6 Exemplum de usufructu, licet non restringat propositionem, declarat tamen, ut non comprehendas casus, & personas dissimiles.
- 7 Possessio naturalis, tanquam fortiori civili, attrahit ad se ipsam civilem, illamque acquirit etiam ignorantis.
- 8 Possessio civilis, animo deficiente, extinguitur.
- 9 Detentor, etiam si vacet possessio, non ex hoc efficitur possessio.
- 10 Feudatarius, sive vassallus non habet aliquam possessionem civilem quoad corpus feudi.
- 11 Creditor utrum sibi possideat, an vero debitori, n. 13. 15. & an creditori competant interdictio possessoria, n. 14.
- 12 Possessio translata per actum facti, fortior, quam precaria, & n. 16.
- 14 Interdictio possessoria non dantur, nisi naturaliter possidenti.
- 17 Creditor, cui res est pignorata pro integro valore censetur possessio, cessante spe iustitionis.
- 18 Relevii pro soluzione, non inquiritur de vero domino, vel possessore, sed in cuius faciem sit descriptum feendum in cedulaario.
- 19 Possessio utrum acquiratur heredi per colonum etiam sine apprehensione, declaras n. 24.

- 20 L. qui universas, s. quod per colonum, ff. de acquir. possesse, verus secessus.
- 21 L. cum heredes, ff. de acquir. possesse, dispositio vendicat sibi locum etiam in possessione coloni, & in successione feudorum, etiam in filiis, n. 27. & haec est verior, & magis com. opinio juxta quam est judicatum, n. 28.
- 22 Possessio, qua extinguitur, extincto instrumento quo mediante revinetur.
- 23 Extincta persona, extinguitur substantia residendi possessionem.
- 25 Possessio feudorum non transfertur in heredem, etiam filium ex Ifern. & opinio contraria Cæphali, & Gugliel. est contra com. & idem Gugliel. aliter distinguit, n. 26.
- 29 L. si C. de edicto divi, licet habeat locum in feudi, non potest tamen prodesse, nisi illi, qui est de comprehensis in investitura, & est immediatus successor, distingue n. 30. & est controversa opinio n. 35.
- 31 Tenutam feudi, quam habebat defunctus, potest obtinere etiam heres alia incapax successionis feudi, & quandoque spurius fuit admissus, num. 33.
- 32 Possessio est facti, & in possessorio, factum, non jus attendimus, n. 34.
- 36 Divisio feudi, quando inducatur ex constitutione ususfructus; substitutio compendiosa ante aditam hereditatem continet directam vulgarem, ex qua substituto competit remedium immisionis.

### A R G U M E N T U M.

Possessio civilis regulariter, tanquam debilior, non attrahit ad se naturalem, licet aliud sit finito usufructu, veluti extincta causa possessionis non transitoria ad heredes; naturalis verò attrahit ad se civilem, quam etiam ignorantis acquirit; feudatarius an habeat civilem quoad corpus feudi, & cui ex possessoribus competant interdictio; per colonum, vel creditorem, quomodo dominus, vel debitor possidere dicantur, & quando extinguitur possessio, l. cum heredes, ff. de acquir. poss. & l. fin. C. de edicto divi, quo casu locum sibi vendicare dicantur in feudi, etiam quoad filios, & comprehensos in investitura, & quando incapaces admitti possint, ut fruantur tenuta, defuncto competenti, dilucide explicatur.

### Pro eodem Domino Duce Cardinali, Satriani Principe, in articulo immisionis feudorum.

**C**ONTROVERSIA XXXVI.  
B Reviter discurrendo adversus ea, quæ noviss. pro parte D. Mariæ Ravacheriæ afferuntur.  
Primo considero, quatenus advocati alleg. Bart. in l. si arrogator num. 12. Bald. n. 7. ff. de adopt. l. mol. conf. 16. n. 3. & 4. Cassan. ad Consuetud. Burg. rub. 7. §. 1. de morte saifit, vers. limita 4. fol. 225. à ter. ad probandum, quod mortuo detentore, sive etiam naturaliter possidente, civilis possessio attrahit ad se naturalem, eamq; acquirit civiliter possidenti, etiam ignorantis, rogo, advertatur, omnes prædictos DD. & alios, quos longa serie recenset, Tiraquell. tract. le mort. in prima declaratione, loqui in usufructu, speciali ratione, quia causa illa naturalis possessionis, & corporalis insistentia, omnino per mortem extinguitur,

quiur, ut proinde non mirum, si proprietarius sit præferendus, cum naturalis possessio usufructuarii, finita causa ipsius, efficiatur injusta, ut Tiraquel dicit notari in L. cl. possideri, §. ultimo, ff. de acq. posse, unde secus, quando causa est ad hæredes transitoria, ita optimè hoc expreſſe reſtringit Tiraquel. d. declar. 1. n. 1. juncto n. 4. & 7. omnino legendus qui ibidem declarat, 4. num. 5. loquens in hærede commodatarii, & depositarii, finito comodato, vel deposito dicit, hæredem non posse se defendere adversus dominum magis, quam defunctus ipse, si viveret, potuiffet, at nos versamur in longè diversis terminis, siquidem durat causa crediti in terra Turcica, & possessionis, ratione recognitionis, ad quam tenentur hæredes Jo: Baptista in Terra Badulati, ergo non potest civilis, etiam si aderet penes feudatarium, quod negamus, attrahere naturalem, & quod tunc civilis attrahat ad se naturalem, quando causa possessionis non est transitoria ad hæredes, ut in usufructu, declarat perbellic Mesoc. confil. 1. 39. n. 3. 18. lib. 2. unde cum Ital. Caſtan. & aliis pred. DD. se fundant in eo, non esse rationabile, quod hæredes usufructuarii apprehendant possessionem extincto usufructu, contrarium expreſſe sentiunt, ubi durat iusta causa retentionis, arguendo à contrariis, & licet exemplum usufructus non restringat regulam, declarat tamen casus, in quibus regula locum sibi vindicare potest, ut non comprehendat casus, nec persones diffimiles, ut est sex. in L. si fugitiivi, junct. Glos. ultima, ff. de servis fugitiivi, & in cap. sedes de reſcripcione, cum aliis per Tiraquel. de jure coſtit. par. 1. num. 63. verf. sec obſtas, & licet civilis tanquam debilius non attrahat ad se naturalem, niſi in dictis casibus, in contrarium tamen naturalis possessio, vacante civili, civilem ad se omnino attrahit, ita quod acquiritur naturaliter possidenti, etiam ignorantis, & naturalis illicio, & indistincte efficitur civilis, Glos. n. 69. in L. cl. possidere, §. fin. ubi Jas. n. 69. ff. de acq. posſeff. post Bart. quem citat in L. cl. aſſe ad Trebelt. idem Jas. in L. 2. §. ex contrario, num. 63. in fin. cod. cit. ubi dicit Bart. debuiſſo citare Glosi meliorem in L. sed si nolit. 7. ver. amifſſe, ubi verè est Glos. n. 69. ff. eodem unde cum per mortem Caroli, & Jo: Baptista omnino vacaverit civilis, cum possessio civilis, animo deficiente, extinguatur, ut in specie probant Alex. in L. cum b. redex, n. 10. Caſtr. in L. qui univerſas, §. qui per colonum, & Rosensb. ex Caſtan. Tiraq. Ottom. Gabriel. & aliis, de f. ead. par. 1. cap. 7. concl. 17. in addit. litera D. in fin. motivum retorquetur, contra D. Mariam, nec obſtā dicitur Jas. in d. §. quis ad n. 17. dicentis, quod detentor etiam si vacet possessio naturalis, & civilis, non ex hoc efficitur possessor, quia detentio, non attrahit ad se civilem, vel naturalem; hic enim Petrus Franciscus habebat possessionem ex contractibus cum affensu, & sic habuit juris adminicula.

Secundo; quamvis adversarii ad probandum feudatarium habere quasi civilem respectu juris feudalis, sive utilis dominii, afferant inter alios etiam Theologos, cuiusmodi est Molina Jesuita, adhuc tamen nobis persistere licet cum Aſſ. qui in prælud. const. q. 22, num. 9. dicit haereticum esse in jure di- cere, feudatarium habere aliquam possessionem ci- vilis quoad corpus feudi, de quo nos agimus, cum illa remaneat penes directi dominium & nuac addimus Confil. de Georgio allegat. 12. num. 24. qui indistincte intelligit Iſer. hoc velle, qui loquitur in specie in materia possessorii in causa Dom. de Mo-

les, & benè ſcivillent dicti DD. facere diſtaſtio- nem commentitiam, & metaphysicam, quaꝝ à parte effingitur, ſi vera eſſet.

1. Tertiò, dum dicunt, creditorem non possidere ſibi, ſed ad commodum debitoris, ultrà quod nos non ſumus in ſimpli creditore respectu Badulati, & generaliter DD. loquuntur in creditore, qui poſſi- det tantum ratione präcarii ſibi conſelli per debi- torem cum hic ultrà poſſessionem per actum fictum
2. ſi quoque per actum facti translata corporalis po- ſſeo, tamen Bart. citatus à parte in L. 1. col. 3. verf. oppono, ff. de acq. posſeff. prout à Cephalo perfun- datorie citatur conf. 63. n. 21. hoc non dicit ſed quod
3. creditor, etiam ex ſolo präcario verè poſſideat, ſi- mavit Bart. in L. 3. §. ex contrario, num. 6. ibi, quia creditor poſſideat omnimodo, & debitor nullo modo, &c. & quod poſſideat naturaliter, & civilitate, tradit clariſſ. Jas. ubi à parte citatur, ſcīlic. in L. 1. §. per ſervum corporaliter, n. 5. ff. de acq. posſeff. qui exinde di- cit, competere creditori interdicta poſſefſoria, ſi
4. turbaretur in poſſefſione rei pignorata, quod conſtat non dari, niſi naturaliter poſſidenti, & ſic verè po- ſſideat ad effectum, de quo nos agimus, licet quod
5. uſuaptionem, & effectum conceruentem domi- nium, & acquisitionem fructuum, nondicatur po- ſſidere, ut latius probat Glos. in L. ſciendū, §. credi- tor, ff. qui ſarifda. cogas. ubi Jas. in §. poſſeffor. n. 4. unde cum hic fuerit corporalis poſſeſſio tradita per
6. tactum verum, cum facultate percepienti, & diſpo- nendi de fructibus, tanquam de re ſua, & ad Pe- trum Franciſcum quod omnia ſpectantem, in omnibus ut verus poſſeffor cefendus erit, praferetur cum ſint feuda pignorata pro integro valore ipſo-
7. rum, quo caſu, velut cefſate ſpe iuiciaria, funda- ceſſetur tanquam proprieſis creditoris, & in omnibus perfecte creditor pro poſſeffore habetur, ut no- tam Jas. in d. §. poſſeffor, poſt n. 4.

Quarto quatenus ſub verborum iavolucro di- catur, poſſefſionem civilem Jo: Baptista respectu Ba- dulati transiſſe in Germanum filium, abſque ap- prehensione, verè fateor non percipere quomodo id contingere potuerit, ſiquidem ſi hoc preeſtendit ex

8. ſolutione relevii, jam ſundevimus, eſſe ſomnium, ex quo Regia Curia in exactione relevii non inquirit de- vero domino, vel poſſeffore, ſed in caſus faciem ſe- dum reperitur deſcriptum in cedula, ultrà quod triuſque relevium fuit ſolutum, de pecuia Petri Franciſci, ſi verè dicit quatuorū Germani hæredi, tanquam per colonum, ſive procuratorem, per quos
9. queritur poſſeſſio hæredi, etiam ſine apprehensione ex notatis in d. L. 1. §. per procuratorem, & in L. qui univerſas, §. quod per colonum, quomvis hinc ſiuſus ex- tra hos terminos, cum Petrus Franciſcus non fit colonus, nec ſimplex procurator, tamen idem tex.
10. dicit conterarium, quod per colonum poſſideat hære- dius, niſi ipſe noctis ſit poſſeſſionem, neq; paſerit poſſe- deret, quia ut ſubdit Glos. etiam in poſſeſſione coloni
11. habet locum ſexti, in L. cum hæredes, adeo ut ne- hæreditas retineat naturalem per colonum, & ut ibi declarat optimè. Caſtr. licet poſſeſſio, quam defun-
12. etus detinebat animo, & corpore, extinguatur per mortem ſuam, quia utrumque instrumentum extin- guitur, ex quo illa, quam tenebat per colonum, ex hoc non deberet extinguiri, quia non extinguitur instrumentum coloni, tamen contrarium eſt verum, quia ſubſtantia poſſeſſionis erat apud ipsum defun- etum, & colonus praetabat nudum ministerium cie-
13. ca illata ſubſtantiam retinendam, extincta igitur per- ſona

sona defuncti, extinguitur omnis substantia, ergo necessariò extinguitur instrumentum coloni, quod tanquam accidens stare non potest, & sed sit, *babes ergo necesse hæres apprehendere, nisi colonus conduxerit ab 24. hæredे, vel solverit eidem pensionem*, quæ est limratio in fin. tex. & ita loquitur *Afflīt. decis. 167. n.6.* ibi, si continuet colonus in possessione nomine hæredis, & idem *decis. 325. num. 3.* ubi loquens secundum terminos d. tex. se declarat, si colonus dicat tenere nomine illius, vel fatetur cognoscere ab eo, quæ ratio etiam militat in procuratore, tutole, & curatore, qui similiter præstant nudum ministerium, nec radicatur possessio in personam eorum, ut probat *Jaf. in d. 5. per procuratorem n.3.*

Sin autem, & tertio dicat, possessionem feudorum transferri in hæredem nedum filium, sed etiam extraneum indistinctè, ex *Cæphalo conf. 30.* vel saltim *25. transferri possessionem in hæredem contrà quemlibet extraneum, sed non contra dominum, ex Gugliel. de Bened. citato per Tiraq. in prefat. tract. le morte declar. 4. n.7.* tam opinio *Cæphali*, quam distinetio solius *Gugliel.* sunt contra communem, & receperam opin. omnium, ut videre est ex relatis ab eod. *Tiraq. d. loço, v. 4. qui d. v.7. vers. postea vero, dicit Bened.* non residere, cum d. distinet. sed aliter distinguer, ut successor ex testamento, etiam universalis *26. non sit saitus, ut universalis ab intestato censetur* saitus, etiam contra dominum, & sic non est curandum de opin singulari unius D. dum *Iser.* dicit *I. cum 27. hæredes habere locum in feudi, & expressè loquitur etiam in filio in cap. I. num. 5. vers. in filiis, & num. 6. vers. si est filius, juncto vers. item est dominus, de feudi cognit. idem in cap. I. in princip. v. 2. vers. si ergo junct. vers. quia non fuit, ubi *Lipar. lit. II.* infinitos assert pro hac opinione affirmativa, quod habeat locum *I. cum hæredes, in feudi, quo tempore miles,* & hanc esse communem, & veram *Zafius conf. 28. 10. n. 10. & conf. 30. num. 8. lib. I. Wymbec.* dicens veriorem, magis com. & secundum eam sèpè judicatum *conf. I. n.39. & 50.* ubi quod considerato esset, & actu possidendi corporali, impossibile est transferre, etiam in filium, & proinde occupata per alium possessione feudi, habere filium remedia adipiscenda, non retinenda, *Schrader. de feudi, part. 7. cap. de success. transvers. n. 21. quæst. 12. in fine, cumulat Ro. sentent. par. I. de success. ex testam. cap. 7. conclus. 17. in add. lit. D. p. r. totum, & seq. & in suis expressè loquitur *Intrigl. de feudi centur. I. q. 46. n. 18. & 19. post Jacob.* & alios, & optimè *Paris. conf. 13. n. 84. & 87. lib. I.***

*29. Quinto ad id, quod dicitur, remedium I. fin. non habere locum in feudi, nisi ad comodum illius hæredis, qui nedum est de comprehensis in investitura, sed est verus, & immediatus successor, ex quo inferunt non posse D. Ducem prætendere immisionem, nec retentionem feudorum, cum Maria, non ipse, sit descendens ex fratre primogenito, quod jus primogenitura contendunt locum habere etiam in linea transversali, omissis multis, quæ dici possent, si de veritate harum conclus. esset disputandum. Distinguimus duos casus, quia aut hæres prætendit succedere, & in possessionem immitti, ut hæres eorum feudorum, quæ in pleno utili dominio, & possessione spectabant ad defunctum, & tunc cum hæres non possit alio modo, & jure admitti ad successionem, quam ut defunctus habebat, tunc necesse est discutere de capacitate personæ hæredis, si est proximus, nec ne, non enim penes hæredem potest*

diverso jure feudum pervenire, quam quo erat apud defunctum, & hoc casu disputandum esset de pred. conclus. aut verò defunctus non fuit dominus, sed simplex possessor, sive detentor, & tunc hæres ipsius, qui aliud non prætendit, nisi possessionem, sive tenuat illam nancisci, non habet necesse ostendere, se verum, & legitimam esse hæredem, & immediatum successorem in feudo, quia non agimus de dominio feudi sed de simplici possessione, cuius est capax etiam ille, qui dominus esse non potest, ut de hoc est optima theorica *Iser.* in *c. Imper. 5. illad, ubi postquam à num. 68. vers. ex his arguit contra tam post num. 70. vers. nam licet feudum, concludit, possit feudum ad eum pervenire, & possideri quamvis non sit capax successionis, & dominii, ibi, dominium non transit, sed possessio sic, & reddit, rationem, 32 quia possessio, quæ est facti, jure civili infirmari non potest, & n. 71. dicit, feudum à quolibet detineri posse quoad possessionem, quia possumus possidere rem, cuius proprietatem habere non possumus, c. *discretiis 12. q. 1. idem Iser. in const. violentias in fine, & in d. 5. illad, post v. 69. dicit hæc verba, qui non possunt possidere, possunt tenere, sicut asinus tenet bardam, quorum detentio dicitur naturalis possessio impropriæ, & proinde, etiam spurius omnino incapax 33 fuit admissus in possessionem feudi per Regiam Cam. ut refert *Anna sing. 5. 33.* & proinde dicimus, in possessoris factum, non jus attendi, quia possessio plurimum facti habet, ut ex *Bal. Dec.* & aliis, etiam quoad exercitium jurisdictionalium, inspicitatum, & non jus, probat *Peregr. de jure fiscæ. par. I. §. fiscalia n. 55. & sequent.* nec tamen concedam indistinctè assumptum partis, remed. *I. fin.* non 34 habere locum, nisi in beneficium immediati successoris, quia contraria opinionem magis comm. esse probat *Intrigl. de feudi centur. 2. q. 34. n. 49.* & idem in regno, saltim, quando prætendens succedere, allegat in termino, se probaturum posse succedere, quia interim non debet denegari immissio, probat *Conf. Georg. alleg. 12. num. 30. & 31.* & fuit opin. *Affl. decis. 119. & Dec. conf. 5. 88.* viso puncto, & dubiis ex z. 10. & 12. ubi probat dec. S.C. multa enim poterit Dux probare in termino, ex quibus excludetur prætensum jus primogeniturae D. Mariæ.**

In quantum verò prætendit pars hic ex possessione tradita Petro Francisco, fuisse inductam constitutionem usufructus, & sic feudi divisionem, ex not. in *I. fundi Trebatiani, ff. de usufruct. leg.* & per *V. fil. decis. 240. n. 22.* adverto *Vrsill.* expresse loqui, ubi constituitur jus usufructus perpetuo duraturum, hic autem fuit permitta tantum perceptio fructuum, donec de credito satisficeret, vel fieret recognitio, & sic ad tempus ultra, quod necessarium esset judicium, & sententia super hac nullitate contractus.

*37. Denique dubitari non potest. substitutionem factam in beneficium Duci, in defectum D. Mariæ, & filiorum, esse compendiosam, quæ ante aditam (ut est casus noster), ubi antequam veniret mors testatoris, reperitur revocata institutio Mariæ, & filiorum, est directa vulgaris, iuxta notissimos terminos, quæ continent casus, si hæres non erit vel non potuerit, idcirco, non erit dubitandum, Duci, tanquam de recte substituto, competere remedium immisionis, & fortius, retentionis, ut arguit *Paris. d. conf. 13. n. 86. in ff. lib. I.* & ita censio 9. Julii 1613.*

## DECISO.

**D**iscussa causa in S. Cons. referente Confiliar. Pomponio Salvo, iunctis aulis, cum interventu decem Votantium, mense Julii anni 1613. fuit datus terminus in causa, & interim conservatus Dom. Princeps in possessione, ut infra latius cap. ab hinc tertio.

## SUMMARIUM.

- 1 **T**estes etiam pro actore, & ante litem contestata sunt recipiendi senes, valetudinarii, aut discellarii, sed ubi cunquo mora potest nocere probationi veritatis, nu. 2.4.9. & 13.
- 3 **I**udex potest recipere testes omni casu, ubi dubitari potest, ne veritas occulatur, & probationes amittantur, nu. 5.16.
- 6 **T**estes possunt recipi ad futuram rei memoriam, ubi timeri potest, quod controversia moveatur, & sufficit causa, qua dubitetur de futuro, nu. 14.
- 7 **T**estes, qui tempore actus gesti, interfuerunt, possunt recipi, ubi dubitatur ne processu temporis, probationis copia depereat.
- 8 **E**xaminatio testium ex praedicta causa, differt ab ilia, que fit de senibus, & valetudinariis.
- 10 **P**robatio semiplena non requiritur, sed sufficit qualibet suspicio oriens ex levi inditio, ut recipiantur testes ad futuram rei memoriam.
- 11 **I**nditium est minus, quam semiplena probatio, & suspicio inducitur ex minori causa.
- 12 **I**nterrogatoria aliqua non est necessaria, quo declaretur justè peti, hujusmodi testimonia examinatio, cum satis id factum censematur, cum iudex ex auctoritate admittit.
- 15 **T**estes, ubi agitur, a fine recipiendi, nec ante litem contestata intelligitur in actore, quia de ratione est dubium.
- 17 **D**ecisiones plures Rotæ Romanae remissivæ.
- 18 **A**ctori suendum est in ipso litis exordio.
- 19 **R**eas conveniunt, si differat litem contestari, justè conceditur actori, ut admittantur ejus probationes.
- 20 **C**onstitutio Regni, specialiter concedit actori, ut possit suos testes recipi facere ante litem contestatam, in omni justo casu, quod ex pulchris verbis Mern. & Napod. Regni luminum, comprobatur, num. 21.
- 22 **T**estes ad futuram rei memoriam, non debent recipi, cum possunt recipi iure ordinario.
- 23 **D**ciso S. C. iunctis aulis, super hoc, pro creditoribus, contra Illust. Principem Sancti Severii.
- 24 **T**estes non recipiuntur ante litem contestatam, sallit in omnibus causis, in quibus lis non contestatur. Et in emergentibus, nu. 25.
- 26 **L**itis contestatio non fit in iudicia summarissima immisionis.
- 27 **I**mmisionem petens, vigore l. fin. C. de edito divi, potest ad ipsum immisionis justificationem, petere examinationem testium, ad futuram rei memoriam.
- 28 **T**estes ad futuram rei memoriam, recipi possunt ad consolidandum testamentum, ex quo petatur immisiq.
- 29 **F**euda veniunt in petitione hereditatis quoad ius competens defuncto tempore mortis.
- 30 **I**mmisione vigore l. fin. habet locum in feudis, etiam ad beneficium illius, qui non est successus, quoad nudam detentionem.
- 31 **S**purius immittendus, licet inhabilis, & ita decisum

32 *Filia feminæ, et si exclusa de jure competit immis-  
sio, quia plura potest probare in petitiorio.*

## ARGUMENTUM.

**T**estes ante litis contestationem, vel ad futuram rei memoriam recipiendi sunt, etiam ad instantiam auctoris, ubicumque justè timeri potest, quod probationes ex variis causis deperire possent, ne veritas occultetur, nec requiritur interroquitoria, sed sufficit examinis commissio præsentim in causis, vel loco, ubi lis non contestatur solemniter, ut in Regno, & in possessorio summariissimo immisionis, vigore l. fin. C. de edito divi, quod remedium conceditur in feudis quoad jus, quod habebat defunctus, etiam in beneficium non successuri,

**P**ro eodem Domino Duce Cardinali nuac Satriani Principe, super receptione testium, & exclusione prætentæ turbationis in terris Turturæ, & Badulati, contrà D. Mariam Rayascheriam.

## CONTROVERSIA XXXVII.

- 1 **T**estes etiam pro actore, & ante litem contestata sunt recipiendi, non solum, cum sunt senes, valetudinarii, aut de proximo discellarii, sed etiam cum timeretur, quod propter moram varient fidem suam, ut dicit Ghaff. verè aurea in cap. quoniam frequenter, in verbo subtrahatur, ut liceat non contestandum alternativæ loquitur, quod varient fidem suam, & aut moriantur, & sic alterum sufficit, ut est de natura alternativa, argumento. l. si heredi plares, ff. de condit. insit.
- 2 **E**t vere Summus Pontifex, tametsi tradat exempla de senibus, & valetudinariis, quæ clarum est, non restringere regulam, aperte insinuat id procedere in omni casu, ubi discretus iudex, à cuius arbitrio tota testimonia materia dependet, verisimiliter pro sui animi motu dubitari potest, ne veritas occultetur, ibi, ne veritas occulatur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur senes, valetudinarii, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timeretur, etiam liceat non contestata sunt procul dubio admittendi, &c. & loquitur in actore, ibi, sive pars conventa, &c. in verbo, sed si auctor, idemque subdit Pontifex in §. sunt, & alii, ubi apertissime ostendit, nendum senes, & absuturos à mundo, vel loco iudicii, sed in omnibus casibus similibus, in quibus dubitari potest de ammissione probationis, recipi debere ante litem contestatam, ubi Gloss. in verbo publico, expressè loquitur, ubi quis timeret, quod super aliquo contractu controversia moveatur, quia tunc potest petere à iudice, ut testes, qui interfuerunt negotio, redigantur in publicam formam, & recipiantur ad internam rei memoriam, citans cap. significavit 41. de testibus, qui ex loquuntur de testibus, qui tempore auctus gesti interveniunt, & dubitatur, ne processu temporis, probationis copia depereat, ubi Gloss. magna in verbis testes dicit duo. Primum, hauc receptionem differre ab ea, quæ fit de senibus, & valetudinariis, & inter alia discriminis, in ista, dicit recipiendos esse omnes indifferenter, tam senes, quam juvenes.

juvenes, qui negotio interfuerunt, & in fine dicit  
 9 procedere, nedum in actore, sed etiam in reo, & se-  
 quitur *Gloss. Florian. in l. in lege aquilia, si deletum 41.*  
*post n. 3. ver. & secundum ff. ad l. aquil., ubi Gloss. in*  
*verb. quis testes loquitur exemplificative per dictio-*  
*nem verbi gratia, & proinde non immerito Bar-*  
*thol. Socin. autoritate Bare. in l. admonendi col. 4.*  
*ff. de jurejur. in conf. 244. num. 7. lib. 2. dixit, quoad*  
*recipiendos testes ante litem contestatam, non exi-*  
*10 gi, nec semiplenam probationem, sed sufficere quam-*  
*libet suspicionem orientem ex quolibet etiam leví*  
*inditio, ex quo judex inclinare valeat animum suum*  
*11 ad id faciendum, cum inditium sit minus, quam*  
*semiplena probatio, & illud quod non est sufficiens*  
*ad semiplenam probationem, sufficit ad inducen-*  
*dam suspicionem, & Socin. sequitur, & aliis com-*  
*probant Menoch. de arbitr. casu 62. num. 5. fol. 103.*  
*in quo considerat Socin. num. 10. ver. non obstat, ad-*  
*dit ex mente, ut is dicit, omnium DD. non requiri*  
*12 aliter, quod precedat aliqua interloquutoria, qua*  
*declaretur, esse casum necessarium, ut recipientur,*  
*testes ante litem contestatam, cum satis hujusmodi*  
*interloquutoria pronunciata censeatur, cum judex*  
*examen committit, ut de commun. ex Socin. & Cra-*  
*vett. contra Roland. concludit Menoch. lib. 2. de*  
*præsumpt. cap. 54. in fin. hinc Practic. Papicens. in forma*  
*capit. ad etern. rei memor. voluit le restringere ad*  
*13 casum, dum de testium morte, vel absentia timetur,*  
*sed id procedere, etiam in aliis casibus notatis per*  
*Gloss. & DD. tam in d.e. quoniam frequenter, quam in*  
*l. in lege Aquilia si deletum, & in auctb. de testib. §. &*  
*bis vero, ubi Gloss. in ver. præsentem, in ver. tertium*  
*nota, dicit, nota, quod testes producuntur hic ante li-*  
*tem contestatam, quia moribundi, vel recessi, vel si-*  
*milia causa superventura, citans plura iura, & iubedit,*  
*& hoc si est actor, qui eos producit, reus enim semper*  
*potest producere etiam ante, & ex qua Gloss. duo ad-*  
*14 notantur, primum sufficere etiam causam, quæ de fu-*  
*turo supervenire potest, etiam si non sit de præsenti*  
*alterum, omnes DD. de hac re loquentes, intelligi de-*  
*15 bere in actore, non autem in reo, cum in eo non sit*  
*dubium, & ad idem Gloss. in l. 4. §. quod escumque*  
*verb. absentibus, C. de adv. divers. jud. ut etiam ad-*  
*vertenter, notat Socin. jun. conf. 34. num. 4. lib. 1. dum*  
*dicit, permitti examen in actore, si periculum sit,*  
*ne pereat fides testium, vel quia sunt senes, &*  
*sic tanquam diversa ista considerat, & in causa ra-*  
*tionabili se fundant Rebus. ad constit. Franc. lib. 3. de*  
*caus. benef. posse. art. 2. Gloss. unica, num. 3. & alii re-*  
*lati per Pinell. in l. 1. par. 3. post num. 78. ver. nec ve-*  
*rum est. fol. 365. in parvis C. de bonis matern. & ma-*  
*gnus ille Pract. Octav. ver. str. in praxi Romanae cur. lib.*  
*16 6. n. 3. ibi timore mortis, absentia, vel alias omissionis*  
*facultatis probandi, recipi poterunt testes litem non*  
*contestata, ac parte non vocata, ne interim, veritas seu*  
*probatio pereat, & per eadem verba generaliter lo-*  
*quitur Mascal. de probatio. conclus. 1373. ubi*  
*num. 4. dicit, hoc esse permittendum ubicunque dif-*  
*ferendo probaciones, postea haberi non possent, refe-*  
*rens plures decisi. Rota, & num. 6. ex quibus pro-*  
*17 batur, nedum ob mortem, vel absentiam, sed ubi de*  
*alio quovis impedimento dubitatur id esse decernen-*  
*dum, idque non mirum, cum in principio litis, acto-*  
*18 ri favendum sit, ut in terminis, ex hoc debere pro-*  
*clivem esse judicem ad id decernendum, scribit Men-*  
*och. de arbitr. casu 62. post num. 4. & ita proce-*  
*dit id, quod dicitur, quod si coepio judicio, reus ex-*  
*19 cipiendo impediatur, & differat litem contestari, præ-*

fertim per cavillationes; tunc judex, etiam liti non  
 contestata potest facere recipi testes, *Innocent. in*  
*d. cap. quoniam frequenter, & alii à Farinac. relati in*  
*tract. de testib. de opposit. extra exam. test. quæst. 76.*  
*par. 1. num. 51. limit. 24. quæ si procedunt de jure*  
*20 communi, fortius de jure Regni, ubi speciali Constit.*  
*probationum incurribus competenti remedio, est ul-*  
*tra jus commune provisum, etiam in actore, ubi*  
*Ifern. in versic. *Actor verd.*, dicit actorem posse pro-*  
*ducere ante litem contestatam, etiam eos, de quo-*  
*rum fide dubitaret: puta nè efficerentur ejus ini-*  
*mici, vel possent oblivisci de eo, quod tunc habent*  
*in memoria, vel aliter sit verisimile, quod justè timeat*  
*nè ipsos testes habeat tempore litis contestatas quæ*  
*omnia justè, variis de causis possunt timeri in præ-*  
*senti casu, ut quilibet prudens Judex suspicari,*  
*nedum potest, sed debet, cui de futuris hoc casu præ-*  
*videre jura demandant, ut not. in d.l. in lege aquilia,*  
*& non immerito Napo. in consuet. testamentum,*  
*21 post num. 19. loquens expresse in actore, meminit*  
*de testibus sensibus absfuturis, vel alia causa expresse*  
*sentiens jura communia, & municipalia non loqui*  
*restricti è, sed exempli gratia, ubicunque de amit-*  
*tenda probatione suspicari potest, & Vivus in suis*  
*commun. opinio. cap. 922. num. 7. notanter dixit, in*  
*Regno etiam pro actore indifferenter omnes testes*  
*recipi, etiam ante litem contestatam, & ita quotidie*  
*practicari.*

Hæc autem, quæ supra dicta sunt, recipiunt restrictionem, quando instaret tempus examinationis  
 22 testium jure ordinario, quia tunc non possent recipi testes ad futuram rei memoriam, secundum Socin.  
*conf. 14. n. 10. lib. 4. qui dicit hæc verba, non memini-*  
*me legisse banc practicam, quod quando instat tem-*  
*pus examinationis testium jure ordinario, examinetur*  
*ad perpetuam rei memoriam, sequitur Corrad.*  
*in prat. de testib. rub. de recept. test. ante lit. contest.*  
*num. 48. in ultimo casu, ver. item declarat, Monticel.*  
*in report. test. rub quando ad perpetuam rei memo-*  
*riam, Farin. dicit. tit. de opposit. contra exam. test. q. 77.*  
*23 cap. 2. num. 66. sicut obtinui in causa contra Illust.*  
*Principem Sancti Severii pro creditoribus die 2.*  
*Maii 1616. quod ad instantiam actoris moto judicio,*  
*illoque per reum suscepto, non possint recipi testes*  
*ante litem contestatam, tanquam senes valetudinarii,*  
*aut diù absfuturi, decreto S. Consil. junctis aulis, peg-*  
*nes, actorum Magistrum de Mondellis.*

Secundū regula negativa, ut non recipientur te-  
 stes ante litem contestatam pro actore, fallit in  
*24 suis, ubi proceditur summarie, & de phano in*  
*quibus non est necessaria, litis contestatio, quia ob*  
*id merito in his ante litem contestatam testes pro-*  
*duci possunt, generaliter fallit in suis causis, in*  
*quibus de sui natura lis non contestatur, & sic*  
*25 etiam in omnibus questionibus emergentibus, ita*  
*Angel. notab. in dict. §. & hic vero, art. de testibus,*  
*sequitur post omnes Canonistas, uti comm. Lan-*  
*franc. in repet. cap. quoniam contra, in ver. testium de-*  
*posit. num. 301. unde cum in Regno ex cap. detectantes*  
*non requiratur litis contestatio, ut Marant. par. 6.*  
*memb. 10. f. 375. sequitur, ut faciliter recipi possint: &*  
*si requireretur, cum judicium sit summarissimum*  
*immissionis, vigore l. fin. in quo lis non contestatur,*  
*26 ut probat Bald. in l. publicati, C. de testam. Roland.*  
*conf. 36. n. 10. lib. 1. sequitur, ut ex pluribus causis cō-*  
*binatis, testes isti sint omni jure recipiendi. Et tandem,*  
*nè deficiat decisio punctualis in casu nostro, quod pe-*  
*27 tens immissionem vigore testamenti non cancel-*  
*lati ex*

lati ex l.fin. possit ad justificandam immisionem, vel ad excludendum impedimentum, quod objici posset ipsi immisioni, vel facultati adeundi, examinari facere testes, ad futuram rei memoriam, ante item contestatam, ex quibus facilior aditus patet ipsi immisioni, & appareat testamentum solempne, & perfectum ad sui beneficium, etiam si de morte, vel absentia non timeatur, videndus est omnino Corneus consil. 172. primus consultationis, lit. H. versic. tamen predicta non obstant: & in specie in substituto, in causibus, in quibus ei competere potest dictum remedium, lit. O. vers. quidquid autem, & infra vers. id in supplicatione, lib. 2. ubi latissimè quidquid dici potest, resolvens contraria: nec est novum, quod ad instantiam patentis immisionem recipiantur testes ad convalidandum testamentum, vel dispositionem testatoris, ut per DD. in d. l. publicati, & probat Rol. d. consil. 36. n. 13. lib. 1. Menoch. de adip. remed. 4. n. 660.

Quoad ultimum punctum sufficit Castra Turturæ, & Vadulati, fuisse reperta tempore mortis inheritance, ut possit Dux Cardinalis petere immisionem horum feudorum, quæ nunquam possedit Maria, sed cum sint reperta in inheritance defuncti, merito, jure Dux: qui prætendit immisionem, debet obtinere, & interim nihil novari, ex quo feuda veniunt in petitione inheritance, quoad illud jus quod habebat defunctus, tempore mortis, Affl. dec. 119. num. 8. & habet locum in feudis remedium l. fin. etiam ad beneficium illius, qui alias non esset successurus, de Pont. Iect. 20. fead. n. 25. fol. 174. & sic, quoad nudam detentionem, ut pluribus relatis, dictum testatur Ann. sing. 525. in spurio, quem constat incapacem, latissimè Menoch. remed. 4. adip. qu. 47. n. 375. in id expendens s. inter filiam, ubi filia feminæ, etiam si jure communi repellatur à successione, immittitur tamen, etiam constituto, quod sit feudum: quia plura potest probare in petitorio, alios afferit Instrigl. cent. 2. art. 34. n. 49. & D. Consil. Georg. abrog. 12. n. 28. & 30.

Ex quo non obstat similis decisio de terra S. Lucæ in causa Principissæ Montis Caveosi; siquidem, ibi Alexander Loffredus germanus Principis, non habebat testamentum pro se; sed testator uxorem sibi heredem fecerat universalem, sub qua feuda comprehendebantur.

### S U M M A R I U M.

- 1 **H**æredi prætendenti immisionem ex testamento, incumbit ostendere testamentum non cancellatum
- 2 Relatum inest verè, & propriè, in referente.
- 3 Testamentum potest incipere a secundo, vel alteriori gradu substitutionis.
- 4 Substituti post eventum conditionis, dicuntur propriè, & verè: instituti.
- 5 Substituto cuilibet concedetur remedium, l. fin. C. de ed. Et. diu. Andr. toll.
- 6 Substitutione compendiosa facta à Pagano, non est species separata de per se, sed quedam adjectio plurium substitutionum, sicut in verbis generalibus.
- 7 Vutgaris substitutione facta in unum casum, extenditur ad omnes, qui possunt adaptari impotestia, & voluntati, maxime in vutgari, & comprehensa in compendiosa.
- 8 Substitutus, quando est immittendus in possessionem ex remedio l. fin. ex clauso etiam instituto.
- 9 Testamentum, non codicillas dicitur ea scriptura, in qua septem adhibitos testibus instituitur directe quis heres, licet testator codicillas se facere dinerit, & num. 11.

- 10 Testamentum censetur scriptura; non codicillus, quæ babet solemnitatem testamenti, quod amplia, ut n. 13.
- 12 Clauses volens, quod tenet, tam jure codicillorum, quam jure testamenti, & alia meliori via, operatur, ut dispositio valeat potentiori modo, quo possit.
- 14 Paganus non potest decidere cum duobus testamentis.
- 15 Testamentum primum dicitur sublatum ex solius hereditis revocatione, quod amplia, ut nu. 16.
- 17 Testamentum primum, ut revocetur, an sufficiat simplex revocatio, vel procedendum ad aliquam dispositionem.
- 18 Codicillis hereditas directò dari, vel adimi non potest, & qua ratione, n. 19. quod amplia, etiam in codicillis inter liberos, nu. 20.
- 21 Condicio adjecta institutioni facta in testamento, non potest adimi, nec adjici in codicillis.
- 22 Codicillis, institutione directò facta, trahitur in vim fideicommissi, & n. 34.
- 23 Fideicommissario, etiam universali ante restitucionem, non competit immisso ex remedio, l. fin. & qua ratione nu. 28. remissive.
- 24 Fideicommissarius ante restitucionem nullum habet jus in bonis hereditariis.
- 25 Fideicommissaria substitutio dicitur transitiva seu translativa.
- 26 Hæres directò institutus, proprio jure potest apprehendere hereditatem vacante.
- 27 Fideicommissarius cogit heredem adire, hereditatem suo periculo, officio Judicis, & post adiussionem, ei actio competit ex testamento, ut hæres sibi hereditatem restituat.
- 29 Fideicommissarius universalis, si non possidet non est legitimus, contradictor, quod amplia, etiam facta restituzione, ut nu. 30. etiam si possessionem vacantem capisset, ut num. 31.
- 32 Fideicommissarius, cum non possidet, non potest impedire immisionem sub prætextu, quod non est detrahenda Trebellianica.
- 33 Fideicommissario, vigore codicillorum, non conceditur immisso ex remedio l. fin.
- 35 Declaratur plena manu tex. in l. pen. s. testamento, vers. planè, & vers. lecus, ff. de bon. posseff. secund. tabul. & n. 37. 40. 41. & 43. rejecto contraria opinione, & intellectu Nicolai de Mattatellis, nu. 44.
- 38 Clauses in fine positæ, debet referri potius ad proxima quam ad remota.
- 40 Testamentum non tollitur ipso jure per incisionem, et si sit actus facti, cum non sit solemnis voluntas.
- 42 Testamentis duobus confectis, in quibus diversi sunt instituti, nec sciri potest, quod fuerit posteriorius, hæres possidens est preferendus.
- 43 Menoch. consil. 176. vol. 2. reprobusur, & n. 49.
- 46 Nuda voluntas, qua dicitur.
- 47 Testamenti mutatio non sit sola voluntate, quoad hereditis institutionem, sed alio testamento, solemnitatibus vallato, quod intellige, ut nu. 48.
- 50 Possessio non dicitur iustitia, que jure permitente apprebenditur.
- 51 Testamento secundo inciso, non potest dari remedium l. fin. secus, si nuda voluntate sit revocatum. & quare.
- 52 Tex. in l. qui res, s. aream, ff. de solut. declaratur.
- 53 Angeli distinctio consil. 108. ad intellectum d. l. pen. s. testamento, approbatur, & commendatur.
- 54 Tex. in l. l. C. de codicilli. declaratur.
- 55 Lex succurrat fortius ei, qui mutat statum invitus, quam ei, qui sponte aliquid facit.
- 56 Fideicommissum nuda voluntate revocatur, etiam conjecturis, que habentur pro expressa voluntate, & num. 59.

- ¶ num.59. & sufficiunt quæcumque verba etiam enunciatiua, ut num.60.  
 57 Ultima voluntas mutari potest, quod limita in hereditis institutione, ut nu.58.  
 61 Voluntas testatoris expressa, licet informis, ad multa sufficit, & probat mentem testatoris.  
 62 Relicta in minus solemnii testamento, in foro conscientia debentur, & datur pro eis exceptio legataria possidenti.  
 63 Hæredi instituto in ultimo testatoris voluntate, datur exceptio in terminis d. l. pen. §. testamento.  
 64 Fideicommissum ex inimicitiis revocatur, quod amplia, ut nu.65.  
 66 Testatoris voluntas declaratur ex testamento, licet nullo.  
 67 S.C. judicat ex lato arbitrio, & potest adhibere fidem etiam iis, quæ de per se fidem non faciunt, & secundam conscientiam judicare.  
 68 Potestas Principis, & Consilii supremi, quæ sit, remissive.

## ARGUMENTUM.

Substituto, & an etiam fideicommissario competat medium l.fin. C.de editio divi Adrianus tollit. Testamentum, quando presumatur voluntate facere testamento, an vero codicillos. Hæredi institutio facta in codicillis, quando substipeatur, ut valeat in ym fideicommissi. Quæ sint necessaria ad inducendam validam revocationem prioris testamenti latè, & subtiliter agitur de vero, & germano sensu l. qui liberis, §. testamento, ff. de bonorum possessi. secundam tabulas.

## Pro eodem in eadem causa,

## CONTROVERSIA XXXVIII.

Cum iam Sac. Consil. cæperit innotescere notitia justitia Domini Hectoris Ravaucherii Ducis Cardinalis, in successione quondam Domini Petri Francisci patrui, dum cognitis, & optimè persensis potioribus iuribus, circa immissionem in possessionem universæ hæreditatis, exclusis vanis prætensionibus DD. Marie, & Hieronymi Ravaucherii, concessit terminum in causa, confimando possessionem bonorum, quam D. Dux, uti justus hæres apprehendit, & alio jure retinere non poterat; supereft modò, ut paulò diligentius fundetur, D. Masiā in prætensa per eam immissione hæreditatis, obtinere non posse, illamque esse proinde concedendam quoad omnia bona ipsi Duci vero, & legitimo hæredi, & possessori partis hæreditatis.

Et tandem, ut omnis tollatur scrupulus etiam in iudicio petitorio, nullum aliud remedium superessa Marie, vigore codicillorum anni 611. ita ut, nec per obliquum aliquid prætendere possit in dicta hæreditate, denegata sibi à jure actione, sine qua nemo experitur.

Quoad primum, cum hæredi prætendentí immissionem ex testamento necessarium sit ostendere testamentum non cancellatum, neque abolitum, juxta terminos notissimæ l. fin. C. editio divi Adrian. Dominus Dux in promptu ostendit testamentum anni 608., quod quidem, juncta alia dispositione, cum eadem solemnitate numeri septem testium, anni 610. in qua apparent revocati primus, & secundus gradus institutionis, & substitutionis in personam Mariæ, & filiorum, confirmata substitutione in personam Ducis, remanet ipse D. Dux institutus in primo gradu ex virtute, & efficacia relationis, juxta

- 8 quam, scriptura relata inest vera, & propriè in referente, l. ass. tuto, ff. de hæred. instit. l. qit prætor, §. si judex, ubi Alex, & Ripa, ff. de re judic. Nota in terminis, cons. 484. num. 25. ante finem, Gama decisi. 209. num. 1. Cravett. cons. 143. n. 6. siquidem notissimi juris est, testamentum posse incipere à secundo, tertio, vel ulteriori gradu substitutionis, tam si primus, vel secundus gradus reddantur nulli ex dispositione juris, ut in l. 3. §. ff. de liber. & postb. ubi Gloss. ult. citat concord. l. si filius 75. ff. de hæred. instit. l. ex facto 43. §. Lucius Titius, ff. de vulgari, quæm etiam, si id contingat ex dispositione testatoris cancellantis priores gradus, ut hic, de quo est sex. in l. cancellayerat 2. ff. de his quæ in testamen. deliq. & ratio est evidens, quia substituti post eventum conditionis, dicuntur propriæ, & verè instituti, l. coheredi, §. qui discretas, ff. de vulg. & pupilli, nihil aliud enim est substitutio, quæm secunda, vel ulterior institutio, & substitutum directò, dici propriè institutum, & proprie non mindus concedi remedium d.l. fin. substituto, quam instituto, est sex. in l. 1. C. de editio divi, & nedum substituto per vulgarem pupillarem; aut exemplarem substitutionem expressam, ut post Gloss. Bart. & Alexand. n. 10. Jacob. las. Dcc. Curt. jun. Saps. Zuccb. Tiraquell. & alios, probat Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. q. 28. n. 206. sed etiam concedi substituto ex tacita vulgari vel pupillari, adeo receptum esse, ut nemo sit, qui ab hac opin. dissentiat, p. obat idem Menoch. d. remed. 4. quæst. 29. n. 214. in fin. ita ut non sit dubitandum, competere immisionem Duci substituto compendiosè, quæ illa propriè diciatur, quæ sub conditione mortis, vel alia, plura complectitur tempora, ut per Bart. comm. probatur in l. centurio, num. 9. ff. de vulg. & facta à pagano non est specie separata de per se, sed quædam adjectio plurium substitutionum, ut post Bart. las. Ripam. Galielm. de Benedict. & alios, perbellè prosequitur Sfortia Odus de substit. tit. de compend. par. 1. in princ. & part. 3. art. 2. & in primis sub compendiosa continetur vulgaris, ut ex omnium sententia concludit idē Sfortia de effect. compend. par. 5. art. 1. eaque vulgaris sub ipsa contenta, sicut & reliquæ substitutiones sub ea comprehensione, dicuntur expressæ, saltim verbis generalibus, ut tradit idem Sfortia de compend. art. 6. qu. 2. quæ vulgaris, quamvis generaliter comprehendat casum, si institutus noluerit, vel non potuerit esse hæres, id tamen potissimum locum sibi vindicare in vulgari contenta sub compendiosa, ut ex ea substitutus censeatur vocatus in omnem casum, quo institutus hæres non sit, licet unus tantum fuerit. expressus, tradunt optimè Angel. consil. 204. Curt. seq. cons. 75. num. 14. in fin. & 15. ubi probat, substitutionem vulgarem, factam in unum casum, expressè comprehendere generaliter omnes casus, qui possunt adaptari impotentia, & voluntati, idque ex eo, quia in substitutionibus directis, larga semper interpretatione est facienda, & in terminis vulgaris sub compendiosa, latè idem probant Socin jun. cons. 106. num. 20. vol. 1. Tiber. Decian. resp. omnium 1. nu. 98. & seq. lib. 1. Unde cum Maria, & filii non possint esse hæredes, stante secunda dispositione valida, & solemnii, omnino D. Dux, tanquam substitutus expressè in vulgari contenta in compendiosa, est immittendus, excluso isto tuto, ut in terminis exemplificat Gloss. in specie calum nostrum in l. 1. in posterioris verbis, C. de editio divi, ubi dicit, ita demum institutum præferri substituto circa immissionem, nisi aliud objiciatur ei inst. tuto, puta aliud testamento

mentum posterius, vel aliquid tale, quam ibi omnes sequuntur, & nullus discrepat, ut testis est Dec. in l. fin. num. 40. vers. Et ita conclusio negativa, Menoch. sequitur in 4. remed. num. 581. vers. declaratur nunc, Peregr. de fideicom. art. 48. num. 33. in fin. vers. aut vero, & num. 40. & ante hos omnes Bart. in l. fin. n. 10. cod. tit. dum ad hoc, ut substitutus vulgariter admittatur, docet, debere ostendere testamentum, in quo substitutus est, & repudiationem primi, vel aliquid aliud, propter quod sit exclusus primus heres, & sic habemus Gloss. in individuo docentem, quod cum substitutus adversus institutum in primo objicit testamentum posterius, quo prior institutio est irritata, eo ipso, tanquam probans, casum substitutionis evenisse, debet instituto preferri in possessione, de qua agitur in d. l. i. ut notat ibi Bart. in solut. contr. vers. alterius opposi: cum ad aliud substitutus non teneatur, nisi docere, quod substitutionis casus evenerit, ut per Franc. Marc. decis. 445. ad fin. cum aliis à Menoch. d. remed. 4. adipisc. quæst. 28. num. 212. Et 255. vers. bæc tamen, & cum Gloss. & Bart. & reliqui, non sine mysterio dixerint, debere substitutum petentem immisionem, ostendere testamentum posterius, quo prior institutio fuerit irritata, quasi aliud esset si niteretur codicillis, in quibus certum est, nec dari, nec adimi posse hereditatem, ut infra latiū probabitur; dubitari non poterit in casu nostro, hanc secundam dispositionem anni 610. ad beneficium Ducis, esse testamentum, vel habere vires testamenti; siquidem in ea revocatur institutio in personam Mariæ, & substitutio filiorum; confirmantur substitutiones directè factæ in beneficium Ducis in priori testamento, & adhibentur septem testes, in testamentis requisiti, & sic succedit decisio

9 Jo: Andr. in addit. ad Specul. §. compendiorē, in add. incip. ad intellectum, ubi post Dyn. sive Pileum docuit, quod si quis adhibitis septem testibus, instituat quem heredem directo, nihilominus ea scriptura non erit codicillus, sed testamentum, valebitque heredis institutio in ea facta, ac si in testamento facta fuisset; quamvis testator dixerit, se facere codicillum, vel illam scripturam, codicillum appellaverit, sequuntur Bald. Saly. & Paul. in l. testamentum, C. de testament. idem Paul. optimè in l. 2. in fin. C. de his, quibus ut indign. Alexand. & Jaf. latè in l. codicillum, C. de codicill. Greg. Lopez in l. 2. tit. 12. par. 6. Gloss. in

10 verb. herederos, Burgos de Pace in l. 3. tauri, n. 1338. ea ratione, quod scriptura, quæ habet solemnitatem testamenti, testamentum, non autem codicillus censendus erit, ut latiū tradidere Socin. jun. conf. 69. lib. 4. & Illustr. juris lumen, & Italica decus, Cardin. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 3. num. 5. vers. sed tamen contrarium, & num. 9. & quamvis Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 8. num. 32. vers. sed ut ulterius, latè huic opin. contradicat, quam tamen fatetur communem, num. 33. & aliter intelligat doctrinam Jo: Andr. ut loquatur, cum disponens adjicerit clausulam, quod talis dispositio valeat omni meliori via; quia tunc bene potest valere, ut testamentum, & non aliter; patet etiam juxta opin. Molinae, hanc dispositionem in præsenti casu habere vires testamenti, cum expresse in ea legatur, adjecta dicta clausula, volens, &c. quod præsens revocatione valeat, & teneat, tam jure codicilli, quam jure publici instrumenti, revocationis, & cassationis, & alia 12 meliori via, &c. quæ clausula operatur, ut dispositio valeat in potentiori modo, quo potest, ut tradit Alexan. conf. 53. num. 67. vol. 7. & idem D. Card. Maz.

sica d. lib. 2. tit. 3. num. 5. in fin. vers. Et hoc quidem, & 13 in specie, quod ex revocatione institutionis factæ in testamento, quæ non potest revocari in codicillis, pateat, quem noluisse codicillari, sed testari, quia ex qualitate, & modo disponendi dignoscitur species dispositionis, tradit in terminis Aret. in l. bæredes palam, §. 3. quid post, col. ult. vers. sed illa jura, ff. de testament. nec dici poterit, hunc testatorem deceisse 14 cum duobus testamentis, quod est impossibile in pagano, Gloss. in §. posteriore, instit. quibus modis testam. infirm. cum aliis concord. per Joseph Ludovic. de testament. conclus. 9. Dicimus enim, quod eo ipso, quod in testamento mutatur institutio heredis, in qua consistit integra ejus vis, & substantia, & non in legatis, & in aliis accessoriis, l. 1. §. qui neque, ff. de bæred. instit. & cuius institutionis respectu, cum ipsa mutatur, lex statuit, omnia ex integro esse facienda, ut bene declarat Gloss. in l. bæredes palam, §. si quid post, verb. omnia, ibi, quod ergo hic dicitur, ubi DD. omnes, ff. de testament. quamvis quoad alia confirmetur testamentum; tamen ex hac reformatione, primum testamentum, omnisque ejus virtus sunt sublata, tanquam mutata forma, & substantia primi testamenti, l. Julianus, §. si quis, ff. ad exhib. ubi Bald. notat, quod per digressionem ad novam formam, dicitur actus mutari, imò in totum tolli, & sic negamus utrumque testamentum habere effectum, sed secundum tantum, in quo tanquam reformans censetur omnino transfusum primum, nec attenditur amplius 16 primum reformatum, sed testamentum posterius reformatum, tanquam novum, ut probat Natta in terminis de coramuni, conf. 527. n. 1. quod procederet, etiam si simpliciter in secundo fuisset confirmatum primum, ut declarant Bart. Bald. Angel. & Imol. in l. posthumus 12. §. si paganus, ubi optimè Castr. qui hæc verba subiicit, non enim confirmando primum, potuit derogare dispositioni juris, quæ est ut paganus non possit decedere cum duobus testamentis validis; præfertur ergo ultimum validum, & primum tollitur ipso jure, & confirmatione operatur, quatenus potest operari, &c. sequitur explicando latiū Natta, qui concedit id procedere, etiam in secundo testamento reformato primum, ut non valeant disposita in primo, nisi protinus in secundo testamento disponitur, & quod secunda dispositio attendi debeat conf. 484. num. 7. 21. junctio num. 23. ibi, fateor, unde, & sic etiam non obest, 17 si diceretur, non potuisse revocari institutionem Mariæ factam in primo testamento nuda voluntate, in hac secunda dispositione; siquidem in hac causa nullo modo cadit disputatio, si ad hoc, ut revocetur primum testamentum, sufficiat, quod testator, convocatis septem testibus, dixerit simpliciter, revoco primum testamentum, etiam si non adsit cursus decennii, ut placuit Imola. & Aret. vel etiam sit necessarium ulterius procedere ad aliquam dispositionem, instituendo aliquem, vel declarando, se velle decedere intestatum, ut placuit Bart. in l. si ure, n. 3. ff. de leg. 3. & Alb. & in l. sancimus, C. de testament. quorum opin. communiter recipi contra Imol. & Guid. Pap. decis. 200. nisi in casu, cum decennium effluxerit a die conditi prioris testamenti, non à die revocationis, tradunt latissime post alios Vivianus opin. 879. vers. testamentum jure perfectum, Anchobar. jun. fam. i. qq. lib. 2. cap. 70. & Thesaur. item jun. lib. 1. qq. forens. cap. 58. per totum, ubi latissime omnes cumulantur; non enim fuit hic nuda voluntas, sed testator expressè progressus fuit his verbis restando sermo in suo robore lo detto testamento, quanto all' altre cose,

coſe, maſorasco, fideicommiſſo, ſoſtitutio, & legati; unde conſirmata ſubſtitutione, ſubſtitutus ex juriſ diſpoſitione incipit tenere locum iſtituti, & ſic ap-paret de voluntate teſtatoris, ad cujuſ beneficiuſ voluerit revoſare iſtitutionem, quod ſolum inqui-ruunt quoquod DD. qui Bart. & commun. ſequun-tur opin. ut bene explicat ex noſtriſ D. Praef. de Franč. deciſ. 287, qui in ſpecie loquitur de eo, qui teſtamentum à ſe factum revoſaverat, ratificando, & conſirmando teſtamentum conditum à patre, idemque eſſe, ſi conſirmasset anterius teſtamentum à ſe factum, ut probat Tbefaur, jun. d. cap. 56. num. 20. Quibus ita ſolidiſſime jaſtiſ, ut incipiāmuſ reſol-vere objeſta partis, in quibus cardo negotii reſide-re videtur. Non obſtant aſſerti codicilli, tertio lo-co facti à teſtatore, de meſpe Aprilis 1611, in qui-bus aſſerit, teſtatorem, irritata, & annullata ſe-çunda diſpoſitione anni 1610, diſponere, quod om-nes iſtitutiones, & ſubſtitutiones factæ in benefi-cium Mariæ, & filiorum, ſortiantur ſuum eſteſtum, eo modo, ut in diēto primo teſtamento continentur, non obſtant dięta revoſatione; ſiquidem, aut præ-tendit Maria hæreditatem iure directo ſibi denudati-ter datam in codicilliſ, & D. Duçi ademptam, ita ut, tanquam hæres directo iterum facta poſſit petere immissionem vigore l. fin., & hoc eſt contra regulas notiſiſmas, quibus hæreditas in codicilliſ directo 18 dari, & adimi quoque expreſſe prohibetur, l. 2. C. de codicilliſ. l. hæreditas 4. C. de hiſ, quibus, ut indign. l. 2. § fin., & l. divi ſeverus, ff. de iure codicilliſ, cum quia 19 minor ſolempnitas in codicilliſ obſervatur, quam in teſtamentis, cum etiam, ne ſcripturarum nomina, & effectus confundantur; ſi enim in codicilliſ hæres di-rectus iſtitui poſſit, illuc codicillus eſſet idem cum teſtamento, cum nulla major prærogativa à iure tri-buta fuerit teſtamento, quam quod in ea, & non in alia ſcriptora hæres iſtitui poſſit, ut bene colligitur ex §. fin. iſtit. de codicilliſ, ex l. ſi idem, & l. hæreditatem, & ibi DD. C. de codic. & plures aliæ rationes conſiderantur, ex quibus hæreditas in codicilliſ dari non poſt, de quibus in l. quod per manus ff. de iure codic. & hujus rei duodecim rationes aſſignat Vſquius de ſuſceſſ. c. r. e. t. lib. 3. §. 25. num. 2. ut, & ſi una, vel plures ceſſent, tot iuſtum diſpoſitione non variatur, ut optimè conſiderat Molina d. lib. 2. de primogen. cap. 8, 20 n. 30. in fin. quinimò hoc procedere etiam in codicilliſ inter liberos, per patrem factis, ut neque in hiſ hæreditas dari, vel adimi poſſit, probat de magiſ 21 com. & veriori Vivius opin. 355. n. 2. verſ. in contrariuſ, & nec poſſe adjici, neq; adimi conditionem in codicilliſ, iſtitutioni factæ in teſtamento, probatur in l. iſtituſ talis 10, & l. quidem in ſuo 27. ff. de condit. iſſit.

Aut verò Maria prætendit, quod iſtituſ in ſuī personam facta in codicilliſ iure directo, & ſic iniuti-lier, ſi Etatur in obliquum, & ſic conſeatur Dux iſtitu-tutus, rogaſus, ſibi reſtituere hæreditatem iure fidei-commiſſi, ex traditiſ in l. verbis civilibꝫ, ff. de vulg. & l. ſc̄t. v. ola, ff. ad Trebell. & quamvis iſtra per ve-ros juris terminos probabitur, ex pluribꝫ nullo mo-do in preſenti caſu huiuſmodi iſtitutionem obli-quaſi poſſe, nec ad fideicommiſſum trahi; tameq; eſto citra veri præjudicium, ex hoc perneſſe in-cluditur, immissionem omnino eſſe concedendam D. Duçi hæredi ſcripto directo, & Mariam nullo 23 iure id prætendere poſſe; ſiquidem vera indubita-ta, & comm. ab omnibus eſt ferè recepta theorica Bart, in ſaſe ciſata l. fin. num. 9. fideicommiſſatio,

etiam univerſali ante reſtitutionem factam ab ha-redi directo, re, vel verbo nullo modo competere poſſe immissionem, ſive uti poſſe remedio l. fin. ut infinitis relatis, concludunt Menach. de adipisc. re-med. 4. quæſi. 23. n. 166, Peregr. de fideicom. art. 48. num. 5. & ſeq. quia fideicommiſſarius ante reſtitu-24 tionem realem, vel verbalem, nullum habet jus in bonis hæreditariis, l. reſtituta, l. faſta, ff. ad Trebell. & proinde, ut ſit locus fideicommiſſariæ hæredita-tis petitioni, neceſſe eſt, hæredem prius adire, & hæreditatem acquirere; ſiquidem, hærede non ad-eunte, fideicommiſſum penitus deficeret, l. quia po-terat, ff. ad Trebell. fideicommiſſarius enim hæ-reditatem ab alio acquisitam conſequitur, ac de hæ-redi manu illam capere cogitur, & idem fideicom-25 miſſaria ſubſtitutio tranſitiva, ſeū translativa dici-tur, ut docet eleganter Bal. in l. eam quam, num. 14. C. de fideicom. ita ut juſ fideicommiſſarii ex toto pen-deat ab adiōne hæredis iſtituti, quod non eſt in iſtituto, vel ſubſtituto directe, qui proprio iuſe ap-26 prehendit hæreditatem vacante, ut post Bart. in l. Centurio, s. 14. & 15. iſſuſis Peregrin. de fideicom-miſſari. 1. num. 3. & 4. art. 3. num. 6. & 12. fideicommiſ-27 ſarius autem universalis, non niſi iudicis officio, compellere poſt eſt hæredem, periculo ipſius fidei-commiſſarii, adire, ut reſtituat, ne fideicommiſſa ſubvergantur, & ſed quia iſſit, de fideicom. b. a. red. Peregrin. art. 2. num. 65. & poſt adiātum hæreditatem, ex illa obligatione, quam hæres adeundo contrahit, non conceditur fideicommiſſario, niſi actio ex teſta-mento, ut hæres reſtituat, ut per Glōff. in leg. 2. verb. perſonales, C. commun. de legatis, Natura conf. 400. n. 2. & reſtè aduersus Petram probavit Peregr. de fidei-28 comm. art. 45. n. 13. & in fin. & pulchram rationem, cur fideicommiſſario universalis non competat reme-dium immissionis ante reſtitutionem realem, vel ver-balem, ut competit hæredi directo, explicat Menach. d. remed. 4. num. 17. verſ. non eſſe veram, quem ſequitur Peregr. d. art. 48. num. 8. quinimò etiam in caſibꝫ, in quibus fideicommiſſarius universalis po-29 tent prætendere immissionem; nuquam tamen, ſi non poſſidet, poſt eſſe legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, & ſic nullo mo-do poſt concurrere cum hærede, l. filiam fratribus, ubi Bart. & Alexand. ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. n. 22. Caſir, num. 13. & optimè Dec. num. 40. verſ. ſecun-do ampliatur, & num. 48. quamvis ſi eſſet citatus ab hærede, ad hoſ tantum admittendus eſſet, ut de juribus ſuī cognosceretur, ut poſt Zuccard. n. 378. tradit Menach. d. remed. 4. num. 567. quod proce-de-re, etiam facta reſtitutione verbali per hæredes, 30 aut legali in caſibꝫ, ubi per legem ipſo iure indu-citur, defendens comm. probat Mantica in d. l. fin. quoniā ſemper fideicommiſſarius universalis de-bet capere a manu hæredis, & ſequitur Peregr. vi-dendus d. art. 48. num. 33, quia etiam in hiſ caſibꝫ, in quibus eſt facta reſtitutio ipſo iure, debeat tamen fideicommiſſarius, corporalem poſſeſſionem pete-re a manu hæredis, nec poſt præferri in remedio l. final, hæredi ſcripto, in teſtamento, etiam ſi in-continent; vellet probare de iure ſuo, ut ex Na-ta, Beroa, & aliis, optimè reſolvit Roland. conf. 78. num. 15. lib. 3. dicens eſſe magis comm. & quamvis fi-deicommiſſarius ceſſiſet poſſeſſionem rerum hæ-re-31 ditarum vacante, adhuc ejus poſſeſſio, tanquam vitiosa, prout verè eſt, in dubio, cum poſſeſſio non fuſt capta de voluntate teſtatoris, vel hæredis, non faceret eum legitimum contradictem ad im-pedien-

pcdiendum ; quominus hæres in possessionem mit-  
teretur , ut ex d. l. filiam fratribas expressè firmat ,  
Dec. d.num.48. Menoch. ubi supra , num. 635. post  
Alexandr.confil.82.num.3.lib.2.Tirag.tract.le mort:  
safisit , par.5.declar.1. & par.6.declar.2.Peregr. in spe-  
cie art.47. n.18. in fin.vers.quibus in locis , & n.64.  
& 73. ubi num. 76. recenset plura requisita , ut  
posseſſio fideicommissarii non censeatur vitiosa , &  
optimè Roland.d.conf.78. num.19. & 20.lib.3. unde  
cum hic , ipsi assertæ fideicommissariæ nulla sit fa-  
cta à jure , vel homine restitutio , & nedum non pos-  
ſideat , sed majorem partem jam possideat D. Dux ,  
ut verus hæres , cujus possessionis commodum ma-  
ximum in terminis considerat , Peregrin. d. art. 48,  
num. 24. ob id sumus extra omnem dubitationem ;  
neque in præsenti casu aliquid nocere hæredi dire-  
cto , quod non eset detraetur Trebellianicam ;  
quamvis enim si institutio Mariæ traheretur ad fidei  
commissum , quod negamus , ferè omnino hic quar-  
tam detrahendam infrà probabitur ; attamen tunc  
§2 tantum caderet hæc disputatio , cum fideicommissa-  
rius apprehendisset possessionem , eo enim caſu eset  
videndum , si hæres potest detrahere quartam , nec  
ne , ne videatur posſeſſio vitiosa , in quibus terminis  
loquuntur omnes DD. citati per Peregr. d. art. 47.  
n.45 at cum fideicommissarius non possidet , fruſtrâ  
tractatur , an hæres potest detrahere Trebellianicam ,  
quia nullo modo potest impedire hæredis immisſio-  
nem , quia fideicommissarius non potest præferri  
hæredi directo in immiſſione ; ut bene explicat  
Roland. post alios in d.conf.78.num.15. in fin. lib.3.  
& non possidens , numquam est legitimus contradic-  
tor , ut his verbis dicit Peregr. d.art.47. n.79. in fin.  
& art.48. num.33. & regula , dolo facis petere non  
prodest nisi possessori , ut per Roland.d.conf.78. n.2.  
qua si procedunt in fideicommissio relatio in testa-  
mento , ut præd. DD. paſſim loquuntur ; multo for-  
tiū in caſu nostro , ubi Maria contendit se vocatam  
§3 per fideicommissum in codicillis , quo caſu gravif-  
fimi Auctores voluerunt non concedi hujusmodi be-  
neſcium fideicommissario , cui relictum est fidei-  
commissum in codicillis , idque non sine maxima ra-  
tione , quia privilegium hoc contra regulas juris , ut  
ad solam oſtenſionem testamenti ſcriptus hæres mit-  
tatur in possessionem , cum coetera instrumenta non  
habeant exequutionem paratam , non debeat extendi  
ad codicillos , in quibus non tanta exiguit ſolem-  
nitas , & quos conſtat ex diſeritate nominis ,  
etiam effeſtu , & ratione diſtare à testamentis , l. ſi  
idem C.de codicill. ubi Jaf. post alios ſummat , diſer-  
itas nominum , diſeritatem in potentia , & effeſtu in-  
ducit , & ne jus testamenti confundatur , ſ. fin. iſt. de  
codic. ut concludunt Cyn. Rayn. Alber. Ang. Salic.  
Fulgoſ. Jason. Corn. Cart. jun. & Sapia relati à Meno-  
chio remed.4.q.26.num.192.vers.adversus , Bald. &  
his ego addo Gl. in l.fin.verbo , ex more , C. de codic.  
quam ibi ſequitur Caſtr. expreſſe , n.6.vers.iſt. nota.  
& Glosſ. & non diſſentis Boer. decif. 156. num. 20. ex  
§4 quibus appetit prima reponio ad conf. Alex. 194.  
lib.7. & ad auctoritatem Imol. Bertran. Dec. Rubei.  
Xaeres , & aliorum quos refert , & ſequitur Menoch.  
confil.942. nam.4. vers. ſecundo admifſo , lib.10. ubi  
firmant , hæreditatem directo datam in codicillis ,  
trahi ad fideicommissum etiam , quod præcedat testa-  
mentum , in quo aliud ſit institutus , quia tametsi in-  
frafundabimus nos versari in fatis diuersis terminis ,  
attamen eo ipſo , quod adverſaria prætendit , ſe vo-  
catam vigore fideicommissi in codicillis , ut ipſa in-

tendit fundare ex prædictis ſimulatque fatetur , om-  
nino D. Ducem eſſe immittendum , & ſic ſuomet  
gladio confoditur ; & ſi forè advocati ex adverſo ,  
ut hoc evitarent , prætenderent , primam institutio-  
nem factam in primo testamento , in beneficium  
35 Mariæ , licet ſublatam per ſecundam diſpositionem  
ſolemnen ; attamen reviviscere per codicillos , ter-  
tio loco confeſtos in ejusdem Mariæ , primo loco  
vocatae , beneficium , idque jure directo , ita ut age-  
re poſſint ex testamento conſirmato , non autem ex  
codicillis conſirmantibus , idque ex l.11. ſive pen. qui  
ex liberis ſ. testamento , vers. planè , ff. de bonorum poſ-  
ſeff. ſecundum tabul.

Dicam ipſe tantum abeſſe , quin hic tex. opitulari  
poſſit adverſari , ut verè hæc cauſa omnino ſit deci-  
denda tam in poſſefforio , quam etiam in petitorio  
in favorē D. Ducis , non ex alio , quam ex hoc ſingula-  
ri Papin. repono ubi aperte deciditur caſus noſter.

Et ſic ſubintro ſecundum articulum , quod etiam  
in petitorio nulla ſuperēt actio Mariæ vigore fidei-  
commissi , & pro intelligentia præmitto diſtinguen-  
dos eſſe duos caſus , aut enim præcedit ſolum testa-  
mentum , & ſequuntur codicilli , in quibus hæreditas  
admititur , & alteri datur vel etiam ſubstituto in pri-  
36 mo testamento , & tunc ſolum agitur , an iſtitutio fa-  
cta in codicillis trahatur ad fideicommissum , beni-  
gna interpretatione , ex regula l. ſcev. la ff. ad Trebel.  
& in his terminis loquitur Alexand. d. conf. 194 lib. 7.  
& Menoch. cum omnibus ab eo citatis d. conf. 942.  
num.4. qui tametsi concludant trahi ad fideicommis-  
ſum de eorum decisione diſputare non expedit , cum

37 hic non ſit caſus noſter , aut verò præcedit primum  
testamentum , & ſubsequitur aliud , per quod ex di-  
ſpositione juris , vel ejusdem testatoris iſfirmatur ,  
vel revocatur primum , ſive hæredis iſtitutio , qua  
dicitur testamenti caput , & deinde tertio in codi-  
cillis iterum conſirmatur primum , qua proprie eſt  
materia noſtra , de qua cum habeamus caſum ex pre-  
ſum , & decisionem particularem in d. ſ. testamento  
in vers. planè , junc̄to vers. non ſecus , qui loquitur in  
his terminis , non debemus pro dignoſcenda veritate  
hujus articuli , recedere a particulari decisione d.  
tex. quia ut ait Aristot. relatus per Aret. conf. 99. ſer-  
mones in generalibus ſunt faciliores , in particulari-  
bus veriores , & medicorum eſt adagium , propria po-  
tius quam communia eſſe iſpicienda , probat Nat-  
ta ferè in propria materia conf. 484. n. 22. & in hac  
materia tex. in d. ſ. testamento , nulla fuīt controver-  
ſia inter DD. an iſtitutio directa facta in codicillis  
trahatur , nec ne , ad fideicommissum , nec verè uilla  
cadit ſuper hoc iſpectio ; ſiquidem nulla ſit iſtitu-  
tio directa in codicillis , nec testator voluit , ut co-  
dicillis daretur hæreditas per iſtitutionem , vel  
ſubstitutioem : quo caſu lex regulariter ad ſubſi-  
nendum aetum , benigna interpretatione , validat  
aetum eo modo , quo in codicillis diſpositio fieri  
poſteſt , ſcilicet per fideicommissum , ſed intentio  
testatoris fuit ut his codicillis revivitcat prius testa-  
mentum , & quod diſpoſita in eo reſurgent , & va-  
leant , uti diſpoſita in testamento , ac li primum te-  
ſtamento per aetum intermedium non fuiffet ſub-  
ſatum , & proinde Glosſ. & DD. antiqui in terminis  
d. ſ. testamento , aliud formaverunt quæſitum , utrum  
ſcilicet primum teſtamento uſque adeo reviviscat ,  
ut etiam aetio competat hæredi , qui in eo iſtitu-  
tus eſt , per quam , hæreditatem petere , & vindic-  
care poſſit an vero exceptio tantum ei competat ,  
per quam agentem ex posteriori teſtamento repel-  
lere .

tere possit, quod idem est, ac si quereremus, an reviviscat primum testamentum ipso jure, seu jure, actionis, vel exceptionis, in quo, si fundabimus ex comm. feret omnia sententia, primum testamentum, nullo modo in praesenti casu, ita reviviscere posse, ut ex eo oriatur, vel competit actio hereditatis scripto in primo, ut hereditatem petere, vel vindicare possit, causa haec erit in tuto quandoquidem, deficiente actione, qua est basis, & fundamentum totius judicii, necessario ab omni pretensione erit D. Maria excludenda, nec ullum unquam supererit remedium, etiam in petitorio, vendicandi hanc hereditatem directo, nec per obliquum, cum in utroque casu, actio illi esset necessaria, qua sibi funditus, & indistincte denegatur, quod ut liqueat, repetendi sunt casus illius difficilis *Papin.* responsi in primo siquidem deciditur, quod si quis, facto testamento, sua voluntate capite minuatur, quia se ad arrogandum prebeat, licet postea sui juris effectus, vita decebat nulla alia facta dispositione testamentum non reconvalescit; in secundo in vers. plakē deciditur, retento eodem themate, quod si is sui juris effectus codicillis aut aliis litteris, scilicet quinq; testibus adhibitis, ut *Gloss.* supplet testamentum confirmaverit, voluntas qua defecerat, iudicio recenti rediisse intelligitur, & sic reviviscit: subdit in vers. ~~secus~~ declarando per similem casum, cum scilicet quis facto primo testamento, aliud, & sic secundum testamentum fecisset, ac demum supremas tabulas, id est hoc primum testamentum incidisset, ut priora scilicet ultimum testamentum supremas relinquaseret, id est valerent, tanquam ultimum testamentum, quod ex juris dispositione prioribus derogat, §. posteriorē instituit. quib. mod. testament. infirm. quamvis igitur prima fronte videatur *Papin.* parificare casum, §. plakē, ubi resuscitatur testamento, cum casu, §. sc̄a vers. non secūs *Accurs.* tamen in dicto vers. postquam optimè declaravit *text.*, subdit in vers. sed quārā, quod hic ultimus casus non est per omnia similiis primo, quis non in rumpendo, primum eam in superiori casu, arrogatione irritatur per exceptionem, at hic ipso jure per secundum, ut *I. sancim.*, C. de stament., item nec in suscitate primi, quia per recentem voluntatem resuscitatur ad agendum per secundum tabulas, & ad excipiendo; et in inferiori, & sic in casu vers. non secūs non ad agendum, sed ad excipiendo tantum, ut infra in fine, sed si agant instituti in secundo, repelluntur ab institutis in primo per exceptionem: non autem instituti in primo agere possunt, cum primum evanuit per secundum; sunt ergo inquit *Gloss.* similes in excipiendo, & sic non per omnia similes, & ut eundem sensum confirmaret, iterum, atque iterum *Accurs.* explicando verba sequentib. ibi, nec putaverit quisquam nuda voluntate constitui testamentum; non enim de jure testamenti maxime queritur, sed de viribus exceptionis, qua in hoc iudicio quamquam auctori opponatur, ex persona, tamen ejus qui opposit, estimatur subdit *Gloss.* in vers. constitui, verum esse non resuscitari primum, nec constitui eo statu, quo erat ante secundum, nam ipso jure evanuit primum, & proinde non resuscitatur ipso jure, sed id tantum operabitur: ut si agant instituti in secundo opponatur ejus exceptio, & addit, item nec ex prima agi possit, quod ipso jure est nullum, & in ver. sed de viribus, subicit cum *Papin.* hic non queri de jure testamenti, scilicet primi, quod, tanquam ipso jure sublatum, non per exceptionem, ut in *I. sancim.*, §. I. C. de

testamento, non resuscitatur, sed de viribus exceptionis, scilicet. opponendæ ex primo, contra agentem ex secundo nam hoc non est valere, quia si valeret, etiam quoad agendum valeret, quod hic non est, quia ipso jure est sublatum, & idem firmat in *Gloss.* seq. dum declarat postrema verba, scilicet, qua exceptione quamquam in hoc iudicio, scilicet, cum agitur ex secundo testamento, non videretur posse opponi auctori agenti ex secundo, cum secundum sustulerit primum ipso jure, reservatur, tamen solum exceptio, qua estimatur ex persona conventi scripti in primo & sic non ab alio potest repelli, quam à praedicto vocato in primo testamento, per modum exceptionis personalis, argumento l. loci corpus §. competit, ff. si servitas vindic. quam tex. ad declarat. dict. verborum, ultra *Alber.* in d. §. testament. citat *Iser.* nostre pro concord. ad d. §. testament., & eundem intellectum ad §. testament., eandemque opin. iterum firmat *Gloss.* in *I. sancim.* in verbo ipso jure ibi, vel loquitur ibi, ubi dicit, & hanc approbo, ex multis solut. ibi relatis, & concordiis inter d. l. *sancim.*, & d. §. testament., quam etiam probant DD. communis calculo, ut infra dicetur, & quamvis *Gloss.* in d. §. testament., in verb. nec putaverit dixerit, dictum vers. esse referendum ad primum calum de arrogato tamen statim, tam in *Gloss.* conflictus, quam in omnibus sequentibus aliter intelligit, referendo dictum versulum ad casum proximum; siquidem de jure clausula in fine posita, debet referri potius ad proxima, quam ad remota *Bor.* & *DD.* in l. talis scriptura, in fin. ff. de leg. I. c. 2. requiris de appell. Dec. cons. 14. 39 col. 3. cum simil. & proinde hunc intellectum, quod dictus vers. nec putaverit, referatur ad primum casum de arrogato, reprobat expresse *Gloss.* in d. l. *sancim.* in vers. vel loquitur junctis preced. in versic. em. dic, ad quem locum se remittit eadem *Gloss.* in d. §. testament., vers. sed de viribus exceptionis in fin. quam *Gloss.* in d. l. *sancim.* esse in hoc, in specie communiter probatam dicit *Alex.* in d. l. *sancim.*, §. 7. vers. præterea ista falsatio, ut infra latius, & fuit opin. orig. Azone in sum. de bgnor. possess. secundum tabul. ubi clarissime haec opin. firmat, verbis aureis post num. 3. vers. quandoque, & si utroque, ibi nam, & hoc secundum testamentum non est ipso jure irritum, imd per exceptionem. nam si agant heredes secundo testamento, repelluntur exceptione doli ab heredibus primi testamenti, non tamen dico, quod heredes primi testamenti possint ex eo petere bonorum possessionem secundum tabulas, quod dicit probari in d. §. testament., & multis aliis juribus, per eum citatis; ex cuius doctrina colligitur apertissime quod nec actio de jure præterito, cuiusmodi est bonorum possessio secundum tabulas competere potest heredibus scriptis in primo, revocata per secundum, quod in specie volvit etiam *Gloss.* in d. §. testament., vers. non secūs ibi item nec in suscitate, ubi dicit, in primo casu resuscitari ad agendum per bonorum possessionem, in secundo vero casu instituti in primo non possunt agere, & sic neque per bonorum possess.

Superest igitur, ut probemus, dinumerando *DD.* hunc intellectum ita clarè firmatum ab *Azone*, & *Gloss.* esse communem, ut ab eo in judicando, recedi non possit, hunc igitur primo sequi sunt *Rayr.* *Jacob.* *Olrad.* & *Dyn.* quos refert, & optimè sequitur, & comprobat *Alber.* glossando, cum præd. *DD.* omnia, & singula verba d. §. testamenti cujus paraphasis est tota legenda, quia nihil aliud desiderari potest; præsertim in summario, ubi reddit rationem,

quare

quare in primo calu reviviscit, quoad agendum, & excipiendum, in secundo verò, quoad excipiendum rantum, quia in primo casu de arrogato, testamen-  
tum, non fuit ipso jure ruptum, sed per exceptio-  
nem, in secundo casu ipso jure, concordat etiam Odofred. dum in fine citat l. si quis priore quasi volu-  
rit dicere, ut ibi dicit Gloss. super verbo teneri, quod agitur ex confirmante, non ex confirmato, ut clarius colligitur ex verbis Alber. dum dicit, aut agitur ex confirmante, & tunc habet locum ista Gl. idem Bart. in d. s. testamento in princ. in vers. item testamentum, & n. 3. vers. veniamas, ad vers. non fecas, ubi dicit hec verba, item dicit Gloss. est dissimilitudo in resuscita-  
tione, & in hoc dicit veritasem, unde appareat quod dissimilitudo est quoad excipiendum, sed quoad agen-  
dum est dissimilitudo, & post sum. 4. in versic. dicitur hic, nedum dicit in versic. non fecas, non reconva-  
lescere testamentum, ut detur actio contra aliquem,  
sed datur exceptio possidenti, secundam Gloss. super  
verb. resuscitari, & sic declarat notabiliter, quod ita  
demum detur hæc exceptio vocata in primo si possi-  
deat, & non aliter; eademque opin. tenent ferè  
omnes in l. sancimas, sequentes Gloss. præd. in verb.  
ipso jure in vers. vel loquitur, quæ est penul. solatio  
sive intellectus datus ad d. s. testamento, quam sequi-  
tur ibi Petrus de Bellapert. vers. dicitur hic, ubi re-  
ferens casum d. s. testamento, advertit, quod in hoc ca-  
su d. s. testamento, non dicit lex illa, quod si agatur ex  
primo testamento, obstat exceptio, imò ruptum est  
ipso jure, quasi dixerit, quod si ipsis non datur actio,  
frustra queritur ab contra ipsos detur exceptio, sed  
benè, si agant instituti in secundo contrà institutos  
in primo scilicet possidentes, ut Bart. & alii decla-  
rant obstat exceptio; sequitur Jacob. Bartrig. in vers.  
item oppositor, & in fin. approbans pen. sol. Gloss. &  
idem in l. nostram Cod. de testamentis, vers. oppositor,  
quod ubi opponens cum Gloss. de d. l. pen. s. testamen-  
to. firmat d. l. nostram determinari debere juxta dec. d.  
s. ut detur tantum exceptio personalis hæredi scripto  
in primo, idem Cyn. latè sum. 2. in 4. oppos. dicens,  
secundum testamentum incilum, non esse omnino  
sublatum, & primum, quod ipso jure fuit revocatum  
per tale secundum, non reconvalescere; & idem dicit  
fortè textus, quod de jure testamenti non queritur,  
sed de viribus exceptionis, scilicet doli, opponenda  
per hæredem scriptum in primo contra hæredem  
scriptum in secundo, contra quem alius fortè non  
opponet, & quamvis Cyn. in fine dicat, se dubitare  
cum inciso testamento, hæres repellatur, ex trad. in  
l. nostram, frivola tamen fuit ratio dubitandi, cum re-  
cepta sit opin. Gloss. in d. l. nostram, quod per incisio-  
nem, quamvis sit actus facti, cum tamen non sit so-  
lemnis voluntas cuiusmodi quoque est codicillus, non  
collitur testamentum ipso jure, sed tantum ope exce-  
ptionis, ut per Angel. Alex. ex Jaf. in d. l. nostram post  
Bart. in l. 3. s. non solam, ff. de adim. legat. Alber. opin-  
mè, n. 3. addens etiam Martin. Sylim. Bart. qui uni-  
co verbo sequitur pen. solut. Gl. in vers. vel loquitur,  
41 ut facit etiam in d. l. nostram in fin. hanc etiam opin.  
sequitur Angel. dicens d. s. testamento, turbasse spiri-  
tum Glosagorum, & idem ipse latius explicat, dicens  
notabile verbum, per ultimam cancellationem, non  
destrui testamentum quoad omnes, sed tantum in-  
stitutu instituti in primo, & idem jus excipiendi com-  
petit solum instituto in primo, scilicet si possideat  
ipse, non si alii possident, Salyc. qui nedum divinè  
loquitur in hac materia, sed dicit, hanc opinionem  
esse communem, ex cuius theoria num. 2. post vers.

quinto solvit Gloss. duo sunt notanda:

Primum, quod ratio quare primum testamentum non resurgat per incisionem secundi non est, quod incisio, qui est tertius actus, non sit tantæ potentia, sed quia, cum primum sit sublatum per præexisten-  
tiæ, quam fecit in secundo, non resurgit per inci-  
sionem secundi, ex regula l. qui res, s. aream, ff. de  
solat.

Secundum, quod ita demum competit exceptio instituto in primo, si possideat primus hæreditatem, & clariss. Salyc. explicat in vers. sed non propterea, quod voluit, & Bart. & omnes sentiunt, sed nemo melius ipso declarat, ut etiam facit Castr. d. l. nostram  
num. 2. ut infra ponderabitur, & hoc est quod dicit text. quod exceptio ex persona ejus, qui opponit, estimatur, scilicet possidentis, non aliter, quia personalis est, ut omnes DD. prædict. tradunt, nec mi-  
42 rum, quia in dubio, si confecta sint plura testamenta, in quibus diversi sint instituti, nec sciri possit, quod fuerit posterius, si unus ex scriptis hæreditibus possi-  
deat, ei dimittenda est hæreditas ratione possessionis tanta est possessionis vis, ut post inumeros decla-  
rat Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 793. vers. declara-  
43 tur sexto, & cum Salyc. firmat optimè Alex. post  
sum. 7. vers. in ea, ubi sequitur reprobare solut. Gloss.  
dicentis, quod versic. nes pugnatur d. s. testamento, re-  
feratur ad primum casum de arrogato, non ad versi-  
culum non fecas, idque juris rationibus, concludit,  
pen. solut. Gloss. ibi, vel loquitur, esse communiter ap-  
probata, & n. 8. reprobat opin. Bald. dicentis, quod  
in casu d. s. testamento, licet possit quod exceptio  
nem tantum, id intelligitur de jure civili, secus de  
jure prætorio, quo datur etiam actio, scilicet bono-  
rum possesso instituto in primo, quam opin. contra  
Bal. similiter, & in vers. præterea ista soluta, clare in-  
nuit, exceptionem ita demum competere scripto in  
primo si possideat, non aliter, idemque Jafin. in d. l.  
sancimas in fin. ubi concludit text. in d. s. testamento  
non contradicere d. l. sancimus, nam testator fecit pri-  
mum testamentum deinde fecit secundum, an illud  
secundum tollat primum, text. non decidit, sed id  
tantum, quod si testator incidat secundum testamentum,  
ut primum valeret, cum primum fuerit subla-  
tum per secundum, ut in d. l. sancimas non refusci-  
tur ipso jure, sed ope exceptionis tantum, sequentur  
etiam Canonistæ, ut sunt Anchæ. & Francæ in c.  
penali. dec. præbis 6. in specie ita declarantes d. s. te-  
stamento, versic. non fecas, quod declarando sequitur  
Tiroqua. ad l. si unquam, vers. revertatur, n. 307. vers.  
43. in id etiam citans Arctibid. & Jo. Andr. quibus ac-  
cedit Purpuratorum decus, Illustrissimus Manteua,  
de conject. alii. volum. lib. 1. 2. tit. 1. n. 43. Unde cum  
opin. Gl. & Bart. concurrent, & pro eo pugnant tot  
legum vertices, qui testantur eam communem, num  
44 est curandum de opin. Nicol. de Mattar. quem se-  
quuntur Bald. ia d. l. sancimas, Falgos. & Castrensi.  
qui non disputat num. 5. in fin. dicens, hæredi in pri-  
mo testamento competere etiam actionem de jure  
prætorio, quos ex modernis sequantur, Menoch.  
conf. 176. num. 8. lib. 2. qui licet conetur defendere  
opin. Bald. etiam invitus refert Salyc. dicantem, con-  
trariam cum Gloss. esse communem, nec ipse hoc ne-  
gare potuit; quinimò expresse fatetur n. 9. in fin. au-  
te vers. non obstant, Eugen. conf. 5. 9. num. 19. Vasquis  
de success. creas. lib. 2. ff. 15. num. 18. Cr. seq. & no-  
vissimè Racbin. controv. jaris lib. 5. cap. 93. qui simili-  
liter innuit, communem esse cum Gloss. quamvis  
ipse disputationis gratia, conetur opin. Bald. sub-  
stinet,

tinore, & quasi novum intellectum dare ad d. s. testam.  
mento, in vers. nec putaverit, qui fuit unus ex intellectibus traditis à Gl. in d. l. sancimus, & quem omnes DD. & nuncupatim Alber. in d. s. testamento, vers. ibi nec putaverit, & Alex. in d. l. sancimus n. 7. reprobauerunt juris rationibus, quibus ipse non respondebat, eo magis cum Paul. de Cast. quasi perfunctoriè hoc dicat in d. l. sancimus, sed in l. nostram 30. post p. 2. expressè approbet intellectum Gl. & communem ad d. s. testamento, secundo responso, re, ut is dicit examinata, in vers. duo veniunt examinanda, ubi verbis aureis firmat, primum non reconualescere ipso jure, sed ope exceptionis, & similiter secundum ea ncellatum non tolli ipso jure, sed ope exceptionis, quæ solùm competit scripto in primo, dummodo possideat, & eam, opponat, alias obtinebit scriptus in secundo, & sic apertissimè Cast. decidit pro nobis: nec rationes, quibus utitur Menoch, 45 quicquam obstant; primo enim dum num. 8. vers. & in specie nostro, dicit opin. Gloss. & communem, ut scripto in primo competit tantum exceptio, non actio procedere, cum nuda tantum extitit voluntas testatoris scilicet tacita, incidendo secundum testamentum, securus autem in expressa, cum, codicillis, se cum primo testamento mori velle declaraverit: si 46 quidem replicatur, quod non minus nuda voluntas dicitur illa, quæ nuda est à verbis quam illa, quæ caret ea solemnitate, qua præcedens voluntas fuit vestita, Gloss. est communiter probata in l. 1. ver. literas, C. de codicill. & in l. 3. §. ult. in verb. nuda, ff. de adimend. legat. quæ inter alia citat tex. in l. bac consuetissima, §. si quis autem, C. de testam. ubi favore ventientium ab intestato prius testamentum jute perfectum revocatur coram quinque testibus nuda voluntate, speciali ratione, ut ibi declarant omnes, & sic nuda voluntas dicitur illa, quæ exprimitur in codicillis post testamentum, & Bart. in d. s. fin. in sumponit, ut diversa, nudam voluntatem, vel tacitam, ut quæ est etiam sine solemnitate, & ratio est, quia mutatio testamenti, quatenus pertinet ad hæredum institutiones, non sit sola voluntate, sed requiritur 47 alia testamenti factio cum omnibus solemnitatibus, l. hæredes palam, § sed si quis post ibi, omnia ex integræ facienda sunt, ff. de testamentis, ubi Gloss. verb. omnia post medium vers. quod ergo citat concordantes ubi Bal. notat, non posse mutari hæreditis institutionem, nisi cum solemnitate retrosimili, l. militis codicillis, §. veteris, ff. de milite. testam. & alios affert, Jes. in d. l. sancimus post num. 15. vers. secundo limita, 48 quinimo in terminis, actus incisionis testamenti, de quo habetur in l. nostram, C. de testam. est potentior, quam actus verbii, ita in specie, Cast. ipse, cuius opin. tuetur Menoch. in d. l. nostram, num. 6. in fin. sequitur Alex. in d. l. nostram post num. 2. vers. fateor, quod plus, & c. ubi ante eos Angel. post num. 2. vers. sed h̄ dixit testator. & ante eos Gloss. in §. non tamén, vers. perfectæ post medium, vers. sed in istis, iustit. quib. mod. testam. infirm. & in specie, quod cancellatio dicatur nuda voluntas, non ex alio, nisi ex eo quod careat solemnitatibus, tradit Rimini jun. in leg. postbmo, num. 272. C. de bonor. posses. contra tab. Et regulariter plus operatur voluntas expressa factio 49 quam verbis: præterea ratio Menoch. aperte confunditur ex his, quæ tradunt omnes DD. citati pro opin. Gloss. contrà Bald., qui omnes dicunt, quod cum primum testamentum sit sublatum per secundum, ipso jure ex dict. leg. sancimus, non potest per voluntatem minus solemnem suscipiari pri-

mum, ut Jason. optimè explicat.

Secundò, dum Menoch. ut evitaret doctrin. Salyc. dicit, illius theoretam debere intelligi secundum opin. Bald. ut non detur actio ex primo de jure civili, securus autem de jure prætorio hoc non est respondere, sed destruere, cum loquatur contrà expressa verba Salyc. qui ullam omnino dari actionem negat, & bene scivisset Salyc. dicere dari actionem de jure prætorio, vel se cum Bald. prout passim solet sentire, & quod Salyc. expressè teneat contra Bald. testis est mihi locupletissimus Alexand. in d. l. sancimus, num. 8.

Tertiò non obest, quod subiicit Menoch. d. n. 9. in vers. præterea, & tertio, dum dicit, hæredes institutos in secundo, quos supponit in casu suo cœpisse 50 possessionem, non mereri dici possessores, siquidem injustè censentur apprehendisse possessionem ex secundo testamento revocato per codicillos, idque ex Bart. in d. s. testamento, in fin. ibi quæro quid si nemo, quem sequitur Joseph. Ludov. commun. opin. tom. 3. de testamen. conclus. 2. cart. mibi 565. Menoch. enīm præsupponit pro constanti id, de quo disputatur; nullo modo potest dici injusta possessio, quæ jure permittente apprehenditur, & apprehensa sovetur, argumento, l. iuste possidet, & si vera esset assertio Menoch. nunquam posset practicari tex. in d. s. testamento, & inanis esset DD. distinctio supra relata, dum dicunt, denegari actionem instituto in primo, adversus institutum in secundo, si is possideat, certum est enim, eos præsupponere ipsum possessionem cœpisse, nec ad rem facit doctrina Bart. in d. s. testamento, in fin. vers. quæro quid si nemo, quam siccio pede refert Menoch. de adipiscend. posses. remed. 4. q. 83. num. 698. siquidem, ut supra probavimus, in 51 ter alia, quod plus habet virium incisio secundi testamenti, quam nuda voluntas expressa in codicillis, est hoc ut inciso, vel cancellato secundo testamento, ut primum valeat, non possit dari instituto in secundo remedium l. fin. C. de edit. divi, in quo exigitur scripturam nullum habere vitium in apparentia, quæ ratio cessat, cum secundum testamentum revocatur nuda voluntate in codicillis, quibus sicuti hæreditas adimi non potest ita pariter, cum ipsiis codicillis nullum vitium irrogetur testamento, quod adhuc remanet in sua forma intactum, & illæsum, & ex quo actio etiam oritur, ut dicti DD. dicunt, proinde nihil impedit potest, quin hæredi scripto detur immissio.

Quarto, in casu Menoch. ipse ponderat ex pluribus facto, & verbo expressis, testatorem voluisse omnino cum primo voluntate decidere super quod ipse potissimum fundat suum responsum, num. 5. in primo fundamento, & n. 8. vers. & voluntatem, at in casu nostro adest solus, & simplex codicillus, quinque testibus tantum adhibitis, cum priorem voluntatem ad beneficium Ducis, quam codicillum Notarius appellavit cum vere esset testamentum, septem testibus solemniter consulto raboraverit, & post hunc codicillum adest alia dispositio tota, & integra ad beneficium D. Duci, ex qua omnis cessat dubietas, ut infra probabitur quatenus autem, Menoch. num. 10. conetur respondere ad regulam, l. qui res §. aream, ff. de solut. quæ affertur pro commun. opin. illam limitando quod interdum res semel extincta revivit illicit quamvis ejus declarationes facilis negotio dilui possint, coacervatis in propriis terminis circa dict. §. aream in l. qui res per Riminald. jun. in l. postbmo, n. 240. cum seq. & iterum num. 288, in

*in fin. & num. 311, C. de bonor. possess. contr. tab.*  
 ubi optimè probat, quod in his, quæ sunt ipso jure  
 sublata, non datur regressus ad pristinam formam  
 ullo modo, quia illa non est amplius in considera-  
 tione, & quod actus non possit reconvenire, ex  
 quo effectus est jam consumatus, non indigent ta-  
 men replicatione, siquidem cum habeamus casum  
 particularē d. s. sed si quis, post h. heredes potūm,  
 ibi, nisi omnia ex integrō fiant, & in d. l. sancivus,  
 juncta doctrina Ang. sing. in proposito in dict. leg.  
*nefra*, verf. si vero condidit aliam, C. de testament.  
 non est recurrendum ad generalia. Sed ut intelle-  
 53. Etus in hoc articulo conquiescat, legendus est  
 idem Angelus verè angelica ore loquens & distin-  
 quonis fēdere omnes casus, & jura concilians,  
 ita ut nullum alium reliquerit dubitationi locum,  
 is enim in cons. 108. incip. ista quæstio, ex facto con-  
 sultus in hac materia num. 2. in fin. subjicit hęc verba,  
*quid dicimus & difficile est, & aliis exordior istum*  
*pessum, & incipit distinguere, aut testamentum va-*  
*lidum ab initio, testatoris facta infirmatur, aut*  
*absque facto testatoris, non enim loquitur Angel. de*  
*testamento, quod ab initio est nullum ob inhabili-*  
*tatem personæ testantis, de quo loquitur in l. 1. §.*  
*1. ubi Gloss. in verb. duroverit, Bart. & alii, ff. de leg. 3.*  
*primo. casu, quando infirmatur facto testatoris,*  
*subtinguit Angel. aut infirmatur ope exceptionis,*  
*aut quia testator fecit secundum testamentum post*  
*primum, quasi dixerit, aut illud impedimentum*  
*supervenit facto testatoris, sed ex ipsius voluntate,*  
*tacita tamen, non ad hoc principaliter ordinata, ut*  
*qui intervenit aliquis actus contrarius voluntarii,*  
*tacitus non habens debitas solemnitates, aut verò*  
*intervenit actus contrarius expressus, & solemnis,*  
*ut distinguit, etiam expresse Alber. in d. s. testa-*  
*mento, post med. his verbis, & ratio, quia in primo.*  
*casu non intervenit mutatio voluntatis expressa, in*  
*secundo verò sic, exemplum primi casus, dicit Angel.*  
*est in eo, qui post testamentum se dedit in arrogan-*  
*tionem, & tunc cessante tali impedimentoo, puta per*  
*emancipationem, reconvenire ipso jure testamen-*  
*tum, si posterior voluntas accedat testatoris de-*  
*clarantis, si velle primum testamentum valere, tunc*  
*enim hoc testamentum redditur integrum, tam*  
*quoad agendum, quam quoad excipiendum, &*  
*confirmatur testamentum per omnia sic ruptum, &*  
*tunc illa voluntas declaratoria debet saltim habera-*  
*quinq̄ testes, & ita ait Angel. procedit d. s. testa-*  
*mento, in primo responso, juncta Gloss. in verbo alii,*  
*litteris, à quo, ut hoc illi addam, declarationem reci-*  
*pit §. non tamen, institut. quib. mod. testament. infirm.*  
*quem intelligit Gloss. in verbo fuerit, si aliquo in-*  
*ditio voluntatem primam retineat, quam commun.*  
*probari, testis est ibi Christoph. & firmant Alber.*  
*Bart. & alii in l. conficiuntur, §. si post. ff. de jure co-*  
*dicill. quamvis non ignorem, alios diversos intelle-*  
*54. Etus à DD. tradit. ad d. s. non tamen, ne videatur*  
*obstare d. s. testamento, sed iste est verus, & comm.*  
*& ratio est quia ibi testamentum per capitis dimi- nui-*  
*tionem non fuit ipso jure sublatum, sed dumtaxat*  
*exceptionis ope, & ideo reconvenire, quoad utrum-*  
*que effectum agendi, & excipiendi, & bene declarat*  
*Rimin. jun. in dict. leg. posthum. num. 271. exemplum*  
*verò secundi casus, subdit Angel. cum testator fecit*  
*post primum, aliud secundum testamentum tunc nō*  
*confirmatur primum ex posteriori voluntate, adve-*  
*niente post secundum testamentum, sed tantummo-*  
*do paratur exceptio contra iustitios in secundo,*

volentes hæreditatem aveare, scilicet ab institutis  
 in primo possidentibus, & ita dicunt procedere d. s.  
*testamento, in secundo responsi vers. non secus, & hic*  
*propriè est casus noster. Et ratio diversitatis inter*  
*primum casum, & secundum in d. s. testamento, est illa*  
*quod in primo casu de arrogato, testamento ipso jure*  
*non dissolvitur voluntas, non extinguitur; sed*  
*tantum cessat, & obumbratur, & videatur esse casus*  
*apertus in §. hoc autem casu, institut. quibus mod. testa-*  
*mēt. infirm., etenim ibi Justinianus cum prædictis*  
*testamenta capitis diminutione irritari, atque in-*  
*firmari, subdit, Hoc autem casu irrita fieri testamen-*  
*ta dicuntur, cum alioqui, & quæ rumpuntur, in irri-*  
*ta fiant; ergo sumatur consequentia; testamenta ca-*  
*pitis diminutione irritata, vere non rumpi, non dis-*  
*solvit? Quod idem, & notabiliter quidem, apartiū ad*  
*illis §. paraphrasim detexit græcus auctor. Tbe-*  
*ophilus aureis verbis, Sed neque vitium irriti, testa-*  
*mentum dissolvit, si contingat, ut testator capit's de-*  
*minutionem, quam subjerat; effagiat, & per text. no-*  
*strum comprobatur, ibi, voluntas, quæ defeceras, &*  
*proinde non mirum, si ex novæ voluntatis indicio,*  
*coram quinque testibus declarata, judicio recenti*  
*rediisse intelligitur, ut ex l. humanitat. in verb. ces-*  
*set, C. de impub. tradit Bart. in l. ex facto, num. 40.*  
*quem inibi sequent. Cuman. Alexand. Ios. & Seyell.*  
*col. pen. dicentes esse comm. ubi Ripa num. 102. ff. de*  
*vulg. & pup. cum aliis per Rimini, in d. l. posthum. num. 226. & 288. In secundo vero casu per secun-*  
*dum testamentum funditus extinguitur, sive rum-  
 54. pitur primum, §. posteriore, Instit. quib. mod. test. in-*  
*firms, cum similibus ex quo Vigilius in dicto §. dixie,*  
*omniū superfluas esse Notariorum cautiones, qui*  
*prioris testamenti revocationem secundo ingerunt,*  
*ex eo, quia secundum dicitur canon late tentiæ,*  
*& denotat ipso jure l. in criminali, C. de juristi. omn.*  
*jud. cum aliis à Tiroquell. in l. si unquam, verb. rever-*  
*tatur, num. 17. ubi testatur de comm. C. de revoc. donat.*  
*Rimin. ubi supra, num. 238. Secundum verò caput*  
*principale, cum testamentum rumpitur ipso jure sed*  
*absque facto voluntario testatoris, ad hoc scilicet*  
*ordinato, ut cum rumpitur testamentum nativi-*  
*tate posthum, quod accidit contra, vel præter testa-*  
*toris voluntatem, l. 1. ff. de posthum. hered. instit. tunc*  
*Angel. iterum subdistinguit, quod aut per aliqua in-*  
*ditia constare potest, testatorem voluisse cum eodem*  
*testamento decedere, ut quia dixit, jam feci tale te-*  
*stamentum, quod volo valere, vel alia verba æqui-*  
*pollentia proculit, & tunc reconvenire testamen-*  
*tum ruptum agnatione posthum, de quo testator*  
*non cogitavit; si autem non adiungit hujusmodi indi-*  
*cta, sed tantum allegatur, quod testator potuisse mu-*  
*tere, si voluisse, & hoc non sufficit, ut testamentum*  
*reconvalescat, quod latius Angel. explicat ibi, & in*  
*l. prima, C. de codicill. num. 3. quæ omnia sunt lub-*  
*tilia, & notanda, ex quo appetet planus sensus*  
*ad dictam leg. 1. C. de codicill. quamvis Angel. illam*  
*non alleget, videbatur enim adversari, d. s. testamen-*  
*to, non enim est micum, quod ibi rupto testamento*  
*nativitate posthum, & sic ipso jure, reconvenire ex*  
*novæ voluntatis inditio, etiam quoad agendum, non*  
*tamen ita ut agatur ex confirmato testamento, sed*  
*ex nova voluntate confirmante, ut in terminis d. s.*  
*testamento, in secundo responsi, firmat ibi Alber. post*  
*med. ver. sic. in Gloss. quæ tamen habent, Nutra cons.*  
*483. num. 16. & post num. 17. & conf. 527. num. 9.*  
*in fin. & proinde non substitetur dispositio directa,*  
*sed per obliquum, ut optimè præ ceteris explicat*  
*ibi*

ibi *Castr.* in fin. num. 5. quod secus est in d. §. testamento, ubi postrema illa voluntas non prodest ad agendum; sed parat tantum exceptionem personalem in primo, si possideat, ut supra, quia quamvis in primo casu d. §. testamento, agatur ex confirmato, in secundo tamen casu agatur ex confirmante ut in casu dict. l. 1. C. de codicill. quæ, cum non sit efficax ad producendam actionem, ut evenit in casu dict. l. 1. ex hoc etiam sequitur, ut cum instituto in primo de- negetur actio, per necesse non valer dispositio in vim fideicommissi, & sic per obliquum, nam alioquin si saltim hoc modo valeret, per necesse daretur actio, imò actiones à jure proditæ ad consequendum fideicommissum, & sic ex diversitate decisionis inter text. in l. 1. C. de codic. & dictum §. testamento, in se- cundo responso, in versic. non secus, clarissimè probatur in casu d. §. testamento, non reviviscere disposi- tionem, neque ut valeat in vim fideicommissi, si quidem hæc expressa constituitur differentia, inter unum casum, & alterum, ut scilicet in casu d. l. 1. in- stituto in primo concedatur actio, ut valeat disposi- tio per obliquum, ut probatur ibi: *Prætor nibil con- tra jus fecit, si novissimam ejus voluntatem sequutus, relictum testamento Reipublica fideicommissum, ut ex codicillis relictum, praestandum esse pronun- ciavit, & declarat* *Gloss.* in verb. *judicium*, & DD. ibi, inter quos *Castrens.* num. 4. in fin. dicit, quod valet, ut ex nunc, non ut ex tunc, idest agitur ex ista voluntate confirmatoria, non ex prima confir- mata, ut latius etiam notat ibidem *Alexand.* in tertio notab. & quamvis idem *Castrens.* num. 5. dum op- ponit de d. §. testamento, dicere videatur, diversum esse in casu d. §. testamento, ut ibi agatur ex primo testamento confirmato, non ex confirmante, lo- quitur tamen expressè respectu casus contenti in primo responso d. §. testamento, de testamento rupto ex capitib. diminutione, quia testator dedit se in arrogationem, & nihil penitus loquitur de secun- do responso in vers. non secus, imò dum dicit, quod in dicto casu de arrogato, testamentum convale- scit de æquitate præatoria, si constat, voluisse decidere cum eodem testamento, & subjicit voluntas hoc non dat, sed declarat, & aliqua verba verè aurea, clarissimè sentit, aliud esse cum testamentum pri- mum rumpitur ipso jure, quod tamen est intelligen- dum cum distinctione *Angel.* quod aut est ruptum contra voluntatem testatoris, & tunc resurgit, ut val- eat per obliquum, ut in casu d. l. 1. C. de codicill. aut ex facto voluntario testatoris, & tunc datur tantum exceptio, non autem actio, ut in d. §. testamento, in secundo responso, & ratio diversitatis inter unum 55 casum, & alterum, est illa, quia fortius lex succurrit ei, qui mutat statum invitus, ut facilius reconvale- scat ejus dispositio, quam ei, qui aliquid facit sua sponte voluntarie. l. fideicomissa, §. si rem, ff. de leg. 3. & tradit in terminis, citans d. §. testamento, Bart. in l. si quis filio, §. quatenus, ff. de iustorupto, l. mol. in l. is cui bonis ad finem, ff. de testamento.

Ultimò præsens casus dicitur esse extrà omnem dubitationem ex facto notorio, quo attento, non esset necesse discutere præcedentes juris articulos; siquidem multifariam dispositio facta in codicillis in beneficium Mariæ fuit ex clara, & enixa voluntate testatoris, verbis, & factis manifestè declarata, peni- tius, & omnino revocata, & irritata.

56 Cum tamen satis constet, fideicommissum, quod ex dispositione facta in codicillis, ad sum- mum juxta adversantium prætensionem, induci

potuisset, nuda voluntate revocari posse, leg. 3. §. fin. l. ex parte, ff. de adim. legat. *Gloss.* in leg. mi- litis, §. veteranus, ff. de mil. testament. *Gloss.* in l. bæredes palam 21. verb. omnia, versic. sed contra eum, ff. de testament. *Angel.* *Paul.* & reliqui in l. no- stram 30. C. de testament. *T'besaur.* jan. lib. 1. qq. forens. 57 cap. 56. num. 19. ultima enim voluntas nutu fieri potest Bart. in l. ubemus 29. C. de testament. & tamen certum est, nutu declarari voluntatem, conjectu- 58 rali, & præsumpto quodam modo, & proinde gene- raliter nutu hæres institui non potest, cum in hære- dis institutione lex requirat certitudinem, ut pluri- bus relatis, probat *Mantica de conjectur.* lib. 4. tit. 4. n. 6. sed nutu fideicommissum inducitur l. nutu, ff. de leg. 3. l. in epistola, C. de fideicommissum. *Corn. conf.* 256. lib. 4. *Aret. conf.* 7. l. col. 1. latè *Peregr. de fideicommissum.* art. 1. 59 n. 45. & latius art. 9. conjecturæ enim in fideicom- missis habentur pro expressa voluntate, l. unum ex familia, §. si omisita, & §. fin. ff. de leg. 2. ibi, rectè da- tum, & minus scriptum intelligitur, & sufficit quo- modocunque de me appareat, l. cum proponebatur ff. de leg. 2. latissimè *Petr. de fidicomm.* q. 9. num. 21. 60 in fin. vers. & sufficit cum seq. & per quæcunque verba etiam enunciativa *Sard. decisi.* 232. nu. 6. unde eodem modo dissolvitur, seu revocatur, maximè cum ademptio fideicommissi favorabilis de jure cen- seatur ex J.C. in l. si fuerit, ubi *Castrens.* & *Socin.* in 5. notab. num. 5. de reb. dub.

Hic autem adest expressa voluntas declarata plu- ries, diversis vicibus coram diversis personis, quod Ducem universalem hæredem instituere volebat, quem tandem, maxima præhabita deliberatione, in ultimo testamento sibi hæredem fecerat, quod etsi morte præventus, solemnibus munire non potue- rit, apparet tamen ex eo, non tacita, & præsum- pta per nutum, sed expressa voluntas, ex qua li- cetur in foro fori non pariat effectum, ex defectu for- 61 mæ requisitæ à jure civili, tamen probat voluntatem testatoris, ita ut ad multa sufficiat, ut docuit Bart. in leg. fideicomissa, §. 1. ff. de leg. 3. quod si ad multa sufficit, sine dubio, plus nutu, quod fidei- commissum revocatur, operari debet; siquidem & majorem producit effectum, cum & relicta in non solemnni testamento, de quo verè constet per duos, 62 aut tres testes, in foro conscientiae deberi, & si hæ- res, vel legatarius nactus sit possessionem, possit salva conscientia possidere, cum tale testamentum substineatur lege naturæ, & conscientiae, quæ in corde loquitur, & defuncti voluntatem ex præcepto di- vino servari jubet, & ob id competere etiam possi- denti exceptionem, quia possidet rem sibi naturali- ter debitam, post Bart. in l. nemo potest, num. 18. ff. de leg. 1. in fin. probat *Mantica de conjectur.* aliam. lib. 2. tit. 14. ex num. 9. & præsertim num. 16. vers. sed considera, ubi de commun. DD. sententia probat ex testamento non solemnri veram naturalem obli- gationem oriri, quæ est juris gentium, quo jure nulla alia solemnitas exigitur, ubi aliquid duobus testi- 63 bus probari potest, ex quo & illud sequitur, quod cum exceptio, de qua in l. penult. §. testamento, ei tan- tum competit, qui ultimam habet testatoris volun- tam, ut aperte notat Bart. in dict. §. testamento, *Bald.* in l. *sancimus,* num. 5. C. de testamenti. *Cuman.* in l. bæredes palam, num. 6. ff. de testamenti. quam Du- ci dumtaxat, non autem Mariæ suffragari est absolu- tum, ullo modo potest Mariæ opitulari decisio dict. §. testamento, cui ademptum quoque fideicommis- sum, quatenus ex codicillis conferetur injunctum ad

ad ipsius beneficium, ex inimicitia ortis inter testatorem, & Mariam post codicilos ex gravi causa, dubitari non potest ex eo, quod Maria enixa rogata a testatore, quod filiam nuptivi tradiceret Leonardo Ravascherio renuerat cum illo filiam collocare, quem pro unica filia sibi prius testator, generum, ut filium ex propria familia delegerat. quod multifariam testator ostendit ad animum maxime revocasse, ex quo solo, fideicommissum censeri revocatum clare habetur in l.4. §.fin. & l.ex parte, ff.de adim, legor. latè Mantica de conjectur. lib.12. art.5. adeò ut, etiam si cum fratre testatoris inimicitiae contraherentur, fideicommissum censeretur ademptum, cum ad fraterem viderentur estensis, ut latè Peregr. de fideicom.

64 65 art. 18. in fin. quod procedere etiam si culpa testatoris intercesserit, & quod duobus testibus probari possint, latè Cons. de Anna sing. 688, quod si solæ inimicitiae hoc efficerent, etiam si nihil extrinsecus declarasset testator ex sola juris presumptione, ut declarat Mantica d.art.5. quād fortius in presenti causa, ubi voluntatem contraria manifeste ostendit

66 testator, tam ex ultimo testamento, ex quo licet nullo declaratur voluntas, ut per Bal. in d.l.sancimus in princ. C. de testam. Guid. Pap. decis. 200. & in terminis probat Mantica lib.2. tit.15. n.19. quād etiam ex insignibus regalibus, quibus utuntur titulo decorati, quas depingere, & sculpere fecit testator in suis domibus, & capella, ut exp̄s̄ ostenderet D. Ducem, qui solas hujusmodi insignibus uti poterat, sibi hæredem delegisse, & ex tractatu, quem fecit de emenda terra Filogasii, ingenti pretio majorem suarum facultatum partem absorbente, in beneficium Ducis, & ex aliis, quæ c. tr. jus, & nomen hæredis universalis fieri non poterant, verbis, & factis reiteratis, declarando in hac ipsum, voluntate persistere, ex quibus omnino codicillum, & in eo disposita adempta, & deleta, quilibet discretus judex arbitrabitur, & præsertim, cum simus in S. C. & sic coram supremo

67 magistratu, qui cum ex lato arbitrio judicet; pot. rit fidem adhibere huic ultimo testamento, etiam non solemnni, & secundum ejus conscientiam judicare, cum ipse sit supra jus, ut observat Decius consil. 632. casus de quo queritur in fin. & contraria procedunt coram inferioribus, ut per Gram. decis. 62. n.29. & de

68 potestate Principis in judicando, & consilii supremi, Principem representantis, videndus omnino Affl. in c. 1. incip. regalia, n.74. 77. 78. & in terminis in materia testamenti, n.113. Quæ sint regal.

## DECISO.

**D**iscussa causa in S.C. ad relationem Consiliařii Pōponii Salvi, junctis Consiliariis duarum aularū, numero decem, de anno 1613. & cognita justitia etiam causæ principalis in petitiorio, fuit impertitus terminus in causa, & interim Princeps conservatus in possessione: à quo decreto, licet reclamasset D. Maria, fuit denegata audience, & provisum per quatuor seniores Consiliarios, qui tunc temporis regabant officium Præsidis S. C. non esset locum reclamacioni prædictæ, ut ex actis in Banca de Felice.

Lis hæc postea, informante Principe, contradicentibus Advocatis, transactione fuit terminata, scilicet, ut æquè sibi, partes ipsæ hæreditatem dividarent, ut sequutum est die 8. Septembris, & 26. Octobris 1613. ex instrumento rogato manu Notarii Casaris Benincasa.

## SUMMARY.

1. *Vdice coram suspecto litigare periculosum, præfertim inimico, & infenso.*
2. *Arbitrator est, qui eligitur, tanquam omicabilis compositor cum potestate procedendi absque ordine judicario.*
3. *Arbitrarius vero dicitur, qui judicare debet de jure tantum.*
4. *Arbitrarius recusari potest, præfertim ex causa de novo supervenienti, & n.47.*
5. *Arbitrator etiam legitimè recusatur de comm. & ita decisum.*
6. *Arbitri, notio rem tantum, non jurisdictionem, habent.*
7. *Arbitri non sunt verè judices, licet judicium loco habeantur.*
8. *Jurisdictione, privatorum consensu tribui non potest.*
9. *Causa longè minor sufficit ad repellendum arbitrum, quam ad recusandum judicem, & n.48.*
10. *Argumentum affirmativè valet, causa sufficit ad repellendum judicem; à fortiori valet ad removendum arbitrum, consultorem, actorum Notarium, & similis, secus negative.*
11. *Arbitro coram litigare, agitur de majori præjudicio, quia habet pleniorē potestatem.*
12. *Recusationes arbitrorum, & arbitratorum sunt decidenda secundum jura communia, non autem secundum rigorem nostrarum Pragmaticarum.*
13. *Judicium humanum corrumpitur quatuor modis.*
14. *Suspectus est, qui se ingerit.*
15. *Judex affectans in se compromitti, justè recusatur.*
16. *Judex potest monere potius, quam cogere partes ad concordiam.*
17. *Judex suffraganeus litiganis, redditur suspectus.*
18. *Judex minimum favens uni ex paribus, legitimè recusatur.*
19. *Judex nimis animosè procedens, & qui unum ex collitigantibus pluries gravavit, redditur suspectus.*
20. *Judex à quo appellatur in uno articulo, etiam non docto de gravamine potest ab appellante in aliis causis, & articulis recusari, præfertim si revocavit ad animum, n.21. 34.*
22. *Odium non est necessè ostendi, sed sufficit in materia recusationis adesse causam odii, etiam si sit causa iusta.*
23. *Judex, qui votum propalavit, vel aliter sui animi detexit, recusatur.*
24. *Consensus litigantis coram judice non impedit recusationem, quandū causæ de novo superveniant.*
25. *Causa de novo superveniens post conclusionem in causa, admittitur jure communis, quinimod etiam si de nova superveniat ad notitiam, & n.51.*
26. *Exceptio qualibet, quæ de novo supervenit ad notitiam, præstito juramento ignorantia, opponi potest, & præfertim recusatio.*
27. *Mediator, vel proxeneta non admittitur in testem, nisi utraque parte consentiente.*
28. *Mediator foriis repellitur a judicando.*
29. *Judices plures reperiuntur, quam testes, qui scire possint factum.*
30. *Mediator dicitur etiam, qui gratis, & sine salario operatur, quia naturale est, ut quis assequatur ejus rei finem circa quem versatur.*
31. *Amicus qui partes occasione amicitiae ad concordiam deduxit, repellitur a testificando.*
32. *Judex, & testis quis esse non potest in eodem negotio. Et maximè, ubi non ogeretur de simplici declarazione,*

- tione, sed de nova interpretatione, n.33.
- 35 *Arbiter, vel iudex ex recurso habito adsuperiorem, & conquestu gravaminum, injuria afficitur, & maximè in gravibus negotiis, n.42.*
- 36 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex postea gestis, & ex conjecturis probatur, n.41, & 46.*
- 37 *Reclamatio tanti admittitur, à sententiis, & decretis Senatus per viam supplicationis.*
- 38 *Decreta Mag. Curia, Tribunalis ordinarii inferioris purgato gravamine per S. C. eidem remittuntur, licet aliud esset servandum de jure.*
- 39 *Animus malus in iudice, probato gravamine præsumitur, etiam jure civili, n.40.*
- 43 *Inimicitæ præsumptæ sufficiunt ad recusandum iudicem, etiam si dissimulet, & levius causa sufficit, n.44 & 45.*
- 49 *Princeps debet revocare licentiam concessam senatori, quod procedat ut arbiter, dum cognoscit illum eum abutis, gravamina inferendo.*
- 50 *Approbatus ad officium, debet removeri ex causa supervenienti.*
- 52 *Dolus, & macinatio ex insolito modo procedendi, & cautela adhibita, insurgunt.*
- 53 *Verba præcedentia determinata, declarant, & restringant sequentia.*

## ARGUMENTUM.

*Arbiter, & arbitrator recusari possunt ex causa supervenienti, & fortè facilius, quam judices, nec arbitrorum recusatione alligantur rigorosis Regni Pragmaticis, De suspicionibus officialium, de pluribus recusationum causis, & quomodo iudex, qui gravavit, & à quo est appellatum, veluti injuria affectus, possit in cæteris recusari, & de odio præsumpto de proxeneta, & mediatore, quando possit esse testis, vel iudex in causa, etiam si velut amicus absque premio egerit de concordia inter partes, & de sententiis Senatus, sive Praefecti Praetorio.*

## Nova additio pro Duce Cardinali contra Mariam Ravaſcheriam.

## CONTROVERSIA XXXIX.

**Q**uam periculose sit coram suspecto iudice litigare, nemo est, qui ignoret cap. *cum inter, de exceptione*, & maximè in eo, qui cum crederet amicabilem compositorem, qui ex æquo, & bono controversias amicè diffiniret, infensum tamen inimicum in omnibus expertus est, idcirco Dux Cardinalis coactus fuit, Dominum Consiliarium arbitrum, sive arbitratorum electum recusare.

2 Ut arbitrator enim videtur electus, dum in prima capitulatione leguntur ea verba: *eligemus per nostram amicabilem compositorem, il quale possa determinare senza ordine judicario*, Innoc. in cap. *quintavallis*, n.4, ubi cæteri de jure jurand. Bart. & reliqui in *I. societatem*, §. *arbitrorum*, ff. *pro loco*, arbiter vero, dum in altera scriptura dicitur, quod valeat procedere de jure, & de facto, verum in sententiando de jure tantum, ex quo videtur, ut arbiter electus Bart. in d. §. *arbitrorum*, n.9. *Imol.* in d. cap. *quintavallis*, num. 20. *Gail.* lib. 1. *præf. obser.* cap. 150. num. 4. & 5. *Bazillus* *decis.* Bonon. 63. num. 16. vel habere mixturam utriusque, ut sentit *Præf. pap.* in form. *libell. comp.*

prom. §. *terminandi*, num. 3. sed quisquis is sit, fit cut absolutum est, arbitrum recusari posse, præsertim ex causa de novo supervenienti text. clariss. cum *Gloss.* in l. non distinguemus 37. §. cum quidam, ff. de recep. arbitr. quia sicut ex causa arbiter potest arbitrium susceptum deserere, ita compromittens arbitrum electum recusare, l. liceat 16. cum *Gloss.* ubi omn. eod. tit. sic etiam vera est opin. *Panorm.* in d. cap. *quintavallis*, num. 12. & *Imol.* num. 27. etiam arbitrarem posse, ut arbitrum recusari, quam etiam esse comm. & receptam probat, post *Præpos. Franc.* *Dec. Baptiſt.* *Peruf.* *Lanfrancb.* & alios *Hispan.* *Ayora de partition.* *bonor.* part. 1. cap. 4. num. 9. & alii recensitis, comprobant, & decisum plures testatur *Garz.* *Mastrill.* *decis.* 91. d. num. 4. ad fin.

6 Et quoniam hujusmodi arbitris parendum est propter compromissum non ex jurisdictione illis à jure tributa, cum solam notionem habeant, ut scribit *Coras.* in *l. illicitas*, §. *ultimo*, num. 5. ff. de offic. *præsob* quā notionem non sunt verè judices. quamvis judicum loco habeantur, & interdum judices appellantur, l. qui neque, ff. de judic. quandoquidem 7 privatorum consensu tribui jurisdictione non potest, l. *privatorum*, C. de *jurisdic.* omn. jud. *Menoch.* de *arb.* *quæst.* 2 num. 20. idcirco non metitur lex eodem modo, arbitri, sicut judicis recusationem, sed longè minor causa sufficit ad repellendum arbitrum, quam ad recusandum iudicem, & proinde valet argumentum affirmativè, quælibet causa sufficiens ad removendum iudicem, à fortiori erit sufficiens ad removendum arbitrum, procuratorem, actorum notarium, & consultorem, non è contra, quia hujusmodi personæ ex levibus causis recusari possunt, cum alii ipsorum loco de facili subrogari possint, ut auctoritate *Anchar.* *confil.* 263. subtiliter, & ad plenum, & *Alex.* in *conf.* 104. num. 4. lib. 5. tradit optimè *Dec.* in cap. *postremo*, num. 2. vers. *sed tamen istud*, de *appell.* sequitur *Roland.* *conf.* 31; in *ultim.* *verbis*, lib. 3. *Maranta* noster in *Specul.* part. 6. vers. & quandoque appellatur, *causa* 40. num. 73. post *Panor.* & *Fran.* quos citat & sequitur, ut receptam *Milan.* dec. *Sicil.* 15. num. 4, lib. 1. & etiam quia agitur de 11 majore præjudicio coram arbitro, vel arbitratore, cum isti habeant latiores habendas, quam iudex, ut tradit *Surd.* *conf.* 472. num. 21. & 23. in 4. ex quo illud sequitur, quod dum, de arbitri, sive arbitratoris suspicione agitur, tam ad cognoscendum, si re 12 ètè, quam si rite procedat in omnibus, juxta juris comm. dispositionem, non autem juxta rigorem nostrarum legum municipalium, erit decidenda, quæ de suspicionibus Officialium, non arbitrorum, inter quos longa est ratio differentiæ, loquuntur. Et quoniam 13 quatuor modis constat corrupti humanum judicium, amore scilicet, odio, timore, & premio cap. *quatuor modis* 11. *quæst.* 3. de primis duobus licebit differere, quæ ipsum iudicem respiciunt, nec pars in his participat *Menoch.* de *arb.* centur. 4. cas. 343. num. 14. Et ut exordiar ab initio, ultrò se, & sponte obtulit ad prece Mariæ, quæ succubuerat in possessorio, & persuasit Duci transactionem, ut semetipsum arbitrum faceret, & proinde contra eum omnibus laborat suspicio, nam suspectus est, qui se 14 ingerit l. quæ omnia, §. nec ferendus, ff. de *procur.* cum concord. per *Mascard.* *conclus.* 1364. num. 63. quod exornat etiam *Surdus* *conf.* 377. in fin. lib. 3. & seq̄. gessit per plures menses, ut mediator, & arbiter antequam ab *Excellentis.* Prorege sibi licentia impari-

15 imparetur, & sic affectavit in se compromitti, unde justè recusatur *Aufr.de recus.causa 57.* Maran-  
ta post *Speculat.causa 27.num.60.* & utinam fuisse simplex zelus reducendi partes ad concordiam, quas potest Judex monere non autem nimis cog-  
16 re, juxta doctrin. *Alexan. in l. i. §. & post operis,*  
*num.7. ff. de novi oper. nunc.* & tradita per *Aviles in*  
*cc.prator.cap.9. Gloss.compromissos.* Sed postea com-  
pertum est, id factum esse opera Pauli de Oria, con-  
sanguinei adversarii, sub clypeo, & autoritate ma-  
ximorum Principium ab Auria, quorum noster ar-  
bitrus, non dicam subditus, quippe qui per senato-  
17 riā dignitatem exemptus esset, sed uti oriundus  
à Tursio, suffraganeus est ob relationem, quam habet  
ad fratres consanguineos, ad ortum, ad bona, ad fa-  
miliares, & ad nonnulla alia, ac proinde eorum vo-  
luntati morem gerendo, & consequenter suscepimus  
in causa, *cap.accedens 1. & 2. ut lite non contestata,*  
*Aufrer.de recusat.cap.13.20. & 22.* proinde in om-  
nibus, se nimis favorabilem ostendit Mariæ quam le-  
18 gitimam esse causam suspicionis, constat ex *cap.ca-*  
*sam, qzæ, & cap.cum R. Canon.de offic. deleg. Parisi.con-*  
*sil.31.n.92.lib.1.* *Navarr. in cap.cum contingat.ca-*  
*sa 10.n.5.de rescripte.* & quia, ut optimè dicunt *Hi-*  
*spani obras son amores,* dicitur Judex nimis favore  
19 parti, cum nimis animosè procedit in præjudicium  
alterius, vel quia gravavit alteram partem in tali, &  
tali articulo, *Aufr.in terminis causa 28.vers.1.dici ve-*  
ro, quod hic utroque modo pluries in gravissimis re-  
bus, nedum bona, sed honorem Ducis tangentibus,  
effictum est, & cum pluries gravatus Dux in rebus  
arduis, coactus fuerit appellare, etiam per viam  
recursus ad Principem, ejusque supremum Collat.  
Consil. ubi justificatis causis gravaminum, obtinuit,  
provisa per arbitrum ipsum reformari, & revoca-  
ri, ipso, non ut Judice, sed ut parte, reclamante,  
& reluctante, non video, quæ magis legitima causa  
considerari possit, cum de jure, Judex, à quo appella-  
20 tur in uno articulo, etiam non docto aliter de grava-  
mine, possit in omnibus aliis causis, & articulis ab  
appellante revocari, *cap.ad bac 6. & cap.propositus 24.*  
*de appell. Navarr. in cap.cum contingat, in 10.ca-*  
*sa, n.7. de rescripte.* quod servari de stylo curiarum  
Francie, testis est idem *Aufrer.causa 44. & 45.* ubi in  
vers. & sic minima, dicit id præsertim procedere, con-  
siderato animo Judicis, appellationem ad injuriā  
revocantis, quod hic maximè factum fuisse, exitus no-  
vi sequestri facti cum majori gravamine in ultionem  
appellationis, satis ostendit, & multa in hoc confide-  
rant *Decian.tract.crimin.lib.1. cap.25.n.6.* *Farinac.*  
in *praxi criminale 1.part.2.de indic. & tortur. q.49.*  
*n.68.* & cum appellatione, & recursus, unitus fuit  
conquestus Ducis, qui segrè tulit tot gravamina, &  
ob id maximè indignatus est noster arbiter, & lex non  
22 exigit odium, sed dicit sufficere causam odii, ut justè  
recusetur Judex, ut inimicus, nec curat, quod causa  
sit justa, vel injusta *Alexand.conf.99.num.2.vol.1.Ce-*  
*phal.conf.710.num.40.lib.5.* nec quod veniat ad no-  
titiam Judicis, & etiam si is dissimulet, *Alex. con-*  
*sil.127.num.19.in 4.Milan.d. decisi.15.n.20. & 21.* &  
fortius in casu nostro, ubi non dissimulavit, sed aper-  
23 te prorupit, sui animi motum detegendo, & votum  
propalando, *Menoib.cent.pr.5. cap.458. num.14.* &  
pugnavit pro sua jurisdictione, dicendo, non potuisse  
se libi injugi, quod relationem faceret S. Excellen-  
tia, quæ itidem justa est causa recusationis, *Baldus*  
*dec.259.Tepatus in tit.de recus.col.3.vers.ubi.Judex,*  
& in vers. *Judex racusari.* Nec dicatur, aliquas ex

causis propositis non esse admittendas ex eo, quod  
postea Dux consenserit, procedendo coram dicto ar-  
bitro, & opponendo alias exceptiones, per quarum  
objectum videatur recusationi renunciaisse, & sic re-  
maneat exclusus, tum ex Pragmaticis, tum etiam de  
jure communi, ex traditis à *Covarr.pract. c.26. n.2.*  
constat enim, ferè omnes causas propositas, superve-  
24 nisse de novo post assertum consensum, cum una  
tantum sufficeret, quo casu constat de jure, & etiam  
attentis Pragmaticis, legitimam esse recusationem,  
cum causa supervenit, etiam si Judex alias fuisse mil-  
lies approbatus *Paris. conf.31.n.62. juncto num.94.*  
*lib.1. cum tamen credam, absolutum esse, ut dixi, ca-*  
*sum nostrum non comprehendendi, ullo modo sub di-*  
*posit. Pragmat. & de jure certum est, nedum proponi*  
posse, etiam post conclusionem in causa, id quod de  
25 novo supervenit, ex regul. *cap.infirmanse, de offic.de*  
*leg.* sed etiā causa precedat quæ tamen post consen-  
sus præstitum supervenerit ad notitiam recusantis,  
poterit nihilominus, non obstante consensu, præsti-  
to hujus ignorantis juramento, Judicem recusare,  
26 quod generale esse in omni exceptione, & præser-  
tim in recusatione, de communi, & recepta in praxi  
sententia, probat *Covarr. d.c.26. post num.a. vers.*  
*quod si causa, & in vers sic & post conclusum, postre-*  
modo accedit, quod cum hic noster arbiter fuerit me-  
diator transactionis, de cuius sensu, & intellectu ho-  
die agitur, sicut ex hoc repelleretur à testificando,  
27 secundum communem, & receptam sentent. quod  
non admittatur, nisi ultraque parte volente, nec suf-  
ficiat alteram tantum consentire, secundum *Gloss.in*  
*ver.ad numerationem, in §.in bis, Ausb.de infir.caus.*  
*& fide, Gloss.in cap.si quis Episc.ver.mediator 1.q.1.*  
*Gloss.unic.magna, post princ.in cap.dilectorum de te-*  
*stib.cogend.Gloss. in c.Pomana, ver. in testem de testi-*  
*bis, Alexan.conf.13.n.14.lib.1.& conf.128.in 2.Bur-*  
*fas.consil.320.num.109.in 3. quam esse magis comm.*  
*testantur Gayl. lib.1. pract. obseruat. cap.100. n.19.*  
*Surd.conf.327. n.44. lib.3. Mascard. de probat. con-*  
*clus.1040.1238.n.4. & 1363.n.36. Gabr.de testibus,*  
conclus.20 sic etiam mediator omnino, & facilis re-  
petti debet à judicando, quia plures reperiuntur, qui  
28 judicare possint, quam testificari, *Rebuff.de recus.*  
*art.14. Gloss.unica,n.44. Dec.in cap.cum speciali,n.6.*  
29 *de appell. Aufrer. de recus. conf.16. Paris. conf.31.*  
*num.93.lib.1.Surd.conf.50.num.21.in primo. Media-*  
tor autem, ut repellatur, dicitur, nedum proxeneta,  
qui mercedem consequitur, & salarium ex eo, in qua-  
fuit mediator, sed etiam locum habebit in non fa-  
30 lariato, & gratis operante, quia presumitur, quod  
afficeret compleri id propter quod laboravit, &  
quod firmum remaneat, nec ei objiciatur, quod  
non cautè se habuerit, verba sunt *Gloss. in §.quomo-*  
*do vero,in Gloss.magn.vers.sed quid si præsum, ausb.*  
*de testibus, & alii citatis firmat Farinac.de testib.*  
*quæst.60. illat.16. num.409. & 410.* qui de magis  
comm. ampliat etiam contractu perfectio, & etiam,  
31 quod nullum speet commodum, & in specie in eo,  
qui sub amici nomine partes ad transactionem dedu-  
xit, ut repellatur, celebris est decisio *Antos.Fabr.C.*  
*de testib. defin.56.* omnino videnda, nec in compro-  
misso facto in hunc arbitrum, fuit ipsi tributa, nisi  
exequutio capitum, jam media transactione clarè dif-  
finitorum, & declaratio, voluntatis testatoria, non  
autem declaratio, quæ ex dubietate transactionis per  
ipsum factæ oriri potuit, quam pastes, nullo modo  
concesserunt, ut de jure concessa censi non debet,  
32 ne duplice ille fungeretur officio, Judicis scilicet  
& te-  
R

& testis, quod fieri non debet. *I. quisquis, C. de postul.*  
*Panorm.* in specie in cap. cum à nobis. col. 3. vers. primo  
 casu, ubi bona additio in ver. se si monii, & *Felin.* n. 6.  
 de testib. idem *Felin.* in cap. dilectorum, n. 6. & n. 10.  
 vers. sed istam, de testibus cogend. *Austr.* latè in addit.  
 ad *Cappell.* *T. bolos.* decif. 141. n. 2. & in fin. ubi quod  
 non admittatur, nec etiam declaratio, & maximè,  
 ubi non ageretur de simplici declaratione obscuri-  
 33 tatis, sed de nova interpretatione, cum illa nova sit  
 dispositio potius, quam declaratio, ut per *Menoch.* de  
 arbitr. c. 73. lib. 1. num. 23.

### Sequitur additio in eodem articulo,

**A**udio, Advocatos Maric Rava scheriz tria allegare  
ad excludendam recusationem Consil. Palatii ar-  
bitri, judicio meo satis levia.

Primum, causas recusationis propositas per Du-  
cem confidere in gravaminibus illatis, ex quibus non  
consueverunt Judices recusari.

Secundum non esse de facili admittendam recusa-  
tionem arbitri à partibus electi, ad instar Judicis de-  
legati de consensu partium, ex not. in *I. quis poterat,*  
*ff. ad Trebell.* & in *I. T. heopompus.* ff. de dote prælegata.

Tertium, causas recusationis allegatas fuisse post  
lapsum quadraginta dierum à R. Pragmat. statuto-  
rum.

Verum ad primum dicimus, quod quamvis de ju-  
re Judex, à quo appellatur in una causa, vel articulo,  
 34 possit legitimè recusari in aliis causis, vel articulis  
 ipsius appellantis, propter quia Judices, à quibus  
 appellatur, solent provocari ex appellatione, & ma-  
 xime ex recursu habito ad Principem per viam que-  
 relas, ut hic factum fuit, propter quam provocatio-  
 nem solent Judices se velle ulcisci, *I. qui cum major,* ff.  
*si libertas.* ff. de oper. libert. *I. in minoribus.* C. de appell.  
*I. fin.* C. quando provoc. non est necesse, & sunt sex. aper-  
 ti in cap. ad bac 6. & c. proposuit 24. ibi J. dux tamen,  
 à quo appellatur, quia illi omnino suspectus est, cum  
 non debet ad respondentum super aliis compellere, de  
 35 appellatione. & in arbitrio, quod ex recursu habito ad  
 superiorem, contumelia, & injuria is afficiatur, est tex.  
 in *I. litigatores* 11. ibi, qui si consummatae banc fece-  
 rent, ff. de arbitr. *Gloss.* fin. ver. coram, in c. ex tenore de  
 rescrip. *Austr.* de recusat. caus. 44. *Nazarr.* in c. cum  
 consingat, causa 10. da rescript. tamen non se fundat  
 Dux solum in ipsis gravaminibus, ante & post com-  
 promissum illatis, & successivè continuatis, quæ de ju-  
 36 re sufficiens deberent, nam qualis fuerit animus in  
 precedentibus, colligitur ex postea gestis *Surd.* decif.  
 307. n. 1. saltum in arbitrio, cum non simus in re-  
 cusatione Senatorum, in quibus ex particulari præ-  
 eminentia S. Cons. per eisdem Judices reclamatio ab  
 ejus decretis, & sententias revidetur, cum nomine  
 Regio sententia proferantur, à quibus non admitti-  
 37 tur appellatione, sed tantum supplicari permittitur, jux-  
 tā formam *a. b. qua supplicatio.* C. de precib. Imper.  
 offer. ut per Dom. de *Franchis* decif. 528. in fine, cum  
 38 & decreta M. Curiaz, tamethi Tribunalis inferioris,  
 purgato gravamine per Senatum, eidem Tribunalis  
 remittantur, licet de jure communi contrarium esset  
 servandum.

Verumtamen innititur Dom. Dux super iniquo  
 animo Judicis, & modo procedendi, & sic suspicio  
 non tantum fundatur super gravamine, sed super  
 39 iniquo animo, qui in dubio, probato gravamine,

præsumi debet, quod ex malo animo processit, quia  
 in male factis, præsumitur malus animus, & quod  
 gravamen non te tantum, sed ex mente processit, ut  
 his verbis docuit *Panorm.* in cap. ad bac 6. post n. 2.  
 & num. 3. in fin. ubi juxta septimam lect. *Joann.* *Andr.*  
 quam dicit comm. probat non requiri, quod ex  
 mente procedat, sed quod de contrario non appa-  
 40 reat, quod n. 4. ampliat procedere etiam de jure ci-  
 vili, & optimè num. 5. vers. ego puto, ubi *Butr.* num. 2.  
 subjicit hæc verba, jam enim facto ostendit, quod me  
 non diligit, & sic suspectus est, de accusation. cap. in  
 quisitionis, & fortius debet admitti in casu nostro ex  
 41 animo, Judicem gravasse, quod ex conjecturis  
 probari afferit *Imol.* in d. cap. ad bac in vers. sed forte,  
 ubi ante finem ita loquitur. Et id est interim pendente  
 dubio videtur, quod appellans habeat Judicem suspe-  
 42 ctum, cum ex iuri præsumptione ab: quales iniuria vi-  
 deatur illata, & maximè in gravibus negotiis, ubi fa-  
 ciliter admitti debet recusatio, quam in levibus, ut ex  
 cap. ubi periculum, de election. in 6. probat *Panorm.*  
 ubi plura in d. cap. proposuit, n. 5. vers. mihi videtur;  
 43 præsumptam autem inimicitiam causam sufficere in  
 Judice probant post alios *Milan.* dec. *Sicil.* 15. part. 1.  
 Reg. de Ponte decif. 30. n. 4. etiam si illam Judex igno-  
 ret, *Jas.* in *I. apertissimi*, n. 7. C. de judic. & etiam si ex  
 signis ostendat amare, quem odisse causam habet Pa-  
 44 vis de syndic. vers. suspicio, n. 5. & levem causam suf-  
 45 ficeret, fuisse judicatum refert *Mastrill.* decif. 15. n.  
 4. 2. part. 2. unde fortius est admittenda recusatio in  
 46 casu nostro, ubi ex tot signis malus animus depre-  
 henditur, qui non nisi per conjecturas probari po-  
 test, e. g. de renunc. in 6. *Panorm.* in cap. repellens, num. 2. de accusat.

Non obstat secundum, quod sit electus de conser-  
 47 su partium, quia in pluribus scriptis est latè funda-  
 tum arbitrum, & arbitratorum recusari posse, quos  
 constat non nisi de consensu partium eligi, ex relatis  
 à *Mastrill.* dec. 9. 1. lib. 1. & nunc addo *Marcam Man-  
 tuan singul.* 5. 17. *T. casum lib. 1. tit. de arbitr. in fin.*  
 48 vers. arbitri & arbitratores, & ex satis leviori causa  
*Dec.* in c. postremo, n. 2. de appell. *Roland.* conf. 31. in fin.  
*lib. 3.* *Maranta* in vers. quandoque appellatur, cau-  
 sa 40. n. 73. in suo Speculo, & maximè in casu nostro,  
 ubi hic arbiter jure communi, & ex Pragmaticis  
 non poterat procedere sine licentia Excell. Proregis,  
 49 qui debet eam revocare, cum videt ex modo proce-  
 dendi hunc arbitrum licentia ipsa abuti, tot gravami-  
 na inferendo, debet enim intelligi rebus sic stantibus,  
 ut ex *I. nullus.* C. de judeis, plura *Surd.* decif. 307. n. 7.  
 50 & 9. & in terminis in approbat in uno officio,  
 quod possit, & debeat reprobari, & removeri ab of-  
 ficio ex supervenienti causa plura *Boerius* dec. 149.  
 num. 17. 18. & 23.

Non obstat tertium, quod sint propositæ cause  
 post 40. dies præfixos à Pragmatica. Primò enim di-  
 cimus, nos versari in recusatione arbitri, de quo non  
 loquitur Pragmatica, & sic attendi debet jus com-  
 51 mune, quo attento, suspicio emergens post ceptam  
 causam potest quandocunque proponi usque ad sen-  
 tentiam exclusivè, maximè quando proponens ju-  
 rat de novo ad notitiam devenisse, ut hic factum est,  
*latissime Mastrill.* d. decif. 15. 1. num. 67. & 69.

Secundò, caput sequestri ex abrupto facti, quæ po-  
 tissima causa est, fuit propositum etiam infra quadra-  
 ginta dies si Pragmatica esset attendenda, & nunc re-  
 pertum est ex side Actorum Magistri, facta D. Prä-  
 fidi, Consil. Palatium in abscondito, sua manu scrip-  
 sis decretum sequestri in dorso litterarum missarū  
 per

52 per Mariam, ubi de hoc, ipsum enīxē rogavit, & injunxisse Actorum Magistro, ut nemini diceret visionem, res planē insolita, ex quo dolus, & machinatio manifesta detegitur, quæ plusquam judicis recusationem ex prudentia judicantium operari deberet. Novissimè dum dixi, non esse in compromisso comprehensa, nisi duo, exequutionem capitum clare sci-licet decisorum, & declarationem voluntatis testatoris in sui dispositionibus, & sic caput hoc omnium de quo hodie agitur, non esse comprehensum, rogo advertant domini non obstatre verba, quæ ponderat 53 Maria in dicto capitulo; siquidem verba præcedentia expressè determinata, declarant, & restringunt sequentia generalia non ita clara, *L. legatorum peti-  
tio*, §. fin. ubi Bald. ff. de legat. 2. Anna allegat. 53. num. 28.

Mense Augusti 1614. S. Excellentia ejusque su-premum Collaterale Consil. causam ad se advocavit, & in ea processit, excluso arbitrio.

## SUMMARIUM.

- 1 **A** Cito censemur proposita, cum sua causa, & cum exceptione, quæ ipsi inest.
- 2 **E**xceptio, quæ simul oritur cum ipsa actione, dicitur pariter privilegiata.
- 3 **D**ebitor promittens solvere, omni exceptione remota, potest opponere exceptionem ex eodem instrumen-to orientem.
- 4 **V**oluntas in amissione proprii iuris strictiis interpre-tatur, quam voluntas acquirendi in acquisitione.
- 5 **V**erba licet generalia, & universalia debent restrin-gi ad causam, & finem, ob quem proferuntur, & ad causam superiās specificatam, n. 7.
- 6 **R**enunciatio, liberatio, & quietatio generalis, re-stringi debent, ad causam, & ad causam. rem, & per-sonam, de quibus partes senserunt, n. 13.
- 7 **L**si de certa, C. de transact. procedis, non solum in transactione, sed in pacto, de magis communi, & sic etiam in.
- 8 **A**cceptatione, calculationibus, & computis, militare dispositionem d. l. si de certa, & ita judicatum.
- 9 **V**erba, d' altro, vel etiam si dicatur quocunque alio modo, in transactione, & pacto, restringenda sunt ad causam expressam.
- 10 **L**iberatio, seu quietatio ex causa societatis, etiam cum verbis amplissimis, non extendetur ultra societatem.
- 11 **A**ssertio præcedens restringitur ex sequentibus ver-bis determinatis.
- 12 **R**estrictio fieri debet, etiam ubi ratio recti sermo-nis non bene salvatur.
- 13 **V**erba generalia, effuso sermone probata in transac-tionibus, & conventionibus, apta sunt nocere, & ab id ab ipsis covendūm.
- 14 **C**lausula in fine posita, quæ non stat de per se sed adjicitur modificative, non refertur ad omnia, sed ad proxima, & n. 17.
- 15 **C**autiā est agendum, ubi de majori damno agitur.
- 16 **T**utores, & administratores solent ultimo anno, & in fine administrationis computa revisdere, dato & accepta referre.
- 17 **C**lausula non refertur ad omnia, sed ad proxima tan-tam, ubi adest diversitatis ratio, & n. 21.
- 18 **C**lausula refertur ad proxima tantam, ubi dispositio ex relatione ad omnia redderetur inutilis.
- 19 **V**erbum nullum in contractibus debet esse super-fluum, & sine virtute aliquid operandi, etiam in-propriè intelligendo.

- 24 **C**lausula, qualibet intelligi, & suppleri debet, pra-terquam quoad expressa in specie in reservatione.
- 25 **R**epugnantia in verbis contractus excludenda.
- 26 **E**xceptio est eiusdem generis, cuius est regula.
- 27 **L**iberatio, vel quietatio generalis, non compreben-dit reliqua, nec quidquid dolo apud administratorem remanset, & n. 28. 29. 31.
- 28 **T**utor non censemur liberatus à restitutione bono-rum, quæ jure dominii ad liberantem pertinent, nec à reliqua.
- 29 **T**utor non describendo in libris, videtur esse in do-lo, qui nunquam censemur remissus.
- 30 **Q**uietatio, sive liberatio quantumvis generalis, non comprehendit partitas in libro non descriptas, etiam si fiat mediante instrumento, cum juramen-to, & amplissimis clausulis, num. 34. decreto, & quibusvis cautelis.
- 31 **R**emissio, sive quietatio, non visis libris, nulla & in valida redditur.

## ARGUMENTUM.

Transactio, quinimò & quælibet liberatio, quietatio, vel remissio, etiam in acceptatione, calcula-tionibus, & computis per viam paeti, & conven-tionis, restringenda sunt ad causam, rem, & perso-nam specificatas, de quibus partes senserunt; tametsi addiuncta sit dictio, d' altro, vel quocunque alio modo. Nec comprehendunt reliqua, nec etiam dolum pre-teritum, partitas jure dominii spectantes, & minùs, in libris non descriptas. Clausula in fine posita, quando referenda sit ad proxima tantum, non ad omnia, & ferè integra materia liberationis explie-catur.

## Pro Duce Cardinalis nunc Principe Satriani.

## CONTROVERSIA XL.

**P**etente Dom. Maria Rava scheria vigore decla rationis factæ per Duxem Cardinalis in 6. ca-pitulo transactionis; inter ipsos initæ super successionem Dom. Petri Francisci patrui, instan-tissimè cogi ipsum Duxem ad solvendum partitas confessas.

- Cum ex eodem fonte, & contestu ejusdem capitu-li transactionis oriatur exceptio Duxis dum in illo-cautum legitur, ut inspiciantur, & discutiantur libri, eo tempore adhuc non visi, nec cogniti, ex qui-bus de facili contingere potest, ut Dux non obstan-te declaratione prædicta, quam non impugnat, ex aliis causis remaneat, ut cum effectu remanet, cre-ditor in maxima summa, præsertim stante expressa reservatione facta in beneficium ipsius Duxis: eadem 1. Maria, proponendo suam actionem, censemur illam proponere cum omni sua causa, & consequenter cum ex. eptione ad Duxem spectante, quæ inest ipsi obligationi, Bal. in 1. lecta, n. 21. ff. si cert. pecc. la-son in §. actionum, num. 128. Injicit. de action. cen-setur enim hæc exceptio non minùs privilegiata 3. quam actio, quæ simul oritur, etiam si quis promi-ferit solvere, omni exceptione remota; non enim dicitur excipiens venire contraria instrumentum, sed illius virtute dicitur facere contradictionem, Aven-don, Canarius, Parlad. & alii relati per Cevall. tract. commun. opin. contra commun. cap. 536. num. 49. latifissimè Carol. de Graff. de except. cap. 13. idcirco Ma-ria, quæ hoc non potest effugere, prætendit Duxem

in eodem capitulo fecisse amplissimam, & generali quietationem, nec sibi reservasse, nisi partitas exactas per defunctum ab anno 1611. citra, non ante, idque ex illis verbis adjectis in fine reservatio-  
nis, ibi, *dal detto anno 1611. in qua inclusive, quæ præ-*  
*tendit*, referenda esse ad omnia præcedentia, & sic  
nendum modificare, & restringere tempus descriptio-  
nis facienda in libris, sed etiam tempus exactio-  
nis: sed facile rejicitur hæc intelligentia, cum aperte re-  
pugnet, nendum menti, & intentioni contrahentium,  
præsertim Ducis, quem non est verisimile, voluisse  
iactare suum in tam maxima quantitate, sed clarissi-  
mis, & expressis verbis ipsius conventionis; siquidem in amissione proprii juris strictius limitatur vo-  
luntas amittendi, quam è contra voluntas acquirendi in acquisitione, *Gloss. & ibi Bart. n. 4. in l. 1. ff. de ac-*  
*quir. hered. Aretin. conf. 161. post n. 5. vers. ex hac*  
*ergo, Guttier. de suec. part. 3. cap. 20. ex n. 7.*

Hæc enim conventio tam clara est, ut alia inter-  
pretatione non egeat; in prima enim parte in vers.  
¶ *più vado, usque ad versiculum restando solo, in quo*  
adjudicatur reservatio in beneficium Ducis, nihil aliud  
obtinere voluit Maria, nec Dux concedere, nisi ut  
nihil posset Dux objicere ex quævis causa dependen-  
ti tamen ex administratione tutelæ, licet pars minus  
justè etiam aliam quamvis causam comprehendendi  
contendat, ut mox probabimus, quo minus Dux in-  
ficiare posset, se non debere partitas confessas, cum  
benè sciret Maria plures exceptiones Duci competere  
penitus excludentes partitas prædictas. In ver-  
siculo vero sequenti, voluit Dux sibi cavere, & cor-  
respectivè reservare partitas ad eum spectantes, ex  
suis bonis, exactas quocunque tempore, & sic ante,  
vel post annum 1611. non descriptas in libris in cre-  
ditum Ducis à dicto anno, & tandem in vers. *e dal*  
*detto anno 1611. in dietro*, contentus extitit Dux ex-  
tinguere computum administrationis scilicet. tutelæ,  
de quo paulò ante incidenter mentionem fecerat,  
per totum tempus ante annum 1611. quoad parti-  
tas descriptas in creditum ipsius Ducis, à dicto anno  
1611. in præteritum.

Quod autem hic sit verus, & germanus hujus con-  
ventionis sensus, verba satis ostendunt, dum post-  
quam Dux declaravit, se debitorem partitorum ad-  
dituri, *alli quali si debbia stare, & non si possa oppone-*  
*re, &c.* & sic patet, hæc verba fuisse incidenter ad  
illum dumtaxat finem adjecta, ne ulla de causa  
posset Dux impugnare partitas, quarum se debitorem  
declaraverat, & sic quoad hoc promisit nihil op-  
ponere, ex causa administrationis, vel alterius, ex ea-  
dem tamen administratione dependenti, ut sequen-  
tia verba indicant; unde satis operantur hæc verba,  
tam etsi generalia, si ad suam causam, & finem, ob  
quem prolatæ sunt, restringantur, ut de renunciatio-  
ne, & liberatione generali, probat *Cerd. Paris. conf.*  
*89. n. 45. lib. 1. Riminald. jan. conf. 138. num. 63. lib. 1.*  
clarum est enim verba non solum generalia, sed  
universalia restringi ad rem, & causam supra specifi-  
catam, *si de certo, C. de transact. cuius dispositionem*  
non solum procedere in transactione, quæ ad rem  
sigillatim in item deductam restringi debet, sed  
etiam in pacto, in quo generaliter solet generali-  
ter operari; magis communem esse opinionem  
contra *Gloss. ibi, ex multis ostendit Jos. num. 5. Cart.*  
*Calcas. & Bellon. relati per Surd. dec. 217. num. 6.*  
ubi testatur in acceptilatione, calculationibus quo-  
que, & computis procedere, ex itax. in *l. empator, 5.*  
*Lacius, ff. de pact. addens ipa fine decisionis ita judi-*

catum Morot. *respons. 59. n. 1. Menoch. de presumpt.*  
*lib. 4. cap. 164. num. 12. in fine, & ita loqui omnes DD.*  
etiam in contrarium citari solitos, testatur idem  
*Surd. conf. 431. num. 74. lib. 3. & quod verba illa, per*  
*ratione della administratione, d' altro, restringi de-*  
beant ad ea quæ sunt ejusdem generis, docet optimè  
*Olord. conf. 297. num. 5. ubi etiam si adjiciatur*  
*dictione, vel alio, juncta universalis orationi scilic.*  
*quocunque alio modo, adhuc restringi secundum sub-*  
*jectam materiam ad ea, quæ gestæ sunt occasione*  
*causæ expressæ, scilic. administrationis, non alterius,*  
*cui accedit; Passim. conf. 114. num. 3. ¶ 4. lib. 2. ubi*  
*voluit, liberationem factam ex causa societatis, &*  
11 *quacunque ratione, causa, vel titulo, cum verbis*  
*amplissimis, non extendit ad ea, quæ sunt extræ socie-*  
*tatem, Surd. d. decis. 217. n. 4. ¶ 5. quod indubie pro-*  
cedit in casu nostro, ubi hæc restrictio necessariò fit  
ex verbis sequentibus, ibi, *ne opponeris, ab illo paga-*  
*menti notati, ¶ c.*

Ex quibus dupliciter declarantur, & coarctantur  
præcedentia verba; primò, ut restringantur ad cat-  
egoriæ administrationis, apparentem ex libris: secun-  
do, ut illud dumtaxat operatur hoc pactum, ut Dux  
inficiare non possit, solutiones, & partitas, notatas  
in libris, non fuisse legitimè factas; generalis enim  
12 assertio præcedens, declaratur, & restringitur ex  
sequentibus verbis determinatis, *l. si fundum, ubi*  
*Bart. ff. de verborum obligat. Bal. in l. legatorum peti-*  
*lio, §. ultimo, ff. de legatis 1, cum concord. per Lazar.*  
*conf. 82. is fine, Morot. respons. 83. num. 11. & sic ni-*  
13 hil operari debent verba præcedentia, nisi hoc  
dumtaxat, non aliud: restringi enim debet liberatio  
generalis ad casum, rem, & personam specificatam,  
cum id nendum fieri possit, sed hoc siuadeat in præsen-  
ti ratio recti sermonis, ut de communi per *Nass. con-*  
14 *fil. 546. n. 15. ¶ 16. cum restrictio fieri debeat etiam,*  
ubi ratio recti sermonis non bene salvatur *Eugen.*  
*conf. 13. num. 16. Houdanus conf. 49. num. 24. lib. 1.*  
*Marcobr. conf. 17. num. 13. Surd. conf. 431. n. 74.*  
*lib. 3. & quamvis ex prædictis verbis, nullo modo*  
*pretendi potuisset, Duxem suis iuribus, & cre-*  
15 *ditis renunciasse, aut aliter cessisse, cum satis operen-*  
tur prædicta verba, aut circa partitas confessas, &  
alias declarandas ex libris nihil opponi potuisset,  
ex infinitis exceptionibus etiam notoriis, ex quibus  
potuisset Dux partitas prædictas excludere: ne ta-  
men tub prædictis verbis generatis ex effuso ni-  
misi sermone in promptum incidisset periculum, jux-  
ta cautelam Baldi in *l. pactum, quod docti. qu. 16. C.*  
*de collation. & aliorum quos referunt Afflitti. decis.*  
*319. n. 3. Nassa d. conf. 546. n. 3. expresse libi Dux re-*  
servare voluit, che si posesse arrivare delle partite  
sfato delle sue entrate non poste in detti libri in cre-  
dito suo dal 1611. in quæ inclusive.

Nec obstat, quod Dux sibi reservaverit solum  
partitas exactas ab anno 1611. in antea, ex eo quod  
verba illa, *dal 1611. in quæ*, velut clausula in fine  
posita, referatur ad omnia, & restringat præceden-  
tia clarissimè eniam appetet, anni illius adjectionem  
16 non stare de per se, sed esse appendicem ultimorum  
verborum, quo casu clausula, etiam in fine positæ,  
quæ non stat de per se, sed adjudicatur per modum conditionis,  
vel alterius modificationis, sive qualificati-  
væ, tunc refertur tantum ad proxima, & sic rema-  
nent reservatae partitæ exactæ quandocunque, ante,  
vel post annum 1611. non illæ tantum, quæ non sunt  
descriptæ in creditum ab anno 1611. Bart. in specie,  
in *l. 3. §. fitius in summa & num. 7. vers. sed quando*  
*in*

*in una, ff. de liber. & postibum. & in l. talis scriptura, §. fin. n. 3. vers. quandoque in dispositione, ff. de legat. 1. Alexand. conf. 226. n. 9. lib. 6. ubi enim clausula est specialis, & discretiva, ut est hæc, non refertur ad omnia, sed ad proxima, Jofon. in d. l. talis scriptura, ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. de liber. præter. in 9. limit. sequitur Simon. de Præt. de interpr. ult. vol. lib. 2. interpr. 3. dub. 2. sol. ut. 1. & num. 185. Curt. jun. conf. 7. ex num. 11. & melius omnibus Afflīct. decis. 248. num. 12. in fin. quem sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 181. num. 22. & alii congesti per Casill. Hispan. tom. 2. quætid. controvers. cap. 4. num. 126. addo D. Casanate conf. 53. num. 72. Maurum alleg. 33. num. 2.*

Secundò maxima adest ratio diversitatis, inter tempus exactiōis partitarum, & descriptionem in creditum; siquidem quoad tempus exactiōis, quod sint exactæ ante, vel post annum 1611. nihil referre debet, cum omnes ad Ducem eodem jure spectent, ut suæ imò cum omnis exactio, sit facta ante annum 1611. præsumendum est, cautius egisse Ducem, ubi de majori summa agebatur, arg. cap. ubi periculum de elect. in 6. diversum est autem in descriptione in creditum. Primi, quia cum essent discussioni libri ab anno 1611. ad finem, ut videretur, si Dux erat debitor, vel creditor, pariter correspектив erat inspicendum, si partitæ erant descriptæ in creditum eodem tempore in beneficium Ducis. Secundo, quia quoad descriptionem in creditum ille annus tanquam ultimus administrationis tutelæ, quæ expiravit in principio anni 1612. erat inspiciendus, in quo potuisset tutor describere in creditum pupilli, partitas quandocunque exactas verisimile enim erat imò debebat tutor, partitas, quas per totum tempus administrationis exegerat, & describere neglexerat, saltim in ultimo anno, quo tempore solent administratores computa revidere, data, & accepta referre describere in creditum pupilli, quod Duci damnum non attulisset, sicut maximum sibi allatum fuisset in remissione partitarum exactarum ab anno 1611. citra, & sic stante maxima diversitatis ratione, clausula hæc etiam si de per se staret, non debet referri ad præcedentia, sed ad proxima tantum, ut post Bald. & alios in l. 1. C. de liber. præter. tradit. Cravett. conf. ult. num. 14. lib. 2. Afflīct. optimè d. decis. 248. num. 12. cum enim ratio est diversa, vel ex quavis causa ratio hoc suadet ad immediata tantum fit relatio, secundum Alexand. Felyn. utrumque Socin. Boer. & Guzad. quos refert Menoch. d. cap. 181. lib. 4. de præsumpt. n. 17. & 18. Tertiū clausula in fine posita, non refertur ad omnia præcedentia, sed ad proxima tantum, ubi dispositio ex tali relatione redderetur inutilis, l. cum vulgari, ubi Bar. ff. de dote præleg. idem in l. talis scriptura, §. & ad ea, & in §. fin. num. 3. vers. item si ex hac, ff. de legat. 1. cum aliis per Gabriel. commun. opin. lib. 6. de clausul. cap. 9. num. 10. Menoch. latè de præsumpt. lib. 4. c. 181. num. 1. in 4. declar. unde si nulla potest prætendendi per partem facta quietatio, nisi de partitis administrationis ante annum 1611. ut clare appetat in vers. & da detto anno 1611. in dictro, reservatio, quoad partitas exactas post annum 1611. si non comprehendere et partitas quandocunque exactas esset profus inutilis, unde ne reddatur omnino elusoria reservatio, hæc temporis adjectio debet referri, ut ratio quoque recti sermonis indicat, ad proxima tantum, & sic modifacet descriptionem dumtaxat partitarum in libris, non autem tempus exactiōis

partiarum, quæ cum nullo tempore sint limitatae; cedent in beneficium Ducis, et si exactæ fuerint ante annum 1611. ut aliquid reservatio prædicta operetur, cum nullum verbum in contractibus debeat esse superfluum, imò potius verba sint intelligenda impropriæ, & contra ipsorum naturam, quam ut nihil operentur, juribus citatis à Surd. dec. 272. n. 35. & conf. § 24. n. 14. cum similia ex quibus clarissimè quoque patet non obstat Duci ultima verba dicti c. 6. transactionis in vers. & da detto anno 1611. in dictro, in quo Dux contentus remansit, quod ab anno 1611. retro, remaneret firma ratio administratio-  
nis scilicet. tutelæ, de qua paulo ante incidenter mentionem fecerat, quia cum expressè prius sibi reservaverit partitas exactas quandocumque, ut perneceſſe intelligi debet de partitis, non descriptis tamen in creditum ipsius ab anno 1611. in antea; hæc clausula subsequens, nec contineat repugnantia, in-  
telligitur, præterquam quoad expressè, & specificè incontinenti reservata, ut in puncto in reservatio-  
ne, docuit Iser. in cap. 1. post num. 9. ubi additio Lipar. littera Q. in vers. in eo quod concessit, omnes cumulat, qui success. teneant. Bald. Socin. Dec. & alii relati per D. Reg. de Ponte conf. 15. num. 7. & 8. ne-  
cessaria enim dicitur hæc interpretatio, nè verba  
contractus repugnantiam contineant Bar. in l. fin. §.  
idem queſitum, n. 4. ff. de condit. indeb. cum aliis per Lipar. ubi supra, & ex eadem reservatione aliud etiam oritur, ut tametsi verba illa proxima ante di-  
ctam reservationem, ibi, & non si poffa opponere nef-  
fusa preſenſione, & per ragione dell'adminiſtrazione  
d' altro, debere id intelligi, ut Maria prætendit, de  
alii quavis etiam diversa re ab administratione, cu-  
jus contrarium est verius, ut supra, adhuc tamen  
reservatio mox atiecta omnia etiam extra admini-  
strationem reservasset Duci, cum exceptio sit ejusdem  
generis, cuius est regula, l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de  
feriis, Ifern. in terminis in d. cap. 1. post num. 5. qui  
success. teneantur.

Ultimò, si pars non acquiescit huic intelligentiæ, justissimè poterit Dux prætendere, quod licet remi-  
ferit, & liberaverit, sive quietationem fecerit, non  
propere prohibetur reliqua petere, & etiam quic-  
quid est dolo administratoris apud ipsam remanet,  
ut probatur aperè in l. si quis ratione 10. ff. de liber.  
legat. ibi, Si quis rationes exigere veterat (ut est sa-  
ppissimè rescriptum) non impeditur reliquias exigere,  
quas quis ipse reliquavit, & si quid dolo fecerit, qui  
rationes gessit, quod tempeſatur, niſi dannetur hæres  
quidquid ab eo exigetur restituere, vel actionem ei re-  
mittere, quem rex. G. ibi, & Bar. in specie dicunt pro-  
cedere in administratione præterita, ad idem rex. in  
l. Lucius 13. in l. Aurelio 21. §. Caius, ubi Bart. n. 6.  
28 ver. dicerem sic, eod. tit. tradit etiam in generali libe-  
ratione facta in contractu inter vivos, non videri re-  
missum dolum præteritum, nec etiam reliqua, cum  
ei, qui remisit absit, & penes eum; cui remittitur, adest  
idem in l. Aurelius 29. §. Titius, ff. eadern. & utrobique  
Bart. quem testatur Covarr. omnes DD. lequi varia-  
ram resolut. lib. 2. cap. 14. post num. 1. vers. postremo,  
& vers. hoc ipsum sequitur dicens commun. & re-  
cepit. sentent. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 165.  
n. 27. vers. quartus casus, ubi amplius tradit, quod  
sicut in generali liberatione non videtur remissus  
dolus, etiam præteritus, nec liberatus tutor a resti-  
tutione rerum, quæ jure dominii ad liberantem per-  
tinent, & à tutorē debentur tanquam extraneo,  
non ut tutorē, ex l. Aurelius 29. §. moria, ff. codera tit.

ita quoque non conseritur liberatus à reliquatu, sive reliquorum restituzione, ut latè per eum in 2. 3. & 4. cap. n. 10. 12. & 17. parificans optimè hos casus, quem sequitur *Consil. de Anna cons. 115. n. 25. & 35.* ubi optimè reaflumit, distinguendo tres casus *Munoz de Escob. d. tract. de ratiocinat. cap. 3. num. 18. in 2. regula.*

Et ratio multiplex est, tum quia satis est, quod in 31 generali quietatione censematur tutor, vel ejus hæres liberatus à lata, levi culpa, negligenter gestis, & ab aliis, ad quæ tutor tenetur non autem à reliquis, *Socin. cons. 92. n. 2. lib. 4. Dec. cons. 274. n. 4. Gratian. cons. 2. 3. num. 9. lib. 1.* cum aliis congestis per *Gutierrez de tuncelis lib. 3. cap. 1. n. 22. Montan. eod. tract. 32. cap. 38. n. 26.* tum etiam quia tutor exigendo, & non describendo in libris versatur in dolo, & fraude, *Socin. cons. 159. lib. 2. Jafon. cons. 4. lib. 3. Farinac. tract. cons. 96. n. 5. & 17.* qui dolus nunquam censematur remissus, *Dec. cons. 178. ubi additio dicit commun. Montan. ubi supra. n. 36. Menoch. cons. 22. n. 16.* latè 33 *Resnerius cons. 11. lib. 2. n. 49.* & proinde quietatio, quamvis generalis, nunquam comprehendit partitas in libro non descriptas, ut per *Socin. d. cons. 159. & 190. lib. 2. Paris. cons. 9. lib. 1. Thobiem Novum cons. 63. n. 2. Roland. cons. 49. n. 25. lib. 1. Farinac. d. cons. 96. n. 3. & 4.* ubi addit hoc præcere 34 dñe, etiam li quietatio sit facta per publicum instrumentum, cum juramento ex certa scientia, plures verbis, & facto ratificata, in amplissima forma, cum prægnantibus verbis, cum pacto, transactione, laudo, seu compromisso de non contraveniendo, cum Judicis decreto, & cum assertione, quod comparta fuerunt bene viva, diligentè examinata, firmata, & sub quibusvis illis similibus clausulis, & cantelis, & sic eo fortius in casu praesenti, ubi constat, penitus fuisse viros libros, quo casu nulla, & invalida reddi 35 tuc liberatio, ut per *DD. congestos per Montan. d. loco. n. 14. & Farinac. ibidem n. 79.* optimè Gutierrez post *Avend. de jurament. confirm. par. 1. cap. 40. n. 10. Munoz de ratiocin. cap. 10. n. 22. 6. & 16.* & sic licet in persona tutoris, de qua agitur omnia dolum, & fraudem abesse omnino fateamur, ut in quo umbra, nec suspicio quælibet, etiam levissima considerari possit, erit tamen à prætensa per adversarium vafa transactionis interpretatione relevandus Dux, præfertim qui nimis callide, & per notas infidias, metu carceris inductus fuit ad hanc transactionem; ex quo saltim Supremi Magistratus, medium clara, sed dubia quoque in ipsius decepti favorem interpretare debent.

Supradictis autem de clausula in fine posita, adendum est *Curt. jan. cons. 7.* videtur prima consider, lib. 1. & its, &c. die 29. Novemb. 1614.

Decisio supremi Collateralis Consilii in calce sequentis capitis,

### S V M M A R I U M.

- R**etentio differt à compensatione, & in quo, n. 2. & facilius conceditur, n. 3.
- 4 *Actio, & exceptio orientes & eodem fonte sunt parviformis naturæ, & admittitur exceptio, etiam si statuto quelibet exceptio sit remota, n. 6. & 7.*
  - 5 *Actor proponens actionem, censematur illam proponere cum sua causa.*
  - 8 *Ex quo pro parte liquidatatis conexis in liquidatione computorum fieri non debet, nisi disputatis,*

- & liquidatatis integris rationibus, & habita ratione dati, & accepti, etiam si sint clara, liquida, & confessæ, n. 9.
- 10 *Compensatio non admittitur de liquido ad liquidum, declaratur, & restringitur pluribus modis, n. 11. 12. 17. 18. & 20.*
  - 13 *Compensatio non admittitur adversus debitum jura mento firmatum, limitatur si jus opponendi superveniat post promissionem iurata, n. 14. & 15.*
  - 16 *Juri compensandi supervenienti post promissionem de salvendo cum juramento, de quo debitor jurans non habebat distinctam notitiam, nec scripturas, non censematur renunciatum.*
  - 18 *Clausula, sola facti veritate inspecta, suadet, admittendam esse compensationem.*
  - 19 *Vinculum duplex pacti, & statuti fortius operatur.*
  - 21 *Compensatio fit de quantitate ad quantitatem, non de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, secus in retentione, que admittitur omni casu, n. 22.*
  - 23 *Retention conceditur, etiam ubi iuramento excluditur compensatio.*

### A R G U M E N T U M.

Equequatio in liquidatione rationum in partitis connexis fieri non debet, nisi facta integrali liquidatione, & discussis invicem partitis, & computis datis, & acceptis. Compensatio quando admittatur adversus debitum juramento firmatum, & quomodo differat à retentione, & utrum fieri possit de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, distinctè examinatur.

Pro codem Domino Duce Cardinali cum D. Maria, super admittenda compensatione, vel saltim retentione.

### C O N T R O V E R S I A X L I .

**D**ominus Dux Cardinalis legitimè, & justissimè opponit D. Marie Ravascherie petenti, quod faciat depositum ann. ducat. decem mille, ad quorum solutionem se obligavit in instrumento transactionis, posse dictam quantitatem per eum debitam retinere in computum partitarum, quas sibi in eodem instrumento transactionis reservavit, quæ vel sunt liquide, vel de proximo liquidandæ, nec opus habet, ut obtineat allegare exceptionem compensationis, in praesenti casu, quæ non est sibi necessaria, cum possit, & valeat, virtute reservationis orientis ex eodem fonte, & contractu, retinere, quamvis, & compensatione quoque uti posset, si vellet non obstantibus motivis ex adverso, quæ nec in facto, nec in iure militant: retentione enim differt à compensatione, compensatio namque est debiti, & crediti inter se ex utraque parte contributio, &c. ubi *Gloss. & DD. ff. de compens.* & sic in quelibet debito, etiam ex diversa causa in eodem tamen gerere, scilicet quantitatib, vel rerum, quæ recipiunt functionem in genere suo compensatio admittitur, *Mynsing. in §. in bona fidei, instit. de action. Sebast. Medic. de compens. in 1. 2. & 5. q. 1. par.* retentione vero est, quæ procedit ex eodem fonte, & causa non ex diversa, & ideo fortiori ratione conceditur, ad tradita per Bart. in l. si non ferrem,

fortem, §. si centum, n. 8. ubi Bald. in fin. *Castrens.* n. 5.  
 ff. de condit. indeb. *Gloss.* ubi *Castrens.* n. 3. in l. si peten-  
 si, ff. de pignor. action. cum aliis per *Sard.* decis. 46.  
 n. 12. & ob id etiam, ubi non habet locum compensa-  
 tio, competit retentio *Gloss.* in l. *grege*, §. cum pignori,  
 ver. compensatum. ff. de pignor. & ideo faciliter admittitur  
 retentio, quam compensatio, *Petrus Stella* in  
 l. *repetitio*, num. 48. ff. de condit. indebit. *Sebastian.*  
*Medices* dicto tract. part. 2. quæst. 28. num. 5. Et ratio  
 est, quia quando ex eodem contractu venit actio par-  
 iter, & exceptio, si est quarentigata actio par-  
 iter, & exceptio, neque is, qui ex instrumento ipso  
 opponit nullo modo judicari debet adversus instru-  
 mentum ire *Bald.* in l. *ex prediis*, C. de evit. in l. si  
 traditio, C. de action. empti, & cum actor proponit  
 suam actionem, censemur eam proponere cum omni  
 sua causa, & consequenter cum exceptione reserva-  
 tionis, quæ inest ipsi obligationi, & proinde actor ip-  
 so metu dicitur seipsum excludere *Bart.* in l. *lecta*,  
 num. 21. ff. si cert. pet. *Jos.* in §. *actionem*, num. 128. de  
 actionib. & quando actio, & exceptio, oriuntur ex  
 eodem fonte, admittendam esse exceptionem, et si  
 magis pacto, aut statuto omnis exceptio sit sublata,  
 excedensque *Bal.* in adversarios, subiunxit, et iſſi  
 diaboli suo modo statutum interpretantur, quod latius  
 comprobant post *Anson.* *Camer.* *Marsil.* *Avendan.*  
*Padill.* & alios, *Parlador.* *rerum quotid.* lib. 2. cap. fin.  
 port. 5. §. 11. n. 27. *cart. mibi* 538. & aliis quoque con-  
 gestis *Cavallos* tract. comm. contra *coram.* cap. 536.  
 p. 48. & 49. & in promissione de solvendo, etiam ju-  
 ramento firmata etiam si promisisset solvere, omni  
 exceptione remota, quinimmo ut *Judex* teneatur  
 suppleri hanc exceptionem ex officio, *Carol.* de  
*Graff.* de except. cap. 13. Et in specie, quod cum ra-  
 ziones debiti, & crediti sint connexæ inter socios  
 litis consortes, vel aliter pacientes, aut transigen-  
 tes, quod non possit, facta liquidatione accepti, vel  
 ex instrumentis quarentigis, & liquidis, vel unius ex  
 partibus confessione, fieri ullo modo exequutio,  
 etiam pro partitis accepti liquidis, & confessis ante-  
 quam discutiantur partitæ deti, & crediti, ex qui-  
 bus debitum liquidum extingui, vel diminui potest,  
 latè *Anchor.* conf. 235. *Alexand.* conf. 192. per totum,  
 lib. 7. *Jas.* conf. 100. lib. 4. *Negus.* de pignor. memb. 1.  
 5. partis, *Cravest.* conf. 231. n. 16. vers. undecimo con-  
 sidero, juncto n. 17. *Avend.* de exequend. mandat. *Bae-*  
*za.* de decima tñor cap. 2. num. 169. ubi quod interim  
 quod expensi, sive alterius crediti ratio non recipitur,  
 non possunt capitula accepti, quantumcunque clara,  
 liquida quarentigia, & confessæ exequutioni, deman-  
 dari, cum sint adeo in scriptura coanexa, ut nun-  
 quam præjudicet confessio accepti, nisi videatur ex-  
 pensum, quam opin. veriorem, & tuiorem, & in *Pi-*  
*siano Hispanico* *Senatu* frequentissimè decisionibus  
 comprobata, resolutis contrariis, optimè & latè  
 probat *Munoz de Ratiocin.* cap. 21. ex num. 12. ubi  
 generaliter loquitur, & resolvendo illud vulg. axio-  
 ma, quod de liquido ad illiquidum non admittitur  
 compensatio ex l. fin. C. de compens. in quo totum  
 fundamentum constituant adversarii, dicit, & qui-  
 dum optimè, illum & ext. debere intelligi, quando cre-  
 ditum, & debitum descendunt ex diversis, & sepa-  
 ratim stationibus, secus tamen esset, si ex eodem con-  
 tractu, & qui individuam connexam, & correspondi-  
 vam causam habet, descenderet, ut sumus in casu no-  
 stro ex causa hereditatis quondam *Petri Francisci*, ex  
 qua credita, & debita etiam tutelæ descendunt, & ex  
 eodem contractu transactionis, ubi ista jam sunt

etiam ex individuo voluntatis contrahentium con-  
 nexa, & unita, arg. leg. grecè, §. si quis, ff. de fidejuss.  
 Sed & aliter, & secundo modo declaratur vulgaris  
 12 prædicta reg. de qua in l. fin. C. de compens. ut intelli-  
 gatur in debito liquido per testes, vel alias proba-  
 tiones, secus in debito liquido per confessionem  
 partis, quia tunc etiam de liquido ad illiquidum  
 compensatio admittitur, ut per *Gloss.* in d. l. fin. vers.  
 conjuncta, & in l. nemo ex his, ff. de regul. jur. *Socis.*  
 tract. regul. cap. 22. vers. compensatio *Veronens.* can-  
 tel. 83. licet his non sit opus, cum nos de relevatione  
 & retentione agamus, non de compensatione: *Medi-*  
 13 ces d. tract. 2. part. quæst. 24. num. 3. & part. 1. quæst. 13.  
 num. 3. in fine, & 4. sed & si in terminis compensa-  
 tionis versaremur compensatio admitti deberet in  
 præsenti casu sine dubio, etiam admissa opin. *Canoni-*  
*st.* negativa, quod adversus debitum juramento fir-  
 matum non admittatur compensatio, de qua in c. ad  
 avibrat, de jurejurand.

Primo, quia opin. *Canonist.* negativa declaratur  
 procedere, quotiescumque, qui juravit soluere credi-  
 tori suo, ipse erat in alia manu creditor certus sui cre-  
 ditoris, & debita erant hincinde prompta, & com-  
 pensabilia, tunc enim videtur se obligasse ad non  
 14 compensandum, secus vero si jus opponendi super-  
 venisset post promissionem juratam quæa juramentum  
 debet intelligi, alio non apparente, & rebus, sic stan-  
 tibus, & proinde jure debet admitti opin. *Bart.* & alio-  
 rum affirmativa in l. amplius non peti, num. 8. ff. rem  
 ratam haberi, ut post *Panor.* & *Tindar.* opinion. contr.  
 conciliantes, resolvit *Affict.* noster decis. 381. num. 3.  
 vers. & ad hoc bene facit.

15 Et quod jus compensandi superveniens post pro-  
 missiōnem juratam, prodit ad inducendam compen-  
 sationem, post *Socin.* *Paris.* *Anson.* *Gallei.* & alios  
 probat *Vivius* tomo 1. opin. cap. 115. vers. promittens  
 foliugre, & post *Cottam* moderna. *Vecon.* *Sylvan.* &  
 alios, latissime *Oſſeb.* decis. 92. num. 34. ubi num. 35.  
 dicit quod proinde *Senatus* sequens squitatem, se-  
 quendo *Bart.* opin. censuit hoc casu, capitula con-  
 cernentia compensationem, quæ supervenit post ju-  
 ramentum infra breve tempus, etiam ad probatio-  
 nem admittenda, non obstante d. l. fin. C. de compens.  
 cum paria sint esse liquida, vel de proximo liqui-  
 danda, & sequitur *Medices* d. tract. part. 1. quæst. 25.  
 num. 21. cum sequent. & latissime melius omnibus  
*Gutierrez de juram.* conf. 3. cap. 2. num. 7. vers.  
 retenta igitur sapientia, & cum mysterio ponderant  
 præd. D. D. tunc excludi solam compensationem,  
 quando credita sunt hincinde, tempore promissio-  
 nis juratae compensabilia, & sic prompta, certa, &  
 liquida, secus si jus compensandi, ut *Gutierrez* adver-  
 teretur loquitur, superveniat, quia eti creditum  
 16 jurantis, sive factum, ex quo creditum dependet,  
 præcedat, si tamen eo tempore illius non habuerit  
 distinctam notitiam, nec scripturas illum fundantes,  
 non dicunt præcedere creditum hincinde certum,  
 promptum, & compensabile, & proinde non video-  
 tur iuri compensandi renunciatum, ut in præsenti  
 casu certum est, D. Ducom tempore transactio-  
 nis non habuisse notitiam, nec ipsi suffisse facultatem  
 concessam prætercurandi libros, & scripturas, ex qui-  
 bus partitæ in ipsius beneficium colligi, & fundari  
 poterant, & proinde ipsius creditum non erat tunc  
 compensabile, sed ex post facto devenerunt ad noti-  
 tiā partitæ ex libris postea visis: & ne deficiat au-  
 thoritas in puncto, quod si creditor non habebat,  
 tunc temporis notitiam, quod admittenda sit com-  
 pensatio,

pensatio, ex quo non intervenit requisitum, quod credita dici possint hincinde compensabilia, in specie advertit Capyc.d.decis.167. post n.5.in fin.vers.tamen non habebant.

Secundò limitatur opinio Canonist.negativa, ut ad 17 mittatur compensatio etiam de debito illiquidus ad 18 versus debitum juratum, ubi proceditur, sola facti veritate inspecta, prout in patria Pedemontium, ubi ex his duabus limitationi, hanc opin. usu rerum iudicatarum, admissam testatur Osasch. d.dec.92.num.25. C. 36. post Gratian, Paris. & alios, quos refert Gabriel.de jurejur.concl.7.n.12.vers. quinto limita, unde 19 cum hic, nedum ex regni legibus, sed ex particulari pacto in hac eadem transactione specialiter inito, in hac causa, quæ ob id prius fuit compromissa in Cons. Palatium & deinde ob illius recusationem, ad supremum Senatum Collateralem ex speciali ordine S.Excellentia fuit advocata, sit ex bono, & æquo, ac 20 summarie procedendum, ed fortius compensationem erit admittenda; cum concurrat duplex vinculum pacti cum dispositione statutorum, quod casu fortius operantur.

Tertiò limitatur opin. negativa, si debitum, quod opponitur in vim compensationis, pariter fuerit juratum, tunc admittitur compensatio, & ratio est, quia Canonist.loquuntur in compensatione debiti non jurati adversus debitum juratum, secus si pro utroque debito sit juratum, ut advertit Vivius, dict. 1.romo cap.114. ver. compensatio, num.3. sequitur in specie Osasch.decis.92. post n.35. vers. aliam etiam, sequitur Medices d. tract. part. 1. quæst.25. num.26. vers. quarto, aut quod, Gutierrez de jurement. confirm.d. part. 3.c.6.in fin. Nec oberit si dicatur, non posse fieri compensationem, cum credita non sint invicem compensabilia ex quo compensatio sit de quantitate ad quantitatem, non de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, unde cum pecunia debita per Ducem stare debeat, subjecto vinculo majoratus erexit per Petrum Franciscum, & creditum Ducis dependens ex rationibus tutelæ hereditatis quondam Jo: Ambrosii patris Ducis, patiter sit subjectum vinculo fideicommissi, dispositi per ipsum Joannem Ambrosium Ducis parentem, non videtur posse admitti compensationem.

Primi enim negatur, aliquod adesse fideicommissum, vel vinculum injunctum in casu, qui evenit, quod in dubio inductum non presumitur, & sententia effet necessaria, quæ id declararet, sed etiæ aliquod vinculum adesset, non ideo minus partitæ invicem debitæ desinerent consistere in quantitate pecuniarum, quæ functionem, recipere possent in genere suo, ut adversarius non bene negat. Nec agitur, ut objecto compensationis omnino credita invicem debita extinguantur in damnum vocatorum, sed ut dum taxat exequutio ad instantiam Mariæ differatur donec liquideatur partitæ in beneficium Ducis, ut ipsis declaratis, deinde res in vicem in tuto ponantur, prout justum decernere visum fuerit. Et tandem etiæ mutua credita occasione vinculi, si adesset, ex debitis in quantitate, converterentur in debita speciei, ut pars effingit, adhuc cum versemur in retentione, quæ oritur ex eodem fonte, non in compensatione, retentio conceditur etiam inter species, sive in specialibus, l.si in area, ff. de condic. indeb. compensatio autem in quantitate vel in genere, l.si convenerit, ff. de pignor. action. Tindar. de compens. aet.6.num.46. Medices eodem tract. part.2. c.28.n.5. 23 cart. mibi 250. quam retentionem concedi etiam

ubi per juramentum, vel aliud impedimentum, excluditur compensatio, docuerunt Corn. conf.61.vers. nec refragatur si quispiam.lib.3.Socin.conf.143.vers. sed postea, quod ita esset lib.1. Paris.conf.100. n.35. & seq.vers. quæ retentio, lib.2. Cravett.conf.148.vers. modo ex iuribus, ita ut quocunque pars se vertat, compensationem, aut retentionem interim excludere non valeat ita ex tempore mense Junii 1616.

Fuit hæc controversia inclusa in transactione supra in præced. relata.

### S U M M A R I U M.

- 1 **E**xceptio est ejusdem generis, cuius est regula: Attus simul facti, dicuntur correspondivi, & unus, alterius contemplatione gestus.
- 2 **M**ens contrahentium, & sensus contractus, colligitur ex toto contextu conventionis simul unito.
- 3 **C**lausula, & pacta in medio posita, ex superioribus, & inferioribus, declarantur.
- 4 **A**fflio censemur proposita, cum sua exceptione, & causa illi cibærenti.
- 5 **E**xceptio aquæ privilegiata censemur, sicut actio, quando simul cum actione oritur.
- 6 **A**rticuli juris controversi, in praesenti causa propounderuntur.
- 7 **I**nstrumentum stipulatum inter partes pro execuzione præcedentis tractatus, & conventionis, dicitur idem contractus, quamvis addantur clausula, quæ solet apponi de Stylo Notariorum.
- 8 **T**ransactionis vis, arque effectus regulatur à specifica enumeratione litium, & causarum facta in principio contractus, & num.11.
- 9 **P**roœmium declarat causam finalem, & mentem contrahentium.
- 10 **V**erba quæcunque generalia, universalia, & generalia transactionis, restringuntur ad specificata, & num.17.
- 11 **Q**uietatio, sive liberatio facta ex una causa non porrigitur ad novas species, præsumt de novo reperias, & non comprehensas in libris rationum, & num.15. & 19.
- 12 **L**et si de certa, C.de transact. procedit, nedum in transactione, sed in pacto, & conventione de communis sententia.
- 13 **C**lausula, quæ solet adjici à Notariis, devenisse partes ad transactionem conventionem, & pactum, ad maiorem cautelam est inventa.
- 14 **D**ictum, sed clausula generalis, restringitur per rationem, finem, & causam.
- 15 **D**ictio, d'altro, in materia quietationis, & remissionis restringitur.
- 16 **L**iberatio, & quietatio, ut sit generalis, & universalis, & omnia comprehendat, quibus sit concipienda verbis, & num.18.
- 17 **T**ransactio generalis cum generalissima liberatione, etiam si ratio recti sermonis non patiatur, abduc est restringenda, ne menti contrahentium contradicat, & num.21.
- 18 **Q**uietatio sive liberatio generalis non comprehendit restitutionem reliquorum; etiam si administrator liberetur ab actione tutelæ, num.23.
- 19 **C**lausula in instrumentis quietationum, remissionum, & renunciationum, censetur opposita de stylo Notariorum.
- 20 **R**enunciationes, sive remissionses sunt restringenda, & illa est sumenda interpretatio, qua remissionis, præ-

- : *presumptio evitetur, & potius error, & fortuitas, quād remissio, presumenda.*
26. *Clausula renunciationum mīsus vocant, cām apponuntur post proemium, & prefationes; imd tunc censeant adjecta contra voluntatem contrahentium.*
27. *Clausula hujusmodi non obsunt, nisi probentur scienter, & consilid adiecta in renunciatione.*
28. *Clausula preditta, quātū sit veram, censeri adiectas de mente contrahentium, restringuntur in his, quae pertinent ad exequationem, firmitatem, & declarationem, secus in his, quae disponunt, vel novum effectum producent.*
29. *Clausula non adiecta in protocollo, non potest per Notarium describi instrumento extenso.*
30. *Clausula non apposita in primo instrumento, descripta tamen in posteriori, eadem cum primo; censeatur contra mentem contrahentium.*
31. *Clausula acceptationis, videatur potius apposita ad solemnizandum actum, quād quod verum sit, quod in illa continetur.*
32. *Transactionis causa cessione, cessat transactio.*
33. *Ratio eadem, omnes casus complectitur.*
34. *Reservatio, ne reddatur iustitiae, omnem casum comprehendit.*
35. *Clausula in calce orationis posita, ad proximiora restringitur, nē sit inutile.*
36. *Bono, & iure propria competetia iure dominii, non includuntur in generali renunciatione, quietatione, & remissione.*
37. *Actione remissa, utrum censeantur facta liberatio, etiam à dolore gestis, & n. 43.*
38. *Liberatio, tam inter vires, quād in ultima voluntate non comprehendit dolum præteritum, ubi liberans est in danno, & quid in dolo præsumpo, n. 40.*
39. *Remissio qualibet, et si generalis, debet restringi, ut cū civili, & iustiū recipiat intellectum, & dolus excludatur.*
41. *Dolus furtivus, neque in specie, expressis verbis, remitti potest.*
42. *Actione totalē remissa, quando reliqua remissa videantur, probatur generaliter opinio negativa.*
44. *Verba dubia contra stipulacionem, ut minus obligent promissorum.*
45. *Læsio insurgeans ex transactione, facit, ut illa interpretetur in favorom lœsi.*
46. *Transactio, sive rationum redditio, non visis libris, est nullum, præferentiam cum ad liberos se remiserunt transigeantes, & ex libris potest apparere veritas.*
47. *Aequitas, & veritas, potissimum in Principiis Supremi Concilio, attendi debent.*

## A R G U M E N T U M.

In eadem controversia coram Supremo Collaterali Consilio, de vero sensu, & intelligentia transactionis, & liberationis, defensione ex tractatu, & conventione praecedenti, potius quam ex clausulis adiectis in instrumento celebrato in exequationem primi contractus, & ex integro contextu ipsius simul juncto, & de intellectu, & vigore clausularum, transactionum, liberationum, de remissione actionis, & similiū, quando censeantur adiectas de stylo, præter, aut contra voluntatem contrahentium, & quando ex earum mente consilid, & deliberatè, & quomodo id dignoscatur, & quanti, quoad effectum interficit inter utrumque casum. Quando censeantur remissa reliqua, & dolus præteritus, vel presumptus cum fu-

turus nec remitti possit, & alia plura ad intelligentiam contractuum, & clausularum.

Pro eodem Dom. Duce Cardinali, Satriani Principe.

## C O N T R O V E R S I A XLII.

**D**uos articulos proponit Dom. Maria Ravischeria in sua exceptione. Primo, quietationem, sive liberationem in transactione contentam fuisse generalissimam, & ob id comprehendere omnes, & quascunque summas, & partitas, etiam extrā causam administrationis tutelas; secundo reservationem, in beneficium Ducis adiectam, continere dumtaxat partitas exactas ab anno 1611. & in libris non descriptas, non autem exactas ante annum predictum, quas contendit indistincte fuisse remissas; quemvis non facient in libris descriptas.

Primus autem articulus, tam longo verborum, & motivorum apparatu exaggeratus, parum, aut nihil facit ad causam: siquidem parum refert disputare, an asserta quietatio comprehendat omnes, & quascunque causas, & partitas, etiam non pertinentes ad successionem, & tutelas administrationis, sed alias quascunque res, etiam diversas, quandoquidem, & si hoc verum esset (cujus contrarium mox probabimus;) adhuc tamen reservatio in medio contextus capitali, adiecta, quae quietationi inest, & omnia in dicto capitulo contenta, informat, declarat, & restringit individuo voluntatis, pariter Ducis reservasse omnia, etiam extra causam administrationis, i. cum exceptio sit ejusdem generis, cuius est regula l. 1. 9. sed occipiuntur, ff. de feriis, lser. in terminis reservationis, in cap. 1. post num. 5. qui successenterant. Cravess. conf. 214. num. 7. Reg. de Ponse conf. 15. n. 7. & 8. Everard. loco ab exceptione ad regulam, num. 9. & 10. non enim aliter Dux quietasset, nisi reservasset, & è contra, ut ex regulis, potens 27. C. de patitis, & aliis, latè exornat regulam coresponditatis. D. de French. decif. 369. ex tota enim contextu capituli unito, & simul juncto, colligitur illius sensus, & interpretatio, qualis mens fuerit l. Mervia 44. ff. de maximo. testamen. Mansic. de concess. lib. 6. sit. 13. num. 1. ubi inquit, quod quae sunt in medio, ex superioribus, & inferioribus declarantur. Sard. decif. 202. num. 15. Casanate conf. 45. num. 27. & propounder Maria suam actionem, censemur illam propondere cum omni sua causa, & consequenter, cum exceptione ad Ducem spectante, quo inest ipso obligationi. Balia l. leste 40. num. 24. ff. si cert. petat. Jajos 6. actiosum, n. 128. de actionib. censetur enim hac exceptio non minus privilegiata, quam actio, quae simul oritur, etiam si quis promiserit solvere, omni exceptione remota; non enim dicuntur excipiens venire contra instrumentum, sed illius virtute, dicuntur facere contradictionem. Avend. Camer. Parlad. & alii relati per Casagli. tract. commun. contra communis, c. 5. 36. n. 49. latissime Carol. de Graff. de except. c. 13. Unde omisis juris articulis parum pertinentibus, & propositis, ut veritatem obumbraret, & Ducis justitiam inutilibus allegationibus involuqueret. Duo tantum denuò proponuntur articuli, pro decisione paneti generalis ab initio propositi, quos nunc à levissimis objectis defendimus.

Primus erit articolus, quod etiam si facta fuisse principaliter per Ducem quietatio generalis administrationis.

nistrationis tutelæ; non includeret tamen remissio-  
nem petitionis reliquorum, nec etiam remissionem  
partitarum in libris non descriptarum.

Secundus, estò quod esset facta generalis quieta-  
tio, sub tali forma, quæ includeret ejam reliquorum  
restitutionem, (quod planè negamus,) adhuc tamen  
reservationem in medio contextus capituli adje-  
ctam, reservasse Duci omnes partitas ad eum spe-  
ctantes, idest quæ utcunque ex juris dispositione ad  
eum spectant, non descriptas in creditum Ducus à  
prædicto anno 1611 inclusivè.

Hinc tertius ex abundanti, licet non necessarium  
ad causæ victoriam, sed ne videamus quid erroneum  
fateri, probabimus, quietationem de qua agitur, nul-  
lo modo includere partitas, Duci debitas extra cau-  
sam tutelæ, sed ad ipsas dumtaxat restringi.

Et ut incipiamus ab hoc ultimo juxta ordinem  
partis. Præmitto nostram transactionem unicam fuis-  
se tractatam, conclusam, & undique in substantia  
conventorum inter partes perfectam, & stipulatam  
sub die 8. Septembris 1613. ubi verè quid senserint,  
& voluntates partes, clare demonstratur. Et in-  
strumentum postea stipulatum sub die 26. Octo-  
bris in forma pleniori, non fuit diversus contractus,  
cum nihil penitus fuerit additum, nec immutata  
quidem syllaba in substantia; quamvis Notarius in-  
ter capita conventionis per eadem verba similia in  
primo contenta, in hoc posteriori instrumento, in la-  
tinum sermonem conversa, inseruerit clausulas qual-  
dam, de stylo, & consuetudine Notariorum apponi  
solitas, adnotata in vulg. l. conficiuntur 8. ff. de jure  
codicill. & in fin. latius.

In hoc autem primo contractu, qui veram, & ori-  
ginalem continet transactionis substantiam, ex ejus  
procœmio appareat de expressa voluntate contrahen-  
tium, nihil aliud sensisse partes, nisi principaliter  
transfigere super lite, jam deducta in S.C. super suc-  
cessione hæreditatis communis patrui, & inciden-  
ter super administrationem, scilicet tutelæ facta per  
defunctum, bonorum Ducus, expressæ partes se re-  
stringendo ex relatione ad acta, ibi, ut ex processu, &  
actis quibus, &c. & ex speciali alterius futura litis  
administrationis, scilicet expressione, in primo capitulo  
in fine, ibi, & anco alla pretensione, &c. Ex qua  
litum, & controversiarum speciali enumeratione  
in procœmio transactionis facta, manifestè patet,  
nihil aliud fuisse tractatum, nec cogitatum, & om-  
nia, quæ subsequuntur à specifica assertione in procœ-  
mio, sive præfatione facta, restringi, & modificari  
debent, quo casu propriè locum esse decisioni l. si  
de certa 31. C. de transact. docuit Natta cons. 546.  
n. 16. in fin. &c. 17. quod & generale est, ut ex procœ-  
mio, causa finalis, rei veritas, ipsaque mens, &  
intentio contrahentium clare dignoscatur, ut latè ex-  
pli cat Molina de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 1. & hoc  
pariter fatetur, dum in fin. secundi motivi, cir-  
ca primum articulum, concedit fieri restitutionem,  
quando per conventionem disceditur à lite, & cau-  
sis specificatis, citans Eugen. cons. 13. licet con-  
tra expressa verba nostræ transactionis, contendat, id non posse applicari ad casum nostrum in quo  
miserè labitur, & convincitur ab eod. Eugen. quem  
cit, qui in puncto num. 30. 32. in fin. & post num.  
11. 33. probat de mente omnium. ut cum initio trans-  
actionis exprimuntur certæ lites, quæcunque ver-  
ba generalia subsequentia, quinimò, quævis univer-  
salitas, & geminata verborum adjectio, puta, & alia  
quæcunque causa, & de omnibus, usque in presentem

diem, &c. adhuc restringitur ad specificata, & sic  
cum duæ essent causæ, scilicet administrationis tutelæ,  
ac etiam de exactis per Dominum Petrum Franci-  
scum, uti procuratorem Joannis Ambrosii patris,  
12 quietatio facta à Duce ratione administrationis,  
restringitur ad causam tutelæ tantum, & non ad  
alias causas, & novas species; præsertim de novo re-  
pertis, non deductis, nec comprehensis in libris ra-  
tionum, de quibus specialiter actum non fuit sex. clar.  
in L. empor. 48. §. Lucius ubi DD. & in L. eres fratres  
35. in gloss. in vers. posse, ff. de past. ubi Angel. dat cau-  
telam Bald. in l. sub praetextu 19. n. 12. C. de transact.  
Cravett. conf. 221. n. 8. Mafcard. de probat. cap. 1253.  
num. 41. cui solidissime conclusioni non obstat,  
quod primò objicitur, quod dispositio leg. si de  
13 certa procedat in transactione, secus in pacto, &  
conventione, juxta opin. Gloss. in d. L. empor. §. Lu-  
cius. ff. de pactis; siquidem, ut ex hoc primo dignoscatur  
levitas sequentium objectorum, communis, &  
recepta opinio est contra Gloss. ut decisio l. si de cer-  
ta, procedat, tam in transactione, quam in pacto,  
& conventione, ut eadem fiat restrictio, quod ex Ga-  
briel. Tigrino. Cyno. Bar. Bald. Saly. Castr. Alexand.  
Jas. Curn. jun. & aliis, probat Surd. decis. 217. n. 6.  
& inter commun. contra Gloss. adscriptis Gabriel. sit.  
de regal. juris conclus. 4. num. 28. Padill. videndum in  
dict. l. si de certa, Menach. de præsump. lib. 4. cap. 164.  
num. 11. in fin. Moros. respons. 59. num. 1. Urfil. corri-  
gens Afflitt. per functionem aliud dicentem decis. 285.  
n. 9. Escob. de ratiocin. cap. 40. num. 24. in fin. &  
14 dum subjicit, id est, Notarios solere adjicere deveni-  
se partes ad infra scriptam transactionem conventionem,  
& pactum, ut ex hoc transactio, & pactum,  
non restringatur, citans ad hoc in specie Afflitt.  
omnino videndum decision. 319. num. 6. qui ia-  
dicto numero, & in tota decis. tale. quid dicere  
non cogitavit, nec posset id dicere cum sit contra  
terminos: ubi enim constat, partes voluisse tran-  
figere, non attenditur, quod illæ, alium imponant  
nomen contractui, quia prævalet veritas, & substan-  
tia. l. insulam 6. ff. de præscript. verbis, & ceteris plus  
val. quod agitur, & maximè quando illud adjicetur ex  
stylo Notariorum, & ad decis. Afflitt. in principali  
puncto infra respondebimus. Præterea, quod No-  
tariorum utantur hac cautela ad maiorem cautelam, ad  
evitandum opinionum varietatem, non ex hoc infer-  
tur necessarium, aliud esse de jure.

Secundò objicitur, quod in prima scriptura con-  
tinetur generalissima quietatio in illis verbis per ra-  
gione dell' administratione, d' altro, longè discurrendo  
super efficacia hujus dictionis, d' altro, inferens, ver-  
ba hujusmodi esse talia, quæ, salva ratione recti ser-  
monis, ad specificata restringi non possunt.

Et quod in secundo instrumento latius extenso  
ad sint verba pleniora in clausulis sequuntur, ibi, ce-  
ferunt litibus quomodounque, & qualiterunque  
ex causis cognitis, vel incognitis, &c. quo casu con-  
tendit, omnia includi ex dicto Panorm. in cap. 1. de  
transact. cum simil. Sed haec non obsistunt in facto, &  
minus in iure: in facto enim clare patet, verba  
prædicta, adjecta in principio 6. cap. originalis trans-  
actionis, nullam continere quietationem admini-  
strationis tutelæ, nec ad eam referri posse, quæ infe-  
rius subjicitur, & sic aliud ista verba operari non pos-  
sunt; siquidem dictum generale limitatur, & re-  
stringitur per rationem, finem, & causam dicti, ut in  
puncto quietationis, & remissionis, docuit Angel. in  
l. obligatiue 6. num. 5. ff. de pignor. Natta cons. 546.  
num. 12.

*sua. 12. Cravett. Rimin. Paris. & alii relati à Surd. conf. 431. num. 13. & 14. ubi id generaliter probat in qualibet dispositione; quietatio autem postea subjicitur in ultimis verbis d. cap. 6. ibi, & da dicto anno 1611. in dictro, &c. prævia prius reservatione, in medio posita; unde patet, verba præcedentia ad alium diversum finem, quam quietationis, adjecta 16 fuisse: in jure autem non est verum, dictionem hanc, & alio, in materia ista quietationis, & remissio- nis, quam constat esse strictissime interpretandam, & coangustandam, non posse restringi, salva ratio ne recti sermonis, ad specificata; siquidem contra rium in puncto de ista dictione, & alio, docuit Ol drad. conf. 297. n. 5. Roman. conf. 92. num. 2. ubi planè addent. & conf. 31. num. 1. Hondon. latè conf. 49. num. 11. lib. 2. Panorm. Berous, Ruyn. Nat. a. Socia. jun. & Rimin. relati per Surd. d. dec. 217. n. 4. & 5. qui in fin. dicit ita judicatum, concludens, verbo rum universalitatem non sufficere, ubi certa causa est expressa, & Surdum loqui in hoc melius de mundo, testis est Escobar de ratiocin. cap. 40. n. 22. & 24. nec Natura voluit contrarium conf. 546. quia Oldrad. 17 sequitur n. 18. dicet n. 19. limitet, ubi in liberatione nulla præcedit specierum enumeratio, vel aliter appareret de mente partium, ut quia sit facta libera tio ab omni causa, quæ dici, vel excogitari possit, & quod sit generalis, & generalissima, vel si cum di stione, vel alia, adjiciatur dictio universalis, videlicet, & quæcunque ratione alia, vel causa, in quo, licet aliud voluerint prædict. DD. d. Surdo citati post Oldrad. & cum illis Eugen. d. conf. 13. tamen nobis non obstat opinio Natura, cum in præsenti casu non ad sint verba, nec factum prædictum; cujus transfa 18 ctionis, & quietationis generalis forma, quæ salva ratione recti sermonis, ad specificata restringi non possit, est, vel cum sit nulla præcedente specierum enumeratione, ad quæ magis referri possit, quam ad alias, vel cum occasione, etiam certa rei, additur ge neralis quietatio, verbis universalibus, & gemina tis concepta, de omnibus, quæ inter partes acta, & gesta fuerunt usque in illum diem, & quibus modo, & ex quacunq; causa quod non negamus fieri pos se, sed in præsenti facta non fuit, ut pro cautela, scriptit Angel. in l. tres fratres 36. ff. de partis, tunc enim velut universalissima, nulla tamen subsistens, restringēdi, ratione, restringi non debet, et in his terminis loquuntur quotquot DD. ex adverso citantur, ut bene explicat Moros. respons. 43. ex n. 18. et Cravett. conf. 294. incip. verba transactionis, per totum, et ita loquitur expresse casus decis. Afflct. 319. ut patet in principio, ubi nulla facta mentione litium, occasione divisionis, promissa fuit generalissima quietatio de omnibus debitibus, a totis retroactis tem poribus usque in præsentem diem, quod plures re petit, et ponderat n. 2. et ante n. 3. sic etiam procedit Consul. Valaschi 39. si quoque in his circumscriptis, quietatio, tametli generalis, nunquam porrigitur ad spe cies in rationibus non comprehensas, vel de novo repertas ut, re planè discussa firmat Escobar d. tract. cap. 40. n. 22. Mascar. conclus. 1258. in fin. quem unum pro omnibus citasse sufficiat, et quod adhuc 20 transactio generalis, cum liberatione generali, et generalissima, tam de causa cognita, quam penitus in cognita, et pro omni eo, et toto, quod consequi pos sit in bonis, et hereditate Titii, nedum ex causis ex pressis, sed ex quacunque causa, quod adhuc restrin gatus ad specificata, et sic ad contractum super quo interponitur, etiam ubi ratio recti sermonis hujus-*

modi restrictionem pati minimè videatur, ut men ti contrahentium non contradicat, rogo videri soleme consil. Joan. Botte 62. num. 5. & 18, cum sequentibus, ubi docet ex mente omnium, ita intelligendam esse hanc materiam: Idemque affirmarunt plures graves DD. ex mente Jacob. de Aret. Angel. et 21 Curt. sen. asseverantes quietationem generalem, re stringi ad specificata, etiam ubi ratio recti sermonis salvare nō potest, Eugen. d. conf. 13. n. 32. Surd. d. conf. 431. n. 74. Præterea dicimus, quod etiam si restringi fieri non posset, adhuc sub generali quietatione et 22 liberatione, non comprehendetur restitutio re li quorum l. si quis rationes 10. Arrelius 29. 5. Maris ff. de liberis. legat. dispungenda erat enim ratio par titarum expensi, et accepi in administratione tutelæ; nec non supererat solutio reliquorum, quæ plura continet de quibus l. cum servas 8. ff. de condit. & demonstrat. latè prosequitur Escobar de ratiocin. in cap. 2. n. 5. et cap. 10. n. 58. & 59. in fin. quo ca su, facta quietatione, non includitur solutio reliquorum Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 14. Monoch. lib. 4. de præsumpt. c. 164. num. 27. versic. quartus est casus, Consil. de Anna, conf. 115. num. 25. Gx. i. c. v. de tutelis, part. 3. cap. 1. n. 32. Montan. cod. tract. cap. 38. n. 36. etiam si administrator liberetur in contractu ab ipsa actione tutelæ, latissime Escobar de ratiocin. in c. 5. 23 n. 12. 18. & 20. et potissimum quietatio generalis non extenditur ad partitas in libro non descriptas Card. Par. conf. 9. lib. 1. Roland. conf. 49. n. 25. lib. 1. Farinac. conf. civili 96. in princip.

Non obest secundò clausula adiecta in posteriori instrumento, ubi Notarius addidit quadam an pliora verba in clausulis ordinariis, quas inseruit 24 inter capitula; licet enim praetexta clausula non sit in forma universalis quietationis supra relatæ; attamen, et si esset hujusmodi, non obesset, et omissa discussio ne, an generaliter sit habenda ratio clausularum, quæ solent adjici de stylo Notariorum, in terminis quietationis, remissionis, et renunciationis censeri clausules appositæ de consuetudine sine villa cognitione, et ideo non obesse, in puncto Bald. Angel. Card. Florent. Tiraq. et Beccius quos probat 25 Eugen. d. conf. 13. num. 42. Gailas videndus lib. 2. cap. 77. n. 5. & 6. reddens rationem, quod n. 5. renun ciationes sunt restringendas, Surd. d. conf. 431. in fin. et quis semper illa est facienda interpretatione, ut evi tetur remissionis præsumptio, et quod potius præ sumatur error, vel fatuitas, etiam in facto proprio quam remissio, et renunciatio, ut latissime authores congerit Gutierrez videndus de tutelis; part. 3. c. 20. ex n. 7. Surd. d. conf. 431. et magis in specie, tunc hu jusmodi clausulam adiectam censeri de stylo, quini 26 mod contra voluntatem contrahentium, cum talis clausula non describitur in præstationibus, sed inferius, quo casu minus nocere renuncianti, consideravit in puncto Escobar de ratiocin. cap. 28. num. 43. 27 & 44. Et proinde probari debere scienter, et deli berato animo, atque consilio, verba ejusmodi in renunciatione adiecta fuisse, observant Bozza de Decim. tutor. c. 18. n. 21. in fin. Gutierrez de tutel. par. 3. cap. 20. n. 6. & 13. in fin. 28 Tertiò, opinio illorum, qui dixerunt, clausulas hujusmodi censeri appositæ de voluntate contra hentium, restringitur procedere in his dum taxat, quæ respiciunt exequationem, vel clariorum elucidationem, non autem in illis, quæ dispositionem, vel novum effectum producerent, qui alias non veniret; ita in terminis addit. ad Alexandr. conf. 28. n. 4. lib. 2. ubi

29 ubi dicit judicatum, clausulam non adiectam in protocollo, non potuisse notarium in extenso adjicere, quām rogo revideri, quia satis ad propositum, & ex eo, quod in primo instrumento non legatur censio clausulam in secundo quod est idem cum primo, adiectam, contra mentem contrahentium: melius, omnibus tradit Bart. in terminis, licet pauci advertant in l. Aurelio 21. §. Caius, num. 11. vers. ratio est, ff. de liberatione legata, ubi dicit, quod clausula acceptationis videatur potius apposita ad solemnizandum actum, quām id, quod in illa continetur, verum sit, alios citat Tiraquell. de constituto, limit. 31. nn. 14. Covarr. de testament. part. 2. nn. 14. Gabriel. lib. 6. de consuetudin. cap. 4. n. 5. Alcias. in L. §. si quis ista, num. 12. de verbis obligat.

Nec obstat, quod addit adversaria, quietationem esse generaliter intelligendam, ex quo reciproca; si quidem, sicuti Dux quietavit Mariam, ita & è contraria, Maria remisit Ducis renditionem computorum tutelæ ipsius Mariæ, gestæ per Ducis genitorem: dicimus enim tantum abesse, Mariam non probare fuisse sub tutela patris ipsius Ducis, ut in promptu pateat, tutricem Mariæ, & Caroli fratri, fuisse Viceriam Spinolam, non alium, unde ex hoc sequitur, ut cum hæc reciproca remissio, artificio adversaria fuerit callidè adjecta, ut facilius Ducem induceret ad remittendum, nunc comperta veritate, veluti transactionis causa cessante, dolo partis cessare debet transactionis, & remissionis effectus, cum aliter forte Dux non remisisset, Tessaur. decis. 174. Tiraquell. de cessante causa, verbo, transactionis causa cessante, Escobar d. tract. de ratione c. 40. O. 41.

Quoad secundum articulum principalem, quod reservatio expressa pro Duce, comprehendat omnes partitas exactas toto tempore tutela, non descriptas in libris ab anno 1611. citra, qui partis intentionem omnino excludit, non repeto dicta in prioribus scriptis, ubi latè fundavimus, illam clausulam, adiectam in fine reservationis, dat detto anno 1611. in qua inclusæ, ex pluribus, & præsertim ex rationis diversitate, inter tempus exactio, & descriptio in creditum, omnino referenda esse ad proxima verba tantum, id est ad descriptionem, non ad exactio: & nunc addimus, Ducem voluisse reservare partitas sibi debitas, & ad eum spectantes, ibi dñe misericordia a me spettanti, unde cum certum sit 33 omnes partitas pari ratione spectare ad patrimonium Ducis, sive ante, sive post tempus anni 1611. exactas, pari modo omnes censi debent in reservatione inclusæ, argumento l. bis solis, C. de revoc. donat. cum concord. per Everard. in Topica, à ratione, legis larga, & generali, & aliis infinitis à Tiraquell. de cessante causa part. 1. num. 134. O. sequent. præterea, in quo verificari possent partitas exactas post annum 1611. si nullæ poenitus adsunt? nec ex adverso demonstrari potest, aliquid fuisse exactum post dictum tempus, sed bene ante, unde ne reservatio reddatur inutilis, & elusoria, quinimò copiosa, necessariò ad partitas ante exactas potissimum, reservatio est referenda, Bart. in l. quintus l. secunda, §. 1. num. 3. ff. de aur. & arg. legato, & in l. pediculis 34. §. item cum ff. cod. cit. & in l. eum Senatus 21. n. 3. ff. de r. b. dub. Cardinalis Mantic. de conject. ultim. l. b. 3. cit. 2. num. 10. 13. O. 17. & clausula in calce orationis 35 posita, tametsi alias ad omnia esset trahenda, at tamen ad proximiora restringi debet, nè verbum aliquod sine virtute operandi remaneat in dicta oratione, tam ex proposito, & consulto adiecta,

concernente substantiam, & teruum totius conventionis, argumento l. si quando de leg. 1.

Nec obstat, quod in septimo capitulo transactio- nis fuerit reservata partita pretii domus venditæ Ducis Casacalendæ pro ducatis decem mille in regio- ne Sedilis Nidi, ergo ex hac exceptione reservativa partitæ exactæ ante annum 1611. reliquæ censem- entur remisæ ex natura exceptionis; sed faciliter di- luitur objectum; siquidem nullum argumentum colligi potest ex conventis in d. cap. nam dicta par- tita, diversam omnino habet naturam ab his, quæ dicta sunt in cap. 6. illa enim non erat exigenda, nec ut talis describenda, quoniam pro ea erat Du- ci satisfactum ex venditione tot annuorum introi- tum facta per Dom. Petrum Franciscum, ubi ex- traneum, proprio nomine, ipsi Ducis, & sic non poterat includi in redditione computorum, in 36 quietatione, & reservatione, ut res propria Ducis & per eum possessa jure dominii, quæ nunquam comprehenditur in quavis generali quietatione, l. Aurelius, §. Mævia, ff. de liberat. legat. Covarr. d. c. 14. n. 1. per totam, Gabriel conf. 146. nn. 19. lib. 1. Capbal. cunf. 575. nn. 1. in 4. & partes in d. c. 7. compromis- runt dumtaxat modum contrapositionis, idcirco ex diversis nulla potest fieri illatio, l. Papin. exuli 21. ff. de minor. præterea, adversaria, ut unico objecto, ab insigni viro (ut ipsa ait) excogitato, responderet, quod liberatio non extendatur ad partitas exactas & in libris non descriptas, quia ex hoc videtur fuisse in dolo, & liberatio quamvis ampla, non extenditur ad dolosè gesta. Respondet ipsa primo, id procedere in simplici liberatione; secus verò, cum est remis- 37 sa actio, quia actio rem sua, veniunt etiam dolosè gesta, quod procedit, tam si id fiat inter vivos, quām in ultima voluntate, prætendens in casu præsentí per argumenta, actionem fuisse remissam. Secundò distinguit inter liberationem in ultima voluntate, quæ respicit dolum futurum, & liberationem in con- tractu dolii præteriti, ut primo casu in dubio non censeatur remissus, ne detur occasio delinquendi se- cundo verò remissus censeatur, quia remitti potest. Sed in hoc loquitur pars de more contra comm. & receptas DD. opin. siquidem, pars se fundat in Gloss. l. actione 4. in gloss. ult. in fin. C. de transact. & tamen noluit allegare Bart. qui illam Gloss. declara- rat in l. Aurelio 21. §. Caius, num. 6. ff. de liberat. legat. 38 qui indistinctè concludit, tam in liberatione inter vivos, quām in ultima voluntate, nullo modo cense- ri dolum præteritum remissum, si penes illum, qui commisit, aliquid adest, & dolum passo abeat, & ita inquit Bart. intelligo Gloss. in l. actione, C. de transac. & concludit, nullo modo censi remissum dolum, etiam præteritum, nisi expreſſe sit facta mentio dolii, & reliquorum, tunc enim in dolio præterito, & reli- quis præteritis sufficeret ita Bart. & hanc esse com. opin. post Bald. Caſtreñs. Dec. Paris. Cart. & alios bene probat Mascord. conclus. 1258. num. 8. O. 11. 39 quia quælibet etiam generalis remissio debet restr. n- gii, ut civilem, & justum recipiat intellectum, & ut dolus, & captio excludatur, idemque tradit Celsus Bergal. de dolo 2. lib. 3. decis. num. 24. ubi dicit hanc opinionem esse magis legibus consentaneam, & ita restringendam esse d. Gloss. in puncto juxta Bart. distinct. in d. §. Caius, num. 6. resolut, re bene discussa Covarr. d. lib. variar. resol. cap. 14. vers. primam, & vers. secundum etiam, ubi amplius dicit sibi potius placere, nec tunc ubi nullum superest administratori lucrum, censi verum dolum remissum, sed tan- tum

40 tum præsumptum, idem probavit *Padill.* videndum in d.l. *actione C. de transact. latè Guttier. de tutelis*, p.3. cap.1.n.43. loquens etiam in contractu *Roland. conf.49.* in fin.lib.1.

Differentia autem inter dolum præteritum, & dolum futurum, non est illa, quam contra comm.pars 41 effingit, sed illa quod dolus futurus, nullo modo neque in specie expressis verbis remitti potest *Bart.* in specie in d.g. *Cajus, n.8. Alexand. conf.62.lib.4. Mafscard. d. conclus. 1258. num. 17.* nec est vera partis propositio, quod remissa actione videantur reliqua 42 remissa, quia tametsi hoc non procedat, ubi penes administratorem reperitur lucrum, ut in casu nostro, atamen, quod etiam remissa actione tutelæ, non censeantur remissa reliqua, firmavit *Bart.* in d. g. *Cajus, n.7.* qui licet restringat non procedere, ubi testator gravavit hæredem, ut liberet, tamen indistinctè comm. est opinio, ut non videantur reliqua remissa, ut juxta opin. *Angel. conf. 185.* firmat re discussa *Covarr. d. cap. 14. num. 2. vers. hoc ipsum*, & ita reassumit pluribus relatis, *Escobar de ratioc. cap. 5. nam. 20.* quinimodo *Curr. jun. in d.l. actione n.27.* optimè, & indistinctè probat, quod etiam si quis remittat omnem actionem, non videatur remittere dolum præteritum.

Ex quibus inconcussa remanet justitia Ducis, ut eam virtute primi articuli, quam secundi de per se considerati, judicio Supremi Senatus sit declarandum, reservationem factam per Ducem includere partitas exactas per totum tempus administrationis, etiam ante annum 1611. & non descriptas ab anno 1611. citrà, & hæreditatem Petri Francisci teneri ad solutionem reliquorum, jam petitorum juxta liquidationem faciendam.

44 Et pro omnium coronide, pro Duce est confundendum, quod si verba transactionis essent dubia, prout sunt clarissima, adhuc contra Mariam stipulantem essent intelligenda. *I. cum queritur ff. de rebus dub. l. si stipulatio ista, §. in stipulatione, ff. de verborum obligat. & debent intelligi, ut minùs obligent promissorem l. semper in stipulationibus, ff. de regul. jur. Bar. in l. veteribus, in fin. ff. de pact. maximè, cum 45 Dux enormissimè ex transactione dolosa, & insidiosa, i. scilicet sit dum remisit ducatos 250. mil. pro d. tutella, & dimidium hæreditatis, ut in puncto considerat Corn. conf. 258. & 259. facta, non visis libris, quo 46 casu est nulla, ut appareat ex lectura ejusdem capitulationis *Guttier. de jaram. confirm. par. 1. cap. 40. nam. 10. Escobar. de ratiocin. c. 10. n. 6. & 16.* & non debet pars sub prætextu transactionis, sub involu- cro verborum congestæ, locupletari cum aliena ja- 47 ritas, & mirum est, quod Dom. Petrus Franciscus mandavit stati libris, circa visionem computorum, partes in saepius citato c. 6. transactionis se remittunt libris, in omnibus enunciantur libri, remittuntur de- claratio facienda per Conf. Palatum debiti Ducis, vi- sis libris, & sic appareat partes limitasse quietationem juxta libros éarum voluntatem submisæ libris: ne- scio igitur, quo jure adversaria velit quietationem centeri generalem, & quod extendantur ad credita, & effectus Ducis, quae non sunt in libris descripta, meritisimo igitur jure stant pro Duce equitas, & ve-*

nde perspiciat modo Supremus Senatus, quinam transegit ex causa onerosa, Maria quidem, quae recepit a Duce possessionem signoriam, aut Dux

præcipitanter à parte oppressus ejus notoriis, & à seculo inauditis circumventionibus, renunciavit possessioni bonorum, cum Dux ultrà jus successio- nis, potuisset retinere omnia bona pro redditione computorum tutelæ ascendentis ad ducatos tercen- tum mille, qui totam ferè hæreditatem Petri Franci- sci absorbebat 4. Februarii 1615.

### D E C I S I O.

**D** le Lunæ 27. Aprilis 1615. referente D. Regente Marco Antonio de Ponte Marchione Sancti Angeli, & Sac. Consil. Præside doctissimo, cum interventu Consiliarii Matthæi Patigni adjuncti in Colaterali fuit decisum pro voto D. Ducis, Satriani Principis, juxta hic scripta, & fuit decisio facta per veros juris tramites, processus penes Mag. acto- rum de Felice.

### S V M M A R I U M.

- 1 **T**ertius ad causam veniens ad infringendum, vel coadjuvandum, ut audiatur, vel assistat, talis esse debet, qui noviter ad causam veniat.
- 2 **D**octoris, qui banc materiam pertractarunt.
- 3 **T**ertius, qui ab initio liti præsens fuit, & causam defendit, velut antiquus cause defensor, non potest dici tertius ad causam veniens.
- 4 **T**ertius non potest prætender e assistere, ubi nulla adeat collusionis suspicio.
- 5 **C**itandus non est præsens, nec certus certiorandus.
- 6 **T**ertius etiam de novo ad causam veniens ad coadjuvandum, assumit defensionem in eo statu, in quo lis reperitur.
- 7 **M**inor, vel pupillus noviter ad causam veniens li- cet habeat primam, & secundum beneficium, & sic restitutionem adversus omellas probationes, id tamen restringitur, n.8. & 14.
- 8 **J**ura tertii oppositoris ad coadjuvandum, sunt in omnibus metienda à iuribus principaliis.
- 9 **T**erminus sive dilatio ad probandum, si principali concedi non debet, nec pariter tertio, & ita in Hispania practicatur, n.12.
- 10 **T**ertius non potest allegare, neque testes inducere, eo tempore, quo principali non licet.
- 11 **T**ertius ad coadjuvandum, comparans, tempore ex- peditionis causæ, ipsius decisionem retardare non potest.
- 12 **T**erminus non solet concedi in causa consenserit in mero juris articulo.
- 13 **T**ertius ad coadjuvandum, ut audiatur, vel assistat, excluditur ratione præsumpta calumnia, propriæ, vel principali id affectantis.
- 14 **T**ertius comparans tenetur allegare, & docere de suo interesse.
- 15 **T**ertiis comparans, & allegans se esse de comprehen- sione in fideicommisso, vel majoratu, non est audiendas cum hoc sit interesse de suo euro, præsertim, quando non controvertitur de validitate, n.19.
- 16 **D**ecisiones in causa majoratus, sive fideicommissi su- per Statu Bisniiani, ubi agebatur de ipsius validitate, & tamen filii D. Comitis Saponarie fuit permisum dimicata afftere, & similis decisio Col- lateralis Consilii, in praesenti causa de anno 1615. in calce.

S AR-

## ARGUMENTUM,

Tertius comparans in causā, tām ad coadjuvandum alterum ex collitigantibus, quam ad infringendum: debet esse talis, qui de novo ad causam veniat; juraque tertii ad coadjuvandum in omnibus metienda à juribus principalis, ut non possit allegare, nec testes inducere quando principali non licet. Quid in minore vel pupillo, excluditur ratione præsumptæ columnæ, vel si non allegat, & docet de proprio interesse de præsenti, alioquin plures decisum, licere assistere tantum.

Pro eodem Domino Duce Cardinalis,  
Satriani Principe.

## CONTROVERSIA XLIII.

**H**ieronymus Ravaucherius, tātum abest, ut audiri debeat in causa inter Ducem Cardinalis, & Mariam matrem, ut posthabita quilibet provisione expediendus sit omnino articulus principalis, tot vicibus, & diebus decidi jussus diversis machinationibus usque in hunc diem per tot menses, artificiosè protelatus.

Omnia etenim jura, quæ de tertio oppositore ad infringendum, vel coadjuvandum comparante, membrarunt, præsupponunt de necessitate, tertium hunc, qui pro suo interesse petit audiū, noviter ad causam venire, & talem esse, cui uti noviter ad causam venienti jus competit, vel ut audiatur, aut saltem causa defensioni, ne inter litigantes colludatur, assistat, ut est *tex.apertus* in c. 2. sed *fin.* ut *tib.perd.* in 6. ibi, ne proper nos adversarios, qui malitiosè interdum petisonibus subrogantur, &c. & de tertio hoc veniente, & sic noviter ad causam latè agunt *Afflīct. decisi. 235. Covarr. c. 13. & 14. præf. Gaill. lib. 1. obseru. præf. c. 70. & 71. decisi. Peruf. 26. Pac. cbin. lib. 1. controvers. c. 5.* at Hieronymus non potest dici tertius noviter ad causam veniens, quia semper ab initio is causam egit, & sua diligentia, & vigilancia, & fortè plus, quam licuit hunc in diem, causa est dilata, ipso Hieronimo advocates ducente, & jura sua acerime defendente, tam simul cum mare, quam sine mate, ut quilibet diligentissimus ditigans facere posset, ut omnibus, & præstent domino Marchioni Commissario, & aliis dominis de Collaterali est plusquam notiorum, & collusio aliqua inter Ducem, & Mariam excogitari nullo modo potest; unde Hieronymus, velut antiquus causa defendant, qui suo nomine ab initio diligentissime, & accurate causam egit, non dicitur tertius de novo ad causam veniens, & sic audiū non debet, quis semper fuit auditus, nec minus ei assistere licebit, cum nullæ oriri possit collusionis suspicio, juxta terminos *tex. in artib. nunc si heres. C. de litigio. certus enim non est certiorandus; & præsens non est citandus, l. 1. in fin. ff. de action. empt. cum concord. per Tiraquell. in 1. tract. §. 36. gloss. 2. n. 24. & illi, cui non veniunt verba, neque mens legis, nec conveat illius dispositio, vulg. iuribus.*

Secundo frustra petit Hieronymus audiū, quia forte sub isto colore prætenderet sibi concedi terminum in causa, quia tam ex propria sua persona, quam ex persona matris, hæc prætensio non subsistit siquidem tertius etiam de novo ad causam veniens ad coadjuvandum, ut ipse prætendit Mariam ma-

terem coadjuvare, assumit defensionem in eo statu, is quo causa reperitur *Innoc. Buer.* & alii in cap. *cum super de re judic. tex. clarus in dict. cap. ultim. ut late pendente in 6. Anch. conf. 183. pro clariori;* post num. 1. verific. & pro hoc, *Natta conf. 457. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 16. de terro oppos. n. 5. Gaillas d. lib. 1. cap. 71. num. 1. 14. & 19.* quod procedit etiam si sit minor, vel aliter privilegiatus cuiusmodi constat non esse Hieronymum; minori enim noviter ad coadjuvandum comparante, licet concedatur restitutio adversus probationes omissas, quam in regno vocamus primum, & secundum beneficium, juxta *decis. Afflīct. 15. & tradit idem Urself. d. dec. 235. post n. 1. verific. qua omnia, & iterum in fin. Vivius dec. 291. num. 7.* Hoc tamen sane intelligitur, quod causa est hujusmodi naturæ; ut principali litiganti fuerit concessus, vel jure concedi debuerit terminus *Cancer.* in specie in d. cap. 16. num. 12. 9. & 13. alioquin, cum jura hujus tertii oppositoris omnino sit in omnibus metienda ex jure principalis, si causa talis sit naturæ, in qua principalibus litigantibus, terminus concedi non debeat, neque pariter concedendus est incidenter de novo venienti, & præclusa via principali, censetur quoque præclusa alteri incidenter venienti, ut pulchre in proposito explicat *Covarr. cap. 13. præf. n. 2. vers. secundo binc appetor, subiiciens, idcirco veram esse opinionem Innoc. & Buer. n. 18. in cap. cum super, de re judic. hanc non posse allegare, nec testes inducere in judicio post publicationem, ac denique eo quidem tempore, quo non posset ipse principalis, & reddit rationem in verific. neq. ipse dicens, se non videre, qua ratione possit contrarium probari, cum hic defensor causas, & liti assistat reum ipsum defensor ut propter præjudicium, quod sibi imminet si reus ipse condemnatur, atque ideo veram esse censet opinionem Innoc. & sequacium, quæ in praxi satis recepta videtur apud suprema hujus Regni Tribunalia, in quibus præsum obsecratum est, quod defensor hoc admittatur ad litem, & causam suscipiendam in eo statu, in quo erat tempore oppositionis, sed in casu nostro causa inducta erat jam, ut votaretur eamet die, quæ Hieronymus se opposuit; ergo nihil aliud est agendum, quam articulum propositum terminare, ut probatur in clement. confititionem; ubi Anch. in 6. artib. de elect. Alexandr. conf. 86. num. 6. lib. 1. Covarr. conf. 14. num. 4. Natta conf. 99. num. 3. & conf. 457. num. 1. Capbal. conf. 301. num. 10. Menoch. de arbitr. casu 18. num. 1. Ludov. d. decisi. Peruf. 26. num. 1. Surd. decisi. 6. n. 6. & dec. 147. num. 6. & ita optimè firmat *Confil. de Anna*, qui probata in omnibus opinione Covarr. in conf. 97. num. 6. reassumendo concl. num. 9. concludit, quod etiam si hic tertius sit minor, vel aliter privilegiatus, si comparet tempore inhabili ad obtainendum terminum, vel beneficia, non debent illi concedi, & idem melius, num. 14. & cum in casu nostro non adsit judicium formatum, sed agatur dumtaxat de interpretatione, & intellectu capituli transactio- nis, & sic causa in merito juris articulo, quo casu non est concedendus terminus aliquis etiam Mariæ principalis litiganti ex doct. singulari *Innoc. in c. caus. inter elect. Galan. c. constitut., in fin. cod. sit. quos referunt D. de Frasch. dec. 221. n. 12. & 262. in fin. & D. de Ponte conf. 59. n. 1. frustra prætendit Hieronymus jam major, tantum tertius audiū in re, in qua etiam Mariæ matris, licet mulieri, & sic privilegia, secundum Regal Constitutiones, nullus terminus**

- minus concedi potest, nec etiam assistere in re, in qua sine ipso Hieronymo, ab initio nihil est factum, ut est notissimum.
- 16 Tertio, ubi tertius est alioquin audiendus, vel admittendus, ut affistat, ab uno, & altero excluditur, si malitiosè calumniæ causa ipsa comparet, vel à principali litigante ejus oppositio procuratur, cap. super eo, ubi DD. de offic. deleg. Marcus dec. Delfin. 76. n. 6. part. 1. Ursill. ad Affl. decif. 235. n. 2. ubi Affl. quoque num. 5. quæ major igitur calumnia ex parte Mariæ, & Hieronymi consideratis circumstantiis supremi Magistratus ipsi dijudicent, Cancer. d. cap. 16. num. 23. &c. 26.
- Quarto, Hieronymus non doceuit, nec allegavit aliquod interesse, quod tenebatur in sua comparatione exprimere, & allegare, & de eo ante omnia docere, saltim summarie, ut primum probant Innocent. & alii in cap. cum super de re judic. Brun. conf. 150. num. 1. lib. 2. Vivix decif. 291. num. 6. secundum vero probant DD. congesti per Ludovic. decif. Perus. 26. num. 1. Mastrill. decif. 31. num. 13. 38 si enim dixisset, se uti filium Mariæ, esse de comprehensis in fideicommisso, seu majoratu, ultrà quod hoc non est interesse de praesenti, sed de futuro, & sic non considerabile, ex plenè notatis per Molin. de primogen. lib. 3. cap. 14. & Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 4. hic non controvertitur 19 validitas majoratus, sed supponitur validissimum, sed tantum Dux prætendit partitas exactas, ex suis bonis per testatorem, fuisse sibi reservatas in transactione, idque, neque principaliter ad finem diminuendi portionem Mariæ; sed compensandi cum partitis debitis, sive confessatis per ipsum Ducem, & sic nullum adest intereste considerabile ipsius Hieronymi; & tamen, etiam ubi de validitate majoratus, sive fideicomissi actum fuit, in causa Status Bisiniani, fuerunt producta decreta conformia, junctis Tribunalibus in Collaterali, quæ jus fecerunt in Regno, quibus, filiis Comitis Saponariæ, qui de novo ad causam venerant, patrem coadiuvaturi, fuit tamen denegata audiencia, & concessum tantum assistere: unde cum hic non controvertatur de viribus majoratus, & Hieronymus semper astiterit, frusta audiri, vel assistere prætendit, sed dumtaxat causa expedienda.
- D E C I S I O.
- Die Jovis 9. Aprilis 1615. facto verbo in Supremo Collaterali Consilio obtinui decretum, quod liceat D. Hieronymo Ravascherio assistere tantum si voluerit.
- S U M M A R I U M.
- 1 Assensu in assensu, cum potestate disponendi, alienandi, &c. operatur, ut sequi possit dispositio sine novo assensu.
- 2 Assensu super alienatione feudi, tuisus impetratur generalis, quædam specialis pro vendendo certa persona; nisi persona, in quam disponitur, sit odiosa Domino, vel de probabilitate, num. 3.
- 4 Assensu, si conceditur, ut feudum alienetur certis personis, si ita sequatur validissimus, & efficax redditur.
- 5 Assensu alienandi, & disponendi inter filios, validus.
- 6 Assensu super institutione, non extenditur ad substitutionem.
- 7 Pragmatica anni 1579. de refutationibus feudorum registrandis, comprehendit futura, non præterita.
- 8 Refutatio fit erga proximam, & immediate successorum tantum, & dicitur quadam successionis præventione.
- 9 Refutatio non potest fieri in filium non primogenitum, absque ipsius primogeniti consensu.
- 10 Registratio refutationum in quaternionibus requisita per Pragmaticam, non comprehendit donationes.
- 11 Donatio feudi cum assensu, etiam si fiat primogenito, non requirit de necessitate solemnitatem registrationis in quaternionibus, & ita decisum.
- 12 Fideiussor dicitur saltim quoad correum, quando pecunia non pervenit ad ipsum obligatum, vel quando quis se obligavit ex intervallo, & proinde à cordeo repetit, quod solvit.
- 13 Feudi concessio hodie sui natura perpetua, & realis, quidquid fuerit iure antiquo, & 18. & nisi expressè restringatur ad vitam est perpetua, num. 26.
- 14 Stipulari quisque præsumitur sibi, & bæredibus suis.
- 15 Donatio facta filio præsertim ob benemerita, censetur realis, non personalis.
- 16 Perpetuum dicte illud, quod successivè est duraturum sine præfinitione temporis, & ad bæredes transit, licet interdum quid dicatur perpetuum ad hominis vitam, ut in societate, quod est imprærium, num. 17.
- 19 Dictio, in perpetuum, in concessionibus, importat translationem utilis dominii, & plenis juris transitorii ad heredes, etiam extraneos, si res sit transitoria ad extraneos, num. 20.
- 21 Administratio concessa, in perpetuum, vel cum adjectione verborum, damus, & concedimus, importat juris translationem, nec restringit naturam concessionis, num. 23.
- 22 Dominium utile, in fructuum libera, & perpetua perceptione consistit.
- 24 Administratio concessa simpliciter, non extenditur ultra vitam concessionarii, non autem perpetua.
- 25 Administratio simpliciter, & vitalitatem, exempla.
- 27 Remissio, & renunciatio sequens facultatis revocandi concessionem administrationis, declarat concessionem fuisse realem, & perpetuam.
- 28 Dictio, sicut, importat omnimodam similitudinem, etiam in substantia, & omnibus qualitatibus, num. 29.

## A R G U M E N T U M.

Assensu super alienatione, seu venditione feudi, generalis, vel certis personis, si ita sequatur, optimè validatur subsequens alienatio, quid intersit inter assensum generalem, & particularem de vendendo Titio. Refutatio dicitur in proxime, & immediate successorum, & hæc solum requirit solemnitatem registrationis, secùs verò donatio, et si in eundem facta cum assensu. Feudi concessio sui natura hodie perpetua, & realis, & ex quibus concessio administrationis censeatur perpetua, non simpliciter facta ad vitam.

**Pro Dom. Marchione Diani contra  
Dom. Duçem Ebuli.**

**CONTROVERSIA XLIV.**

**P**rinceps Salerni Grimaldus, de anno 1567. sub die 2. Septembris, obtinuit ab invictissimo nostro tunc Rege potestatem disponendi de Terra Ebuli, Rapolla, Diani, & Lagusnigri, cum integro earum Statu, ac titulis, tam inter vivos, quam in ultima voluntate; distribuere, donare, legare, uni, duobus, aut tribus filiis ex ejus corpore legitime descendantibus, & uni, vel pluribus in administrationem dare cum dictis titulis, earumque administrationem ab omnibus, vel ab uno, prout libuerit revocare, ita quod filii in quos dispositio, vel distributio conferretur, gauderent privilegiis, gratiis, prerrogatiis, quibus gaudent Dukes, Marchiones, quod privilegium fuit exequutioni demandatum Neap, sub die ultima Julij 1568. & notatum in quinternionibus Reg. Cameræ infra legitimum tempus, contemplatione autem hujus potestatis, idem Princeps pater die 2. Aprilis 1574. concessit Terram Diani Meroaldo Grimaldo filio secundogenito, in perpetuam administrationem cum titulo, & honore Marchionatus, cum facultate exigendi fructus, etiam jurisdictionis, & in propriis usus vertendi, & onere solvendi adoha, & servitia, & quamvis reservasset sibi potestate revocandi, illam tamen remisit, & a se abdicavit 13. Februarii 1579. & hujus donationis vigore, cum assensu descripta fuit dicta Terra Diani in faciem dicti Marchionis in cedulario R. Cam. de anno 1574, eamque possedit usque ad annum 1591. quo tempore Marchio liberis carens, donavit Augustino Duci Ebuli fratri primogenito eandem Terram Diani cum Casalibus 25. Octobris dicti anni, eidemque cessit omnes vitas, & militias, & partes pretii in feidis novis, & nonnulla alia credita, quæ tam ab hereditate Principis communis parentis consequi debebat, quam etiam ingentes summas, quas à Duce primogenito fratre proprio nomine obligato, consequi debebat, quam cessionum contemplatione, Dux ipse promisit solvere Marchioni fratri annuos ducatos bismille, vita Marchionis durante, eo pacto addito, ut deficiente Duce à solutione per annum, deberet solvere ducatos sexdecim mille, quibus annuis ducatis bis mille solutis per Ducem dum vixit; cum modernus Dux ejus filius defecisset continuare solutionem Marchioni patruo, immemor, quod omnibus bonis se vivens privasset, hac minima summa pro alimentis sibi dumtaxat reservata, coactus fuit Marchio contra Ducem modernum, ejusque matrem Dom. D. . . . della Tolfa baliam actionem instituere pro consequitione d. ann. duc. 2000. decursis, ac forte ducatorum 165. qui tandem oppulerunt, donationem Terra Diani, factam per Marchionem, Duci, non profuisse, ex quo ad eundem Ducem alio jure spectabat dicta Terra, tanquam primogenitum Principis patris; & quod refutatio facta ab eodem Princeps in favorem Duci primogeniti de Terra Ebuli, dum in contractu cum Marchionem facto promisit maximam summam solvere creditoribus, contractus fuit cum enormissima lassione, pro cuius causa decisione fuit per Sacr. Confil. provisum, quod procedatur ad decisionem articuli validitatis,

& qualitatis donationis factæ per Principem ipsi Marchionem, & refutationis feudorum, & signatarer Terræ Ebuli dicto Duci, & committatur calculus bonorum, & pretii, & onerum existentium tempore donationis dictæ Terra Diani.

Non potest igitur dubitari de validitate donationis factæ per Principem patrem, stante assensu predicto validissimo, omni solemnitate, & perfectione roborato, ubi enim in privilegio opponitur clausula *cum potestate disponendi, vendendi, alienandi, & in ultima voluntate disponendi*, possunt omnia fieri sine novo assensu, Camer. in l. Imperiale, car. 5. lit. F. ex Isern. ibidem num. 4. ubi docuit tutius impetrare assensum generalem vendendi, quam certæ personæ, nam vigore generalis posset vendere cuiuscunque, sed quando impetravit vendi Titio, non vendet Sempronio, & sequitur ibi *Affiliat. Dom. meus Capyc. & Lipar.* addens ad Isern. in d. l. Imperiale, num. 4. nisi sit persona, in quam alienatur inimicus Dominio, vel de prohibitis, ut ibi tradit Camer. & sequitur etiam Anna in repet. Const. Constitutionem divæ memorie, n. 47. quinimò nos sumus in casu longè fortiori; nam respectu filiorum Principis, fuit specificè assensus obtemptus, quod posset Princeps pater inter filios ad libitum dividere, & disponere. Unde consequitur, quod concessa speciali, & individua potestate disponendi ad libitum inter filios, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, absolutum est personis certis, designatis assensum validissimum, ut per Isern. in d. l. Imperiale, ubi Camer. car. 44. in secunda conclusi, ubi loquitur de dispositione facienda ad beneficium certæ personæ, & in puncto de assensu disponendi inter filios, cum sint filii in specie nominari, ipsumque validum, & efficacem esse affirmat D. de Francb. decis. 153. in 3. dabo, n. 22. & 23. ubi assensu obtempto à Comitissa Noja, disponendi ad beneficium Marini de Azzia, & Joannis Nicolai de Azzia filiorum secundogenitorum, & filiorum Marini dicit, & concludit, assensum fuisse validum in dispositione facta ad beneficium Marini, & ejus filior. & habuisse effectum, licet non fuerit valida substitutio facta in legato, facto Joanni Nicolao, quia de substitutione non loquebatur assensus, quibus ita stantibus, non obstat partis oppositio, per quam inquit, refutationem factam à patre ad beneficium Marchionis, fuisse nullam, ut non registratam in quinternionibus Regiæ Cameræ infra quindecim dies, virtute Reg. Pragmaticæ editæ sub die 18. Julij, in anno 1579. quæ est vigesima sub titulo de feudi; nam omisso, quod dicta Pragmatica non loquitur, nisi de refutationibus faciendis, dicitur insuper in casu nostro ullam fuisse factam refutationem; siquidem refutatio fit in proximum, & immediatum successum dumtaxat, ut per Andr. in cap. 1. §. & si libellum, de alien. feudi pat. & post ipsum tradit Camer. in l. Imperiale, car. 15. lit. V. de probabilita feudi alienat. ideoque dicitur, quod sic magis cedere loco, & personam suam de medio tollere, quam alienare, ut post Bald. in conf. 300. 2. vol. tradit Camer. loc. cit. lit. S. & dicitur preventio successionis, & anticipata successio, ut per Frecc. de subfeud. lib. 2. §. pluribus autem modis in 17. limit. ad Constitutionem divæ mem. n. 45. & tradit Anna in repetition. cap. 1. de vasallo decrep. artatis, num. 225. 227. & 302. nec potest fieri refutatio in filium non primogenitum absque assentu, vel consensu primogeniti, ut per eundem de Anna loco cit. num. 261. & seq. ideoque, cum hæc refutatio

tio non fuerit, sed donatio, dicta pragmatica non  
10 habet locum in casu nostro, ut punctualiter deci-  
sum refert D. de Francib. in 4. vol. decis. 663. ubi ait,  
11 quod quando sit donatio cum assensu, etiam si fiat,  
in proximè, & immediatè successurum, qui casus  
fortior est, non habet locum Pragmatica de refuta-  
tionibus, cum certior fiat fiscus, donatione, & assen-  
su in Camera registratis, prout verè in casu nostro  
fuit, in quo in cedulario, in capite Marchionis fuit  
Terra Diani posita, vigore donationis à Patre factæ  
cum assensu, ut supra, & decis. præd. D. Præsid. sequi-  
tur, reddens optimas rationes, quæ non nihil hic  
scripta confirmant D. Regens de Ponte de potestat.  
*Proregis, tit. 8. de refat. seud. in princ. ex num. 9. ad*  
13. fol. 360. & hæc quoad donationem factam in be-  
neficium Marchionis, Circa verò validitatem do-  
nationis, sive concessionis Terræ Eboli factæ ad be-  
neficium Ducis à Patre die 8. Octobris 1575. posset  
dici, illam fuisse nullam, quia non fuit registrata  
in quaternionibus Regiæ Cameræ, nec fuit in ce-  
dulario posita in capite Augustini Grimaldi Ducis,  
prout fuit illa ipsius Marchionis.

Sed amplius per Marchionem dicitur, hoc parum  
referre ad causam ipsius Marchionis, nam prius fuit  
à Patre concessa Terra Diani Marchioni, quam  
concessa Terra Eboli ipsi Duci, & præterea cum  
Dux obligaverit cum assensu ad beneficium Mar-  
chionis omnia sua feudalia, nulla potest ratione fun-  
dari, quod pars clamat, quod velit scilicet preci-  
puam habere Terram Eboli, tanto magis cum Mar-  
chio in omnibus debitibus, in quibus reperitur obli-  
gatus ad beneficium diversorum creditorum, vel  
ex ipsis cautelis appetit, debita spectare ad Princi-  
pem patrem, & ad Ducem fratrem, & sic constat,  
12 ipsum, ut merum fidejussorem, alienam suscepisse  
obligationem, vel se obligavit Marchio ex inter-  
vallo post debita contracta per Dom. Principem,  
& Ducem, quo casu etiam si principalem debito-  
rem se constituerit adhuc tamen verè dicitur fide-  
jussor, qui à correis repetere potest, quod solvit,  
*Gloss. in §. 1. vers. fidejussorem, auth. de fidejuss. Ale-  
xand. conf. 126. in fin. lib. 6. & conf. 29. n. 36. lib. 7.*  
ubi dicit non reperi contradictionem, cum aliis in-  
finitis per *Rodrig. de ann. edit. lib. 2. q. 5. n. 7. 8. & 9.*

Concessio, sive donatio facta per Principem Sa-  
lerni, Meroaldo Grimaldo filio secundogenito de  
Terra Diani in administrationem, & gubernationem  
perpetuam, cum facultate convertendi in proprios  
usufructus, & proventus; reservata tamen potesta-  
te revocandi, quam deinde remisit, omnino est intel-  
ligenda realis, & perpetua, etiam pro descendenti-  
bus, & quatenus esset ad vitam, adhuc sufficeret  
Marchioni, ut obtineret contra Ducem nepotem.

13 Primum ostenditur, quia sumus in concessione,  
sive translatione feudi, quæ res hodie sui natura  
est transitoria ad hæredes, sive descendentes, & sic  
perpetua, sive realis est, non personalis, quidquid  
fuerit de jure antiquo cap. 1. §. cum vero, ubi *Ifern.*  
& cæteri notant de bis, quis feud. dare poss. quisque  
14 enim censem prospicere sibi, & hæredibus suis  
cap. 1. de duob. fratr. Bald. Alvar Jacob. & alii, quos  
citat D. Capyc. in investit. in ver. perpetuum, ac rea-  
le, fol. 217. *Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 34.*  
15 Et maximè, cum simus in donatione facta filio,  
expressè ob benemerita, & ingentia servitia expre-  
sa, quo casu donationem factam ob benemerita, om-  
nino censi reali, & ad hæredes transitoriam,  
probat Dec. conf. 197. in casu, n. 2. ad fin. nec quic-

quam repugnat, quod sit concessa terra in admini-  
strationem, sive gubernationem, quia, cum fuerit  
16 concessa administratio, & gubernium non simplex,  
sed perpetuum censem omnino ad hæredes transi-  
torium; quia illud non dicitur perpetuum, quod  
cum vita finitur, sed quod continuè durat, sine præ-  
finitione temporis, & ad hæredes transi; casus est in  
*I. foridorum, ubi in specie Joan. de Platea hoc notat,*  
*C. de excusation. mun. lib. 10. & subdit, quod licet*  
17 interdum dicatur perpetuum usque ad vitam homi-  
nis, ut in l. 1. ff. pro socio, illud dicitur impropriè,  
& ex subjecta materia scilicet in societate, cuius na-  
18 tura est, ut morte finiatur cuius contrarium est in  
feudo, sive feudi translatione, sequitur latius expli-  
cans *Socin. omnino videndum conf. 84. n. 5. & 6. lib. 3.*  
idem *Anchar. conf. 327. num. 4. Andr. Sicul. conf. 44.*  
2. n. 9. lib. 2. *Bellon. conf. 20. ad fin. idque in contra-  
etibus, & in ultima voluntate ex dictione in perpe-  
tuum, rem fieri ad descendentes transitorium, etsi  
id non exprimatur, latissime authores congerit Ga-  
briel. de fideicom. conclus. 9. n. 12. dictio enim, in*  
19 *perpetuum, in concessionibus importat utile domi-  
nium, sive plenum jus ad hæredes transitorium, l. 10.*  
§. qui in perpetuum, ubi *Gloss. & DD. ff. si ager vestig.*  
& perpetuum respectu Civitatis intelligitur, donec  
vixerit, Civitas, vel Ecclesia Bart. de pace constan-  
20 tia, num. 8. *Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 6. n. 23.*  
quoniam, si res sit talis, ut ad extraneos hæredes  
transire possit, hæc dictio perpetuæ, nendum opera-  
tur, ut ad hæredes res transeat, sed etiam ad extra-  
neos, *Imol. in specie in l. quod dicitur, num. 8. in fin.*  
& 10. ff. de verbis oblig. *Alex. conf. 189. n. 16. in 2.*  
*Socin. conf. 266. post num. 37. in vers. secundo pra-  
missa confirmatur, lib. 2.*

Nec effectus resultans ex hac dictione, in perpe-  
21 tuum, restringitur ex eo, quod sit concessa admini-  
stratio: vera est enim opinio, quod licet verba, ad  
utendum, fruendum, importent concessionem usus-  
fructus, & per consequens videretur ex hoc, morte  
concessionarii expirare concessionem, tamen ex ad-  
jectione dictio, perpetuæ, vel verbi, damas, & con-  
cedimus, quæ hic simul concurrunt, intelligitur ple-  
na feudi concessio, & debent intelligi, quod habeat  
22 usum, & commoditatem utilis dominii, quæ in fru-  
ctuum libera, & perpetua perceptione consistit si-  
cūt habent cæteri feudatarii, nec mutant naturam  
23 concessionis, & quod feudum ad hæredes non tran-  
seat Bart. & Imol. in l. donationes, §. species, ff. de do-  
nat. Petrus de Gregor. de concess. feudi, par. 5. q. 2.  
n. 3. D. Capyc. in verb. feudorum clausula, §. ad uten-  
dum, & in §. personale feudum, in fin. Jas. in prælud.  
feud. ubi id confirmat septem argumentis num. 103.  
cum seq. alios refert *Intrigliol. cent. 1. q. 33. num. 12.*  
24 unde tunc administratio non poterit extendi ultrà  
vitam concessionarii, quando est simplex, non au-  
tem, cum est perpetua; de qua simplici administra-  
25 tione tradiderunt DD. exempla in Marchionatu  
Anchonitano, Ducatu Spoleti, & Comitatu Cam-  
paniæ, ut per *Alvar. in prælud. in 4. divis. & in cap. 1.*  
*de feud. Marchia D. Capyc. in d. §. personale feudum,*  
26 nisi enim dicatur, quod feudi concessio intelligatur  
ad vitam, semper est perpetua, & ad hæredes transi-  
toria, ut discurrit *Thom. de Marin. de feudis, tit.*  
*de feudo impersonali, §. bodie autem, Nicol. Mozzius*  
*de feud. rub. de divis. feud. n. 37. Intrigliol. cent. 1.*  
27 cap. 38. num. 31. & si esset hoc dubium, ut est claris-  
simus, sequens remissio facultatis revocandi,  
facta de anno 1579. aperte declarat concessionem  
fuis-

finisse realem pro heredibus, ibi, & uxore, che  
d. S. Meroaldo resili libero Signore di d. Terra, &c,  
della medesima maniera, & forma, ch'il detto Si-  
gnor Principe la teneva, & possedeva prima, che ba-  
vesse fatta la sedesta donazione, & transazione,  
& ibi, per bona, & forma la detta donazione, libe-  
ra in tutto, & per tutto, come detto Signor Princi-  
pe la teneva, dictio enim sicut, importat omnimo-  
dum similitudinem, Socin. cons. 252. 7. col. vers. se-  
cundo quia, 2. vol. & quidem in substantia, & qua-  
litatibus omnibus cap. fin. ubi Butr. in 4. not. de re-  
sist. spol. quod non contingere, si non censemur  
facta translatio, etiam pro successoribus, ut tene-  
bat Princeps, ut in puncto arguit Socin. nepos. con-  
sil. 10. num. 15. 2. volum.

Circa secundum verò, esto, quod hac donatio  
fuisse tantum personalis ad vitam, quod planè ne-  
gamus, hoc tamen Ducì convento nihil opitulare-  
tur; sufficit enim Marchionis, ut obtineat, donatio-  
nem esse validam, scilicet ad vitam; cum enim Dux,  
contemplatione relaxationis Terræ Diani factæ per  
Marchionem solum, annuos ducatos bismille pro-  
misserit, qui important valde minorem quantita-  
tem, quam fructus dictæ Terræ venditæ pro du-  
cat. 80. m. adhuc prædicta cœsio suum effectum pro-  
duxit ad beneficium Ducis, qui proinde omnino  
tenetur solvere sumam correspœctivè promissam.

### D E C I S I O .

**D**e Sabati 4. Aprilis 1615. referente Consiliario Jos-  
Andrea Georgio, feudorum interpreto celebre-  
rissimo, junctis aulis, obtinuit D. Marchio donatio-  
nem valere, interventibus novem votantibus.  
Magister Actorum de Vivo pro de Felice.

### S U M M A R I U M .

- 1 Tertius comparans ad infringendum jura acto-  
ris facit supersedere in causa, quæ tunc unica  
sententia quoad omnes est terminanda, & n. 2. & 3,  
contrarium tenuerunt nonnulli cum Covarr. n. 7,  
15. & 17. quod pluries limitatur n. 8. 9. 10. 13. 17.  
& 18. ubi ita decisum per Regiam Cameram.
- 2 Menoch. cons. 488. num. 8. lib. 5. non undique per-  
cepit mentem Joannis Vincentii de Anna, alle-  
gat. 76. non sic Fabius de Anna filius in cons. 97.  
2. lib.
- 3 L. is à quo 58. ff. de revendic. procedit quando duo  
actio reali a reo rem eandem pecuniæ diversis ju-  
dicis, & num. 6. qua ratione, num. 16. & quando  
cesset, num. 18.
- 4 Dec. de Franch. 261. num. 5. & 13. declaratur, &  
confutatur, num. 12.
- 5 Sententia lata si præadictum etiam reparabile ge-  
neraret tertio venienti ad causam od infringendo  
jura actoris, exequacioni non demandaretur  
etiam cum cautione.
- 6 Fiscus suos habet Judices in Regno, & uni ex Pre-  
sidentibus Regia Camera est ejus causa commis-  
sanda; etiam si esset tractanda, junctis Tribunalib-  
us Regia Camera, & Sacri Consilii.

### A R G U M E N T U M .

Tertius comparans ad supersedere faciat processum in-  
ter astorem, & reum, ad intellectum l. is à quo, ff. de  
rei vendic. & aliorum. Quando causa fiscalis tractar-  
tur junctis Tribunalibus Reg. Cam. & Sac. Consil.,  
qui ex Judicibus est committenda?

### Pro Fisco Regii Patrimonii, contra Dominos Principes Casertæ, & Comitem Castræ Villani,

#### C O N T R O V E R S I A X L V .

**E**X pluribus petitio Regii Fisci, qui tanquam  
tertius subintravit in lite inter Comitem Ca-  
stri Villani, & Principem Casertæ, petendo  
Castra, & status detenta per dictum Princi-  
pem, & in processu inter eos fabricato, deducta,  
neutri litigantium competere, sed ad Regium Fi-  
scum pertinere pleno iure, & proinde eundem  
Principem ad illa relaxandum condamnari debere  
cum fructibus, debet ex eodem processu instructo  
terminari, nec est aliter differenda expeditio actionis  
propositæ per Regium Fiscum, in separato pro-  
cessu post decisionem cause inter predictos Comi-  
tem, & Principem, præstata cauione, ut vulgo  
probari dicitur in notissima l. is à quo 58. de rei ven-  
dic.

Primo, quia aut attendimus opin. Bald. in cap. 1.  
§. si duo, in princip. de pace tenenda, ibi, contendant,  
scilic. contra tertium possessorem, Dyn. vide quod  
1 notas In hoc ext. de testib. cap. veniens, quando unus  
petitor infringit competitorem, obiecendo se sibi,  
pro neutro posset ferri sententia, nisi iure utriusque  
discurso, scilic. si inter se non litigarent, sed soldam  
contra tertium possessorem, ff. de rei vendic. l. is à  
quo, quod nota hec Bald. attens inquam hac opin.  
Baldi, cum Fiscus non simpliciter petierit condem-  
nari Principem ad relaxandum, sed se expressè op-  
posuerit etiam Comiti, quod apertissime quoque  
deducitur ex iure, cui innitur Fisci prætensiō,  
qua utriusque litigatoris iura collidit, & infrin-  
git, ita ut Fiscus obtinere non valeat, nisi utriusque  
iuribus exclusis, & prosternatis; necessariò  
sequitur, attenta hac opin. integrum, totamque  
causam, esse quoad omnes, unica discussione, &  
sententia terminandam, cum Fiscus utriusque ju-  
ra, tum ex verbis, tum ex iure deducto, intrin-  
secè contundat.

2 Et hanc opinionem Baldi probat Affl. ibidem  
num. 33. ubi reassumit hoc casu non posse ferri sen-  
tentiam pro eo, qui primò confecit processum, sed  
ille processus supersedebitur, donec concludetur  
alius processus, & simul expediantur istæ causæ,  
allegans pro opin. Bald. In hoc. & Alex. & addit id  
esse menti tenendum, confirmans pluribus; idem  
3 voluit ante Baldum, Bart, in l. si quis libertatem,  
num. 1. ff. de petit. hered. & in aliis locis concord.  
qua congruit Affl. decisi. 15. num. 3. vers. item di-  
cit, Bart. sequitur Alexand. in d. l. is à quo, Pe-  
trus Antonius Anguissala cons. 62. lib. 2. & Alexan-  
drum sequitur Urs. dec. 235. in fin. ubi refidet, pro  
neutro ex prioribus litigatoribus posse ferri senten-  
tiā, nisi iure utriusque discussio, quod dicit no-  
tandum, & quod hac cautela utuntur boni, docti-  
que advocati, & ita fuisse decisum in Sac. C. de an-  
no 1555. sequitur, his in specie relatis, & latè  
4. comprobans hanc Baldi opin. Menoch. consil. 488.  
num. 8. vers. tertius est casus, lib. 5. licet non undique  
perceperit mentem Joann. Vincent. de Anna ab  
ipso relati, infra citanda alleg. 76. ut mentem pa-  
tris explicat Consil. Fabius filius consil. 97. n. 14. 2. lib.  
Ne-

- 5 Neque huic opin. quicquam obest decisio d. l. is à quo, procedit enim, quando duo actores actione reali petunt à reo conuento eandem rem in diversis judiciis, secùs verò, quando pendente lite inter duos jam collitigantes, tertius leipsum liti objicit, petens, actorem ab actione per eum mota excludi, & reum ad sibi restituendum condemnari, ut optimè explicat Menoch. sensum dictæ legis in d. conf. 488. post num. 20, vers. respondetar primo, & clare probatur hic sensus ex verbis dictæ legis, ubi supponitur, conuentum in uno judicio, ab altero ejusdem fundi nomine, impeditum rei vindicatione, nec enim meminit, nec exprimit J.C. prot.
- 6 ut necessario fecisset, quod inter se isti petidores contendenter invicem, sed de hoc tantum fuit has-satio, nè reus conuentus duplex damnum traheret, id est sentiret, ut explicat Glost. ver. traberet, igitur supponendum est necessariò, conuentum à duobus omnino separatis processibus impeditum, probat hoc Felin. in cap. cum super, post num. 11. vers. limitatur tertio, exira da sentent. & re judicat, dicens ita clare velle Innoc. in cap. veniens, il se-condo, de testibus, ubi tradit hanc limitationem pro indubitate, idem firmat Cavalc. decis. 5. n. 19. part. 4. Scacc. de appellat. quest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 50. Anna posse, & filius locis infra citan-
- 7 Secundò etiam si attendamus opinionem contraria, quam veriorem contendit Covarr. cap. 14. practicarum num. 4. vers. nos verò costrarium, Flon- dedeus, Ludovicus, Perusinus, Lancell. Trestacinq. Burfat. & alii quos sequitur Giurba decis. 1. n. 33. & quam probasse pluries S. C. ex Dominio de Fran-chis decis. 261. tradit Consiliarius de Anna d. conf. 97. num. 13. nihilominus, etsi verior, & com-munior, sine dubio sit prima opinio suffulta autho-ritate Innocentii, ut optimè eam defendit Meno-ch. d. conf. 488. qui post Dominum de Fran-chis illam, uti veriorem, & magis communem probat, sit tamen vera posterior hæc opinio; ea tamen tem-peratur, ut non procedat, ubi tertius comparens venit eodem jure, non diverso, & sit uterque tam primus actor, quam posterior, nedum se invicem iasfringunt, & contendunt iura; sed ex eodem jure venit uterque, ita ut actio prioris litigantis in sententia distinctione discuti non possit nisi de ju-ribus novi oppositoris, & de justitia sua actionis discutiatur, prout propriè contingere in praesenti casu, ex facto apertissime liquet; hoc etenim casu cum impossibile sit practicare decisionem dictæ l. is à quo, quæ supponit, praetita cautione illasum manere jus ejus, qui posteriori rem petiit, quod non potest contingere, nisi ubi ex diversis priaci-piis, & radice oriuntur utriusque agentis actiones, consequens est, ut necessariò supersedendum sit in lite, quo usque unica sententia utraque actio ter-minari valeat; hæc est doctrina verè aura, Imol. in l. à sententia 5. num. 13. in vers. & per predicta, ff. de appell. his verbis, nec obstat d. l. is à quo cum seq. quia ibi non intererat tertii, quoad possessionem, quia reus possidebat, & non ipse, nec etiam super proprietate fiebat prajudicium ejus, quod agitabatur, quia ibi primo agens de suo dominio agebat, & id est tertius, qui secundo venit, & praetende-bat similiiter se Dominum, & sic diversum jus à pri-mo, impedire non potuit, quomodo primus ageret, sed potuit etiam ipse agere contra ipsum rerum possi-dentem, si vult facere, ut ibi habetur, sequitur

Anna sen. alleg. 76. num. 7. ubi testatur, ita fuisse 10 decisum in Regia Camera die 12. Junii 1570. in fa-vorem Don Cæsaris Gonzaga, in causa inter Du-cem Termularum, cum Regio Fisco, quam opi-nione sequitur Conf. Anna filius d. conf. 97. num. 13. & 14. qui licet sequatur opin. Covarr. contra Bald. eam tamen admittit cum declaracione Imola, quem probasse affirmat Annam genit. reprobando in hoc Menoch. aliter dictum patris intelligentem, idem Monaldus conf. 49. quem refert, & sequitur probans expresse hanc limitationem Marias Giurba d. decif. 1. num. 33. in fin. quicquid aliter sentire vi-deatur ex propria opinione, non ex opinione S. C. Dominus de Fran-chis in d. valg. decif. 261. num. 5. & 13.

11 In quo, rogo advertatur, ipsum Dominum Pre-sidem non rectè perceperisse mentem Imola, dum d. num. 13. dicit Imolam loqui, quando tertius de novo comparens vult defendere reum eodem jure, quo reus se defendit, quod dicit apparet clare ex ejus verbis, & ex juribus, quæ ipse allegat, at secus in altero casu diverso, ubi ambo agunt contra reum, & licet prætendatur ab utroque idem jus, non inconvenit, ut is dicit, quod ad instantiam unius, causa expediatur, prætita cautione, ut in l. is à quo, & reddit Præses rationem nimis gene-talem, & seruatam, quod scilicet diligentia debet esse proficia adhibenti.

12 O bone Deus, Imola nullo modo loquitur quandois, qui posterius venit ad causam, vult defendere reum ex eodem jure, quo reus se defendit, re-tentis terminis d. l. is à quo, ubi tam prior, quam posterior prætendunt, reum condemnari ad rela-xandum, restringit illius decis. procedere, ubi te-seconds prætendit diversum jus à primo, quia cum possit ipse quoque agere contra possidentem si velit, merito primum impedire non potest, quasi innuat, nihil ipsi noceret, cum jus suum illibatum firmum-que maneat, adhibito remedio cautionis, & sic aliud expressè decidit Imol. ubi secundus velit age-re, non diverso, sed eodem jure, nec Imol. in to-to illo discursu allegat l. ab executore, §. alio, quam dicit Dom. de Fran-chis per Imol. allegari, & ex ea de-clarat mentem Imola.

13 Confirmatur opinio Imola in d. l. à sententia, ex conf. Alenand. 17. requisitus in causa vertente, lib. 1. 14 & cx his, quæ illius consti-tuti auctoritate tradit Felin. in d. cap. cum super, post num. 17. vers. item no-stra, quod quando tertio postea venienti fieret ex sententia, quæ ferri posset cum priori præjudicium non solum irreparabile, sed etiam difficiliter reparabi-le, tunc etiam si late esset sententia, non esset locus exequutioni, etiam cum cautione, & hoc casu pro-bat, paria esse præjudicium esse irreparabile, vel non ex toto ita facile, juxta exempla Baldi in l. 1. C. in integrum restit. postulata, unde cum negari non possit, maximum præjudicium inferri posse Fi-scō scienti, præsenti, & patienti, si de jure suo di-scuteretur, inter Comitem, & Principem, & ma-ximè si Princeps obtineret, quod forte irreparabile esset, vel difficillime esset obtinere, jure suo, quod est idem cum jure, quod prius inter partes prædi-ctas discuteretur, discussio, & contra Fiscum deci-so, ob id necessario sequitur, primi, & secundi pe-titoris actionem, quæ ex eodem jure dependet, unico contextu terminandam.

Tertiò etiamsi non admitteremus opinionem 15 Imola, quæ ex prædictis verissima, & communis ap-

apparet, cum tamen omnes Doctores intrà citandi circa sensum d.l. is à quo, adèd dubitent, vel affirmant cum opinione Covarr. & sequacium, quia durum videtur, ut secundus interveniens faciat differri primum judicium, quoisque ordinetur pro 16 cessus inter ipsum intervenientem, & reum, & hac ratione unanimi consensu dicunt, fundari decisionem d. l. is à quo, ut adhibito remedio cautiosis, non impediatur expeditio inter actorem, & 17 reum, hac de causa ubicunque, vel ex natura causæ, vel ex consensu noviter comparentis non agitur de differendo judicio, sed potest utraque causa in promptu expediri, hoc casu nemo ex his, quos vidi, negat, quin integræ causæ expeditio fieri possit, & proinde DD. formant hanc questionem utrum tertius comparens ad infringendum possit impedire expeditionem causæ inter actorem, & reum, prout loquuntur Bald. Castrensi. Felin. Jo-son. Decius. Afflict. Aymon. Ruin. Boer. Covarr. Za-sius, Puteus, Osafcb. Francib, Mynsing. Menoch. Gaillus, Gravatius, Vantius, Duena Fachineus, Diaz, Costa, & alii, quos longa serie cumulat Gratianus to.2. cap.261. num.27.28. & iterum to.3. cap.439. in princip. & in specie Joscib Ludovicus dec. Perusina 26. n. item 26. Fabius de Anna d.conf.97. n.10. Giurba d.decis.1. num.33.

18 Et in puncto quod quando tertius interveniens non vult impedire, & suspendi facere inter actorem, & reum, sed solùm vult, quod super utroque pro-nuntietur, quod tunc casset, nedum dispositio d.l. is à quo, sed etiam alterius concord. nempè l. penultimæ, ff. de peti. bæreditatis, optimè probat Menoch. in d.conf.488. post num.20. vers. respondet-quarto, ubi in fine vers. responderetur secundo, dicit, hoc maximè procedere, ubi instructus est processus causæ dominii, receptas probationes omnes, & omnia deducta, quæ ad causam pertinere possunt, quo casu, eadem sententia, utrumque judicium diffiniri deberi probat, & maximè cum ex probationibus receptis, de jure dominii ipsius tertii facile constare possit, quo casu ex Innocentio ad causæ expeditionem esse deveniendum, probat, prout devenir debet in præsenti, ubi Fiscus interveniens declaravit, velle absque alio termino ad expeditionem procedi.

19 Et dum intervenit Fiscus tanquam actor, licet causa ad instantiam Comitis tractetur, junctis Tri-bunalibus S. C. & Reg. Cameræ, cum interventu Regii Fisci, etiam specialiter petiti ex parte Principis à S. Majestate, dum sperabat ejus defensio-nem suscepturum, sicut in causa Comitis procedi-tur coram Consiliario Salvo Judice inter partes, sic causa Fisci omnino est committenda uni ex Prä-sidentibus, quos suos Judices novit Fiscus, non aliis, juribus citatis à Peregrino tract. de jure fisci, lib.7. tit.7. latissimè per Reverterium decis.7. tom.1. Surgentem lib.1. cap.26. num.23. Dominum Regent. Tapiam de jure Regni, lib.2. Pragmat.1. & est expressa Pragm. Invictiss. Philippi II. 6. in or-dine sub tit. de officio Procuratoris Cæsarisi; in no-vis, incipiens, cum Regia Camera, & maximè cum dignior sit causa Fisci, ex cuius persona ratio-ne ipsius præminentia debet potius causa pri-vatorum uniri cum causa Fisci, quam è contra, ex reg. quod majus dignum trahit ad se minus di-gnum.

Literis S.Majestatis exhibitis, quibus injungeba-tur, causam expediri cum interventu Reg. Cam.

ob Fisci interesse, causa ulterius non processit, inclinabant tamen Domini in hanc nostram senten-tiam Act. Mag. Scacciav.

### S V M M A R I U M.

- 1 **R**itus Regiæ Cameræ, in §. si vexillum de fun-dic. flagell. qua uor casus considerat, & qui-sint, num.2.
- 3 Ritus Regiæ Cameræ considerat etiam ex ope-ra-tionem voluntariam mercium de vexello in terram.
- 4 Vexillum si voluntariè in portum venit causa com-mercii, solvit fundicum mercium in Regno etiam si non exonerat, sed si coacte, etiam si exonerat, non sovit, num.6. 8. 9. & 10.
- 5 Portulanus debet curare, ut vexillum ex nece-sitate in portum appulsum sedata tempestate, rece-dat, & quare.
- 7 Exoneratio libera, non coacta continetur appella-tione exonerationis.
- 10 Jus fundaci est membrum Dobane, nec cognitum de jure communi, sed introductum per Imperat. Freder. in Regno, sub colore, quod merces custo-direntur in domo Regia, & an fuerit color qua-situs, num.11.
- 12 Vectigal non debetur de jure communi ex navigiis, & bonis, ut tempestatis in terram appulsi, & qua ratione, num.13. & 15. etiam si navis exone-ret merces in terram, num.16. 28. & 32. idem si timore hostium, vel Piratarum, num.18.
- 14 Lex, & Constitutio cum clausula irritanti, om-nes futura leges statuta, & consuetudines, con-trarium disponentes auferit.
- 17 Gabellam debet, & incidere in commissum, pa-ria sunt.
- 19 Gabella non debetur per eos, qui famis nece-sitate vadunt ad molendum in territorio, ubi ea solvi-tur.
- 20 Bona naufragata eorum Dominis reservantur, ne-que ex eis aliquid datti exigendum, & in edi-tum incidit non tantum, qui rapuit, sed etiam qui abstulit, vel damnum dedit, & num.21.24. 25. & 26. aut is, cuius opera factum est, ne nau-fraganter opitulentur, num.22.
- 23 Navis expugnata, sive naufragata, quando dica-tur.
- 27 Publicanorum execrabilis, & nefandissima cupidi-tas.
- 28 Extrahere incipiens bladum à loco permisso, si ante-quam extrahat, promulgetur statusum prohibiti-vum, nibilominus licet posse.
- 29 Atlus subsequens cum habeat necessariam conse-quentiam ad principium regulatur ab antecedenti, & quid in mercatore respectu casus fortuiti. & num.30.
- 31 Finis cum habeat necessariam consequentiam, ad principium, principium attenditur, & non fi-nis.
- 33 Ritus Regiæ Cameræ debet recipere interpreta-tionem secundum jus commune, etiam si effet contra jus commune.

### A R G U M E N T U M.

Jus fundaci, sive vectigal non deberi pro mercibus, vi tempestatis, vel alia nece-sitate in portum dela-tis, & ibi eadem nece-sitate exoneratis, ad intel-lectum Ritus Regiæ Cameræ de fundico flagelli, §. si vexillum, & dispositiones juris communis.

Pro

**Pro Dominis mercium navis, sub nomine SS. Annuntiatae, & S. Francisci, quæ Brundusium casu divertit, contra Regium Fiscum,**

## CONTROVERSIA XLVI.

**C**um anno præterito mihi contigisset ex tempore, & maxima temporis angustia presso, de jure respondere pro Dominis mercium navis appellatae de S. Lazaro ex portu Veneto profectæ, ut p. o mercibus navis, vi tempestatis in portu delatae, ac etiam præcisa necessitate cogente, in terram expositis, jus fundaci, nec aliud vectigal deberi de jure communi, nec etiam ex dispositione Ritus Regiae Cameræ, vñisque meis allegat, contrarium fundare nixus fuerit eruditissimus, ac summi ingenii Fisci patronus Dom. Conf. Vincentius Coronatus, cuius dictis frustra conati sunt extranea, & prorsus inutilia superaddere defensores Arrendamenti, cum idem articulus adhuc in altera causa navis, quæ Venetas proficisciens necessitate coacta Brundusium divertit, pendente adhuc indecisa prima, cuius expeditionem F. scus hucusque distulit, ex his, quæ initio semel scripsi, obtinere spero, paucis ex abundanti nunc superadditis; idque tam ex dispositione ritus Reg. Cam. & eorum, quæ inibi scribit Isern. quām etiam ex eo, quod hæc non sit gallera, quæ non debetur ex mercibus tempestate delatis, sed jus quodam debitum pro utilitate, quam sentit Dominus mercium, ex hospitio sibi concessio, sed neque ritus, neque ullus color, sive prætextus bonorum conservacionis hujusmodi compendium ex tam luctuosa Fisco concedere potest: non quidem Ritus in §. si *vaxellum*, sub tis. de fund. flagelli, quatuor enim casus, ille text. considerat.

2 Primò, si *vaxellum* quod vi tempestatis ad portum Regni delatum, si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet pro jure fundaci, & reddit rationem.

Secundò, quod si ex libera voluntate, suaque sponte, sedata tempestate, & sic dum potest recedere, nullo justo impedimentoo detentus, remanere voluerit in eodem portu, solvere debet.

Tertiò, quod solvet saltim jus anchoragii pro hospitalitate, seu albergo, quia in ipso portu fuit tuò receptum *vaxellum*.

Quartò, quod ubi *vaxellum* voluntariè venisset causa commercii, etiam si non exonerasset, solvet fundacum, vel cavere debet ire ad terram fundaci infra Regnum, ex quibus patet, quod dum ritus constituit potissimum discrimen inter *vaxellum*, quod venit ex necessitate, vel ex voluntate, totum decidendo, & distinguendo inter voluntatem coactam, & liberam, quæ ab initio, vel ex post facto supervenit, ex hoc apertè sequitur, quod dum distinguuit inter casum, ubi Dominus exoneraret merces, vel non exoneraret, pari modo distinguui debet inter casum, quo is sponte, & voluntariè exonerat, vel ubi coactus id facit: quod apertè probatur ex illis verbis, ibi, *velit recedere, nec exoneraret*, & sic considerat ritus casum exonerationis voluntariæ, accedunt subsequentia verba, ibi, *quod si voluntarius remaneat, solvere debet*, &c. & tandem idem colligitur ex

- ultimis verbis, ponderando illa à contrario sensu, ad 4 corticem verborum, dum dicitur, *ubi vero voluntarie venisset causa commercii, etiam si non exonerasset, solvet fundacum*, igitur à contrario, ubi coacte venisset, non causa commercii, etiam si exonerasset, non solvet fundacum, arg. eorum, quæ notat Everardus loco à contrario sensu: requirit enim ritus, quod *vaxellum*, vel voluntariè veniat causa commercii, vel saltim etiam si ex necessitate veniret, quod voluntariè saltim remanserit, dum cessante tempestate, potuit recedere, vel si exonerat, quod similiter voluntariè intelligendum est, non autem quando eadem necessitate impulsum, ex qua portum petere coactum fuit, eadem, & majori exonerare necessè fuit, nè penitus, & omnino cum onere mercium obrueretur, & hoc est, quod dicit ritus, dum monet *Portulapum*, ut curare debeat, ut statim, sedata tempestate, recedat; non enim hoc fit ex pietate, & charitate, sed ut ex eo appareat, si Dominus navis velit voluntariè permanere, dum potuit ad suum redire iter, quo casu solvere debet, unde sicuti spontanea voluntas tribuit jus Fisco, quoad jus fundaci, sic necessitas immunem reddit Dominum 5 navis ab omni vectigali, neque ab isto vero, & germando sensu ritus, recedit Isern. prout rectè intuenter patebit, siquidem nihil obstat, quod subjicit Andr. in vers. sed in prædictis, scilicet, quod si inceperat Dominus vendere, vel exonerare, statim teneretur solvere jus fundaci, etiam si vi ventoriū venisset impulsa, vel exoneraret de uno *vaxello* in alterum, quia loquitur Isern. de eo, qui incipit vendere, vel exonerare voluntariè, juxta secundum casum consideratum per ritum in vers. ex quo videtur; nec immensità, quia dum par. facit casum venditionis, & exonerationis, sicut in dubio, venditionis appellatione, continetur venditio libera, & non coacta, quæ non est venditio, T'besaer. filius qq. forens. lib. i. c. 39. in fin. sic etiam de eo intelligi debet, qui voluntariè exonerat, dum sub una pariformi determinazione, & sub unica verborum structura loquitur Isern. de incipiente vendere, vel exonerare.
- 6 8 Quid evidenter convincitur ex his, quæ idem Isern. subjicit in vers. item aliud si vi, dum ponit casum, ubi Navi vi ventorum impulsa, aliqui mercatores exonerant, & alii non exonerant, & resolvit, quod illi qui exonerant, solvent jus fundaci, nec præjudicabunt aliis, qui non exoneraverunt, etiam si merces essent communes, nisi pro sua parte, ex quo patet, Isern. loqui, ubi Dominus exonerat voluntariè, non coacte ex mera necessitate, tunc enim non daretur electio exonerandi, vel non exonerandi, cum, neminem præsumatur velle jaclare suum, & in 9 mari perdere merces. Confirmatur idem ex verbis Isern. sequentibus, dum declarat jus anchoragii, & subjicit, *satis aquum videri, ut non solvet, ubi quis non vendit, nec habet*; voluntatem vendendi, & quod si voluntate vendendi venerit, & non vendidit in mari, nec exonerat in terra pariter non solvet, & sic semper loquitur Isern. retentis terminis ritus, ubi scilicet voluntariè Dominus vendit, & voluntariè exonerat.

Qui sensus etiam comprobatur ex additionibus 10 marginalibus ad dictum ritum, & tanto fortius, quia istud jus fundaci, quod est membrum juris de honeste, non est jus antiquum, nec cognitum à jure communi, sed introductum per Frider. qui inter multa jura nova hoc introduxit, ut sub colore, quod, merces custodirentur in domo Regia (cum tamen, ut

ut plurimum custodiatur in fundacis privatorum, mediante mercede, prout in praesenti casu factum fuit) introduxit hoc jus ad rationem granorum quindecim pro uncia, sive ad rat. duc. 2. pro centum, & verè fuit color quæsitus, ut novam adderet gabelleam, ut ex *Ritu expresso de jure fundaci*, ex *Iser.* & *Afflct.* probat *Reg. Moles in tit. de jur. fundaci*, 12 in *secundum membrum*, q. 1. de jure communi, si casus esset omissus per ritum, certum est, nullum jus, nec aliquid vectigal cuiuscunque nominis, sub quo-vis quæsito colore, vel pretextu exigi posse per Fiscum ex navigiis, & bonis, quæ vi tempestatis in terram veniunt, *aut. b. navigia, C. de fart.* ibi: *Navigia rupta, vel qua alijs ad terram pervenerint, tam ipsa, quæm navigantium bona integræ reserventur illis, ad quos spectabant, antequam periculum incurrit, sublata pænitus omnium locorum consuetudine, ubi glof. 1. citat concord. & gl. 2. addit rationem,* 13 quia non debet addi afflictio afficto, citans jura: non autem reservarentur integra bona si à naufragium passo, & exonerantem bona vi tempestatis, jus 14 fundaci novum, & proindè odiosum exigeretur, & quod ex d. *Confl. cum clausula irritanti, omnes futuræ leges, statuta, & consuetudines sint sublatæ, latè probat Gail. lib. 1. observ. cap. 18. per tot. quid enim est dicere, quod Fiscus meus se se non interponat cum nullum jus babere possit in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur, ut dicit Constant. in l. 1. ubi *Glos. Bart.* & reliqui, *C. de naufrag. lib. 11. nisi prohibere, quod fiscus nullam exigere valeat gabellam ex rebus vi tempestatis exoneratis?* & hoc notat *Bart.* ibi, *nota ex bac l. imo casu, quod si per tempestatem maris aliqua navis venit ad portum, non debet solvere gabellæ, sed portuum, quia violenter venit, l. Cæsar, & l. fin. §. si propter necessita-* 16 *tem. ff. de public.* qui text. loquitur in specie de Domino navis exonerante onus in terram, ut res non debeat commissa vendicari, *Bart.* autem, & cæteri DD. notant ex eo, quod non debeat pro iis rebus solvi gabella: nihil enim differt incidere in commissu, & teneri solvere gabellam; sunt enim unum, & idem, sive unum alterius causa, & origo, quia ex obligatione solvendi gabellam, oritur commissum eo ipso, quod omittitur professio, *Bart.* in *l. commissa 14. in princ. ff. de public.* & proindè *Angel.* in *ead. l. 1. C. de naufrag.* sequitur *Bart.* quod pro bonis in portum violenter delatis non solvit gabella, neque portarium, & idem si propter timorem hostium, vel piratarum, citans in specie d. l. fi. §. si propter necessitatem, qui tex. loquitur de exonerate merces: addunt *Bart.* & *Angel.* adeò hoc esse verum, ut ii, qui vadunt ad molendum in molendino territorii, ubi adest gabella, quod si coacti id faciunt tempore famis, quod possunt reportare farinam sine solutione gabellæ, qui propter necessitatem famis venerunt, quæ est magna necessitas, cum sit naturalis: triplex est enim necessitas, naturalis, fatalis, in qua quis fortuito casu, & fato incidit, & culposa, quarum primæ dux necessitates excusat omni casu, *Cravett.* in *responso, pro genero, n. 94. Cacher. dec. 167. Feder. Martin. de jure cens. cap. 4. n. 96.* & inter fortuitos casus vim tempestatis connumerari constat, ex l. ex *conducto, §. si vis tempestatis, ff. locat. Sebastian. Medicus de fortuit. causibus, par. 2. cap. 3. n. 5.* & ob id *Ulpian.* in l. 1. vers. hu- 20 *casus, adit. ff. de incend. ruin.* & *naufrag.* dixit, publicè interesse, nihil rapi ex hujusmodi casibus naufragorum, & in l. 3. dixit, in *adictum* incidere, non solum, qui rapuit, sed etiam qui abstulit, vel damnum*

22 dedit, licet non de manibus, sed aliter eo invito, ut subdit *Gloss.* & *in fin.* in §. item alio, addit eos, quorum opera, aut consilio naufragi suppressi fuissent, ne navi, ibiè periclitantibus opitulentur, l. *Corne-* 23 *liæ poena afficiendos, quinimò eos qui, aliquid ex miserrima naufragorum fortuna rapuissent, vel lu- crati fuissent ex *adicto* Prætoris teneri tantum, &* 24 *Fisco dari debere, & in l. 6. eod. tit. ponitur casus præsens, navim expugnatam censer, cum spoliatur mergitur, dissolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur, aut vela consinduntur, & in l. 3. prohibetur aliquid ex naufragiis diripi, neque quod extraneus interveniat in colligendis bonis, neque miles neque privatus, neque servus Principis, plura *Gail. d. cap. 18. lib. 1. n. 4.* & seq. comprobat latissimè *Rip. de pelle tit. de privileg. contract.* ex n. 158. ad 165. ubi invehit contra Fiscum, & datio- rum conductores, ut nihil omnino prætendere possint ex rebus vi tempestatis in portum delatis affe- res plura similia in materia represaliarum, & di- stinguit num. 164. inter adventum voluntarium, vel qui excusari poterat, & necessarium, optimè 26 *Guliel. Bened. simul, & latissimè in repetitione cap. Raynarius, vers. & uxorem nomine, ex num. 373. ad num. 377.* qui execrabilem, & nefandissimam cupi- 27 ditatem appellat, quod ex alieno fletu ridendum putent publicani, & quod omnia mala novere, qui circa lites versantur, ad ipsum me remitto, *Stracca de navibus n. 26.* ex *Bart. Bald. Laud. Alex. Mar- fil.* & aliis, quos ipse citat, & in puncto in terminis 28 nostris in materia d. l. *Cæsar*, & l. *fin.* §. si propter ne- cessitatem, quod si actus subsequens habet necessaria consequentiam ad principium, tunc licet, & sine periculo ullo possint extrahi merces, & fortius exonerari, dicit *Joann. de Imol.* in *cap. cognoscentes, quod est secundum, de conflit. in fin.* ponens exemplum in eo, qui cœpit extrahere bladum, & nondum ex- traxit à territorio, quod non ligetur statuto, quod interim fuit factum prohibens extractionem, quia actus posterior fit ex necessitate, ne damnum patia- tur, & sic potest licet fieri, quia actus subsequens re- gulatur ab antecedenti, sequitur *Felyn.* *ibidem in fin.* & antè ipsos *Bart.* optimè in d. l. *Cæsar.* 15. n. 9. ff. *de publican.* ubi in 7. *opposit.* quod in his terminis, nedum quando finis habet necessariam consequen- 29 tiā ad principium resolvit, attendi principium 30 & non finem, sed etiam quando non habet omni- no necessariam consequentiam, quando sumus in mercatore, ne casus fortuiti, quos fuit passus sint ei in damno, quasi hoc sit in privilegium, casum fortuitum passi, ut idem *Barts.* tradit n. 4. & in 6. & 8. *opposit.* amplius docet, quod quando vis præcessit, & postea sequitur actus voluntarius, tunc non at- tenditur, neque prodest vis præcedens, si tamen actus subsequens voluntarius approbat actum il- lum, in quo fuit vis, & coactio, & sic electivè sua sponte actum illum præcedentem confirmavit, alias secus: quomodo enim actus exonerationis vexelli potest censer voluntarius, & talis, ex quo solvatur gabella, cum habeat necessariam consequentiam ad principium causatum ex vi tempestatis? certè sicuti ex appulsi navis in terram non debetur gabella, ita nec etiam propter exonerationem mercium, quæ ex 31 eadem necessitate facta fuit; quando enim finis ha- bet necessariam consequentiam ad principium, tunc attenditur principium, & non est in consideratio- ne finis, *Everard.* loco à virtute finis post n. 8. ver- alii autem dicunt, & proindè rectè consulvit *Surd.* quod*

33 quod pro navibus, & mercibus, quae vi ventorum vel tempestatis, piratarum, vel alio timore, vel incursum in aliquem portum vectus, vel reductus sunt praeter intentionem naturae, vel Domini, nullo jure debetri gabellam in cons. 239. in fin. lib. 2. citans jura, & Doctor. & sic expresse firmat Sard. quod nendum pro navibus in Portum delatis, sed pro mercibus in terram reductis, nulla sit solvenda gabella, comprobatur idem latissime *Julius Ferret. de gabell. num. 115. to. 12. tract. Igneus in l. contrattas, num. 85. ff. de regul.*

33 iur. & ex his cum ita sit clarissimum jure comm. constitutum, Ritus noster non est aliter ullo modo intelligendus, sed recipere debet omnino interpretationem restrictivam ab eodem jure communi, etiam si statutum hoc esset contra jus commune, ut late tradit Sard. decis. 182. num. 24. & cons. 4. num. 49, & in puncto in hac materia vectigalium, & portuum, ne ab ea recedamus, docuit *Barr. in d.l. Caesar, num. 7. 24. & 26.*

Sopita tandem fuit, transactione, ut in sequentis controversia calce.

### S U M M A R I U M.

- 1 Ritus Reg. Cam. decidit etiam casum exonerationis multis modis, & qui illi sint, referantur.
- 2 Ritus predictus, cum interpretationem recipere debet a jure communi, est intelligentias, constituisse differentiationem inter omnem voluntarium, & necessarium, nec fas esse necesse hoc exprimere.
- 3 Ritus in sensu directo declaratur, & n. 4. & 5.
- 6 Dictio tamen est adversativa.
- 7 Jus ancoragii non regularatur secundum jus fundaci, cum sit ratio comparativa ad jus fundaci, quod est maxime odiosum.
- 8 Jus fundaci erit solvendum Regi, licet mercatores domos conducant pro conservandis mercibus, & fundaci stanter.
- 9 Argumentari non licet a solutione minoris, ad solutionem majoris vectigalis.
- 10 Navis, ubi coacte venit ad portum, non causa commercii, etiam si exonerata non solvit fundacum.
- 11 Argumentum a sensu contrario deponentium est a sensu illius qualitatibus, que causa sit dispositionis.
- 12 Appulsus voluntarius solus, causa commercii obligat merces ad solutionem vectigalium, quod limita, quando usi venient, n. 14.
- 13 Commercium fuit occasio, ex qua vectigalia sint instituta.
- 15 Venditio necessaria ex causa violenti appulsus, jus fundaci fisco aferit.
- 16 Casus fortuitus excusat mercatores a solvendo jus fundaci.
- 17 Dictio, vero, est adversativa.
- 18 Navis, que venit ad refriscandum dicitur voluntaria venisse.
- 19 Casus in ritu periculis licet videantur dari, ut solvatur jus fundaci ab eo qui voluntarii venit causa commercii, vel refrpcionis, & non exoneravit, tamen servari debent, quia statui posuerunt, & n. 31.
- 20 Dictio idem inducit frumentidinem, & paritatem, causas sequentis cum precedenti, ut eorum eadem sit decisio.
- 21 Princeps in terra sua potest facere legem quam velit & ut consueta serventur, licet aliquantulum dura.
- 22 Quae sunt ad tempus non videntur adesse.
- 23 Venisse non dicitar satis recessuras prout sit, qui

- venerat ad refriscandam.
- 24 Reges, & Principes monentur, ut non flatuant jura irrationalia quia peccant.
- 25 Verbam refriscare in materia ista importat necessitatem.
- 26 Recedere non licet in dubio à propria significatione vocabuli praesertim si convenies, & communis usus loquendi, & valde nosciras.
- 27 Capitulum 85. Consulatus, & Ritus predictus loquantur de verbo refriscare absolute, & de per se sine aliquo substantivo.
- 28 Refriscare simpliciter aliud est, & aliud esse potest cum adjuncto.
- 29 Intellexus verus, & genuinus dicti capituli, consulatus.
- 30 Jus fundaci solvere, de omnibus tenentur si, qui caperant vendere, vel exonerare, licet voluntarie venient, aut sponte ad refriscandam, vel cauere de esando, ad terram fundaci infra Regnum.
- 31 Dictio, sed licet sit adversativa in facto, & in iure, tamen hic adversatur tantum in facto, ut etiam est quando jungitur cum copula, &
- 32 Dictio predicta adversatur etiam in jure hoc casu in duobus.
- 33 Ifernitis intellectus enucleatur.
- 34 Exitus acta probat.
- 35 Animus colligitur ex postea gestis.
- 36 Venditio, sed exoneratio omnium mercium non expectatur, sed sufficiat quod caput sit vendi, aut exonerari, ut statim exonerans teneatur de omnibus iuvare ius fundaci.
- 37 Verba Isern. accipi oportet, de voluntaria venditione vel exoneratione, & ratio.
- 38 Venditionis appetitio venit libera, & vera, que consensu perficitur.
- 39 Voluntas, & consensus coactus licet sit consensus, & voluntas secundum quid, non tam vero, & simplex.
- 40 Dictio etiam est extensiva, augmentativa, & ampliativa.
- 41 Vectigal solvi debet, sive exoneratio fiat in terra, sive in mari de vexello in vexillum, & ratio, n. 42. quod ampliatur, n. 43.
- 44 Necesitas in istis terminis consideratur in duplice actu, scilicet appulsus ad portum, & exoneratio, seu venditionis pars mercium.
- 45 Navis necessarius ad portum appulsus, non includit necessario merciam exoneracionem necessariam, vel earum partis venditionem, & ratio.
- 46 Ritus, nec Isern. exprimit casum posteriorem conjunctionem cum primo, & qui sit iste casus.
- 47 Fiscus, nec alias potest extendere ritum ad factum in eo non expressum.
- 48 Extensio nullo iure, nullo modo fieri potest de causa ad casum non comprehensam expressam, vel tacite, & que sunt facti, non presumuntur, nec suppleri possunt.
- 49 Statuta recipiunt interpretationem a jure communi, & casus omittunt ab eo relinquunt dispositioni eiusdem juris.
- 50 Jus fundaci, & vectigalis est materia odiosa, & rigorosa.
- 51 Commoditas differt a necessitate.
- 52 Commoda dicitur fieri, quod sine promittentis incommoda, & salva dignitate fieri potest, & paria sunt, fieri commode, & absque penuria, necessitate.
- 53 Isernia loquitur non solum in primo casu necessarii appulsus, sed è contrario sensu expressè deciditur secun-

- secundus, ut existente eadem, aut simili necessitate, quæ non permittat navem discedere, relevetur dominus mercium à solutione vestigalis.
- 54 *Fatuum est considerare casum; in quo mercatores molent merces amittere, quād exonerare.*
- 55 *Voluntas coacta non est simpliciter voluntas, sed conditionata, & secundum quid.*
- 56 Aristotelis aurea verba, pro robaratione, & dilucidatione materiæ integrè referuntur.
- 57 *Ex duobus actibus, si posterior est executio prioris, ambo sunt unus.*
- 58 *Gabela non debetur ex actu, qui fit in exequitionem, & necessariam sequelam præcedentis.*
- 59 *Actus non dicitur nouus, qui fit in exequitionem præcedentis.*
- 60 *Discrimen maximam inter solutionem gabellæ, & solutionem portorii, tributorum, & vestigalium, & ratio differentia.*
- 61 *Socii, vel baredes non solvant laudem ob necessariam inter eos factam empbytheotica rei divisionem, & ratio.*
- 62 *Venditio, vel exoneratio mercium, ut facta necessario in exequitionem appulsus, confunditur cum ipso appulso.*
- 63 *Actus, qui fieri potest duplice ex causa, debet referri ad causam necessariam, & ex ea factus censetur.*
- 64 *Actus, qui fit ex necessitate alterius præcedentis, presumitur necessarius, & gestus in exequitionem præcedentis.*

### ARGUMENTUM:

Agitur de eadem questione, de qua in controversia præcedenti, & latius de intellectu, & explications ritus Regiae Cameræ in §. si vaxellum, sub titulo de fundicio flagelli, & c. 85. Consularus maris, ac discrimine inter jus anchoragii, & jus fundaci, ac cetera alia vestigalia.

### Pro iisdem, novus discursus, ad verum intellectum supradicti ritus Regiae Cameræ:

#### CONTROVERSIA XLVII.

**E**T si in prioribus scriptis pro defensione immunitatis vestigalium, occasione alterius navis, sati supèrque justitiam adversus Fiscum patere, justè credamus, ut tamen omnis nebula cefset; pro resolutione objectorum, & germano, & vero sensu ritus Cameræ subscripta superaddenda censi. Non obstat igitur primò, ritum in omnibus casibus in ipso consideratis, & distinctis, diversimodè considerare appulsus ab exoneracione; siquidem distinctio, quæ sit in appulso, non aliter sit citca actum exoneracionis, unde infert Fiscus distinctionem inter casum voluntarium, & necessarium, esse faciendam in appulso tantum non autem in casu exoneracionis, quia tunc etiam si exonerentur merces ex necessitate, debetur portorium.

I Primò enim dicimus, ritum aperte continere, & decidere etiam casum exoneracionis multifariam, scilicet. Primò aperte in sensu directo. Secundò saltim per inflexum à sensu contrario. Tertio à ratione expressa in ipso ritu, quæ utrumque casum inseparabiliter conjungit, & comprehendit. Quar-

- 2 to ex vi repetitionis. Quinto, & tandem, si nihil horum adesset, ita ritum esse intelligendum ex interpretatione passiva, quam recipere debet à jure communī, quæ generaliter in omni casu, & præsertim in specie casus nostri expressam constituit differentiam inter actum voluntarium, & necessarium, & sic non fuit necesse hoc exprimere. In sensu directo hoc dicit in primis verbis ibi, si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet pro jure fundaci: loquitur igitur expressè initium ritus de vaxello mercibus onusto, quod venit ad aliquem Regni portum vi ventotum, & tempestate, quod si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet, conjugit igitur expressè ritus casum appulsus navis, & exoneracionis, disponens, quod si cessante tempestate recedat nec exoneret, non solvit, ergo si durante tempestate permaneat, & exoneret, ex eadem necessitate, nihil pariter solvet.
- 4 Confirmatur ex sequentibus verbis, quia non dicitur venisse, qui coactus, & compulsus venit, si ergo mox ritus conjunxit casum appulsus, & exoneracionis, sequentia verba, quæ per dicti rationem quia exprimit rationem dicti cap. quia propter, de, rescrips. Augustin, Barbos. de dictio. cap. 265. pariformiter utrumq; casum comprehendunt, & ad omnia præcedentia referuntur ac si dixisset ritus, quod non dicitur exonerare, qui coactus, seu compulsus, eadem necessitate urgente exonerat. Italis scriptura, & fin. ff. de leg. 1. cum aliis ad propositum per Sard. dec. 322. n. 59. & hoc etiam ex vi repetitionis, propter unitatem sermonis, & connexitatem orationis, juxta tradita per Bar. in l. in repetendis, ff. de condit. & demonstrat. Cravett. conf. 208. num. 6. Sard. decis. 88. n. 24. cum allis in fine ex quibus repetitio præcedentium induci posset, quæ doctè satis licet prolixè, cumulat Castill. Hisp. lib. 2. quot id. controversial. cap. 4. ex n. 138. 5 Ponderent præterea secundo illa verba carare debet Portulanus, at statim sedata tempestate recedat, ex quo videatur, quod voluntarias permanent solvere debeat, si esset verum assumptum Fisci discrimen inter actum voluntaris, & necessitatis considerari solum in appulso navis non in reliquis, scilicet circa exoneracionem, & venditionem frustrè ritus in actu sequenti permanendi, dixit in fine inter actum voluntarium, & necessarium, unde dum dixit, quod si voluntarias remaneat, nec dicit, quod si remaneat simpliciter, & indistinctè, ergo eadem distinctio, quæ sit in appulso, debet fieri in reliquo, scilicet in actu posteriori permanendi qui actus non sit, nisi ad finem exonerandi, vel vendandi, frustrè enim quis remaneret in portu nisi ad hunc finem; si quidem omne agens propter finem agit.
- 6 Tertiò confirmatur ex illis verbis, dicunt tamen multi, quod solvet jus anchoragii, quasi pro hospitio, quia in tali portu securatum fuit vaxellum, sicut in domo propria. Unde ubi voluit ritus indistinctè solvi jus aliquod, scilicet anchoragium, generaliter, & indistinctè hoc diffinivit, & statuit, idque expressit per dicti rationem tamen, quæ est adversativa, & adversatur quoad omnia præcedentia in eodem genere, retentis eisdem terminis, ut jus anchoragii indistinctè solvi debeat absque ulla necessitatis, & voluntatis distinctione Vulpell. de propos. & adverb. dict. tamen, Barbos. de rati. cap. 347. num. 2. & proinde quod disponitur de iure anchoragii, extendi non debet ad jus fundaci, & cetera vestigalia per Fiscum prætensa, tum quia jus anchoragii est jus satis leve, præsertim comparatione ad jus fundaci,

8 paci, quod est maximè onerosum, & odiosum, ut in superiori Controv. fundavimus, & proinde facilius ferri potest solatio modice quantitatis sub magis colorata ratione, quod vaxellum, sit securatum in portu Regis, in cuius portus constructione, & conservatione Rex de suo expendit, unde deberi videtur ob impensam, laborem, & reverentiam, ad quæ munera non extenditur immunitas, *Menoch. conf. 297.*

8 ex nu. 15. lib. 3. *Gratian. discept. forens. som. 2. cap. 377 num. 23.* quod non est in fundaco, quo ut plurimum non utuntur, mercatores, sed conductis domibus, cum solutione mercedis, in quibus commodius, & tutius conservantur merces, & nihilominus solvitur jus fundaci Regi, sub quæsito dumtaxat colore exigendi maximum & nimis onerosum vectigal, ut dicit in specie *Ifern. in d. tit. de jure fundaci in princip. §. item si ponantur;* unde à solutione minoris, ad solutionem majoris vectigalis, non debet licere Fisco argumentum ducere, præsertim affirmativè *Everad. loco de minor. ad major.*

Quarto, idem suadetur ex verbis seqq. ubi vrd voluntariè venisset causa commercii, etiam si non exonerasset, solvet fundacum, vel cavere debet, &c. igitur ut alias dixi, & nunc non repeto, ubi coactè venisset, non causa commercii, etiam si exonerasset, non solvet fundacum & nunc addo, hoc argumentum non posse aliter formari ad corticem verborum, & in sensu perfectæ orationis; siquidem constat, argumentum à sensu contrario, desumendum esse à sensu illius qualitatis, quæ causa sit dispositionis, ut ex *I. conventiculum. C. de Episc. & Cler. probat Dom. Alphanus præceptor meus post. alios in l. 1. num. 155. ff. de offic. ejus, & inspecta ratione; sicut mente legis Everard. loco à contr. sensu, p. 2 l. limit. 9.* Et hic versic. si prædicta deficerent, solus decideret questionem nostram: equiparantur enim appulsus, & exoneratio mercium voluntarii, sicut enim solus appulsus voluntarius causa commercii obligat merces ad solutionem vectigalium, inspecto fine, & intentione, quia mercator venit ad portum causa commercii, quod commercium est potissima causa radix, & occasio, ex qua vectigalia sunt instituta, & in specie jus fundaci deberi ex commercio, dicit *And. in nostro sex. in §. si vaxellum, in fin. in illis verbis, vel ibi, facit inde commercium, latiss. Gattier. post Carond. Lasars. & alios de Gabell. quæst. 1. ex nu. 8. cum seq. ut exinde pro usu non solvantur, l. in lege consonam, ff. de verb. signif. Regner. de regal. lib. 2. cap. 6. nu. 128.* sic etiam exoneratio causa commercii, & venditionis voluntarie, pari modo producit jus solvandi vectigalis Fisco, & sic contrarium appulsus navis necessarius, & exoneratio, vel venditio necessaria ex causa violenti appulsus jus Fisco auferunt, & eximunt mercatores, sive ex regula contrariorum equiparatorum per contrarium, sive à cessante ratione, cum nedum necessitas, sed quolibet fortuitus casus mercatores excepti, ne sint in damno, *Bart.* & alii infra citandi, & proinde ritus in præd. verb. utitur altera adversativa, ubi vrd, ut ostenderet dilicimen inter solutionem anchoragii, et fundaci: constat enim distinctionem vrd adversari, addit ritus, idem si venisset ad refriscandum, ut multi dicunt, sic servatum esse ex voluntate regnantis, de qua si constaret, certum esset; unde cum ampliare proximum casum, tradendo similiter exemplum, quod etiam si navis venisset ad refriscandum et sic pariter voluntarie, sicut in prædicti est enim hæc species voluntarii appulsus, qui ex germana vera, et propria verbi significacione pro-

ficiuntur, et eodem modo accipitur in vulgari, et communis usu loquendi: constat enim esse vulgare dictum nautarum, et est communis omnium usus, sive loquendi genus, *andare a pigliare refrisco, dà refriscarsi,* quod et usitatur in terrestri itinere; ubique enim in Regno novimus invitari transfeentes, et maximè notos, etiam non sicutientes, vel aliis indigentes, *venire a refriscarsi, dà venire a bere,* et sic concordat æthimologia vocabuli, cum communi usu loquendi, quorum uterque, voluntarium actum significat. Sub 19 hinc parumper *Ifern.* glossando dicens, quod licet hi duo casus in ritu purificati, de quibus proxime dixerat, viderentur duri, ut ius fundaci solveretur ab eo, qui licet voluntarie venisset causa commercii ab initio, tamen non exonerasset, vel saltem debuisse cavere de eundo ad terram fundaci infra Regnum, idemque si venisset ad refriscandum, ex qua 20 dictione, idem, qua utitur *Ifern.* colligitur omnino similitudo, et exæquatio, ut una sit substantia, et æquiparat casum sequentem cum præcedenti, ita ut omnino in diversis casibus sit eadem censura, seu decisio, ut latè probat *Alex. Barbo. de dictio. cap. 122.* ut latius hoc esse nimis durum, probat inferius idem *Ifern. in vers. 5. v. 6. §. alii dicunt præmisso casu, et iterum versic. seq. idem debet dici variè dum dicit, quod etiam in delictis si panitet ante consummatum crimen, est impunè, etiam in atrocibus, & quod licet mutare voluntatem re integræ, ut plenè per eum. Quod et iterum plenissime alii rationibus comprobatur inferius ante fin. eiusdem ritus in §. id quod alius 21 dè portatur, & non exoneratur in mari Regni, et iterum posteā, portare in portam, & non exonerare in Terram vel in aliquo vaxello, non est immittere in Regnum, quia mare, & littus naturali jure sunt communia, ubi tatis attamen redeundo ad supradicta, 22 excusat *Ifern.* dicens posse hoc principem in terra sua, cum in positivis sibi licet dicere legem, quam velit, et consueta servanda esse, licet sint per quam dura, et sic resolvit obiectum, quod ea, quæ adiungunt ad tempus, non videantur adesse, et quod non videatur 23 venisse, confessim recessurus, cu usmodi erat iste, scilicet qui venerat ad refriscandum, consideratus in proximo prædicti casu, quoniam venerat ut veneret, nec ut perpetuò dimitteret merces in Regno, sed ad tempus breve maioraturus, confessim recessurus, scilicet postquam se refriscaverit. Attamen his, et similibus non obstantibus finquit *Ifern.* hæc etsi dura statuti potuisse, manet tamen, ut caveant sibi 24 Reges, et Principes, ut hæc iura, ratione parentia, non statuant sine crux, alias peccant, ut *Innoc.* solitus est advertere, et corriger Præcipuum institutum in locis, quos alibi citat *Ifern. in tis. quæ sunt regal.* post nu. 7. ubi concord. per *Lipar.* nec obstat, quod verbum *refriscare*, importet necessitatem, ut probari videtur in cap. 85. *Consulatus maris*, in quo afferitur usurpari verbum, *refriscare exorcia*, et sic in casu, ubi navis indigeset velis, et aliis navalibus 26 instrumentis: dicimus enim primò, in dubio non esse recedendum è propria vocabuli significatione, maximè cum illa conveniat cum communi usu loquendi 27 di satis notorio, ut supra, nec d. c. *consulatus*, loquitur de verbo *refriscare*, absolute, et de per se considerato, sine aliquo substantivo, sicut loquitur ritus noster, ibi, idem si venisset ad refriscandum, et iterum in vers. alii dicunt præmisso, ibi, ut alio ostenderet, p. 28 ta, ut refriscaret, aliud est enim simpliciter *refriscare*, aliud esse potest cum adiuncto, scilicet *refriscare exorcias*, vel *velas*, de quibus loquitur c. *consulatus*,*

nec dicitum assertum c. quicquam probat, dum enim dicit, se per aventure la nave habebit bisogno più esarcia, d' che la sua fosse consumata in tutto, o in parte, il padrone della nave non è tenuto dare accuncio, ne di refriscare esarcia, il dare accuncio, potest includere necessitatem, il refriscare l'esarcia, tempore in sua propria significazione, ut importet duplitem, vel maiorem, sive fortiorum habere exarciam ad cautelam, & sic nullibi probari potest, ut verbum, refriscare, importet praecisam necessitatem, de qua nos agimus; subdit Isern. per dict. sed si, in præd. casibus, inciperet vendere, vel exonerare, statim teneatur de omnibus, jus fundaci solvere, vel cadere, ut dictum est, & sic tam in primo, ubi scilicet voluntarius venisset, nec exonerasset, quam in secundo, ubi etiam sponte venisset, ad refriscandum, ad tempus breve moratur, ut statim recederet addit nunc, quod si inciperet vendere, vel exonerare, statim teneatur, de omnibus, jus fundaci solvere, vel caedere, ut dictum est, & sic licet dictio sed, soleat adversari regulariter in facto, & in iure, hic tamen adversatur in facto tantum, non in jure, ut interdum prædicta dictio hoc operatur, ut quando jungitur cum copula (&) Ostat. Vulp. de præpos. & ad verb. dict. (sed) cart. 108. Sanchez, & alii per Alexand. Barbos. de dictior. cap. 309. quia ponitur casus, quando inciperet vendere, vel exonerare, in quo adversatur casibus proximitatis; concordat tamen in jure; verum non fallor, meo quidem judicio dici potest dict. præd. sed & si, in jure, etiam hoc casu adversari in duobus. Primo, quia in præced. casibus, ubi voluntarie venisset, & non exonerasset, vel ubi venisset ad refriscandum, statim recessurus intentio Isern. fuit ostendere quod de iure non deberet solvi jus fundaci, sed bene de facto, & de consuetudine; sic de voluntate regnantis, qui potuerat hoc statuere; hic vero, cum mutata voluntate inciperet vendere, vel exonerare, intentio Isern. est dicere, ut etiam jure stricto de omnibus jus fundaci solvi debeat, vel caveri, quia venit utroque casu, causa commercii, ut exitus acta probat, dum vendit, vel exonerat, quia animus colligitur ex postea gestis, & his, quæ sequuntur, & amplius in jure adversatur in eo, ut ex eo, quod incipiat vendere, vel exonerare, statim tenetur de omnibus solvere, & sic non est expectanda venditio, vel exoneratio omnium mercium, unde necessariò hucus usque accipienda sunt verba Isern. de voluntaria, venditione, vel exoneratione, tūm quia metus, vis, & coactio non præsumuntur, & præsertim venditionis appellatione, intelligitur de libera, et vera, quæ consensu perficitur, l. 1. §. fin. ff. de constr. empt. l. 1. vers. item emptio, ff. de rer. permis. §. 1. insit. de empt. & vend. juncta l. invitum, C. de contrabend. empt. qui consensus in omnibus contractibus debet esse liberus, et spontaneus, quia voluntas sive consensus coactus, licet consensus sit secundum quid non tamen verus, et simplex, ut infra dicemus; cum etiam, quia exceptio tradita in d. verific. sed & si, in præd. casibus, debet esse de regula, et remanet in non mutatis de natura regulæ, & consequenter intelligi debet iuxta terminos regulæ in prædictis casibus consideratæ, ampliat postmodum hoc Iser. per dictio, etiam, quæ ex extensiva, et stat augmentativa, et ampliativa, l. 2. C. de testib. Barbos. de dictior. cap. 95. ut idem ius sit, etiam si vi ventorum venisset impulsa, et quod dixit de exoneratione in terra, extendit, ut præcedat etiam si exoneratio fieret in mari, de yaxello in yaxellum, ibi, & si exoneraret de va-

xello, unde venit vi ventorum, & poneret se in alio yaxello navigantis ex ea Regnum, solvet fundacum, sicut exonerasset in terra, et reddit rationem, nam commoditatem habent banc in mari Regis exonerando quidem de uno, & onerando in alio, viderat, tamen quam si de novo merces oneraret, & exoneraret; haec igitur ampliatio, ut solvendum sit vectigal, etiam si navis venisset vi ventorum impulsa, cum inciperet vendere, vel exonerare, non video quo jure, quovè prætextu sit iterum extendenda, supplingo factum in verbis, et in sensu minime comprehensum, ut scilicet Ritus, sive potius Isern. ( si quidem verba Ritus, à verbis Isern. distingui facile non possunt, ) procedat, nedum si navis vi ventorum venisset impulsa, sed etiam eadem, vel simili necessitate præcisa coactus magister navis exoneret, vel vendat, hoc certe rogo considerari, 44 necessitatem in nostris terminis in duplice actu considerari posse.

Primo scilicet in actu appulsus navis ad portum idque multifariam, vt scilicet tempestatis, incursu hostium; vel aliter.

Secundò vero potest considerari necessitas in actu exoneracionis, vel venditionis partis mercium, ut cum necessaria est refectio navis, et desciunt pecuniae, quo casu præcisè opus est, pecuniam ex venditione quarumdam ex mercium redigere, ut navis refecta ex inavagibili fiat navigabilis ad perficiendum iter destinatum,

45 Primus casus appulsus navis, necessarius ad portum non includit necessariò secundum, ut semper sit necessaria mercium exoneratio, sive partis carum venditio, ut cum navis incolmis in portum licet vi tempestatis delata est, sed interdum, cum primo casu ex facto contingentí concurrat etiam necessaria navis refectio, quæ potest esse innavagabilis in specie statu præsenti, et navigabilis in futurum, ipsa navis refecta, sicut in simili de sententia, vel extincta, vel suspensa per appellationem dicitur in l. 1. §. ultim. ff. ad Terpil. Ritus, sive Isern. in d. amplias. nominati loquuntur, etiam si vi ventorum venisset impulsa, & paulò post, idem repetit in casu exoperacionis yaxelli de uno in alterum, unde vi ventorum venit, & inferius; ad quod non credebat venire, & sic 46 nullo modo exprimit posterium calum conjunctum cum primo, cum scilicet ita vi ventorum venit, ut etiam necessaria indigeat refectio, quæ sine exoneracione in terram, vel alio yaxello, & sine pecunia ex venditione mercium redigenda, fieri non potest, ut propriè contingit in casu nostro. Quis igitur, neque etiam Fiscus poterit supplere hoc factum, 47 & superaddere illud ad Ritus extensionem, ut procedat etiam ubi navis nedum impulsa venisset, sed etiam, quæ indigeret necessaria refectio, quæ sine exoneracione, & mercium venditione fieri nequam posset.

48 Hæc quidem suppletio in f. cto, & ampliat onis extensio, nullo quidem jure fieri potest, cum ea quæ sunt facti suppleri nequeant, neque præsumantur, ut ad ornatum vulg. l. in bello, §. facta, ff. de cap. & p. simil. rever. lat. Mesuch. de præsumpt. lib. 5. cap. 175. num. 4. & præsumantur. & quod facta nunquam lib. 6. c. 14. Addit. Nautæ ad Alex. cons. 119. lib. 1. cum non sit de calu ad casum, ex verbis, nec ex mente comprehendit, l. 3. §. b. & c. verba, ff. de negot. gestis. Sard. latè decisi. 202. n. 9. quod si generaliter est verum, statuta debere recipere interpretationem à jure communi, & causum à statuto omisum relinquendum

dum esse dispositioni juris communis, etiam si sint contra ejusdem juris dispositionem, juxta ea, quae congerit *Sard. dec. 282. num. 24.* potissimum, & in specie hoc tradunt *DD.* in terminis vectigalium, ut post *Signor. de Homod.* cuius verba inferuit in sua lect. *Alberic. in d.l.Cæsar. post num. 7. vers. conclusio-*  
*mas ergo, tradit latiss. ibi Barts. ex num. 15. & post nu-*  
*26. vers. præterea ff. de public. in qua l.Cæsar, DD. post*  
*Barts. omnes tractant materiam restrictionis, & inter-*  
*pretationis statutorum ad formam juris communis*  
*ut alibi recurrere opus non sit, & hæc est interpre-*  
*tatio passiva, quam statuta nunquam excludere cen-*  
*sunt, etiam si ab eodem statuto sit prohibita inter-*  
*pretatio, Sard. dec. 178. num. 16. & 17. in ritu qui-*  
*50 dem exorbitanti, in materia vectigalium, & vec-*  
*tilis quidem, tam odiosi, & rigorosi, quale est jus-*  
*fundaci, ut alias probavimus, & præsertim, cum*  
*pertentando verba ipsius Ritus à principio, usque*  
*ad finem, ubi de appulsa necessario meminit, semper*  
*supponit navim incolumem portum petiisse, ex*  
*toto enim contextu dispositionis colligitur illius*  
*sensus, & interpretatio, l.nummis, ff.de legat. 3. cum*  
*concord. per Sard. dec. 202. num. 16. legatur in prin-*  
*cipio si vaxellum vi vencorum, & tempestate veniat*  
*curare debet Portulanus, ut sedata tempestate rece-*  
*51 dat, & sic usq; in finem, ut supra: verba autem, quæ*  
*ponderat Fiscus, ex quibus redditur ratio prædictæ*  
*ampliationis in casu exonerationis de vaxello in*  
*vaxellum, nam commoditatem habent hanc in maris*  
*Regis exonerando quidem, & onerando in alio, videtur*  
*tanquam si de novo merces overaret, & exoneraret, si*  
*alia deficerent, hæc quidem sola sufficerent.*

Ponderando primo nomen illud quo utitur *com-*  
*moditatem, quæ quidem distat à necessitate, quinimò*  
*ipsam excludit; siquidem aliud est frui comodi-*  
*tate, aliud uti necessitate, sex. cum gloss. ubi Al-*  
*ciat. Rebuff. Briffon. & cæteri in l. nepos proculo 135.*  
*52 ff. de verb. signif. commodè enim fieri dicitur, quod*  
*sine promissione incommodo, & salva dignitate fieri*  
*poteat, & idem est fieri commode, sive cum com-*  
*moditate: quod ablique penuria, & necessitate. Jo:*  
*Andr. Panorm. & Dec. quos probat Corduba. in l. si*  
*quis à liberis, §. si filias, num. 81. & 82. ff. de lib. agnos.*  
*confirmatur ex his, quæ subjicit in vers. hoc quando*  
*coactus, usque adversic. item aliud si, ubi credo scrip-*  
*toris virtus adesse plura verba mēdosa; videtur enim*  
*alioquin se nimium involuere, nec adesse congruum*  
*sensum, ut contingit in operibus lser. etiam impres-*  
*sis, etiā à tot illustribus Viris expurgatis, hæc tamen*  
*verba non expedit emendare, cum non faciant ad*  
*causam, sed dum se remittit ad dicta per eum in*  
*fin. in cap. de jure exitare, clarior redditur veritas,*  
*dum ibi dicit hæc verba jus exitare, quod est novum*  
*percipitar torties, quoties de Regno exierit cum eisdem*  
*mercibus, &c. ludit in fin. §. 1. dict. tit. de jure exitu-*  
*re, nisi vi vencorum, & tempestate impulsa rediisset, sed*  
*tunc sedata tempestate, & cessante impetu venti, debet*  
*recedere, ut supra in rub. de jure fundaci dictum est.*

Unde expressè ex prædictis verbis, ubi vici sim

53 se lser. remittit, appetet nedum ipsum loqui in pri-

mo tantum casu necessarii appulsus, quo casu præ-

dicari potest, quod navis recedere possit, & non in

secundo casu, ubi scilicet navis esset rupta, adeo ut

non possit recedere, nisi prius reficeretur; sunt

enim præsupponendi ubique termini habiles, & sic

dum injungitur, quod navis recedat, nisi velit solve-

re vectigal, exaudiri debet, quod possit recedere,

sed à contrario sensu, quinimò à cessante ratione,

deciditur expressè secundus casus pro nobis, dum

enim præcipitur, ita demum solvi vectigal, si sedata

tempestate, & cessante impetu venti non recedat,

ergo durante tempestate, seu existente eadem, vel

simili necessitate, quæ non permittat navem posse

discedere, exoneratio, vel venditio coacta relevat

solutione vectigalis, quoque navis sit in sua liber-

tate, quia scilicet possit exire, & voluntariè per-

maneat, exoneret vendat, aut de una navi in alteram

merces reponat ex voluntate quidem, quod indicat

nomen *commoditas*, non quidem, ex necessitate, idem colligitur ex versic. ritus nostri, qui subse-

quitur, ibi, Item aliud si vi vencorum novis impulsa,

aliqui mercatores exonerant, & aliqui non; & sic

clarè loquitur in casu exonerationis voluntariæ,

54 quia ponit casum, qui non posset moraliter considerari in casu exonerationis necessariæ, in quo fatuum esset considerare casum, in quo mercatores malling merces amittere, quam exonerare, ut in prima Controv. adverti, & novissimum non obstat vulgare dictum, quod voluntas coacta voluntas est ex Arist. atbior. 3. cap. 1. & potest citari Gloss. in l. postliminio

55 17. ff. de captivis, etiā in fin. sim. Dum enim in hac materia solutionis vectigalium fit expressa dicta tam jure communi, quam in ritu, inter calum voluntarium, & necessarium, frustra citatur Aristot. ad probandum, quod voluntas coacta voluntas sit; siquidem ultrà declarationem traditam à DD. quod voluntas coacta non sit simpliciter voluntas, sed conditionata, & secundum quid, dictum Arist. in puncto declarat Msembe. tam in parat. ff. lib. 4. tit. 2. quod metus causa; n. 2. lit. F. quam etiam ad eundem

56 sit. C. qui est, tit. 20. num. 3. cuius verba verè aurea effent integre inferenda, libuit tamen pauca ex eis adnotare, Namquam, autem hæc subtiliter distinguunt Philosophi, tamen Praetor patavit quodcumque vi atrocis committeretur, id metu quoque fieri, voluntate utrique præsenti violentia cedente, & eodem modo subvenit, sive quis vim passus sit necessariam, & inevitabilem, quæ corpori vim affert, sive vim coactionis, quæ animum dumtaxat invadit, mentemque superat; & meminit in puncto, de navi vim tempestatis in mari passa, addens in foro, ac in iuris disciplina, & ut nihil noceat vim passo etiam si invitus consentiat, & subicit tandem hæc verba, nec cuiusvis in iudicio postulantur sit philosophica ratione scienter vim à metu, vel contra discernere, apud quem plura, & pulchra in ptoposito videnda. Nec Fiscus jure potest separare actum exonerationis, & venditionis mercium ex necessitate factum, ab ipso primo

57 actu necessarii impulsus, quia ubi ex duobus actibus posterior est exequitio prioris, ambo actus sunt unus tan. dū, adeo, ut actus subsequens velut inseparabiliter primo actui unitus, non dicatur diver-

sus à primo, sed unus tantum actus dicitur, nec detur differentia inter primum, & secundum l. illud, §. fin. ff. ad l. Aqu. l. Gloss. in l. cum filias §. 1. vers. neu-

58 ter. ff. de verb. obligat. Jaf. in repet. l. quominus, alt. not. num. 20. ff. de flumin. sex. ubi Imol. & Castrensi notant in l. cum servus. ff. de condit. & demonstr. & in terminis, quod non debeatur gabella ex actu, qui fit in exequitionem, & tanquam sequela necessaria præcedentis actus, ut in revenditione, quæ fit ex necessitate pacti, adjecti in præcedenti contra-actu latissimè post relatos per Tiraq. affirmat Sard.

59 dec. 321. quia non dicitur novus actus, qui fit in exequitionem præcedentis, & in puncto, his, & aliis relatis, Considerat Gustier. de gabell. lib. 7. quæst. 22.

num.21. cum seq. licet maxima sit differentia inter solutionem gabellæ, quæ juxta unam opinionem debetur, etiam ex contractu necessario, & solutionem portorii, tributorum, & vectigalium, & quorum solutione excusatur quis, nendum ex causa necessaria, ut distinguit *Guttier. d. quæst.22. num.16.* sed quilibet casus fortuitus, non debet præjudicare damnum passo, ut de comm. sentent. post *Alberic. Bart. & Alphonse. Montalau. ad l. Hispan. tradit idem Guttier. dicit. cap.22. num.17.* & alias dixi, & qui propter necessitatem dividunt inter se rem emphyteuticam, velut socii, & heredes, non solvunt laudemia, non alia ratione, nisi quia permutatio, vel venditio tanquam divisionis necessaria sequela, & incidentis, sine quibus ipsa commode expediri non potest, habentur praædictibus unitis, & coherentibus ipsi divisioni, ubi incident, & cum ea confunduntur; ut explicat idem *Guttier. d. num.21. & 23.* optimè *Franc. Clapper. in dec. Fiscal. part. 1. causa 26. quæst. unica ex num.6. & 62 seqq. carts. mibi 219.* & sic ipsa venditio, vel exoneratione tanquam necessario facta in exequitionem appulsa, confunditur cum ipso appulso, praesertim quia etiam si actus ex duplice causa fieri posset, quod non est in casu presenti, referri tamen deberet ad causam necessariam, & ex ea factus censeri deberet *Surd. decif. 15. num. 13.* & actus præsumitur necessarius, qui fit ex necessitate praecedentis actus, idem *Surd. dec. 305. n. 34.* & præsumi debet gestus in exequitionem praecedentis, idem *Surd. dec. 71. n. 9. 25. Aug. 1625.*

Cum varia incidissent impedimenta, quibus cause expeditio dilata fuit, domini mercium moris impatientes ad transactionem cum Fisco devenerunt, & hac de causa lis ulterioris non processu. Actuarius *Franciscus de Flore.*

### S V M M A R I U M.

- 1 Majoratus de Priego verba proponuntur. & persona inter quas controversia discepitur, n.2.
- 3 Nepos, filio primogenito predefuncto, excludit patrum atate majorera in primogenitiis, & majoratis, que feudali successioni comparantur, & per leges Hispan. expressè statutum est præferri nepotem.
- 4 Primogenito vocato, censetur vocata illius linea infinitum, ad exclusionem secundogenitorum, declarata, ut n.57.
- 5 Primogeniti, vel majoris natu vocatio eadem est, sed quod differant est verius, n.58.
- 6 Majoratus institutus, censetur se conformare secundum leges de illo loquentes, nisi expressè aliter disposuerit.
- 7 Majoratus pro filio natu majore superstite, admittit nepotem ex primogenito, excluso secundogenito, majoris atatis, ad quod ponderatur etiam lex Hispan. n.8. contrarium tamen est verius, ut per totam questionem probatur.
- 9 Responsa in causis mature consideranda sunt.
- 10 Filiorum appellatio specialis dicitur, & in ea non venit nepos secundum proprietatem surnomis, n.11. & 12.
- 13 Liberorum appellatio comprehendit nepotes.
- 14 Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem, quando ex eius filius, & nepos.
- 15 Filiorum appellatio excludit representationem filiationis in nepote, quia gradus vocatur.
- 16 Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem quando filius cum aliqua qualitate vocatur.
- 17 Majoratus in quo vocatur filius major tempore mor-

- 23 Relativum, quod, adjectum verbo faciunt temporis, conditionem facit.
- 24 Relativum, quod sua natura restringit dispositionem & barbet viro demonstrationis taxativa, n.25.
- 26 Majoratus institutus per verba respiciencia tempus successionis, intelligitur vacare primogenitum existentem tempore ejusdem successionis.
- 27 Majoratus vocans filium maiorem, qui erit tempore mortis, requiri tres qualitates in vocato, quod sit filius, quod sit major, & quod sit superstes: quae qualitates in eo, qui succedit, & non cui succeditur consideranda sunt, n.28.
- 29 Qualitas requisita adesse debet tempore, quo dispositio ad effectum producitur.
- 30 Majoratus institutus cum aliqua qualitate, illa qualitas requiritur tempore successionis, & non exceptionis majoratus.
- 31 Verba restrictiva persona ad certum tempus, exclaudunt representationem.
- 32 Temporis limitatio continet restrictionem, ut in tempore includat, extrad tempus excludat.
- 33 Qualitas adjuncta verbo, secundum tempus verb. regulatur.
- 34 Majoratus requirens majorem atatem successoris, hanc qualitatem requirebit cum perseverancia in tempore, quo defecit successor; & proinde nepos ex primogenito excluditur a secundogenito majoris atatis, n.35.
- 36 Nepos a filio distinguitur.
- 37 Superstes filius, ubi vocatur, cessat representatione, quam faceret nepos sui patris, & n.38.
- 39 Superex: stentia conditio, realiter verificanda est, non per fictionem.
- 40 Fictiones duas in eadem persona non dantur, & quæ sit fictio inductiva, & quæ translativa, ibid.
- 41 Referuntur Autores in terminis, qui in Majoratis, institutis pro filio superstite majoris atatis, nepotem ex primogenito excluderunt, admissio filio secundogenito superstite, majore atato babendo, siveque indicatum retulerunt, ad interpretationem legum Hispaniarum.
- 42 In majoratum sive primogenitorum successione, quod nepos excludat patrum est dubia qualitas, & quid de jure legum Hispan.
- 43 Majoratus forma attendenda est.
- 44 Intellectus l.40. tauri, admittentis nepotem, excluso patruo, est quod procedat in majoratis ordinatis: non vero ubi institutorem majoratus, aliter disposuisse colligitur, ut quando filius major superstes vocatur, & n.45.48. & 49.
- 46 Emphyteufis concessa cum pacto, quod transfiat ad primogenitum, intelligitur de primogenito existente tempore mortis, & n.47.
- 50 Intellectus l.40. tauri, est etiam, ut admissio nepotis, excluso patruo, procedat, quando primogenitus decedens habebat jus certum ad succendendum, & non incertum, & n.51.
- 52 Conditio defecta impedit transmissionem, & representationem, n.53.
- 54 Intellectus l.2. titul.15. part.2. est, ut procedat in majoratis, in quibus solùm attenditur majoratus secundum tempus nascendi, & n.55. & 56.

57 .Pris.

- 57 Primogeniti linea censetur vocata in infinitum, ubi simpliciter vocatur primogenitus, secus si cum qualitate, ut quando primogenitus major superstes tempore mortis vocatur, sunc enim secundogenitus superstes excludit lineam primogeniti prædefuncti.  
 58 Intellectus l.40.tauri est etiam, ut affer admissio neptis, exclusive patro, quoties colliguntur conjectura pro patruo conseruare nepotem.  
 61 Conjecturis legitimis, quod colliguntur dicitur expressè dispositum, etiam in majoratis, in terminis l.40.tauri, & num. 62.  
 63 Verba ubi sunt aperta, voluntatis questio non admittitur, maxime si sunt efficacia, nu. 64.  
 65 Majoratus successio non transmittitur, se fatus successor decedat, vivente possessore.  
 66 Representatio non datur, ubi superstes vocatur, secundum communem opinionem contra Molin.  
 67 Intellectus l.2.titul. 15. part. 2. est, ut procedat in successione ordinaria primogenitorum secundum ordinem nascendi, & in successione Regnorum, in quibus admittitur representatione nepotis exclusus secundogenitus, nu. 68. & 69.  
 70 Authoritates Doctorum ex contrario adducta in presenti controversia recensentur, & confutantur, ut vel contra communem, vel in diversis terminis loquentes.

## ARGUMENTUM.

In majoratus successione, an nepos ex primogenito prædefuncto, excludat patrum secundogenitum natu maiorem: & si majoratus sit constitutus pro filio majore superstite, an etiam secundogenitus major superstes excludatur à nepote primogeniti prædefuncti, quod latissimè disputatur ad partes, & datur verus intellectus l.40.tauri, & l.2.titul. 15. p. 2. legum Hispaniarum.

## Pro Excellent. Domino Duce Feriarum in causa Status de Priego.

## CONTROVERSLA XLVIII.

**H**ujus rei thema sic mihi præmittendum dixi, prout ex dictis allegationibus carpsi, juxta Imperiale præceptum in l. ut responsum, C.de transfatt. Rex Henricus, Secundus, precibus Nundisalvi Fernandez à Corduba majoratum de Priego instituit his verbis: *Mandamos, que despues de los dias del dicho Gonzalez Fernandez, que aya el dicho mayorazgo enteramente con todas las dichas Villas, y lugares, &c. en la manera, que dicha es. Pedro Fernandez su hijo varon mayor primero heredero, e despues de sus dias del dicho Pedro Fernandez su hijo, que lo aya, y herede el hijo varon mayor legitimo, que el dicho Pedro Fernandez dejare al tiempo, que finare, y si hijo varon non oviere, que lo haga herede la su hijo legitima la mayor.*

2 Devoluto denique hoc majoratu ad D. Catharinam Fernandez de Corduba, eaque defuncta, recte predicto III. Duce Feriarum ejus filio secundogenito, ac etiam D. Catharina nepte ex D. Petro Fernandez ejus similiter filio primogenito prædefuncto, contendit, & recte dictus III. Dux ad successionem hujus majoratus, eum omnino admittendum, ex mente, & verbis dicti Regii diplomatis, cum tempore mortis matris, ipse, filius major legitimus

inventus sit. Contra autem insurgit dicta D. Catharina-neptis ex filio majore prædefuncti, & minus iuste, ut patris majoris prædefuncti personam representans ex l.40.tauri, & excluso dicto III. Duce possessionem ejusdem majoratus sibi assignandam prætendit, infra scriptis mediis.

Primo, quia in primogenitis videtur communis opinio, quod nepos ex filio primogenito prædefuncto excludit patrum in successione avi, licet etare major patruus sic; ut ex communis post Oldr. conf. 224. Jo. Andr. Bald. Anch. Abb. Castrenf. Aret. Rom. Socin. Fely. Parid. & alios tradit late Tiraq. de primog. q. 40. n. 12. ubi subdit, hanc esse receptam sententiam in Gallia, Anglia, & Hispania, & n. 19. multa pro hac parte adducit rationes, eundem sequuntur Duena, Covarr. Gregor. Lopez, & alii apud Molin. lib. 3. de primog. c. 6. n. 1. & 7. ubi inquit, esse communem, & latissimè, ut adsolet Conf. de Anna conf. 125. lib. 2. hanc eandem confirmat, & novissimè Borrellus in suis decisionis de feudis, ex num. 45. 3. cum pluribus seq. quae conclusio etiam in majoratis sine dubio procedere videtur, cum eorum successio sit feudali consimilis, secundum Bald. in l. cum antiquioribus, n. 6. C. de iure delib. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 5. n. 5. Pinell. de bonis matern. p. 3. num. 99. & in Regnis Hispaniæ, ubi super majoratum successionibus passim lites ventilantur, super his propriæ, ac peculiares constituantur leges pro nepote, ad patru ex clusionem, ut in l.40. tauri, & l. 2. 3. 4. 15. partita 2. in quibus indistinctè cavetur, quod nepos ex primogenito prædefuncto in avi successione patrum excludat, tam inter descendentes, quam inter collaterales, ex quarum dispositione videtur in tuto pro nepote contra patrum, ut in specie consuluerunt Paul. de Castro conf. 164. lib. 2. Abb. conf. 85. lib. 1. Dec. conf. 498. nu. 19. cum aliis per Covarr. lib. 1. præf. quest. cap. 38. nu. 6. & 7. & per Molinam cap. 6. lib. 3. de primogen. num. 29.

Secundò pro nepote efficaciter facit, nam in primogeniti institutione linea primogeniti successivè in infinitum vocata videtur ad exclusionem secundo, & tertio genitorum: ita ut, donec supersit aliquis de linea primogeniti, sequentes non veniunt, sicut idem Molina d.c. 6. n. 29. 35. & 43. firmat ante eum Covarr. d.c. 38. n. 6. vers. ipse verd., ubi haec probat in terminis juris communis, extra Hispianarum leges, atque resolvit, filium secundogenitum nunquam dici primogenitum, donec adest aliquis filius, seu descendens à primogenito, & proinde ista neptis ex primogenito, quæ est in linea recta ultimi possessoris majoratus, videtur excludere patrum secundogenitum.

Tertiò, nec representationem hanc impedire habet, quod in majoratus institutione filius vocatus fuerit major natus: cum nulla sit effectualis differentia, an dictum fuerit, succedit primogenitus; an major natus, ut idem Molin. ibidem. num. 19. ex mente Abb. & aliorum supra citatorum, cum aliis relatis per Menoch. conf. 442. n. 20. & conf. 1171. n. 1. & 2. & Didacum Burg. quest. civit. 1. & 2. n. 84. & idem in propria nostra casu specie, nil obesse videntur verba illa, que lo aya el hijo mayor.

6 Quartò expressè deducitur ex d.l.40.tauri, ubi, ut alias repetitum est, nepotem præferri patruo, indistinctè statuitur, & tantum calus ille excipitur, quod expressa dispositione, aliud majoratus institutor carverit, atque statuerit: ergo si expressa dispositione id non statuat, credendum est id semper inesse, atque præfatis verbis adiectis dumtaxat expressisse illud,

T 3                    quod

*Felician.* in versi. denique facit, & prædictis, hodie longo post tempore, addo *Gratian.* *decis.* *Rota Marchia* i. 3. n. 19. 39. & 44. *D. Reg. Rovit.* *conf.* 75. & infinitos de more congestos per *Giarb.* *dec.* 87. post n. 9. videndus est tamen *T'hesaur.* jun. quem postea legi lib. 3. *quaest. forens.* cap. 73. Imd in praesenti casu fuit consideratum, siue datos in solutum annuos introitus, qui necessariò juxta Bullas Pontificum, cohædere debent super certis corporibus, & sic ubi annui introitus exigi non possunt; velut deficentibus bonis hypothecatis, habetur, ac si essent evicti cum non possit subsistere venditio super jure personali, sed super corporibus, eorumque hypothecis, & etiam quia in promissione evictionis, & reservatione, fuit promissa per cedentem successiva perceptio annuorum introituum; unde ubicunque cessionarius non potest illos percipere, videtur factus casus evictionis.

## DECISIO.

**E**T ita obtinui, & decisum fuit per S. Consilium die Martis 11. Julii 1622. referente Consiliario Cæsare Alderisio, penes Actorum Magistrum Hieronymum de Amico, cum interventu doctissimorum tunc Consiliatorum Ferdinandi Brancia adjuncti, & Scipionis Roviti, qui ambo postea fuerunt ad supremum gradum Consilii Collateralis, & Regentis Regiam Cancellariam, ob eorum eximias virtutes, & merita, omnium applausu, evicti, quos de me optimè meritos esse profiteor.

## SYMMAKIVM.

- 1 **P**ecunia ad quid inventa?
- 2 **L**æsio probanda est per allegantem, secus in actu sua natura noxio, num. 3.
- 3 **T**utor non valde solutionem recipere præsertim dissolvendo redditum, & de ratione num. 5. & seq. salit in reimpitione ex pacto præcedenti redimerendi, ex opinione Rodriguez n. 18. sed contraria Felician. comprobatur, num. 19.
- 4 **M**inori utilitas est babere jus redditus annui, quam illius pretium.
- 5 **A**nnui introitus, etiam redimibiles an, & quando inter immobilia computentur, & quare, & quid si sint ad modicum tempus constituti, num. 8. 9. & 10.
- 6 **D**ecretum requiritur in distractione annui redditus minoris, item Civitatis, vel Ecclesie.
- 7 **M**inor non valet annum redditum etiam redimibilem alienare absque decreto, & aliis solemnibus, vel super bonis suis constituere, etiam ad rationem levioris usura, quamvis sit industrius, vel veniam aetatis impetraverit, aut pecuniam in rem minoris versam constaret, & num. 13.
- 8 **P**actum redimendi arctat emptorem ad dissolvendum redditum, sive censem.
- 9 **C**ausa necessaria alienandi quæ sit?
- 10 **A**lienationis prohibito non includit necessariam.
- 11 **R**eimpitio census non comprehenditur in prohibitione alienationis.
- 12 **P**ecunia inter mobilia, quæ servando servari non possunt, connumeratur.
- 13 **S**autela in institutione majoratum, quod pecunia ex reimpitione perveniens, in aliorum bonorum immobilium emptionem convertatur, & reimpitio aliter facta nulla sit.
- 14 **L**ex i. C. quando decreto opus non est, non derogat

decisioni l. i. C. si advers. solut. licet enim in venditione rei minoris ex conventione paterna, decrementum non requiratur, tamen adversus solutionem restituitur.

- 15 **M**inor restituitur si pecunia ei, tutore auctore, vel ipsius tutori soluta perdita fit, vel aliter damno affectus, etiamsi à tutore jus suum consequi posset, & quamvis læsio aut damnum post solutionem contingit, & fortius si in ipso actu solutionis, & num. 24. & 25.
- 16 **L**esio in ipso actu solutionis tutori facta, intercedere dicitur, si minus tempore, loco, causa, aut conditione reciperet tutor, aut quid de debito remitteret,

## ARGUMENTUM.

**M**inor, an restituatur adversus acceptationem solutionis, retrovenditionem, & quietationem per tutorem factas debitori reementi de pecunia diminuta, quam appellamus (de duabus tertiiis) stante, statuto, sive pragmatica disponente, sortem pretii venditionis annuorum introituum, esse solvendam in pecunia numerata.

**P**ro filiis pupillis D. Cæsaris Caraccioli, & Marchione Caprigliæ, contrà Marchionem Roseti, & Horatium Brancia.

## CONTROVERSIA XXXIII.

**M**Archio Roseti, cum esset debitor ex causa venditionis annuorum introituum, sive redditus censualis, hereditum pupillorum Don Cæsaris Caraccioli, in summa duc. 20. m. sortis, & plusquam aliis duc. bismille tertiarum decursarum, ad rationem decem pro centenario; ut sponte sua, nulla præcedente petitione, reemeret sortem d. census venditi, injunxit Horatio Brancia, cui vendidit Terram Roseti, ut de præcio deponeret sortem d. duc. 20. m. cum tertiiis decursis qui conferit apocam sortis, & tertiarum, de pecunia existenti in bancis notificatam dictis pupillis, sive tritici, mense Novembris præteriti, quorum tutrix D. Francesca Galluccia mater, ignara decreti generalis, eadem die publicati, quo disponitur, reemere volentes annuos introitus venditos, cum pacto de retrovendando, vel extinguere annuos census redimibiles, non aliter posse retrovenditionem, vel extictionem obtainere, nisi soluto capitali pretio in moneta numerata, nec sufficere depositum de duabus tertiiis in bancis in eorum credito existentibus, nisi fuerint à creditoribus conventi ex quavis causa ad restitutionem capitalium; inconsulto tutrix prædicta credens non posse reliuere depositum, & ad hoc compelli posse, fecit retrovenditionem, & quietationem in forma aduersus quam liberationem, pupilli, cum de læsione in promptu evidenter appareat restituiri petunt; siquidem cum haberent emptionem tutissimam, cum assensu super dicta Terra Roseti ad rationem decem pro centenario, loco prædictæ emptionis recepit tutrix pecuniam aeram duorum tertiorum, quæ nec tangi, nec videri potest, adeò ut non sit expendibilis, nec sit in commercio, nec censerri posse fiducijs futuræ, neque præsentis indigentia;

digentias, ad quem finem inventam pecuniam, affir-  
mat Aristot. s. ethic. cap. 5. unde licet probanda sit  
laesio ab eo, qui illam allegat l. 3. §. si minor, ff. de jure  
jur. ut ex regula generali l. quoties, §. qui dolo, ff. de pro-  
bat. innumerata congerit *Caldas in l. si curaturem ba-*  
*bens, verbo, laesia, in princ. C. de in integ. restit. min.* &  
probari deberi generaliter à petente restitutionem,  
se minorem, & laesum, notatur per omnes in l. si mi-  
norem, C. de in integr. restit. cum concord. per Pa-  
cian. lib. 2. cap. 24. num. 33. & 61. tract. de probation.  
3 Non tamen aliter probanda est laesio, quando  
actus sua natura est noxius. *Gloss. in l. ait prætor. 7. §.*  
*non solum*, & in l. si jadex, ff. de minor. ut exempla  
latius tradit *Caldas in verb. sua facilitate*, ex n. 26.  
ut in mutuo restituendum minorem, tametsi non,  
probet se ex illo laesum, not. in l. 1. C. si advers. credit  
canoniz. in cap. quod quibusdam de fidejuss. *Vusquias*  
cap. 66. qq. forens. num. 6. *Mauris. de restit. cap. 221.*  
& 281. *Caldas d. verb. sua facilitate*, num. 30. & sic  
in liberatione, & quietatione debitoris, sive retro-  
venditione redditus pupillaris, quam constat aliena-  
tionem esse; unde, cum tutori interdicta sit aliena-  
tio, non poterit solutionem recipere, ex qua sta-  
tim liberetur debitor, praesertim dissolvendo redi-  
tum, & maximè, cautè, & ritè contractum, ut benè  
5 probat *tex. in l. pupillo 15. ff. de solution. ubi postquam*  
*dixit*, pupillo solvi non posse sine tutore authore,  
neque eum delegare posse, subdit ad utrumque di-  
Etum, rationem, quia nec alienare ullam rem potest,  
quasi quod ex illa solutione alienatio inducatur,  
quod contingit abdicando à se actionem, quam ha-  
bet, recipiendo solutionem, ut ibi tradit *Castr.* & est  
tex. apertus in §. at ex contrario, ubi *Baldwin. & Hyp-*  
*polit. Rimini. num. 5. inflit. quibus alien. licet vel non,*  
*Bart. in l. vero procuratori num. 1. ff. de solut.* & in l. 3.  
num. 3. ff. solut. matr. tum etiam, quia quando cen-  
sus redimitur, minor proculdubio abdicat à se jus re-  
ditus anni sibi competens contra debitorem, & il-  
lius bona, ut optimè probat *Felician. de censibus*, in  
appendice, lib. 4. cap. unico post num. 7. vers. si que-  
6 etiam placet, fol. mibi 229. ubi subdit rationem. *Quia*  
*scilicet evidenter est minori habere integrum ius re-*  
*ditus anni, quam premium illias, tam quia per facile*  
*illad poterit disperdere, tam quia evenire potest, ac*  
*non tam utiliter, & securè illad impendere possit, &*  
*idem ex redemptione census ita fit deterior conditio*  
*illias, sicut quando aliis liberat debitorem suum; huc*  
*Felician, qui etiam addit, in redemptione agi de*  
damno minoris, & idem fieri non posse à minore,  
7 nec ab ejus administratore, quod ex eo confirmatur,  
quia si admittimus, annuos introitus inter immobi-  
lia computari, etiam si non sint omnino perpe-  
tui, sed redimibiles, ea ratione, quod cum incertum  
sit, quando reditus iubiles, redimendi sint, perpe-  
tui merito judicantur, ut ex reg. l. sufficit, ff. de con-  
dict. indeb. juncto tex. in valg. clem. existit de paradiſo,  
§. cumque anni reditus, de verb. signific. & §. quoniam  
autem vers. fin. aut. b. ut si qui oblig. se per bib. bab. res  
min. ex infin. juribus, & DD. aut bor. uti veriore, &  
receptissimam sententiam, tradunt *Guttier. præf.*  
qq. civil. l. 2. cap. 146. num. 2. & cap. 83. ex num. item  
2. lib. 3. *Felician. de censibus lib. 1. cap. 7. post num. 2.*  
vers. que eo potissimum, *Rodriguez de ann. redit.*  
lib. 1. quæst. 14. post num. 7. vers. pro parte negativa,  
ubi dicit, hanc esse communissimam ferè omnium  
sententiam, nisi sint reditus ad modicum tempus  
8 constituti, uti ad sex, vel ad octo annos, & lati-  
sum hanc opin. ut receptissimam comprobant *Castill.*

quod id. controv. tom. 1. de usu fr. c. 41. per totum præ-  
sertim num. 6. in fin. & 7. & ex nostris, ex juribus ci-  
vilibus, canonicis, & feudalibus probat *Cos. Geor-*  
*gius allegat. 49. ex n. 43.* sive etiam admittamus opin.  
9 *Molina lib. 2. de primogen. cap. 10. num. 6.* qui opin.  
hanc comm. indubie veram profitetur, considera-  
to præsenti statu ante reemptionem, citans *Tira-*  
*quell. & Rayn.* quinidem non solum inter immobilia  
computari, cum necesse sit, quod ad unam speciem  
applicentur, sive collocentur, juxta opinionem  
*Panorm.* & *Tiragoonell.* relatam per *Rodriguez d. lib. 1.*  
q. 3. num. 9. vers. *sator tamen*, sed etiam si necessa-  
ria non sit applicatio, & sic circumscripta quoque  
necessitate applicationis, annuos redditus dici pro-  
priè res immobiles, licet non strictè quia ratione  
cohærentes dicuntur corporales, ut ex *Alvar. in*  
*cap. 1. §. scindendum, cal. 2. de feudi cognit,* probat *Gabr.*  
*conf. 141. num. 14. ubi num. 16.* dicit procedere etiam  
in materia odiosa, ita ut veniant in confiscatione  
immobilium, ut latè ampliando firmat *Surd.* con-  
tundens contrariam opin. vivis rationibus cum re-  
cepta sententia decif. 204. præsertim num. 8. ex hoc  
sequitur præcipuus effectus in praxi, ut in alienatio-  
ne, sive distractione hujusmodi anni redditus facien-  
da per minorem, adhibendum sit decretum, & re-  
liquæ solemnitates necessariæ; de quibus in tit. ff. de  
rebus eorum, & C. de præd. minorum, ut optimè in-  
ter plures effectus hujus investigationis, quod anni  
reditus inter immobilia computentur, hunc primo  
loco eruditè, & distinctè, post defensam, uti veram,  
& indubiam com. sententiam, tradit *Gaylius lib. 2.*  
præf. obser. cap. 10. num. 4. vers. effectus, cuius dicta  
extollit *Castill. d. cap. 41. num. 6.* & comprobat *Surd.*  
dicens, idem procedere non solum in minore, sed  
etiam in alienatione reddituum Civitatis, vel Eccle-  
siae, d. decif. 204. post num. 3. & num. 4. Et hanc esse  
veram, & receptam sententiam in foro, minorem  
non posse annum redditum, etiam redimibilem aliena-  
re ab ipso decreto, & solemnitatibus enumeratis  
per *Afflitt. decif. 249. Menoch. de recuper. poss. ff. re-*  
*med. 15. ex num. 143. Paris. conf. 85. num. 18. lib. 3.*  
*Scharff. confil. 4. per totum, centur. 3. incip. quod præ-*  
*dicta vel constituere super bonis suis, etiam si ad ra-*  
13 *tionem levioris usuræ, quæ in regione frequentetur,*  
& quamvis alias ipse minor sit industrius, vel ve-  
niā etatis impetraverit, & quod fortius est, etiam  
si constaret, pecuniam versam in rem minoris, quia  
hoc non validat alienationem prædii, vel similis ju-  
ris, l. non solum, l. utere, l. si prædium, C. de prædiis mi-  
norum, eruditè probat *Rodriguez d. l. 1. q. 14. ex n. 10.*  
asque ad 14. ubi n. 15. & seq. hanc ultimam amplia-  
tionem, licet com. versio pecunia satis cum judicio  
temperat, neque pariter alienare, vel transferre in  
alterum, aut quovis modo, sine debitibus solemnitatibus  
alienare, ut ex *Bald.* & *Simoncello* probat *D. Georg.*  
alleg. 49. num. 45.

Unde ubicumque retrovenditio redditus non sit  
ex necessitate pacti præcedentis, virtute scilicet  
facultatis redimendi ab initio adjectæ, quæ arctat  
14 emptorem etiam invitum ad dissolvendum redi-  
tum, juxta tradita in l. 2. C. de pat. iss. emp. & ven-  
dit. per D. de Franch. decif. 64. num. 4. cum seq. & in  
materia redditus censualis juxta formam bulle *Fol-*  
*ler. de censib. in verbo instruendo gratia*, per so-  
15 tum, & olli passim, quæ causa necessaria tunc de-  
num dicitur, quando quis cogit dominium trans-  
ferre, aut non potest quis non alienare, ut pulchre  
distinguit *Surd.* inter factum voluntarium, & ne-  
cessarium

- cessarium decis. 103. ex num. 15. & melius decis. 286.  
n. 13. in fine, & 74.
- 16 Ex qua sola necessitate redimendi suaderi poterat, licere tutori censem redimere eo solo colore, quod prohibitio alienationis non pertinet ad necessarium  
17 l. alienaciones, ff. famili. ex. sc. unde inferri videatur, prohibicio alienari, non esse interdictum  
18 censos redempcioem, ut ex pluribus probat Caval-  
can. decis. 16. num. 49. 2. par. & latius hoc sola ratione  
licere tutori redimere censem contra Felicianum,  
concludit Rodriguez lib. 2. quest. 15. num. 8. & 82.  
cessante necessitate predicta, disponente decreto generali, ut redemptio sortis fieret numeratio, tutor nullo modo potuit, nec debuit, recipiendo sortem ex pecunia depicta in bancis, tatus clypeo decreti, censem sua sponte redimere, & voluntarie resolve-re, idque verissimum apparet, nedum attenta opinione Feliciani, qui ex veris juris regulis indistincte negat, tutori licere sortem recipere, & census contractum dissolvere, sed etiam opinione Rodriguezi qui id tutori permittit eo casu dumtaxat, dum cogi potest redditum redimere, & non aliter, ut latius ipse explicat d. lib. 2. quest. 15. ex num. 80. cum seq.  
19 Opinio autem Feliciani, ut procedat indistincte, satis comprobatur ex distinctione Molina, dum lib. 2. cap. 10. num. 6. scripta, annum redditum ex veriori sententia inter immobilia computari, considerato dumtaxat praesenti statu ante redemptionem; ve-  
20 rum redempcioe sequuta, pecunia ex redempcioe peruenta, nulli dubium, quin res mobilis, non au-  
tem immobilis censenda sit; quoniam taliter mobi-  
lia, ut hoc Molina addatur, ut connumeretur inter ea, quae servando servari non possunt, juxta verio-  
rem, & receptionem sententiam, inde addit Molina  
21 desumptam cautelam, ut in restitutione majora-  
tuum, pecunia ex redempcioe proveniens in alio-  
rum bonorum immobilia emptionem convertatur, sed ea amplius lege, ut redemptio, quae aliter facta fuerit, nulla sit, in denunciando redditum debitori-  
bus, ne aliter redempcioem facere valeant, ut ita  
dies servari videmus in redditibus fideicomissa aliis-  
que bonis vinculo subjectis, ex quo permitti non  
debet tutori bona immobilia minoris, in ea modis  
de facilis perituras, convertere, & novissime  
veriorem esse indistincte opin. quam postea probavit  
Felician. firmavit D. de Francb. d. decis. 206. in fin.  
22 num. 24. ubi in specie credit test. in l. 1. C. quando  
decreto opus non est, ubi conventione paterna in con-  
tractu adiecta per defunctum de retrovendendo, red-  
dito præstio efficit, ut licet tutor filii pupilli retroven-  
dere possit absque auctoritate Præsidia, alias necessaria, ut non deroget decisioni test. in l. 1. C. si aduers. fo-  
tas. cum concord. sed ab illa declaratur, ut juxta eam  
intelligatur: licet enim quoad translationem dominii  
non sit necessarium decretum, quia sit ex causa pre-  
cedenti, nihilominus, qui reemit, ut sit cautus, debet  
procurare quod solutio præstii fiat tutori median-  
te decreto Judicis, ne minor resticui valeat juxta H.  
præst. i. m. fortius hoc facere debere advertit, qui  
reemit, ut pretium benè salvat, postquam ex volun-  
tate reemit, qui non cogeretur, quam qui solvit  
debitum coacte, ut his verbis decis. complevit D. de  
Francb. ubi ita dictum pro opin. quam postea am-  
plexus est Felician. refutato fundamento Rodrig.  
Præterea confirmatur predicta ex recepiissima  
fere omnium, ac usu forensi rerum, ubique judica-  
tarum probata sententia, ut solvens minori, tuteore  
auctore, vel ipsius tuteori, aut curatori, qui casus  
in hoc sunt adequati, ut advertit de Francb. infra  
citanda decis. 206. num. 12. licet pleniorem conse-  
23 quatur liberationem, restituuntur tamen minor, si  
pecunia sit desperita, vel aliter damno affectus sit  
minor sui vel tutoris facilitate, aut culpa, etiam ex  
post facto, post solutionem contingent, ut est test.  
ubi Glou. tradit vulgatam distinct. plenior. & plenissima liberationis in l. 1. C. si aduers. foli. ubi  
DD. omnes, etiam si minor à tute ore ius suum con-  
sequi possit, cum non idcirco cessa restitutiois au-  
xilium, ut pinguus providens adversus debitorem,  
qui solvit l. 3. & fin. C. si tutor, vel curas. inserv. quod  
esse ab omnibus communiter passim receptum, cum  
Glou. magistra in l. 1. prætor, 7. 9. permittitur, verb.  
imputandum, ff. de minor. cum pluribus concord.  
fatetur Caldas in repe. l. si curas. habens ver. la-  
fis ex num. 57. & 59. vers. huc Glou. distinctio. C. de  
in integr. restit. post Gomez. lib. 2. varior. cap. 14.  
num. 4. cum infin. congesta per Gattier. de ecclis.  
2. par. cap. 22. per totum; num. 3. & 13. ubi referunt  
à Mauritia de restit. cap. 177. defendi hanc comen-  
sent. ab objectis, & ex nostris D. Praes. de Francb.  
dec. 206. Consil. de Anno cons. 49. unde cum negari  
non possit, in casu praesenti maximum damnum il-  
latum minori, tutricis facilitate, quæ inconsulto  
ad nihil recipiens, statim fecit solventi quietatio-  
nem, & retrovenditionem, sponte dissolvendo redi-  
tum ad rationem decem per centenario, quod est su-  
prenum pretium, vallatum Regio assensu, & tuti-  
simè constitutum, & inter priores creditores Mar-  
chionis Roseti, ut eventus venditionis Terræ Rose-  
ti demonstravit, idoneam esse emptionem; recipien-  
do pecuniam de per se fragilem, & in apocis ban-  
caria, quæ hodie ex temporis injuria, est inexpendi-  
bilis, ut quæ nec tangi, nec videri potest, perinde,  
ac si in totum amissa esset; quis propteræ dubitabit  
quoniam stante evidenti læsione, pupillus non sit resti-  
tuendus, præsertim, quia admissa etiam contraria  
quorundam sententia, quam iidem licet pauci fa-  
ten: ut esse contraria comm. omnium, ut facta solutione  
tutori, sequatur plenissima debitoria solventia libe-  
24 ratio; restringunt tamen illam, ut mino: i non detur  
aliqua adversis solventia restitutio, pro amissione  
pecunia, damno aut læsione ipsi contingent post  
solutionem, & ita eorum exprestè restringunt opin-  
ionem, ut prætendant denegari minori restitutio-  
nem pro læsione supervenienti ex post facto post so-  
lutionem factam tutori, vel curatori ex aliquo con-  
tingenti facto, exprestè concedentes, secus esse si  
læsio contingat in ipso actu, sive tempore solutio-  
nis, quo casu nemo ex his, quos vidi ausus fuit a re-  
cepta sententia, nec gratia disputandi discedere,  
ut aperte profitetur Caldas d. verb. leg. n. 60. dum  
defendit opin. Vasquii lib. 3. controv. usi frequent.  
cap. 66. num. 4. & cap. 67. & ea tendit unica ratio, si-  
vè ipsorum fundamentum, ut sit distinguendum  
utrum læsio intercesserit in ipso solutionis actu, vel  
post ipsam solutionem emerget, quo casu emergen-  
tia post contractum contingens ad eam rem mini-  
mè spectare contendunt, ex l. verum 12. §. scien-  
dam, ff. de minor. & aliis juribus, quasi perempta po-  
stea pecunia vexari debitorem non posse; siquidem  
illius periculum ad minorem, qui dominus jam pri-  
dem effectus fuit, spectare debet ex regul. l. quod te,  
cav. simil. ff. h. cert. petatur, ut latius explicat Cal-  
das d. verb. leg. 60. post n. 60. vers. quare in casu nostro,  
quod latius explicat Gattier. d. l. 2. cap. 22. ex num. 9.  
vers. tertia quia, num. 10. ubi num. 12. & 13.  
vers.

*vers. nibilominus tamen*, fatetur receptam esse sen-  
25 tentiam, absque ulla distincte, minori competere re-  
stitutionem adversus debitorem, qui solvit tutori,  
etiam si laesio contingat ex post facto, unde fortius,  
cum laesio contigerit in casu praesenti in ipso actu,  
& num. 22. addit Gattier. ut laesio in ipso actu in-  
26 tercedere censeatur, etiam ex mente Vasquii, &  
Caldas, si minus tempore, loco causa, aut condi-  
tione recipere tutor, vel aliquid de debito remitte-  
ret; tunc enim, tamquam male se gerente tutori,  
minor pro laesione refacienda, competere debet re-  
stitutione aduersus solventem, juxta d.l. 3. C. si tutor,  
vel curat. interv.

Non fuit haec causa aliter decisa, nec prosequi-  
ta, quia processus fuit deperditus.

## S U M M A R I U M.

- 1 **R** Evocatio aliquorum graduum institutionis, te-  
stamentum dicuntur, non codicillus.
- 2 **T** estamentum potest à secundo, & tertio gradu sub-  
stitutionis incipere, irritato primo, vel etiam  
ulteriori, tam ex l. quadam hominis dispositione.
- 3 **S** ubstitutas in eventu conditionis, dicuntur propriæ  
institutus.
- 4 **S** ubstituto vulgariter, pupillariter, aut compen-  
diosè, etiam tacite concedenda est immissio ex  
edicto div. Adrian. etiam si instituto objiciatur  
de revocatione testamenti per posterius, & n.s.
- 5 **I** mmisionis remedium nos conceduntur vigore codi-  
cillorum.
- 6 **T** estamentum, an intelligatur revocatum curia de-  
cennii per secundam suadum voluntatem, in qua  
aliter testator non progrederetur.
- 8 **H** ereditas, nec dari, nec adimi potest jure direc-  
to in codicillis, jure obliquo sic, & num. 10.  
& qua sit ratio differentia, num. 14.
- 11 **V** erba directa, an obliquentur, & text. in l. Sca-  
vola 76. ff. ad Trebell. procedit in substitutione,  
secus in institutione, & num. 12. 13. 17. & 18.
- 15 **H** ereditati potest in codicillis per obliquum, non  
tamen potest adimi.
- 16 **L** imitatio est de regula, & si procedit in omnibus  
casibus regula.
- 19 **T** estamentum imperfectum, non ratione volunta-  
tis, sed solemnitatis, non valeat, substituti tamen  
potest ex regula l. hac consultissima; s. si quis  
autem, inter venientes ab intestato, si quinque  
testes sint in illo rogati, & num. 20. & 21.
- 22 **U** ltimo voluntas imperfecta ratione solemnitatis,  
non voluntatis, aliis probationibus admiscula-  
ta, tollit disposita in codicillis.
- 23 **T** estamentum ruptum ex juris dispositione, si testa-  
tor confirmet coram quinque testibus, valebit jure  
codicillorum, secus si ad sit expressa revocatio  
per secundam solemnem voluntatem, & num. 25.
- 24 **L** ex, & si aliquid ipso jure statuat, attamen fa-  
ctum hominis requiratur.
- 26 **R** evocatio secundi testamenti facta in codicillis, in  
quo simili sit à revocatione facta in testamento,  
& num. 27. & 28.
- 29 **H** eredi scripta in primo testamento reconvalidata  
per tertiam voluntatem solemnem, an deser actio  
de jure civili, vel possum de jure prætorio,  
& num. 30.

## A R G U M E N T U M.

**R** evocatio institutionis facta In testamento, judica-  
tur potius testamentum, quam codicillus: substi-  
tuto vulgariter, pupillariter, & compendiosè,  
competere remedium, l. fin. C. dc edit. div. sed non  
vigore codicillorum: testamentum, an & quando  
temporis lapsu revocatum censeatur: hereditas, an  
dari, vel adimi possit directò, vel obliquè in co-  
dicillis: testamentum imperfectum ratione solem-  
nitatis non voluntatis, an valeat, & substineri  
possit.

**P** ro D. Hectore Ravaſcherio Satriani  
Principe, Duce Cardinalis, Col-  
laterali Consiliario, & au-  
rei Velleris Milite.

**C** O N T R O V E R S I A XXXIV.  
**D** Quidam Petrus Franciscus Ravaſcherius ex Co-  
mitibus Lavanis in scriptis solemnne condidit  
testamentum sub die 27. Octobris anni 1608. insti-  
tuta herede Maria Ravaſcheria ex Turino fratre  
primogenito, nepte, cui ejus filios, eorumque  
descendentes masculos in infinitum substituit, qui-  
bus defientibus vocavit Dominum Hectorem Ra-  
vaſcherium ex Joanne Ambrosio secundogenito,  
nepotem, ad praesens Principem Satriani, Ducem  
Cardinalis, Regium, Status, & belli in hoc Re-  
gno à latere Consiliarium, nec non aurei Velleris  
equitem, qui Catholicæ Majestati, equum Co-  
hortibus, & legionibus peditum propriis impensis  
strenue longo tempore inservivit, decum utriusque  
Calabriæ ejusdem Vicarius Generalis, miro om-  
nium applausu præfuit, & pro Januensis Repub-  
licam Capitanus Generalis exitit. Qui qui-  
dem Petrus Franciscus in anno 1610. die 9. Junii  
coram Notario Judice cartulario, & septem testibus  
dispositionem factam in beneficium Mariæ, ejusque  
descendentium, revocavit: voluit tamen, quod fir-  
ma remaneat, firmatatem, ac robur obtineat quoad  
legata, substitutions, majoratus, ac fideicomissa  
in ea contenta: postmodum undecima die mensis  
Aprilis 1611. mediante codicillo confecto coram  
Notario, Judice ad contractus, ac quinque testi-  
bus, ipse Petrus Franciscus, ratificando testamen-  
tum primo loco conditum, an edictum instrumen-  
tum, seu codicillum factum anno 1608. revocavit,  
mandavitque quod dispositiones omnes contentæ  
in dicto testamento in beneficium Mariæ, ac filio-  
rum, revocatione prædicta non obstante suum for-  
tiantur effectum. Tandem mutavit Petrus Fran-  
ciscus voluntatem, ac revocando disposita in be-  
neficium Mariæ, & descendenterum, novissimum  
intendebat condere testamentum; in quo Hectorem  
ex aſfe institueret, irritando omnes alias disposicio-  
nes in beneficium Mariæ factas: Haec voluntas, qua  
Notario Cesari Benincasa, cuius manu, præceden-  
tes omnes dispositiones erant scriptæ à Petro Fran-  
cisco, medium declarata, sed etiam scripto tradita  
fuit; verum inopinata morte præventus testamen-  
tum istud solemniter perficere non potuit.

Hector statim sequuto obitu Petri Francisci, ba-  
norum omnia hereditariorum possessionem, opti-  
ma adhibita diligentia adeptus, & inter cetera Ter-  
rarum

tarum Badulati Turturæ, & Soreti, cum earum Casalibus, quas Petrus Franciscus proprio ære, non in suo, sed in alieno capite fiduciariè emerat, cum primitio recognitionis in d. Petri Francisci, ac suorum heredum beneficium; ad quorum tamen bonorum feudalium tenutam remansam in hereditate predicta, Maria intentando remedium, l.fis. C. de edict. divi Adriæ, instabat immitti in possessionem, velut bonorum hereditariorum.

Princeps vero Satriani petebat conservari, & quantum opus esset immitti in possessionem bonorum prædicatorum.

Ex hoc autem facto breviter elicto pro tempore angustia circa successionem opulentissime hereditatis quondam Domini Petri Francisci Ravelschorii, & varietate dispositionum ab ipsis factarum, mihi videatur colligi posse subscriptæ juris conclusiones.

Prima conclusio, secundam dispositionem de an-

- no 1610. in qua testator vocavit primum, & secundum gradum institutionis, & substitutionis in personam Mariæ, & filiorum, esse testamentum, non codicillos, l.san. codicillam, C.de codicill. tum quia admittit hereditatem jure directo, quod non potest fieri nisi in testamento, cum ex exhibita solemnitate formæ testium de jure requisita in nuncupativo testamento, per ea, quæ tradit Soc. jess. cons. 69. l.4. & latissime Eminentissimus, & nunquam fatus laudatus J. Consulorum nostrorum etatis Princeps, D. Card. Mantica de consiglio, s.l. l.2. s.l. 3. quidquid testator seu notarius in fine chsripturae nuncupaverit codicillum, & quia nos contendimus, primum testamentum anni 608. remansisse firmum quoad alia, ne dicamus, hanc testatorem decisisse cum duobus testimentis, quod fieri non potest, dicimus, hoc secundum de anno 1610. esse unum, & idem cum primo, vel non esse propriæ testationum, sed instrumentum solemnis revocationis institutionis, & substitutionis in personam Mariæ, & filiorum factarum, in primo testamento, ex quo infertur ipso jure censari revocatum primum, & secundum gradum institutionis, & substitutionis.

- Secunda conclusio, supposito, esse irritatos dictos gradus, dici potest, Duxem Cardinalis, substitutum in primo testamento in defectum Mariæ, & filiorum posse pretendere immisionem vigore, l.fis. ex primo testamento iuncta revocatione, quia testamentum potest incipere à secundo, vel tertio gradu substitutionis tam irritato primo, vel etiam ulteriori gradu ex dispositione juris, juxta sicut in l.ex fasto, §. Lxxviii, ff. de valg. quæ ab ipsomet testatore, l.2. qæ inscipit, cancellaverat, ff. de his, qæ in testam. de lessiv, ex quo substituti in eventum conditionis dicuntur propriæ institutionis, & substitutionis, nihil aliud est, nisi secunda institutione, l. obbedi, §. qæ

4. discretas, ff. de valg. Et quod substituto vulgariter, pupillaziter, aut compendiosè, concedatur immisionis ex text. l.1. C.de edict. divi, etiam si tacite sit substitutus, Menoch. latè de adipisc. remed. 4. n.2. 14. 29. quod procedere in specie, ubi substitutus objicit in instituto, aliud testamentum posterius, sive revocationem primi est Gl. s.l. in fis. in l.1. C.de edict. divi.

- Nec Maria instituta in primo testamento revocata quoad ipsius institutionem, poterit petere ipsa immisionem ex codicillis tertio loco factis de anno 1611. quos constat esse verè codicillos, nomine, & effectu, cum quinque testibus, quia senior est opinio, non concedi remedium immisionis, vigore codicillorum, ut videtur esse magis communis opinio, apud

Menoch. d. remed. 4. adipisc. n.193. versi advers. Bald.

Tertia conclusio in casu nostro, per hunc actum revocationis de anno 610. in quo fuit revocata institutione, & substitutio in personam Mariæ, & filiorum restando sermo, & in suo robore il testamento in quanto all' altre cose, majorasco fideicommisso substitutioni, & legati in eis facti, &c. habetur pro absoluто, sufficie legitime revocatam institutionem, & substitutionem Mariæ, non obstante cursu decennii, & sic nos esse ex ea casu, l. Sancimur. C. de testam. ubi sequitur cursus decennii, quando est nuda voluntas, & testator non progreditur ulterius, sed hic expressè confirmavit cetera disposita in priori testamento, & præcise substitutionem in personam Ducis, & sic nos oportet dispungere controvèrsiam inter Bart. & alios contradicentes, de qua latè post alios Guido Pap. quest. 200. Testam. j.m. lib. 1. quest. forens. cap. 56. & ita videtur determinare in casu nostro de Franchis decis. 287.

Quarta conclusio, in qua videtur consistere omnis difficultas: Hereditas non potest dari jure directo, nec adiun in codicillis, & codicillis instit. de codic. unde quamvis testator tertio loco de anno 611, irritaverit disposita per ipsum in secunda dispositione perfecta de anno 610. confirmando institutionem, & omnia disposita per eum in primo testamento de anno 608. in beneficium Mariæ, nihilominus hec dispositio ultima non potest efficere, ut institutione primo loco facta, & iam extincta, & annulata per secundam dispositionem, equè perfectam, coram septem testibus, reviviscat per codicillos, & sic per dispositionem imperfectam, cum minori testimoni numero, nec dicatur, quod saltim valebit hec ultima dispositio jure obliquo per fideicommissum, & sic celebrius rogatus. Dux Cardinalis testituere hereditatem Mariæ, quo casu cum in testamento sic prohibita detracitio quartæ Trebellianice, adversus Duxem petentem immisionem, vigore primi testamenti, juncta revocatione, poterit objici exceptio, dolo facis petere, &c. cum non valeat retinere ob detractionem Trebellianice, juxta regulas notas.

10. Primo enim dici potest, quod quamvis hereditas tertiæ possit in codicillis jure obliquo, intelligi debet, cum verba sunt talia, quæ possunt inducere fideicommissum, secus cum verba sunt directa, ut in casu nostro, quia non obliquantur, ut probari videtur in l.2. ibi, unde ineffaciter se codicillis rogatum, &c. C. de codic. & ad res. in l. Scevola 76. ff. ad Trebel. ibi, tamen benigna interpretatione placet, ut frater, &c. potest responderi, quod loquitur in substitutione, & aliud in institutione, qui est caput testamenti, ut dicit Aret. in d. §. codicillis, n.5. Et si dicteretur, quod in casu nostro Dux sic substitutus, unde cum veniat ex substitutione, obliquabitur substitutio, juxta Gl. s.l. in verbo Scevola, in vers. obliquetur, se picari potest, 13 quod nos agimus, an institutione Mariæ de novo facta in dispositione codicillorum tertio loco facta obliquari possit, quæ est institutione, & non substitutio. Et ratio differentia inter casum, quando datur jure dicto recto, & quando expressè relinquitur jure obliquo, potest esse, tum ne misceantur iste due voluntates, ut dicit Gl. in vers. ne confundantur, in d. §. codicillis, tum etiam, quia non totum auferunt preces, cum non auferunt quartam, ut dicit Gl. s.l. in d. l.2. C. de codic. unde à ratione cessante, cum auferunt quartam, non videtur posse dari hereditas in codicillis.

Secundò dici potest, quod licet hereditas possit 15 dari in codicillis per obliquum, non tamen potest adi-

adimi, ut videtur innuere *Gloss.* magna in verbo peti poserant, in *I. b̄cēdītās* 4. C. de bis quibus, ut indignis, post mod. ibi, vel qui alias in alio testamento solemnē erant instituti; idem, & si ademis in codicillis, ut hic in princip. etc. quod comprobari potest ex *I. insti-*  
*tūs talis*, & *I. quidam in suo 27. ff. de condit. insit. in*  
*versic. b̄cēdi quem testamento*, etc. si enim non potest adjici, nec adimi conditio in codicillis institutioni facta in testamento, ergo multò minus adimi, nec obstat d. §. codicillis, qui in regula negativa lo-  
*16 quirur de institutione, & ademptione*, ergo limitatio, quæ subjicitur, quæ debet esse de regula, intel-  
ligitur quoque in utroque casu etiam ademptionis, ille enim sex, loquitur, cum expressè hæreditas per  
*17 fideicommissum relinquitur*, nos vero cum jure directo, & hæc limitatio confirmari potest ex tra-  
ditis per *Roman. conf. 179. col. 4. & 5. & à Paris. con-*  
*18 fil. 35. per totum lib. 2. quamvis in contrarium faciat*, id quod tradit *Gugliel. de Benedict. in c. Raynatis*, §. testamentum 3. n. 61. vers. idem puto, ubi concludit  
*velut indubitatum*, quod verba directa in codicillis obliquantur.

Tertio & ultimō, potest dici, quod cum in facto supponatur post tertiam dispositionem factam in codicillis, quod testator de novo quarto loco jusserit eidem Notario, quod scriberet testamentum, quod fuit ultimo loco scriptum, & completum, & cum fuisset rogatus Notarius, illud jam completum, & extensum legere, ut audita dispositione illud publicaret, in quo testamento Ducem hæredem fecerat in primo gradu in omnibus substituta Maria, & filiis, quos in primo testamento priori loco hæredes scriperat, quamvis illud testamentum non fuerit publicatum ex impedimento casualiter dato ab eodem, Duce, qui acceritus fuit, ut testatorem visitaret, cum alio communi consanguineo, ex quo testator jussit Notario, ut rediret sequenti die de mane, & interim, ea nocte cum esset sanus, ob corporis crassitudinem serpentina morte preventus, testamentum non fuit publicatum coram testibus sed plures testes omni exceptione maiores cum Notario deponunt pluries declarasse in hoc ultimo testamento fecisse hæredem Hectorem, & quod hæc erat sua ultima, & enixa voluntas, ut is esset, sibi hæres, quamvis inquam hoc testamentum sit imperfectum, non ratione voluntatis, sed solemnitatis secundum magis comm. & ut imperfectum ratione solemnitatis non valeat ex traditis per *Olrād. conf. 119. Castr. conf. 75. por. 1. & 450. 2. par. Alex. conf. 105. lib. 7. Dec. conf. 158. & 488. num. 10. & 626. infis. Cæphal. conf. 99. lib. 1. Rayn. conf. 15. & 204. leg. 2. Gabriel. latissimè de testamento. conclus. 9. Calcan. conf. 91. Curt. jun. conf. 12. & Jean. de Anan. & ibi Ludov. Bologn. distinguentes conf. 57. Iaf. in §. ex imperfecto, num. 4. Vivium decisi. 13. Surd. noviter repertum decisi. 292. nec substine-  
*20 ri possit*, ex reg. §. si quis autem *I. b̄cē* consultissima, tanquam coram quinque testibus intervenientes ab intestato, quia in primo testamento non sunt vocati extranei, sed Maria, quæ est de venientibus ab intestato. Nec sunt in hoc ultimo testamento imperfecto vocati omnes venientes ab intestato, ut requiriatur in d. §. ut tradit *Faccbin. lib. 4. controv. juris c. 6. fol. 390*. Et tertio non fuerint rogati illi quinque testes ut requiritur, ut sit locus d. §. si quis autem, ut tradit *Roman. conf. 306. Iaf. in d. §. si quis autem, post n. 2. & d. n. 2. in fin. vers. tu autem*, tamen fundari posset, quod ex hoc quarto testamento, & voluntate imperfecta adminiculata diversis proba:*

*22 tionibus faciendis*, quæ testator in hunc nepotem masculum omnem suam spem collocaverat, ut debebat, quia eum agnoverat hominem secundum cor suum, nec eum spes fecellit, quod ex hac voluntate tollantur disposita in codicillis tertio loco factis, maximè ex traditis per *Dec. conf. 632. in fin. & Gamam decisi. 22*.

Ultimo loco, advocati Marie adverbariæ allegant pro se, & magnam vim faciunt in *I. pen. §. testamen-*  
*to, ff. de bonor. possess. sec. tab. in secundo casu*  
*vers. Plane si sui juris, & tex. in I. i. C. de codic. & si*  
*dicatur dicta jura loqui, cum ex dispositione juris, testa-*  
*mentum rumpitur, licet ob aliquod factum ho-*  
*23 minis, ex quo tacite inducitur quædam præsumpta*  
*revocatio, ut in arrogatione, & nativitate posthumis,*  
*regulare est enim, ut cum lex aliquid statuit, quam-*  
*vis dicat, ipso jure, requiritur factum hominis notat*  
*24 Andr. in c. 1. n. 9. quo tempore milles Tiraq. latif. in*  
*repet. I. si unquam C. de revoc. doxat, ver. revertatur,*  
*secus in casu nostro, ubi expressa est revocatio per*  
*secundam solemnem voluntatem in instrumento*  
*publico coram septem testibus, & sic non potest ar-*  
*25 gui ab eo tex. ad casum nostrum, ubi testator in so-*  
*lemniti volunta expressa per actum habentem so-*  
*lemnitas testamenti nuncupativi revocavit pri-*  
*mium, & secundum gradum: triplicari potest ex ad-*  
*verso ex eodem §. testamento, vers. non secus, ac si*  
*26 quis, ubi J. C. æquiparat revocationem per arrogationem, revocationi per testamentum, qui vers. forti-*  
*ter urget, sed potest responderi cum *Gloss. in versic.**  
*non secus, quod similitudo est in excipiendo tan-*  
*tum, et sic non esse per omnia similes, quæ concludit*  
*27 in effectu, quod institutus in primo reconvalidato*  
*in tertia dispositione facta in codicillis, habeat ex-*  
*ceptionem tantum si possideat, sed non competit ei*  
*28 actio, unde cum Duci, ex supra dictis, non debeat*  
*denegari immisso, data possessione penes eum, tutus*  
*erit, si Marie non competit actio, & opin. *Gloss. se-**  
*quuntur Rayn. Odo fr. Albert. Bart. Angel. & Saly. c.*  
*optimè in d. §. & in I. Sancimus, C. de testam. &*  
*in specie Bart. in d. §. testamento, post n. 3. vers. item*  
*dicis *Gloss. & Saly. in d. I. Sancimus*, dicit com. Ve-*  
*rām contrā *Gloss. & Bart.* insurgunt Nicol. Mat.*  
*Bald. Fulg. & Paul. qui dicunt non dari actionem*  
*29 hæredi scripto in primo testamento de jure civili,*  
*scd benè de jure prætorio, & maximè cum ultima*  
*non est solidum iudicis, id est tacita voluntas, quæ colli-*  
*gitur per incisionem testamenti, ut in casu d. versic.*  
*non secus, sed expressa, ut latè firmat. Menoch. pro*  
*Bald. contra Saly. conf. 176. vol. 3. à num. 8. Marc.*  
*Ans. Eugen. conf. 59. n. 19. ubi citat etiam Vazquez,*  
*& post eos Faccbin. lib. 5. contr. cap. 93. & in casu,*  
*ubi neuter possidet, concludit Bart. in d. §. testamen-*  
*30 to, versic. quæro quid si nemo immittendum esse in*  
*possessionem scriptum in primo, cuius doctr. in spe-*  
*cib. sequitur Menoch. remed. 4. adipisc. q. 83. num. 698.*  
*adeo ut digerit idem Menoch. quod cum ex falsa*  
*causa sit facta immisso in favorem instituti in fe-*  
*quentio, debet immisso retractari, ut per eum in d.*  
*conf. 176. vers. quia circa n. 9. in fin.*

Decisio infra, cap. ab hinc tertio.

S V M M A R I V M.

- 1 **H**æreditas, nec dari, nec adimi directo potest in codicillis.
- 2 **P**räsumitur, quem elegisse viam, ne ejus iudicium subverti possit, & factum non facere elusorium.
- 3 **C**lausula, omni alia meliori via adiecta cum copula, & facit valere actum altrū alios modos expressos,

- 4 *Testator si servatis solemnitatibus dixerit, atque velle valere solum iure codicillorum; ostamen vallet iure testamenti, si non potest iure codicillorum valere.* & num. 5.
- 6 *Aetus dignoscitur magis ex forma, & effectu, quod nominis impositione: forma aetatis, cui convenit, congruit etiam ejus species, & e contra.*
- 7 *Testamentum, & consequenter revocatio institutionis in illo facta, nulla sunt, ubi deficit hereditis institutio.*
- 8 *Institutionis revocatio non valeret nisi adiunctione hereditatis confirmetur, & aliter non sensisse eadem D. Cardinal. Mantica lib. 2. tit. 3. de conjectur. ostenditur num. 9. et 10.*
- 11 *Substitutionis in tertio gradu institutionis, si primus, & secundus gradus substitutionis deinde revocantur, tacite tamen intelligitur heres institutus, & si nulla ad sit expressa substitutionis.*
- 12 *Decedere nemo potest cum doborum testamentis; nisi sit miles, etiam si unus, & idem heres sit institutus in utroque, nu. 14.*
- 13 *Testamentum primum si contineat plures institutiones, & substitutionis gradus, si primi gradus sine substituti in secundo testamento, non valeat, & incipias a posteriori gradu, vel poscas valeat secundum.*
- 14 *Heres scriptus in doborum testamentis, potest ex utroque adire hereditatem, nu. 15.*
- 16 *Testator si dicat in secundo testamento, velle primum valere: utrum illud valcat iure codicillorum, non iure testamenti, quid si idem esset heres scriptus in primo, & secundo testamento, & nu. 17.*
- 18 *Testatoris prima dispositio per secundam revocata, an nova ejusdem testatoris voluntate, convalescat.*
- 19 *L. qui ex liberis & testamento, ff. de bon. possit. secund. tabul. declaratur, & nu. 22.*
- 20 *Excepio est actionis exclusio.*
- 21 *Legis dispositio non habet locum, cum verba ejusdem deficient.*
- 23 *Ultima voluntas, et si imperfecta ratione solemnitas, prodest ad declarationem testatoris voluntatis.*
- 24 *Testatoris voluntas per duos testes declaratur.*
- 25 *Mutatum quod non est, stare non prohibetur.*

### ARGUMENTUM.

Testatoris dispositio dubia, quando judicari debeat potius testamentum quam codicillus, dum in ita hereditas fuit data, et adiecta clausula omni modo meliori, et adhibiti septem testes. Quando testamentum possit incipere a tertio gradu substitutionis, prioribus revocatis, et alia in materia praecedentia controversiae.

**Sequitur votum Eminentiss. Cardinallis Francisci Mantica super praecedenti facto successonis D. de Ruyascherio.**

### CONTROVERSIA XXXV.

**F**acti species, quas pluribus verbis proponitur, visa est mihi prima facie validè difficilis: sed supervacuis dubitationibus, et allegationibus relatis, ea dumtaxat attingam, quae mihi videntur ad indi-

ginem veritatis, et justitiae pertinere.

Primum ergo queritur, an instrumentum à tabellione conscriptum, anno 1610. in quo Petrus Franciscus revocavit institutionem D. Marci, et filiorum, et aliorum descendantium, quæ facta sunt in testamento anni 1608. die 27. Octobris, sit codicillus, vel testameutum? Et quidem, placet mihi conclusio Excell. D. Fabii Capycii Galeota, quod magis intelligatur testamentum, quam codicillus, quia hereditis institutio dictæ Mariæ, filiorum, et descendantium, expresse revocatur: hereditas autem in codicillis, directo, nec dari nec adimi potest l. 2. C. de codicillis, et l. institutio talis, ff. de condit. institut. et ff. codicillis instit. de codicill. neque presumitur quis eligisse viam per quam ejus judicium possit subverti, et actum voluisse facere elusorium, l. 3. et ibi Bart. et alii, ff. de mil. 10. Socin. jan. in conf. 103. num. 8. lib. 1. et Gabriel conf. 132. num. 17. lib. 1. presertim, cum idem Petrus Franciscus dixerit, se velle illam dispositionem sic valere, et 3 omni alia meliori via. Nam quando hæc clausula subjicitur cum copula, intelligitur, quod valeat, ultra alios modos expressos, et consequenter iure testamenti, quad dictum non fuit, quod quidem magni est momenti, Auct. dec. 1. de clausulis, et b. m. Card. Palestr. dec. 114. et Bubal. in quadam Bon. die 10. Decembris 1584. et Gabriel. conf. 127. n. 22. lib. 2. et in propriis terminis, si testator, servatis solemnitatibus, dixerit, quod volebat illum actum valere dumtaxat iure codicillorum, nihilominus valeat iure testamenti, si non potest valere iure codicillorum scribit Socin. senior in conf. 173. n. 1. versic. addaco, lib. 2. qui allegat Joan. Andr. in addit. ad Specul. de instrumenti editione, ff. compendios. n. 28. in verbo codicillum; adeo etiam, quod hæc clausula facit, ut si in uno casu etiam impropiè pleniùs possit verificari, de eo intelligatur Dicior. conf. 34. n. 81. lib. 3. Accedit etiam, quod septem testes fuerunt adhibiti, qui in testamento requiruntur, l. bac consulsissima in princ. & l. si unus, C. de testamen. & institut. eud. tit. post princ. & ff. ult. in codicillis autem quinque sufficiunt, l. ult. infin. C. de codicillis; ergo intelligitur testamentum, nam ad cognoscendum quid actum sit, forma, et effectus magis inspicitur, quam nominis impositione, ff. insulam de praescript. verb. & l. si uno, in princ. ff. locat. perinde cui convenit forma actus, ejus species etiam congruit, Bald. per illum sex. in l. cum dotem, n. 2. C. de jur. dot. et a qua removetur effectus, ejus species etiam excluditur, l. cum massu lata ff. ult. ff. de contrab. empl. Arez. in l. existente ad fin. de verb. obligat. Albenf. conf. 71. num. 8. D. Silv. Aldobr. conf. 92. num. 3. lib. 1. et in propriis terminis ita ex facto respondit Alciat. in conf. 68. n. 5. & infin. lib. 9. quod à me dictum est etiam l. id. 2. tit. 3. de conject.

Sed in casu proposito illud mihi non modicam faciebat difficultatem, quod nullus in instrumento, de quo agitur est heres institutus, ergo testamentum dici non potest, quia deficit caput, & fundamentum totius testamenti. & ante hereditis Institution. de legat. & quidem totum negotium, quod agitur, testamenti evadandi gratia, creditur inter testatorem, & heredem agi, ff. sed neque institut. de testam. unde sine hereditis institutione nihil in testamento scriptum valet, l. 1. infin. ff. de vulg. substit. cui consequens est dicere, ut revocatio institutionis, primi, secundi, & tertii gradus, prioris testamenti, nullius sit momenti. Augetur difficultas, quod revocatio institutionis non potest,

protest valere, nisi aditione hereditatis confirmetur  
*Bart. in l. si jure, n. 3. ff. de legat. 3. Sylc. in l. Sancim. n. 3. C. testam. nam nihil in testamento scriptum valet, nisi per aditionem hereditatis vires accipiat, l. si servus communis Mevis, & castrensis peculiis, in priore. ff. de stipulas. servor. Bal. in conf. 456. 10 num. 2. lib. 4. neque obstat, quod à me dictum est lib. 2. tit. 3. de cons. quod locum habet, quando constat dō hered's institutione, & aditione hereditatis, ut expressum est n. 8.*

Huic objecto, quod multum videtur urgere, ego respondeo, quod revocatio institutionis facta in priori testamento, restricta est ad primum, & secundum, & tertium gradum institutionis Mariae, & filiorum, & descendenterum quae sunt facta, contemplatione Ducis, qui post Mariam, & ejus filios, & descendentes est substitutus, & idem subductus in gradibus, ipse primum gradum ingreditur; ex quo sequitur, quod ipse etiam in secundo testamento, tacite intelligatur, heres institutus, ut *Bart. sentit in d. l. si jure, n. 3. de legat. 3. ubi vult, quod si testator coram septem testibus dixerit, valo primum testamentum non valere, quia volo decedere intestatus, secundum testamentum aditione hereduerit venientiam ab intestato confirmatur, quis cum eorum contemplatione facta sit revocatio prioris testamenti, ipsi tacite intelligantur instituti.*

Neque obstat, quod Dux, in primo gradu intelligatur institutus in priori testamento, quod expressè est confirmatum in posteriori, & nemo possit decedere cum duobus testamentis, nisi sit miles, l. posthumus, l. si paganus de ius iusto rupso testamento, & l. 13 quarebasur, ff. de milit. sefam. quia respōdeo, quod primum testamentum valet, incipit à posteriori gradu, cum alii fuerint sublati Lex facta l. Laius, ff. de uulg. subl. & Leucosseveras ff. de his, quae in test. deten. & secundum similiter valet, quia idem Dux in utroque est heres institutus, & in hoc casu potest quae decidere cum duobus testamentis, l. num. ff. de 14 test. & consequenter heres institutus ex utroque potest adire hereditatem *Dux. in l. cum qui, in princ. de acq. hered. qui hoc dicit, in Civitate Padua, in ordina questione contigisse, & ita subiungit, se consuluisse, & obtinuisse, quod est conf. 183. n. 2. vers. in contrarium, & in mol. in d. Leon, qui, vers. non est. sicut dicit hoc esse notandum, & consequenter Paxillus Castr. in fin. & conf. Angel. reperitur etiam inter conf. Pet. de Anib. in conf. 283. quod est subscriptum à pluribus DD. & in alio simili casu consuluit etiam Roman. in conf. 237. in 6. dubio dicens, heredem, qui duobus testamentis est institutus, ex utroque testamento posse adire hereditatem, qui tamen in libro meo, virtio impressoris, corruptus est, ut patet cuilibet incuenti, & specienti oculos intellectus; namque adducit dic. l. num. ff. de testam. & dictum Doct. debet intelligi secundum legem, quam allegat, *Bart. in l. mon. foliaw. l. si liberacionis verba, n. 2. ff. de liberat. legat. & in l. can. quidam circa medium, ff. de his, que si indign. Carn. in conf. 304. n. 8. in fin. lib. 3. & Dec. in conf. 175. n. 5. quibus addi potest Alex. in l. Sancim. post n. 10. C. de testam. Joseph. Ludov. de testam. conclus. y. rem. 3. commiss. opin.**

16 Neque etiam obstat, quod si testator in posteriori testamento dixerit, se vello prius testamentum valere, illud non valeat jure testamenti, sed codicilorum, l. si quis in priore, ff. ad Treball. & s. sed & si quis in priore, insit. quib. mod. test. infirm. quia haec jura loquuntur, quando aliis in priore simplici-

ter, & aliis in posteriori testamento ex rebus certis est heres institutus; nam prius testamentum per posterius ruptum est, quamvis testator dixerit se vello prius etiam valere quia heres scriptus ex certis rebus, detracta rerum mentione, ex universo intelligitur institutum, l. 1. si ex fundo, & l. quod s. s. ff. dico, ff. de hered. insit. sed quia voluit primum testamentum valere, rebus certis sibi relictis contentus esse debet, ut suppleta quarta, si deficiat, teneatur per fiduciam missum restituere hereditatem heredi scripto in priori testamento, sed in casu proposito idem in utroque testamento in primo gradu est heres institutus, & idem utrumque testamentum substituer, & ex utroque potest adire hereditatem ut dictum est, & consequenter potest petere se immitti in possessionem bonorum ex l. ult. C. de diff. dis. Andr. coll.

18 Secundò queritur, an institutio D. Mariae, & ejus filiorum, & descendenterum, facta in priori testamento, en. : 60. ex codicilis anni 1611. quibus testator revocavit dispositionem factam ad commodum Ducis an. 1610. & declaravit se velle primum testamentum in omnibus, & per omnia valere, convalescat.

Et prima quidem facie videtur convalescere, quia ex nova testatoris voluntate corā quinqz testibus reintegratur, l. qui ex liberis, s. testamento, ff. de bono, p. f. secund. tab. sed ego in casu proposito di 19 veram intentiū veriorē puto, & huic s. respondeo, prīmō quod ibi non queritur de jure testamenti, & an valeat, & consequenter præsupponit testamenū, quod per posterius ipso jure est sublatum, suas vires non recipere, ut *Bart. ibidem scribit in princ. & n. 1. & idem in eo tex. subiicitur, quod queritur de viribus exceptionis, quae in judicio, actori heredi scripto in secundo testamento objicitur ab herede possidente, scripto in primo, ut idem Bart. scribit in princip. an. e num. 1. nam exceptio competit ei, qui possidet, & convenitur, quia nihil aliud est exceptio, quam actionis exclusio l. 2. in princ. ff. de except. & l. qui equitate, ff. de dol. mal. & insit. de except. in princ. at in casu proposito D. Maria non possidet, neque à Duce convenitur, & idem illa exceptio ei non competit, quia cum verba legis deficient, ejus dispositio locum non habet, l. 4. s. sociis, de dom. infer.*

20 Secundò respondeo, quod illa exceptio ex aequitate Protoris, si tantum conceditur, qui habet ultimam testatoris voluntatem, ut *Bart. ibidem subdit in princ. & n. 1. & 4. ibi, nam si conservas, & Bal. in l. sancim. n. 5. vers. circa quam exceptionem, C. de testam. qui dicit, quod actio, nec exceptio competit ei, qui non habet ultimam testatoris voluntatem, & hanc puxat veram illius legis expositionem à Nicol. de Mattav. traditam, quam plurimi facit; sed in easu proposito, neque D. Maria, neque filii, vel ejus descendentes; Nam etiam habent testatoris voluntatem, quae tamen pro Duce satis superquè comprabatur ex ultimo testamento, quod, mons inopinata 23 præventus, non potuit testibus publicare, unde cū non sit imperfecta ratione voluntatis, sed ratione solemnitatis, optimè probatur, saltem ad excludendum intentionem D. Mariae, l. ult. ff. de reb. eorum, & l. 2. C. de curat. sur. Bart. in l. fideicom. s. l. de legat. 3. Rom. conf. 179. n. 11. Jo. de Anna in conf. 57. num. 3. & haec responsum mihi videtur auferre omnem dubitationem, nam si per duos testes probetur, hanc sufficere voluntatem testatoris, haec sententia sine dubio recipienda est, ut Alex. sentit in l. bac confute iffima. y. cx*

§. ex imperfecto, n. 3. vers. salvare tamen posse. C. de testam. & R. in. conf. 7. num. 1. conjunctio n. 6. vers. non obstat, lib. 3. ergo haec sententia in casu propposito multò magis locum obtinere debet, quia in facto proponitur, testatorem palam, & publicè dixisse, se velle, Ducem nepotem suum esse heredem universalem, & hoc ita constare dicitur, ut in dubium revocari non possit, & non modo de hac sua voluntate testator nullum dedit p̄sentientiæ, & mutationis inditium, sed etiam, sex tantum horis, antequam è vita decederet, in hanc ipsam solemniter publicandam enixè incumbebat, unde certò presumitur in eadem voluntate permanuisse, præsertim, cum 25 verum sit, quod illud, quod non mutatur, stare non prohibetur, l. sancimus C. de testam. addo etiam ultimò, quod haec ultima voluntas bene ex hoc ultimo testamento comprobatur, quia non agitur, ut ex hoc testamento hereditas debeatur, sed ut probetur, D. Mariam non posse succedere ex voluntate testatoris, quod ex prædictis etiam manifestè apparet, & ego ita de jure sentio, salvo saniori judicio.

### Franciscus Cardinalis Mantica.

**P**urpuratus hic Princeps, & Eminentissimus juris interpres, opera pretium est videre, quanta sua benignitate humilitatem meam non gravet, ut commendare. Hinc DD. nostræ tempestatis intelligent, quām sit decentius in aliorum sententiis, sive referendis, sive confutandis, non nisi honesta de authoris persona proferre, quām eandem maledictis, conviciisque carpere, quod quidem est potissimum, summa inficitæ, & erastitudinis argumentum.

### S U M M A R I U M.

- 1 Possessio civilis, mortuo detentore, vel naturaliter possidente, utrum attrahat ad se naturalem.
- 2 Possessio naturalis, mortuo usufructu speciali ratione extinguitur, secus verò quando causa possessio- nis est ad heredem transitoria, n. 3. 5.
- 4 Heres commodatarii, vel depositarii, finita causa, non potest se defendere, sicut nec auctor si viveret.
- 6 Exemplum de usufructu, licet non restringat propositionem, declarat tamen, ut non comprehen- dat casus, & personas dissimiles.
- 7 Possessio naturalis, tanquam fortiori civili, attrahit ad se ipsam civilem, illamque acquirit etiam ignorantis.
- 8 Possessio civilis, animo deficiente, extinguitur.
- 9 Detentor, etiam si vacet possessio, non ex hoc effici- tur possessor.
- 10 Feudatarius, frōdē vassallus non habet aliquam possessionem civilem quoad corpus feudi.
- 11 Creditor utrum sibi possideat, an vere debitori, n. 13. 15. & an creditori competant interdicta possessoria, n. 14.
- 12 Possessio translata per actum facti, fortior, quam precaria, & n. 16.
- 14 Interdicta possessoria non dantur, nisi naturaliter possidenti.
- 17 Creditor, cui res est pignorata pro integro valore conseretur possessor, cessante spe luitio- nis.
- 18 Relevii pro solutione, non inquiritur de vero do- mino, vel possessore, sed in cuius faciem sit descri- ptum feendum in cedulaario.
- 19 Possessio utrum acquiratur heredi per colonum etiam sine apprehensione, declarat n. 24.

- 20 L. qui universas, & quod per colonum, ff. de acquir. possess. verus sensus.
- 21 L. cum heredes, ff. de acquir. possess. dispositio ven- dicat sibi locum etiam in possessione coloni, & in successione feudorum, etiam in filiis, n. 27. & haec est verior, & magis com. opinio juxta quam est judicatum, n. 28.
- 22 Possessio, quæ extinguitur, extincto instrumento quo mediane retinetur.
- 23 Extincta persona, extinguitur substantia reti- nendi possessionem.
- 25 Possessio feudorum non transfertur in heredem, etiam filium ex Isern. & opinio contraria Cap- phali, & Gugliel. est contra comm. & idem Gu- giel. aliter distinguit, n. 26.
- 29 L. si C. de edicto divi, licet habeat locum in feu- dis, non potest tamen prodefere, nisi illi, qui est de comprehensis in investitura, & est immediatus successor, distingue n. 30. & est controversa opinio n. 35.
- 31 Tenutam feudi, quam habebat defunctus, potest obtinere etiam heres alia incapax successionis feudi, & quandoque spurius fuit admisus, num. 33.
- 32 Possessio est facti, & in possessorio, factum, non jus attendimus, n. 34.
- 36 Divisio feudi, quando inducatur ex constitutione ususfructus; substitutio compendiosa ante aditam hereditatem continet directam vulgarem, ex qua substituto competit remedium immisionis.

### A R G U M E N T U M.

Possessio civilis regulariter, tanquam debilior, non attrahit ad se naturalem, licet aliud sit finito usufructu, veluti extincta causa possessionis non transitoria ad heredes; naturalis verò attrahit ad se civilem, quam etiam ignorantis acquirit; feudatarius an habeat civilem quoad corpus feudi, & cui ex possessoribus competant interdicta; per colonum, vel creditorem, quomodo dominus, vel debitor possidere dicantur, & quando extinguitur possessio, l. cum heredes, ff. de acquir. poss. & l. fin. C. de edi- ctō divi, quo casu locum sibi vendicare dicantur in feudi, etiam quoad filios, & comprehensos in investitura, & quando incapaces admitti possint, ut fruantur tenuta, defuncto competenti, dilucide explicatur.

### Pro eodem Domino Duce Cardina- li, Satriani Principe, in articulo immissionis feudorum.

**C**ONTROVERSA XXXVI.  
B Reviter discurrendo adversus ea, quæ noviss. pro parte D. Mariæ Ravascheriæ afferuntur.  
Primò considero, quatenus advocati alleg. Bart. in l. si arrogator num. 12. Bald. n. 7. ff. de adopt. l. mol. conf. 16. n. 3. & 4. Cassan. ad Consuetud. Burg. rub. 7. §. 1. de morte saifit, vers. limita. 4. fol. 225. à ter. ad probandum, quod mortuo detentore, sive etiam naturaliter possidente, civilis possessio attrahit ad se naturalem, eamq; acquirit civiliter possidenti, etiam ignorantis, rogo, advertatur, omnes prædictos DD. & alios, quos longa serie recenset, Tiraquell. tract. le 2 mort. in prima declaratione, loqui in usufructu, speciali ratione, quia causa illa naturalis possessionis, & corporalis insistentiæ, omnino per mortem extin- guitur,

qui:ur, ut proinde non mirum, si proprietarius sit praferendus, cum naturalis possessio usufructuarii, finita causa ipsius, efficiatur iusta, ut Tiraquel dicit notari in l. cl. possideris, s. ultima, ff. de acq. posse, unde secus, quando causa est ad haeredes transitoria, ita optimè hoc expressè restringit Tiraquel. d. declar. 1. n. 1. juncto n. 4. & 7. omnino legendus qui ibidem declarat, 4. n. 5. loquens in haereditate commodatarii, & depositarii, finito comodato, vel deposito dicit, haereditem non posse se defendere 4 adversus dominum magis, quam defunctus ipse, si viveret, potuisset, at nos veritas in longè diversis terminis, siquidem durat causa crediti in terra Turcica, & possessionis, ratione recognitionis, ad quam tenentur haeredes Jo: Baptista in Terra Badulati, ergo non potest civilis, etiam si adesset penes feudatarium, quod negamus, atrahere naturalem, 5 & quod tunc civilis atrahit ad se naturalem, quando causa possessionis non est transitoria ad haeredes, ut in usufructu, declarat perbellè Mesoc. confil. 1. 39, n. 3. n. 18. l. 4. 2. unde cum Ius. Castr. & alii præd. DD. se fundant in eo, non esse rationabile, quod haereditas usufructuarii apprehendant possessionem extincto usufructu, contrarium expressè sentiunt, ubi durat iusta causa retentionis, arguendo à contrariis, & licet exemplum usufructus non restringat regulam, declarat tamen casus, in quibus regula locum sibi vindicare potest, ut non comprehendat casus, nec personæ diffimiles, ut est sex. in l. si fugiti vi, junct. Gleß. ultima, ff. de farris fugitiis, & in cap. sedes de rescriptis, cum aliis per Tiraquel. de jure conflict. par. 1. n. 63. vers. sec obf. & licet civilis tanquam debilius non atrahit ad se naturalem, nisi in dictis casibus, in contrarium tamen naturalis possessio, vacante civili, civilis ad se omnino atrahit, ita quod acquiritur naturaliter possidenti, etiam ignorantie, & naturalis illicio, & indistincte 7 efficitur civilis. Gleß. n. 62. in l. cl. possidere, s. fin. ubi Jafas. n. 69. ff. de acq. poss. post Bart. quem citat in Lex osie ad Trebel. idem Jafas. n. 1. 2. s. ex contrario, n. 63. in fin. cod. s. s. ubi dicit Bart. debuissit citare Gleß. meliorem in l. sed si nolit. 7. ver. amississe, ubi verè est Gleß. n. 62. ff. cod. unde cum per mortem Caroli, & Jo: Baptista omnino vacaverit civilis, cum possesso civilis, animo deficiente, extinguatur, ut in specie probant Alex. in L. cum haeredes, n. 10. Castr. in l. q. universas, s. qui per colonam, & Rosensb. ex Costos. Tiraq. Orsom. Gabriel. & aliis, de f. f. par. 1. cap. 7. confil. 1. 7. in addit. litera D. in fin. motivum retorquetur, contra D. Maciam, nec obstat dictum Jaf. in d. s. qui ad nundinas, n. 17. dicentis, quod detentor etiam si vacet possesso naturalis, & civilis, non ex hoc efficitur possessor, quia detentio, non atrahit ad se civilem, vel naturalem; hic enim Petrus Franciscus habebat possessionem ex contractibus cum assensu, & sic habuit juris administrativa.

Secundo; quamvis adversarii ad probandum feudatarium habere quasi civilem respectu juris feudalis, sive utilis dominii, esserant inter alios etiam Theologos, cuiusmodi est Molina Jesuita, adhuc tamen nobis persistere licet cum Aff. qui in pralud. conflict. q. 22, n. 9. dicit haereticum esse in jure dicere, feudatarium habere aliquam possessionem civilem quoad corpus feudi, de quo nos agimus, cum illa remaneat penes directi dominium & nuac addimus Confil. de Georgio allegat. 1. 2. n. 24. qui indistincte intelligit l. ser. hoc velle, qui loquitur in specie in materia possessorii in causa Dom. de Mo-

los, & benè scivissent dicti DD. facere distinctionem commentitiam, & metaphysicam, quæ à parte effingitur, si verset.

11 Tertiò, dum dicunt, creditorem non possidere fibi, sed ad commodum debitoris, ultrà quod nos non sumus in simplici creditore respectu Badulati, & generaliter DD. loquuntur in creditore, qui possidet tantum ratione præcarii sibi concessi per debitorem cum hic ultrà possessionem per actum factum sit quoque per actum facti translata corporalis possessio, tamen Bart. citatus à parte in l. 1. col. 3. vers. oppono, ff. de acq. poss. prout à Capitulo perfundit eitur confil. 6. n. 21. hoc non dicit sed quod 13 creditor, etiam ex solo præcario verè possideat, firmavit Bart. in l. 3. s. ex contrario, n. 6. ibi, quia creditor possidet omni modo, & debitor nullo modo, &c. & quod possidat naturaliter, & civiliter, tradit classif. Jaf. ubi à parte citatur, scilicet in l. 1. s. per servans corporaliter, n. 5. ff. de acq. poss. qui exinde dicit, competere creditori interdicta possessoria, si 14 turbaretur in possessione rei pignoratae, quæ constat non dari, nisi naturaliter possidenti, & sic verè possidet ad effectum, de quo nos agimus, licet quoad 15 usucaptionem, & effectum concernentem dominium, & acquisitionem fructuum, non dicatur possidere, ut latius probat Gleß. in l. sciendum, s. creditor, ff. qui satisda. cogas. ubi Jaf. in s. possessor. n. 4. unde cum hic fuerit corporalis possesso tradita pecuniam verum, cum facultate percipendi, & disponendi de fructibus, tanquam de re sua, & ad Petrum Franciscum quoad omnia spectantem, in omnibus ut verus possessor censendus erit, præsumtum cum sine feuda pignorata pro integro valore ipsorum, quo casu, velut cessante spe iuris, fundatur censetur tanquam proprius creditoris, & in omnibus perfectè creditor pro possessori habetur, ut notat Jafas in d. s. possessor, post n. 4.

Quarto quatenus sub verborum iavolucro dicatur, possessionem civilem Jo: Baptiste respectu Badulati translatisse in Germanum filium, absque apprehensione, verè fateor non percipere quomodo id contingere posuerit, siquidem si hoc prætendit ex 18 solutione relevii, jam fundovimus esse somnum, ex quo Regia Curia in exactione relevii non inquirit de vero domino, vel possessori, sed in causæ faciem fæcum reperitur descriptum in cedula, ultrà quod utriusque relevium fuit solutum de pecuaria Petri Francisci, si vero dicit quassitum Germana haeredi, tanquam per colonum, sive procuratorem, per quos 19 queritur possesso haeredi, etiam sine apprehensione ex notatis in d. l. 1. s. per procuratorem, & in l. q. s. universas, s. quod per colonam, quævis hic sumus extra hos terminos, cum Petrus Franciscus non sit colonus, nec simplex procurator, tamen idem tex. 20 dicit conterarium, quod per colonam possidet haeres, nisi ipse noctis sit possessionem, nos poserit possidere, quia ut subdit Gleß. etiam in possessione coloni 21 habet locum sive, in l. cum haeredes, adeo ut nec haereditas retinet naturalem per colonum, & ut ibi declarat optimè Castr. licet possesso, quam defun- 22 etus detinebat animo, & corpore, extinguatur per mortem suam, quia utrumque instrumentum extinguitur, ex quo illa, quam tenebat per colonum, ex hoc non deberet extingui, quia non extinguitur instrumentum coloni, tamen contrarium est verum, quia substantia possessionis erat apud ipsum defunctum, & colonus prestat nudum ministerium circa illam substantiam retinendam, extincta igitur persona

sona defuncti, extinguitur omnis substantia, ergo necessariò extinguitur instrumentum coloni, quod tanquam accidens stare non potest, & sed sit, *babet ergo necesse hæres apprehendere, nisi colonus conduxerit ab 24 bæredē, vel solverit eidem pensionem,* quæ est limitatio in fin. sex. & ita loquitur *Afflīct. decīs. 167. n. 6.* ibi, si continuet colonus in possessione nomine bæredis, & idem decīs. 325, num. 3. ubi loquens secundum terminos d. tex. se declarat, si colonus dicat tenere nomine illius, vel fatetur cognoscere ab eo, quæ ratio etiam militat in procuratore, tutore, & curatore, qui similiter præstant pudum ministerium, nec radicatur possessio in personam eorum, ut probat *Jas. in d. s. per procuratorem n. 3.*

Sin autem, & tertio dicat, possessionem feudorum transferri in hæredem nedum filium, sed etiam extraneum indistinctè, ex *Cæphalo conf. 30.* vel saltim 25 transferri possessionem in hæredem contrà quemlibet extraneum, sed non contra dominum, ex *Gugliel. de Bened. citato per Tīraq. in p̄fāt. trāct. le mōrē declar. 4. n. 7.* tam opinio *Cæphali*, quām distin- 26 ëtio solius Gugliel. sunt contra communem, & recepeam opin. omnium, ut videre est ex relatis ab eod. *Tīraq. d. loco, v. 4. q̄si d. v. 7. vers. postea vero, dicit Bened.* non residere, cum d. distinet. sed aliter distinguere, ut successor ex testamento, etiam universalis 27 non sit saitus, ut universalis ab intestato consequatur saitus, etiam contra dominum, & sic non est curandum de opin singulari unius D. dum *Iser.* dicit *I. cum bæredes habere locum in feudis, & expressè loqui- 28 tor etiam in filio in cap. 1. num. 5. vers. in filiis, & 29 num. 6. vers. si est filius, juncto vers. item est domi- 30 nus, de feudi cogit. idem in cap. 1. in princip. v. 2. vers. si ergo jucund. vers. quia non fuit, ubi *Lipar. lit. I.* infinitos affert pro hac opinione affirmativa, quod habeat locum *I. cum bæredes*, in feudis, quo tempore miles, & hanc esse communem, & veram *Zafius conf. 10. n. 10.* & *conf. 30. num. 8. lib. 1. Wymbec.* dicens 31 veriorem, magis com. & secundum eam sèpè judicatum *conf. 1. n. 39.* & 50. ubi quod considerato effe- 32 stu, & actu possidendi corporali, impossibile est trans- 33 fire, etiam in filium, & proinde occupata per alium possessione feudi, babere filium remedia adipiscen- 34 da, non retinenda, *Schrader. de feudis. part. 7. cap. de succeſſ. transforſ. n. 21. quæſt. 12. in fine*, cumulat *Rosenbal. par. 1. de succeſſ. ex testam. cap. 7. conclus. 17.* in add. *lit. D. per totam, & seq.* & in suis expressè lo- 35 quitur *Intrigl. de feudis centur. 1. q. 46. n. 18. & 19. post Jacob. & alios*, & optimè *Paris. conf. 13. v. 84.* & 87. lib. 1.*

*Quintū ad id, quod dicitur, remedium *I. fin.* non habere locum in feudis, nisi ad comodum illius bæredis, qui nedum est de comprehensis in investitura, sed est verus, & immediatus successor, ex quo inferunt non posse D. Ducem prætendere immisionem, nec retentionem feudorum, cum Maria, non ipse, sit descendens ex fratre primogenito, quod jus primogenituræ contendunt locum habere etiam in linea transversali, omissis multis, quæ dici pos- 36 sent, si de veritate harum conclus. effet disputan- 37 dum. Distinguimus duos casus, quia aut hæres præ- 38 tendit succedere, & in possessionem immitti, ut hæ- 39 res eorum feudorum, quæ in pleno utili dominio, & possessione spectabant ad defunctum, & tunc cum hæres non possit alio modo, & jure admitti ad suc- 40 cessionem, quam ut defunctus habebat, tunc necesse est discutere de capacitate personæ bæredis, si est proximus, nec ne, non enim penes hæredem potest*

diverso jure feudum pervenire, quām quo erat apud defunctum, & hoc casu disputandum effet de pred. conclus. aut verò defunctus non fuit dominus, sed simplex possessor, sive detentor, & tunc hæres ipsius, qui aliud non prætendit, nisi possessionem, sive tenutam illam nancisci, non habet necesse ostendere, se verum, & legitimū esse hæredem, & im- mediatum successorem in feudo, quia non agimus de 31 dominio feudi sed de simplici possessione, cuius est capax etiam ille, qui dominus esse non potest, ut de hoc est optima theorica *Iser. in c. Imper. §. illud*, ubi postquam à num. 68. vers. ex his arguit contra tamē post num. 70. vers. nam licet feudum, concludit, posse feudum ad eum pervenire, & possideri quamvis non sit capax successionis, & dominii, ibi, domi- 32 nium non transit, sed possessio sic, & reddit, rationem, quia possessio, quæ est facti, iure civili infirmari non potest, & n. 71. dicit, feudū à quolibet detineri pos- 33 se quoad possessionem, quia possumus possidere rem, cuius proprietatem habere non possumus, c. di- 34 lectis 12. q. 1. idem *Iser. in const. violentias in fine.* & in d. §. illud, post v. 69. dicit hæc verba, qui non possunt possidere, possunt tenere, sicut asinus tenet bardam, quorum detentio dicitur naturalis possessio impro- priæ, & proinde, etiam spurius omnino incapax 35 fuit admissus in possessionem feudi per *Regiam Cam.* ut refert *Anza sing. 535.* & proinde dicimus, in possessoris factum, non jus attendi, quia pos- 36 sessioq. plurimum facti habet, ut ex *Bal. Dec.* & aliis, etiam quoad exercitium jurisdictionalium, inspici- 37 statum, & non jus, probat *Peregr. de jure fisci*, par. 1. §. *fiscalia n. 55.* & sequent. nec tamen conce- 38 dam indistinctè assumptum partis, remed. *I. fin.* non habere locum, nisi in beneficium immediati suc- 39 cessoris, quia contrariam opinionem magis comm. esse probat *Intrigl. de feud. centur. 2. q. 34. n. 49.* & idem in regno, saltim, quando prætendens succede- 40 re, allegat in termino, se probatur posse succede- re, quia interim non debet denegari immissio, probat *Conf. Georg. alleg. 12. n. num. 30.* & 31. & fuit opin. *Affl. decīs. 119.* & *Pec. conf. 588.* viso punto, & dubiis ex z. 10. & 12. ubi probat dec. S.C. multa enim poterit Dux probare in termino, ex quibus exclu- 41 detur prætensum jus primogeniturae D. Marie.

In quantum verò prætendit pars hic ex possessio- ne tradita Petro Francisko, fuisse inducitam consti- 42 tutionem usufructus, & sic feudi divisionem, ex not. in *I. fundi Trebatiani, ff. de usufruct. leg.* & per *V. fil. decīs. 240. v. 22.* adverto *Ursill.* expressè loqui, ubi constituitur jus usufructus perpetuo duraturum, hic autem fuit permisla tantum præceptio fructuum, donec de credito satisficeret, vel fieret recognitio, & sic ad tempus ultrā, quod necessarium esset judi- 43 cium, & sententia super hac nullitate contractus.

Denique dubitari non potest. substitutionem fa- 44 ctam in beneficium Ducis, in defectum D. Marie, & filiorum, esse compendiosam, quæ ante aditam (ut est casus noster, ubi antequam veniret mors testatoris, reperitur revocata institutio Marie, & filiorum) est directa vulgaris, iuxta notissimos terminos, quæ con- 45 tinet casus, si hæres non erit vel non potuerit, idcirco, non erit dubitandum, Duc, tanquam d recte sub- 46 stituto, competere remedium immisionis, & for- 47 tiū, retentionis, ut arguit *Paris. d. conf. 13. n. 86. in fin. lib. 1.* & ita censeo 9. Julii 1613.

## DECISO.

**D**iscussa causa in S. Cons. referente Confiliar. Pomponio Salvo, iunctis aulis, cum interventu decem Votantium, mense Julii anni 1613. fuit datus terminus in causa, & interim conservatus Dom. Princeps in possessione, ut infra latius cap. ab hinc tertio.

## SUMMARIUM.

- 1 **T**estes etiam pro auctore, & ante litem contestata sunt recipiēndē senes, valetudinarii, aut discessuri, sed ubi canque mora potest nocere probatio veritatis, nu. 2. 4. 9. & 13.
- 3 **I**udex potest recipere testes omni casu, ubi dubitari potest, ne veritas occultetur, & probatioēs amittantur, nu. 5. 16.
- 6 **T**estes possunt recipi ad futuram rei memoriam, ubi timeri potest, quod controversia moveatur, & sufficit causa, qua dubitetur de futuro, nu. 14.
- 7 **T**estes, qui tempore actus gesti, interfuerunt, possunt recipi, ubi dubitatur ut processu temporis, probatioēs copia depereat.
- 8 **E**xaminatio testimoniū ex predicta causa, differt ab illa, quae fit de senibus, & valetudinariis.
- 10 **P**robatio semiplena non requiritur, sed sufficit qualibet suspicio oriens ex levi iuditio, ut recipiantur testes ad futuram rei memoriam.
- 11 **I**udicium est minus, quam semiplena probatio, & suspicio inducitur ex minori causa.
- 12 **I**nterrogatoria aliqua non est necessaria, qua declaretur, justè perī būjusmodi testimoniū examinationem, cum satis id factum censeatur, cum iudex examen admittit.
- 15 **T**estes, ubi agitur, suā fine recipiēndi, nec neōante litem contestata intelligitur in auctore, quia de ratione est dubium.
- 17 **D**ecisiones plares Rotæ Romanae remissivæ.
- 18 **A**ctori sequendum est in ipso liceis exordio.
- 19 **R**eis convenerit, si differat litem contestari, justè conceditur auctori, ut admittantur ejus probatioēs.
- 20 **C**onstitutio Regni, specialiter concedit auctori, ut possit suos testes recipi facere ante litem contestatam, in omni iusto casu, quod ex pulchris verbis Ilern. & Napod. Regni lumen, comprobatur, nu. 21.
- 22 **T**estes ad futuram rei memoriam, nam debens recipi, cum possunt recipi iure ordinario.
- 23 **D**cīsio S. C. iunctis aulis, super hoc, pro creditoribus, contra Illust. Principem Sancti Severii.
- 24 **T**estes non recipiantur ante litem contestatam, salit in omnibus causis, in quibus lis non contestatur. Et in emergentibus, nu. 25.
- 26 **L**itis contestatio non sit in iudicia summarissima immissionis.
- 27 **I**mmissionem petens, vigore l. fin. C. de edicto divi, potest ad ipsius immissionis justificacionem, petere examinationem testimoniū, ad futuram rei memoriam.
- 28 **T**estes ad futuram rei memoriam, recipi possunt ad convulandum testamentum, ex quo petitur immisio.
- 29 **F**euū venient in positione hereditatis quoad j. sc. competens defuncto tempore mortis.
- 30 **I**mmisso vigore l. fin. habet locum in scudis, etiam ad beneficium illius, qui non est successurus, quoad nundam detentionem.
- 31 **S**purius immisso, licet inhabilis, & ita decisum

32 **F**ilia summa, et si exclusa de iure competit immisio, quia plura potest probare in peccatorio.

## ARGUMENTUM.

Testes ante litis contestationem, vel ad futuram rei memoriam recipiēndi sunt, etiam ad instantiam auctoris, ubicumque justè timeri potest, quod probationes ex variis causis deperire possent, ne veritas occultetur, nec requiritur interrogaatoria, sed sufficit examinis commissio præsertim in causis, vel loco, ubi lis non contestatur solemniter, ut in Regno, & in possessorio summarissimo immisionis, vigore l. fin. C. de edito, dies, quod remedium conceditur in feudis quoad jus, quod habebat defunctus, etiam in beneficium non successuri,

**P**ro eodem Domino Duce Cardinali duac Satriani Principe, super receptione testimoniū, & exclusione prætentæ turbationis in terris Turcaræ, & Badulati, contrà D. Mariam Rayascheriam.

## CONTROVERSIA XXXVII.

**T**estes etiam pro auctore, & ante litem contestata sunt recipiēndi, non solum, cum sunt senes, valetudinarii, aut de proximo discessuri, sed etiam cum timerit, quod propter moram varient fidem suam, ut dicit Glosa, verè aera in cap. quoniam frequenter, in verbo subirabatur, ut lice non constitutum alternativè loquitur, quod varient fidem suam, aut moriantur, & sic alterum sufficit, ut est de natura alternativa, argumento. l. si heredi plares, ff. de condit. instit.

Et verè Summus Pontifex, tametsi tradat exempla de senibus, & valetudinariis, quae clarum est, non restringere regulam, aperte insinuat id procedere in omni casu, ubi discretus iudex, à cuius arbitrio tota testimoniū materia dependet, verisimiliter pro sui animi moru dubitari potest, ne veritas occultetur, ibi, ne veritas occultetur, & probatioēs copia fortassis causibus subtraducatur senes, valetudinarii, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timerunt, etiam lice non contestata sunt procul dubio admittendis, &c. & loquitur in auctore, ibi, sive pars conventa, &c. in versic. sed si auct. idemque subdit Pontifex in ff. sunt, & alii, ubi apertissime ostendit, nedum senes, & absentes à mundo, vel loco iudicii, sed in omnibus causibus similibus, in quibus dubitari potest de ammissione probatioēs, recipi debere ante litem contestatam, ubi Glosa in verbo publico, expressè loquitur, ubi quis timerit, quod super aliquo contractu controversia moveatur, quia tunc potest petere à judice, ut testes, qui interfuerunt negotio, redigantur in publicam formam, & recipientur ad iuramentum rei memoriam, citans cap. significavit 41. de testibus, quiesce. loquitur de testibus, qui tempore actus gesti intervenierunt, & dubitatur, ne processu temporis, probatioēs copia depereat, ubi Glosa magna in verbis testes, dicit duo. Primum, haec receptionem differre ab ea, quae fit de senibus, & valetudinariis, & inter alia discrimina, in ista, dicit recipientes esse omnes indifferenter, tam senes, quam juvenes,

juvenes, qui negotio interfuerunt, & in fine dicit  
 9 procedere, nendum in actore, sed etiam in reo, & se-  
 quitur *Gloss. Florian. in l. in lege aquilia, si deletum 41.*  
*post n. 3. vers. & secundum ff. ad l. aquil., ubi Gloss. in*  
*verb. qui testes loquitur exemplificative per dictio-*  
*nem verbi gratia, & proinde non immerito Barto-*  
*bol. Socin. autoritate Bart. in l. admonendi col. 4.*  
*ff. de jure iur. in conf. 244. num. 7. lib. 2. dixit, quod*  
*recipiendos testes ante litem contestatam, non exi-*  
*gi, nec semiplenam probationem, sed sufficere quam-*  
*libet suspicionem orientem ex quolibet etiam levi*  
*inditio, ex quo judex inclinare valeat animum suum*  
 11 ad id faciendum, cum inditium sit minùs, quam  
 semiplena probatio, & illud quod non est sufficiens  
 ad semiplenam probationem, sufficit ad inducen-  
 dam suspicionem, & Socin. sequitur, & aliis com-  
 probat *Menoch. de arbitr. casu 62. num. 5. fol. 103.*  
*in qua considerat Socin. num. 10. vers. non obstat, ad-*  
*dit ex mente, ut is dicit, omnium DD. non requiri*  
 12 aliter, quod præcedat aliqua interloquutoria, qua  
 declaretur, esse casum necessarium, ut recipiantur,  
 testes ante litem contestatam, cum satis hujusmodi  
 interloquutoria pronunciata censeatur, cum judex  
 examen committit, ut de commun. ex Socin. & Cra-  
 vett. contrà Roland. concludit *Menoch. lib. 2. de*  
*præsumpt. cap. 54. in fin. hinc Practic. Papiens. in forma*  
*capit. ad etern. rei memor. voluit se restringere ad*  
 13 casum, dum de testium morte, vel absentia timetur,  
 sed id procedere, etiam in aliis casibus notatis per  
*Gloss. & DD. tam in d. c. quoniam frequenter, quam in*  
*l. in lege Aquilia si deletum, & in aut. de testib. §. &*  
*bic vero, ubi Gloss. in ver. præsentem, in vers. tertium*  
*notu, dicit, nota, quod testes producuntur hic ante li-*  
*tem contestatam, quia moribundi, vel recessi, vel si-*  
*moris causa superventura, citans plura iura, & ludit,*  
*& hoc si est acto, qui eos producit, reus enim semper*  
*potest producere etiam animis, &c. ex qua Gloss. duo ad-*  
 14 notantur, primum sufficere etiam causam, quæ de fu-  
 turo supervenire potest, etiam si non sit de præsenti  
 alterum, omnes DD. de hac re loquentes, intelligi de-  
 15 bere in actore, non autem in reo, cum in eo non sit  
 dubium, & ad idem *Gloss. in l. 4. §. quot. escumque*  
*verb. absentibus, C. de adv. diversi. jud. ut etiam ad-*  
*vertenter, notat Socin. jun. conf. 34. num. 4. lib. 1. dum*  
*dicit, permitti examen in actore, si periculum sit,*  
*ne pereat fides testium, vel quia sunt senes, &*  
*sic tanquam diversa ista considerat, & in causa ra-*  
*tionabili se fundant Rebus. ad constit. Franc. lib. 3. de*  
*caus. benef. posse. art. 2. Gloss. unica. num. 3. & alii re-*  
*lati per Pinelli. in l. 1. par. 3. post num. 78. vers. nec ve-*  
*runt. fol. 365. in parvis C. de bonis matern. &*  
*magnum ille Pract. Octav. vestr. in praxis Romanae cur. lib.*  
 16 6. n. 3. ibi timore mortis, absentiae, vel alias amissianis  
 facultatis probandi, recipi poterunt testes liti non  
 contestata, ac parte non vocata, ne interim, veritas seu  
 probatio pereat, & per eadem verba generaliter lo-  
 quitur *Mascard. de probation. conclus. 1373. ubi*  
*num. 4. dicit, hoc esse permittendum ubicunque dif-  
 ferendo probationes, postea haberi non possint, refe-  
 rentis plures decisi. Rota, & num. 6. ex quibus pro-*  
 17 batur, nendum ob mortem, vel absentiam, sed ubi de  
 alio quovis impedimento dubitatur id esse decernen-  
 dum, idque non mirum, cum in principio litis, acto-  
 18 ri favendum sit, ut in terminis, ex hoc debere pro-  
 clivem esse judicem ad id decernendum, scribit *Me-*  
*noch. de arbitr. casu 62. post num. 4. & ita proce-*  
*dit id, quod dicitur, quod si cœpto judicio, reus ex-*  
 19 cipiendo impedit, & differat litem contestari, præ-

sertim per cavillationes; tunc judex, etiam liti non  
 contestata potest facere recipi testes, *Innocent. in*  
*d. cap. quoniam frequenter, & alii à Farinac. relati in*  
*tratt. de testib. de opposit. extra exam. test. quæst. 76.*  
*par. 1. num. 51. limit. 24. quæ si procedunt de jure*  
 20 communis, fortius de jure Regni, ubi speciali *Constit.*  
*probationum incurribus competenti remedio, est ul-*  
*tra jus commune provisum, etiam in actore, ubi*  
*Ifern. in versic. Actor. verd., dicit actorem posse pro-  
 ducre ante litem contestatam, etiam eos, de quo-  
 rum fide dubitaret: puta nè efficerentur ejus ini-  
 mici, vel possent oblivisci de eo, quod tunc habent  
 in memoria, vel aliter sit verisimile, quod justè timeat  
 nè ipsos testes habeat tempore litis contestatas quæ  
 omnia justè, variis de causis possunt timeri in præ-  
 senti casu, ut quilibet prudens Judex suspicari,  
 nendum potest, sed debet, cui de futuris hoc casu præ-  
 videre jura demandant, ut not. in d. l. in lege aquilia,  
 & non immerito *Napod. in confut. testamentum,*  
 21 post num. 19. loquens expresse in actore, meminit  
 de testibus sénibus absfuturis, vel alia causa expresse  
 fentiens jura communia, & municipalia non loqui  
 restriktive, sed exempli gratia, ubicunque de amit-  
 tenda probatione suspicari potest, & *Vivius in suis*  
*commun. opinio. cap. 922. num. 7. notanter dixit, in*  
*Regno etiam pro actore indifferenter omnes testes*  
*recipi, etiam ante litem contestatam, & ita quotidie*  
*practicari.**

Hæc autem, quæ supra dicta sunt, recipiunt restri-  
 ctionem, quando instaret tempus examinationis  
 22 testium jure ordinario, quia tunc non possent recipi  
 testes ad futuram rei memoriam, secundum *Socin.*  
*conf. 14. n. 10. lib. 4. qui dicit hæc verba, non memini-*  
*me legisse banc practicam, quod quando instat tem-*  
*pus examinationis testium jure ordinario, examinen-*  
*tur ad perpetuam rei memoriam, sequitur Corrad.*  
*in tratt. de testib. rub. de recepte. test. ante lit. contest.*  
*num. 48. in ultimo casu, vers. item declara, Monticel.*  
*in report. test. rub quando ad perpetuam rei memo-*  
*riam, Farin. diff. sit. de opposit. contrà exam. test. q. 77.*  
 23 cap. 2. num. 66. sicut obtinui in causa contra Illust.  
*Principem Sancti Severi pro creditoribus die 2.*  
*Maii 1616. quod ad instantiam actoris moto judicio,*  
*illoque per reum suscepto, non possint recipi testes*  
*ante litem contestatam, tanquam senes valetudinarii,*  
*aut diu absfuturi, decreto S. Consil. junctis aulis, peg-*  
*nes, actorum Magistrum de Mondellis.*

Secundò, regula negativa, ut non recipiantur te-  
 stes ante litem contestatam pro actore, fallit in  
 suis, ubi proceditur summarie, & de plano in  
 24 quibus non est necessaria, litis contestatio, quia ob  
 id meritò in his ante litem contestatam testes pro-  
 duei possunt, generaliter fallit in suis causis, in  
 quibus de sui natura lis non contestatur, & sic  
 25 etiam in omnibus questionibus emergentibus, ita  
*Angel. notab. in diff. §. & bic vero, aut. de testibus,*  
*sequitur post omnes Canonistas, uti comm. Lan-*  
*franc. in repet. cap. quoniam contra, in ver. testium de-*  
*posit. num. 301. unde cum in Regno ex cap. detestantes*  
*non requiratur litis contestatio, ut Marant. par. 6.*  
*memb. 10. f. 375. sequitur, ut faciliter recipi possint: &*  
*si requireretur, cum judicium sit summarissimum*  
*immissionis, vigore l. fin. in quo lis non contestatur,*  
 26 ut probat *Bald. in l. publicati, C. de testam. Roland.*  
*conf. 36. n. 10. lib. 1. sequitur, ut ex pluribus causis cō-*  
*binatis, testes isti sint omni jure recipiendi. Et tandem,*  
*nè deficiat decisio punctualis in casu nostro, quod pe-*  
 27 tens immissionem vigore testamenti non cancel-  
*lati ex*

lati ex l.fin. possit ad justificandam immisionem, vel ad excludendum impedimentum, quod objici posset ipsi immisioni, vel facultati adeundi, examinari facere testes, ad futuram rei memoriam, ante item contestatam, ex quibus facilior aditus patet ipsi immisioni, & appareat testamentum solempne, & perfectum ad sui beneficium, etiam si de morte, vel absentia non timeatur, videndum est omnino *Cornelius consil. 172. primus consultationis, lit. H. vers. 2. tamen prædicta non obstante: & in specie in substituto, in causibus, in quibus ei competere potest dictum remedium, lit. O. vers. quidquid autem, & infra vers. i. ded in supplicatione, lib. 2. ubi latissime quidquid dici potest, resolvens contraria: nec est novum, quod ad instantiam petentis immisionem recipiantur testes ad convalidandum testamentum, vel dispositionem testatoris, ut per DD. in d. l. publicati, & probat Rol. d. cons. 36. n. 13. lib. 1. *Menoch. de adip. remed. 4. n. 660.**

Quoad ultimum punctum sufficit Castra Turturæ, & Vadulati, fuisse reperta tempore mortis in hereditate, ut possit Dux Cardinalis petere immisionem horum feudorum, quæ nunquam possedit Maria, sed cum sint reperta in hereditate defuncti, merito, jure Dux: qui prætendit immisionem, debet obtinere, & interim nihil novari, ex quo feuda veniunt in petitione hereditatis, quoad illud jus quod habebat defunctus, tempore mortis, *Afflict. dec. 119. sum. 8.* & habet locum in feudis remedium l.fin. etiam ad beneficium illius, qui alias non esset successurus, *de Pont. lct. 20. f. 25. fol. 174.* & sic, quoad nudam detentionem, ut pluribus relatis, decissum testatur *Ann. sing. 5. 25. in spurio*, quem constat incapacem, latissime *Menoch. remed. 4. adip. qu. 47. ss.* 375. in id expendens s. anter filiam, ubi filia feminina, etiam si jure communi repellatur à successione, immittitur tamen, etiam constituto, quod sit feudum: quia plura potest probare in petitorio, alios assert *Iust. gl. cent. 2. art. 34. n. 49.* & *D. Consil. Georg. ableg. 12. n. 28.* & 30.

Ex quo non obstat similis decisio de terra S. Lucæ in causa Principissæ Montis Caveosi: liquidem, ibi Alexander Losfredus germanus Principis, non habebat testamentum pro se; sed testator uxorem sibi heredem fecerat univalem, sub qua feuda comprehendebantur.

### S U M M A R I U M.

- 1 **H**æredi præcedenti immisionem ex testamento, incumbit ostendere testamentum non cancellatum.
- 2 Relatum inest verè, & propriè, in referentia.
- 3 Testamentum potest incipere à secundo, vel ulteriori gradu substitutionis.
- 4 Substitutus post evenium conditionis, dicuntur propriè, & verè: instituti.
- 5 Substituto cuilibet concedetur remedium, l.fin. C.de ed. Et. diu. Andr. toll.
- 6 Substitutione compendiosa facta à Pagano, non est species separata de per se, sed quedam adjectio plurium substitutionum, falso verbis generalibus.
- 7 Vulgaris substitutione facta in unum casum, extenditur ad omnes, qui possunt adaptari impotestia, & voluntati, maximè in vulgaris, & comprehensa in compendiosa.
- 8 Substitutus, quando est immiscendus in possessionem ex remedio l.fin. excluso etiam instituto.
- 9 Testamentum, non codicillas dicuntur ea scriptura, in qua sepius exhibitis testibus instituitur directe quis heres; licet testator codicillos se facere dixerit, & num. 11.

- 10 Testamentum censetur scriptura; non codicillus, quæ habet solemnitatem testamenti, quod amplia, ut n. 13.
- 12 Clausula volens, quod teneat, tam jure codicillorum, quam jure testamenti, & alia meliori via, operatur, ut dispositio valeat poteriori modo, quo possit.
- 14 Paganus non potest decidere cum duobus testamentis.
- 15 Testamentum primum dicuntur sublatum ex solius heredis revocatione, quod amplia, ut n. 16.
- 17 Testamentum primum, ut revocetur, an sufficiat simplex revocatio, vel procedendum ad aliquam dispositionem.
- 18 Codicillis hereditas directò dari, vel adimi non potest, & qua ratione, n. 19. quod amplia, etiam in codicillis inter liberos, n. 20.
- 21 Conditio adjecta institutioni facta in testamento, non potest adimi, nec adjici in codicillis.
- 22 Codicillis, institutionis directò facta, trahitur in vim fideicommissi, & n. 34.
- 23 Fideicommissario, etiam usiversali ante restitucionem, non competit immisso ex remedio, l.fin. & qua ratione n. 28. remissive.
- 24 Fideicommissarius ante restitucionem nullum habet jus in bonis hereditariis.
- 25 Fideicommissaria substitutione dicuntur transmissiva seu translativa.
- 26 Heres directò institutus, proprio jure potest apprehendere hereditatem vacancem.
- 27 Fideicommissarius cogit heredem adire, hereditatem suo periculo, officio Judicis, & post aditionem, ei actio competet ex testamento, ut heres sibi hereditatem restituat.
- 29 Fideicommissarius universalis, si non possidet non est legitimus, contradictor, quod amplia, etiam facta restituzione, ut n. 30. etiam si possessionem vacantem capiat, ut num. 31.
- 32 Fideicommissarius, cum non possidet, non potest impedire immisionem sub prætextu, quod non est detrahenda Trebellianica.
- 33 Fideicommissario, vigore codicillorum, non conceditur immisso ex remedio l.fin.
- 35 Declaratur plena manus tex. in l.pen. §. testamento, vers. planè, & vers. leucus, ff. de bon. posseff. secund. tabul. & n. 37. 40. 41. & 43. rejecto contraria opinione, & intellectu Nicolai de Mattarellis, n. 44.
- 38 Clausula in fine posità, debet referri potius ad proxima quam ad remota.
- 40 Testamentum non tollitur ipso jure per incisionem, et si sit actus facti, cum non sit solemnis voluntas.
- 42 Testamentis duobus consecutis, in quibus diversi sunt instituti, nec sciri potest, quod fuerit posterior, heres possidens est preferendus.
- 45 Menoch. consil. 176. vol. 2. reprobatur, & n. 49.
- 46 Nuda voluntas, quæ dicatur.
- 47 Testamento mutatio non sit sola voluntate, quoad heredis institutionem, sed alio testamento, solemnitatibus validato, quod intellige, ut n. 48.
- 50 Possessio non dicitur iniuria, quæ jure permittente apprehenditur.
- 51 Testamento secundo inciso, non potest dari remedium l.fin. secus, si nuda voluntate sit revocatum. & quare.
- 52 Tex. in l. qui res, §. aream, ff. de solut. declaratur.
- 53 Angeli distinctio consil. 108. ad intellectum d. l. pen. §. testamento, approbatur, & commendatur.
- 54 Tex. in l. 1. C. de codicill. declaratur.
- 55 Lex succurris fortis ei, qui mutat statum invitus, quam ei, qui sponte aliquid facit.
- 56 Fideicommissum nuda voluntate revocatur, etiam conjectatis, quæ habentur pro expressa voluntate, & num. 59.

Q

- ¶ num. 59. & sufficiente quacumque verba etiam enunciatio, ut num. 69.
- 57 Ultima voluntas nuncupari potest, quod limita in hereditis institutione, ut nu. 58.
- 61 Voluntas testatoris expressa, licet informis, ad multa sufficit, & probat mentem testatoris.
- 62 Relicta in minus solemnis testamento, in foro conscientia debentur, & datur pro eis exceptio legataria possidenti.
- 63 Hereditis instituto in ultimo testatoris voluntate, datur exceptio in terminis d. l. pen. §. testamento.
- 64 Fideicommissum ex inimicitiis revocatur, quod amplia, ut nu. 65.
- 66 Testatoris voluntas declaratur ex testamento, licet nullo.
- 67 S.C. judicat ex lato arbitrio, & potest exhibere fidem etiam iis, que de per se fidem non faciunt, & secundam conscientiam judicare.
- 68 Potestas Principis, & Consilii supremi, qua sit, remissive.

## ARGUMENTUM.

Substituto, & an etiam fideicommissario competit remedium l. fin. C. de edito divi Adriani toll. Testatem, quando presumatur, voluisse facere testamen- tum, an vero codicillos. Hereditis institutio facta in codicillis, quando substitueatur, ut valeat in vim fideicommissi. Quae sint necessaria ad inducendam validam revocationem prioris testamenti late, & subtiliter agitur de vero, & germano sensu l. qui liberis, §. testamento, ff. de bonorum posses. secundam tabulas.

## Pro eodem in eadem causa,

## CONTROVERSIA XXXVIII.

**C**um jam Sac. Consil. cæperit innote scire notoria justitia Domini Hectoris Ravacherii Ducis Cardinalis, in successione quondam Domini Petri Francisci patrui, dum cognitis, & optimè persensis posterioribus iuribus, circa immissionem in possessionem universæ hereditatis, exclusis vanis prætensionibus DD. Marie, & Hieronymi Ravacherii, concessit terminum in causa, confi. mando possessionem bonorum, quam D. Dux, uti justus heres apprehendit, & alio jure retinere non poterat; superest modò, ut paulò diligentius fundetur, D. Magiam in prætenla per eam immissione hereditatis, obtinere non posse, illamque esse proinde concedendam quoad omnia bona ipsi Duci vero, & legitimo heredi, & possessori partis hereditatis.

Et tandem, ut omnis tollatur scrupulus etiam in iudicio petitorio, nullum aliud remedium superesse Mariæ, vigore codicillorum anni 611. ita ut, nec per obliquum aliquid pretendere possit in dicta hereditate, denegata sibi à jure actione, sine qua nemo experitur.

Quoad primum, cum heredi prætendentí immissionem ex testamento necessarium sit ostendere testamentum non cancellatum, neque abolitum, juxta terminos notissimæ l. fin. C. editu. divi Adrian. Dominus Dux in promptu ostendit testamentum anni 608., quod quidem, juncta alia dispositione, cum eadem solemnitate numeri septem testium, anni 610. in qua apparent revocati primus, & secundus gradus institutionis, & substitutionis in personam Mariæ, & filiorum, confirmata substitutione in personam Ducis, remanet ipse D. Dux institutus in primo gradu ex virtute, & efficacia relationis, juxta

- 7 quam, scriptura relata inest vera, & propriè in referente, l. off. tota, ff. de hered. instit. l. qit prætor, §. si judex, ubi Alex, & Ripo, ff. de re judic. Nota in terminis, cons. 484. p. 25. ante finem. Gamma decisi. 209. num. 1. Cravett. cons. 143. n. 6. siquidem notissimi jus est, testamentum posse incipere à secundo, tertio, vel ulteriori gradu substitutionis, tam si primus, vel secundus gradus reddantur nulli ex dispositione juris, ut in l. 3. §. ff. de liber. & possib. ubi Gloss. ult. citat concord. l. si filius 75. ff. de hered. instit. l. ex facto 43. §. Lutius-Titius. ff. de vulgari, quam etiam, si id contingat ex dispositione testatoris cancellantis priores gradus, ut hic, de quo est sex. in l. cancellayerat 2. ff. de bis qua in testamen. delen. & ratio est evidens, quia substituti post eventum conditionis, dicuntur propriè, & yere instituti, l. coherediti, §. qui discretas, ff. de vulg. & pupilli, nihil aliud enim est substitutionis, quam secunda, vel ulterior institutio, & substitutum directi, dici propriè institutum, & proprie non mindus concedi remedium d. l. fin. substituto, quam instituto, est sex. in l. 1. C. de edito divi, & nedum substituto per vulgarem pupillarem; aut exemplarem substitutionem expressam, ut post Gloss. Bart. & Alexand. n. 10. Iacob. Iaf. Dec. Curt. jun. Saps. Zuccb. Tiraquell. & alios, probat Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. g. 28. n. 206. sed etiam concedi substituto ex tacita vulgari vel pupillari, adeo receptum esse, ut nemo sit, qui ab hac opin. dissentiat, probat idem Menoch. d. remed. 4. quæst. 29. n. 214. in fin. ita ut non sit dubitandum, competere immisionem Duci substituto compendiosè, quæ illa propriè dicitur, quæ sub conditione moris, vel alia, plura complectitur tempora, ut per Bart. comm. probatur in l. centurio, num. 9. ff. de vulg. & facta à pagano non est species separata de per se, sed quedam adjectio plurium substitutionum, ut post Bart. Iaf. Rippam. Galiciam. de Benedicti. & alios, perbellè prosequitur Sfortia Odus de substit. tit. de compend. par. 1. in princ. & part. 3. art. 2. & in primis sub compendiosa continetur vulgaris, ut ex omnium sententia concludit idem Sfortia de effect. compend. par. 5. art. 1. eaque vulgaris sub ipsa contenta, sicut & reliqua substitutiones sub ea comprehensa, dicuntur expressæ, saltim verbis generalibus, ut tradit idem Sfortia de compend. art. 6. 7 qu. 2. quæ vulgaris, quamvis generaliter comprehendat casum, si institutus noluerit, vel non potuerit esse heres, id tamen potissimum locum sibi vindicare in vulgari contenta sub compendiosa, ut ex ea substitutus censeatur vocatus in omnem casum, quo institutus heres non sit, licet unus tantum fuerit. expressus, tradunt optimè Angel. consil. 204. Curt. sen. cons. 75. num. 14. in fin. & 15. ubi probat, substitutionem vulgarem, factam in unum casum, expresse comprehendere generaliter omnes casus, qui possunt adaptari impotentiae, & voluntati, idque ex eo, quia in substitutionibus directis, larga semper interpretatione est facienda, & in terminis vulgaris sub compendiosa, late idem probant Socin. jun. cons. 106. num. 20. vol. 1. Tiber. Decian. resp. omnium 1. nu. 9. 8. & seq. lib. 1. Unde cum Maria, & filii non possint esse heredes, itante secunda dispositione validæ, & solemnis, omnino D. Dux, tanquam substitutus 8 expresse in vulgari contenta in compendiosa, est immittendus, excluso inst. tuio, ut in terminis exemplificat Gloss. in specie calum nostrum in l. 1. in postremis verbis, C. de edit. divi, ubi dicit, ita demum institutum præferti substituto circa immissionem, nisi aliud objiciatur ei inst. tuio, para aliud testamento

mentum posterius, vel aliquid tale, quam ibi omnes sequuntur, & nullus discrepat, ut testis est Dec. in l. fin. num. 40. vers. Et ita conclusio negativa, Menoch. sequitur in 4. remed. num. 581. vers. declaratur nunc, Peregr. de fideicom. art. 48. num. 33. in fin. vers. aut vero, & num. 40. & ante hos omnes Bart. in l. fin. n. 10. cod. tit. dum ad hoc, ut substitutus vulgariter admittatur, docet, debere ostendere testamentum, in quo substitutus est, & repudiationem primi, vel aliquid aliud, propter quod sit exclusus primus heres, & sic habemus Gloss. in individuo docentem, quod cum substitutus adversus institutum in primo objicit testamentum posterius, quo prior institutio est irritata, eo ipso, tanquam probans, casum substitutionis eveniente, debet instituto præferri in possessione, de qua agitur in d.l. i. ut notat ibi Bart. in foli. contr. vers. alterius opposi: cum ad aliud substitutus non teneatur, nisi docere, quod substitutionis casus evenerit, ut per Franc. Marc. decis. 445. ad fin. cum aliis à Menoch. d. remed. 4. ad ipsi sc. quæst. 28. num. 212. Et 255. vers. bac tamew, & cum Gloss. & Bart. & reliqui, non sine mysterio dixerint, debere substitutum potentem immisionem, ostendere testamentum posterius, quo prior institutio fuerit irritata, quasi aliud esset si niteretur codicillis, in quibus certum est, nec dari, nec adimi posse hereditatem, ut infra latiū probabitur; dubitari non poterit in casu nostro, hanc secundam dispositionem anni 610. ad beneficium Ducis, esse testamentum, vel habere vires testamenti; siquidem in ea revocatur institutio in personam Mariæ, & substitutio filiorum; confirmantur substitutiones directe factæ in beneficium Ducis in priori testamento, & adhibentur septem testes, in testamentis requisiti, & sic succedit decisio  
9 Jo: Andr. in addit. ad Specal. §. compendiosè, in add. incip. ad intellectam, ubi post Dyn. sive Pileum docuit, quod si quis adhibitis septem testibus, instituat quem heredem directò, nihilominus ea scriptura non erit codicillus, sed testamentum, valebitque heredis institutio in ea facta, ac si in testamento facta fuisset; quamvis testator dixerit, se facere codicilium, vel illam scripturam, codicillum appellaverit, sequuntur Bald. Salyc. & Paul. in l. testamentum. C. de testament. idem Paul. optimè in l. 2. in fin. C. de bis, quibus at indign. Alexand. & Jaf. latè in l. codicillum, C. de codicill. Greg. Lopez in l. 2. tit. 12. par. 6. Gloss. in  
10 verb. berederos, Burgos de Pace in l. 3. tauri. n. 1338. ea ratione, quod scriptura, quæ habet solemnitatem testamenti, testamentum, non autem codicillus censendus erit, ut latiū tradidere Socin. jun. conf. 69. lib. 4. & Illustr. juris lumen, & Italie decus, Cardin. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 3. num. 5. vers. scd tamen contrarium, & num. 9. & quam-  
11 vis Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 8. num. 32. vers. scd ut alterius, latè huic opin. contradicat, quam tamen fatetur communem, num. 33. & aliter intelligat doctrinam Jo: Andr. ut loquatur, cum disponens adjecit clausulam, quod talis dispositio valeat omni meliori via; quia tunc bene potest valere, ut testamentum, & non aliter; patet etiam juxta opin. Molinae, hanc dispositionem in præsenti casu habere vires testamenti, cum expressè in ea legatur, adjecta dicta clausula, volens, &c. quod præsens revocatione valeat, & teneat, tam jure codicilli, quædam jure publici instrumenti, revocationis, & cassationis, & alia  
12 meliori via, &c. quæ clausula operatur, ut dispositio valeat in potentiori modo, quo potest, ut tradit Alexan. conf. 53. num. 67. vol. 7. & idem D. Card. Mar-

sica d. lib. 2. tit. 3. num. 5. in fin. vers. Et hoc quidem, & 13 in specie, quod ex revocatione institutionis factæ in testamento, quæ non potest revocari in codicillis, pateat, quem noluisse codicillari, sed testari, quia ex qualitate, & modo disponendi dignoscitur species dispositionis, tradit in terminis Aret. in l. bæredes palam, §. si quid post, col. ult. vers. sed illa jura, ff. de testamento. nec dici poterit, hunc testatorem deceisse 14 cum duobus testamentis, quod est impossibile in pagano, Gloss. in §. posteriore, instit. quibus modis testam. infirm. cum aliis concord. per Joseph Ludovic. de testament. conclus. 9. Dicimus enim, quod eo ipso, quod in testamento mutatur institutio heredis, in qua consistit integra ejus vis, & substantia, & non in legatis, & in aliis accessoriis, l. 1. §. qui neque, ff. de bæred. instit. & cujus institutionis respectu, cum ipsa mutatur, lex statuit, omnia ex integro esse facienda, ut bene declarat Gloss. in l. bæredes palam, §. si quid post, verb. omnia, ibi, quod ergo hic dicitur, ubi DD. omnes, ff. de testament. quamvis quoad alia confirmetur testamentum; tamen ex hac reformatione, primum testamentum, omnisque ejus virtus sunt sublata, tanquam mutata forma, & substantia primi testamenti, l. Julianus, §. si quis, ff. ad exhib. ubi Bald. notat, quod per digressionem ad novam formam, dicitur actus mutari, imò in totum tolli, & sic negamus utrumque testamentum habere effectum, sed secundum tantum, in quo tanquam reformans censemur omnino transsum primum, nec attenditur amplius 16 primum reformatum, sed testamentum posterius reformans, tanquam novum, ut probat Natta in terminis de commun. conf. 527. n. 1. quod procederet, etiam si simpliciter in secundo fuisset confirmatum primum, ut declarant Bart. Bald. Angel. & Imol. in l. postbumus 12. §. si paganus, ubi optimè Castr. qui haec verba subiicit, non enim confirmingando primum, potuit derogare dispositioni jaris, quæ est ut paganus non possit decidere cum duobus testamentis validis; præfertur ergo ultimum validum, & primum tollitur ipso jure, & confirmatio operatur, quatenus potest operari, &c. sequitur explicando latiū Natta, qui concedit id procedere, etiam in secundo testamento reformante primum, ut non valeant disposita in primo, nisi prout in secundo testamento disponitur, & quod secunda dispositio attendi debeat conf. 484. num. 7. 21. junctio num. 23. ibi, falso, unde, & sic etiam non obest, 17 si diceretur, non potuisse revocari institutionem Mariæ factam in primo testamento nuda voluntate, in hac secunda dispositione; siquidem in hac causa nullo modo cadit disputatio, si ad hoc, ut revocetur primum testamentum, sufficiat, quod testator, convocatis septem testibus, dixerit simpliciter, revoco primum testamentum, etiam si non adsit cursus decennii, ut placuit Imola. & Aret. vel etiam sit necessarium ulterius procedere ad aliquam dispositiōnem, instituendo aliquem, vel declarando, se velle decidere intestatum, ut placuit Bart. in l. sive, n. 3. ff. de leg. 3. & Alb. & in l. sancimus, C. de testament. quorum opin. communiter recipi contra Imol. & Guid. Pap. decis. 200. nisi in casu, cum decennium effluxerit a die conditi prioris testamenti, non à die revocationis, tradunt latissimè post alios Vixius opin. 879. vers. testamentum jure perfectum, Anch. jun. fam. i. qq. lib. 2. cap. 70 & T. b. sive. istem jun. lib. i. qq. forens. cap. 58. per sociam, ubi latissimè omnes cumulantur; non enim fuit hic nuda voluntas, sed testator ex præsè progressus fuit his verbis restando sermo in suo robore lo detto testamento, quanto all' altre cose,

*cōfē, mājorāscō, fideicommīssō, sōlūtūrāni, & lōgati;*  
*unde confirmata substitutione, substitutus ex jūris dispositione incipit tenere locum instituti, & sic apparet de voluntate testatoris, ad cuius beneficium voluerit revocare institutionem, quod solum inquirunt quotquot DD. qui Bart. & commun. sequuntur opin. ut bēnē explicat ex nostris D. Prās. de Frāncb. decīs. 287. qui in specie loquitor de eo, qui testamentum à se factū revocaverat, ratificando, & confirmando testamentū conditū à patre, idemque esse, si confirmasset anterius testamentū à se factū, ut probat T̄bēsaur. jun. d. cap. 56. num. 20. Quibus ita solidissimē jaētis, ut incipiāmus resolvere objecta partis, in quibus cardo negotii residēre videtur. Non obstante asserti codicilli, tertio loco facti à testatore, de mēpsē Aprilis 1611, in quibus asseritur, testatorem, irritata, & annullata secunda dispositione anni 1610, disponere, quod omnes institutiones, & substitutiones factae in beneficiū Mariæ, & filiorum, sortiantur suūm effectū, eo modo, ut in dicto primo testamento continentur, non obstante dicta revocatione; siquidem, aut prætendit Maria hæreditatem iure directo sibi denuō rite datam in codicillis, & D. Duçi ademptam, ita ut, tanquam hæres directo iterum facta possit petere immisionem vigore l. fin., & hoc est contra regulas notissimas, quibus hæreditas in codicillis directo dari, & adimi quoque expressè prohibetur, l. 2. C. de codicill. l. hæreditas 4. C. de bis, quibus, ut indign. l. 2. § fin., & l. divi severus, ff. de jure codicill, tum quia minor solemnitas in codicillis observatur, quam in testamentis, tum etiam, ne scripturarum nomina, & effectus confundantur; si enim in codicillis hæres directus iustui possit, illicet codicillus esset idem cum testamento, cum nulla major prærogativa à jure tributa fuerit testamento, quam quod in ea, & non in alia scriptora hæres iustui possit, ut bēnē colligitur ex §. fin. instit. de codicill, ex l. si idem, & l. hæreditatem, & ibi DD. C. de codic. & plures alijs rationes considerantur, ex quibus hæreditas in codicillis dari non potest, de quibus in l. quod per manus ff. de jure codic. & hujus rei duodecim rationes assignat Vusquius de success. creat. lib. 3. §. 25. num. 2. ut, & si una, vel plures cesseant, tot iussum dispositio non variaatur, ut optimè considerat Molina d. lib. 2. de primogen. cap. 8. n. 30. in fin. quinimò hoc procedere etiam in codicillis inter liberos, per patrem factis, ut neque in his hæreditas dari, vel adimi possit, probat de magis com. & veriori Vivius opin. 355. n. 2. vers. in contrarium, & nec posse adjici, nec adimi conditionem in codicillis, institutioni factae in testamento, probatur in l. institutio talis 10. & l. quidem in suo 27. ff. de condit. instit.*

*Aut verò Maria prætendit, quod institutio in sui personam facta in codicillis iure directo, & sic inutiliter, & estatur in obliquum, & sic censeatur Dux institutus, rogatus, sibi restituere hæreditatem iure fideicommisi, ex traditis in l. verbis civilibas, ff. de vulg. & l. sc̄p̄ola, ff. ad Trebell. & quamvis infra per veros juris terminos probabitur, ex pluribus nullo modo in præsenti casu hujusmodi institutionem obliquitati posse, nec ad fideicommissum trahi; tamen esto citra veri præjudicium, ex hoc pernecessè includitur, immisionem omnino esse concedendam D. Duçi hæredi scripto directo, & Mariam nullo iure id prætendere posse; siquidem vera indubitate, & comm. ab omnibus est ferè recepta theorica Bart. in sape citata l. fin. num. 9. fideicommissario,*

etiam universali ante restitutionem factam ab hæredi directo, re, vel verbo nullo modo competere posse immisionem, sive uti posse remedio l. fin. ut infinitis relatis, concludunt Menoch. de adipisc. remed. 4. quæsi. 23. n. 166. Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 5. & seq. quia fideicommissarius ante restitutio nēm realem, vel verbalem, nullum habet jus in bonis hæreditariis, l. restituta, l. facta, ff. ad Trebell. & proinde, ut sit locus fideicommissariæ hæreditatis petitioni, necesse est, hæredem prius adire, & hæreditatem acquirere; siquidem, hærede non adiunctor, fideicommissum penitus desiceret, l. quia poterat, ff. ad Trebell. fideicommissarius enim hæreditatem ab alio acquisitam consequitur, ac de hæredis manu illam capere cogitur, & idē fideicommissaria substitutio transitiva, seu translativa dicitur, ut docet eleganter Bal. in l. eam quam, num. 14. C. de fideicomm. ita ut jus fideicommissarii ex toto pendeat ab aditione hæredis instituti, quod non est in instituto, vel substituto directe, qui proprio iure ap 26 præhendit hæreditatem vacantem, ut post Bart. in l. Centurio, n. 14. & 15. fusiūs Peregrin. de fideicomm. art. 1. num. 3. & 4. art. 3. num. 6. & 12. fideicommissarius autem universalis, non nisi judicis officio, compellere potest hæredem, periculo ipsius fideicommissarii, adire, ut restituat, ne fideicommissaria subvertantur, sed quia, institut. de fideicomm. bāred. Peregrin. art. 2. num. 65. & post aditam hæreditatem, ex illa obligatione, quam hæres adeundo contrahit, non conceditur fideicommissario, nisi actio ex testamento, ut hæres restituat, ut per Gloss. in leg. 2. verb. personales, C. commun. de legatis, Nasta conf. 400. n. 2. & recte aduersus Petram probavit Peregr. de fideicomm. art. 45. n. 13. & in fin. & pulchram rationem, cur fideicommissario universalis non competit remedium immisionis ante restitutionem realem, vel verbalem, ut competit hæredi directo, explicat Menoch. d. remed. 4. num. 17. vers. non esse veram, quem sequitur Peregr. d. art. 48. num. 8. quinimò etiam in casibus, in quibus fideicommissarius universalis potest prætendere immisionem; nuquām tamen, si 29 non possidet, potest esse legitimus contradictor ad impediendam hæredis immisionem, & sic nullo modo potest concurrens cum hærede, l. filiam fratribus, ubi Bart. & Alexand. ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. n. 22. Caſtr. num. 13. & optimè Dec. num. 40. vers. secundū ampliatur, & num. 48. quamvis si esset citatus ab hærede, ad hoc tantum admittendus esset, ut de juribus suis cognosceretur, ut post Zuccard. n. 378. tradit Menoch. d. remed. 4. num. 567. quod procedere, etiam facta restitutione verbali per hæredes, 30 aut legali in casibus, ubi per legem ipso iure inducitur, defendens comm. probat Mantica in d. l. fin. quoniam semper fideicommissarius universalis debet capere à manu hæredis, & sequitur Peregr. vi dēndus d. art. 48. num. 33, quia etiam in his casibus, in quibus est facta restitutio ipso iure, debet tamen fideicommissarius, corporalem possessionem petere à manu hæredis, nec potest præferri in remedio l. final. hæredi scripto, in testamento, etiam si incontinenti vellet probare de jure suo, ut ex Nasta, Beroa, & aliis, optimè resolvit Roland. conf. 78. num. 15. lib. 3. dicens esse magis comm. & quamvis fideicommissarius c̄p̄s̄t possēdē possēdē rerum hæreditariorum vacantem, adhuc ejus possēdē, tanquam vitiosa, prout verè est, in dubio, cum possēdē non fuit capta de voluntate testatoris, vel hæredis, non faceret eum legitimū contradictor ad impediē-

pediendum; quominus hæres in possessionem mitteretur, ut ex d. l. filiam fratrisbas expressè firmat, Dec. d.nam.48. Menoch. ubi supra, num. 635. post Alexander.confil.82.num.3.lib.2.Tirag.traff. le mort. sa sit, par.5.declar.1. & par.6. decl.2. Peregr. in specie art.47. n.18. in fin.vers. quibus in locis, & n.64. & 73. ubi num. 76. recenset plura requisita, ut possessio fideicommissarii non censeatur vitiosa, & optimè Roland.d.conf.78. num.19. & 20.lib.3. unde cum hic, ipsi assertæ fideicommissariæ nulla sit facta à jure, vel homine restitutio, & nedum non possideat, sed majorem partem jam possideat D. Dux, ut verus hæres, cuius possessionis commodum maximum in terminis considerat, Peregrin. d. art. 48, num. 24. ob id sumus extra omnem dubitationem; neque in praesenti casu aliquid nocere hæredi directo, quod non esset detracturus Trebellianam; quamvis enim si institutio Mariæ traheretur ad fidei commissum, quod negamus, ferè omnino hic quartam detrahendam infra probabitur; attamen tunc §2 tantum caderet hæc disputatio, cum fideicommissarius apprehendisset possessionem, eo enim casu esset videndum, si hæres potest detrahere quartam, nec ne, ne videatur possessio vitiosa, in quibus terminis loquuntur omnes DD. citati per Peregr. d. art. 47. n.45 at cum fideicommissarius non possidet, frustè tractatur, an hæres possit detrahere Trebellianam, quia nullo modo potest impedire hæredis immisionem, quia fideicommissarius non potest præferri hæredi directo in immisione, ut bene explicat Roland. post alios in d.conf.78. num. 13. in fin. lib.3. & non possidens, numquam est legitimus contradictor, ut his verbis dicit Peregr. d.art.47. n.79. in fin, & art.48. num.33. & regula, dolo facis pesere non prodest nisi possessori, ut per Roland.d.conf.78. n.2. quæ si procedunt in fideicommissio relieto in testamento, ut præd. DD. passim loquuntur; multo fortiis in casu nostro, ubi Maria contendit se vocatam §3 per fideicommissum in codicillis, quo casu gravissimi Autores voluerunt non concedi hujusmodi beneficium fideicommissario, cui relictum est fideicommissum in codicillis, idque non sine maxima ratione, quia privilegium hoc contra regulas juris, ut ad solam ostensionem testamenti scriptius hæres mittatur in possessionem, cum coetera instrumenta non habeant executionem paratam, non debeat extendi ad codicillos, in quibus non tanta exigitur solemnitas, & quos constat ex diversitate nominis, etiam effectu, & ratione distare à testamentis, l. si idem C. de codicill. ubi Jas. post alios summat, diversitas nominum, diversitatē in potentia, & effectu inducit, & ne jus testamenti confundatur, §.fin. insl. de codic. ut concludunt Cyn. Rayn. Alber. Ang. Salic. Fulgoj. Jason. Corn. Curt. jun. & Sapia relati à Menochio remed.4.q.26. num. 192. vers. adversus, Bald. & his ego addo Gl. in l.fin. verbo, ex more, C. de codic. quoniam ibi sequitur Castr. exp. n.6. vers. item notat. Gloss. & non dissentit Boer. decis. 156. num. 20. ex §4 quibus appetit prima responsio ad cons. Alex. 194. lib.7. & ad auctoritatem Imol. Bertran., Dec. Rubei. Xuores, & aliorum quos refert, & sequitur Menoch. confil.942. num.4. vers. secundo admisso, lib.10. ubi firmant, hæreditatem directò datam in codicillis, trahi ad fideicommissum etiam, quod præcedat testamentum, in quo aliis sit institutus, quia tametsi infra, fundabimus nos versari in fatis diversis terminis, attamen ea ipso, quod adversaria prætendit, se vocatam vigore fideicommissi in codicillis, ut ipsa in-

tendit fundare ex prædictis simulatque fatetur, omnino D. Ducem esse immittendum, & sic suomet gladio confoditur; & si forè advocati ex adverso, ut hoc evitarent, prætenderent, primam institutio nem factam in primo testamento, in beneficium 35 Mariæ, licet sublatam per secundam dispositionem solemnem; attamen reviviscere per codicilos, tertio loco confectos in ejusdem Mariæ, primo loco vocatæ, beneficium, idque jure directo, ita ut agere possint ex testamento confirmato, non autem ex codicillis confirmantibus, idque ex l. i. sive pen. qui ex liberis testamento, vers. planè, ff. de bonorum poss. secundum tabul.

Dicam ipse tantum abesse, quin hic tex. opitulari possit adversariæ, ut verè hæc causa omnino sit decidenda tam in possessorio, quam etiam in petitorio in favorē D. Duxis, non ex alio, quam ex hoc singulare Papin. responso ubi aperte deciditur casus noster.

Et sic subintro secundum articulum, quod etiam in petitorio nulla superst̄ actio Mariæ vigore fideicommissi, & pro intelligentia præmetto distinguendos esse duos casus, aut enim præcedit solum testamento, & sequuntur codicilli, in quibus hæreditas adimitur, & alteri datur vel etiam substituto in pri 36 mo testamento, & tunc solum agitur, an institutio facta in codicillis trahatur ad fideicommissum, benigna interpretatione, ex regula l. scv. la ff. ad Trebel. & in his terminis loquitur Alexander.d.conf. 194 lib.7. & Menoch. cum omnibus ab eo citatis d. conf. 942. num.4. qui tametsi concludant trahi ad fideicommissum de eorum decisione disputare non expedit, cum 37 hic non sit casus noster, aut verò præcedit primum testamento, & subsequitur aliud, per quod ex dispositione juris, vel ejusdem testatoris infirmatur, vel revocatur primum, sive hæredis institutio, quæ dicitur testamenti caput, & deinde tertio in codicillis iterum confirmatur primum, quæ propriè est materia nostra, de qua cum habeamus casum ex pressum, & decisionem particularem in d. §. testamento in vers. planè, juncto vers. non secus, qui loquitur in his terminis, non debemus pro dignoscenda veritate hujus articuli, recedere a particulari decisione d. tex. quia ut ait Aristot. relatus per Aret. conf. 99. sermones in generalibus sunt faciliores, in particularibus veriores, & medicorum est adagium, propria potius quam communia esse inspicienda, probat Nat. ta ferè in propria materia conf. 484. n. 22. & in hac materia tex. in d. §. testamento, nulla fuit controversia inter DD. an institutio directa facta in codicillis trahatur, nec ne, ad fideicommissum, nec verè ulla cadit super hoc inspectio; siquidem nulla fit institutio directa in codicillis, nec testator voluit, ut codicillis daretur hæreditas per institutionem, vel substitutioem: quo casu lex regulariter ad subtilendum actum, benigna interpretatione, validat actum eo modo, quo in codicillis dispositio fieri potest, scilicet per fideicommissum, sed intentio testatoris fuit ut his codicillis reviviscat prius testamento, & quod disposita in eo resurgent, & valeant, uti disposita in testamento, ac si primum testamento per actum intermedium non fuisset sublatum, & proinde Gloss. & DD. antiqui in terminis d. §. testamento, aliud formaverunt quæsum, utrum scilicet primum testamento usque adeo reviviscat, ut etiam actio competat hæredi, qui in eo institutus est, per quam, hæreditatem petere, & vindicare possit an vero exceptio tantum ei competit, per quam agentem ex posteriori testamento repelere.

lere possit, quod idem est, ac si quereremus, an reviviscat primum testamentum ipso jure, seu jure, actionis, vel exceptionis, in quo, si fundabimus ex comm. feret omnium sententia, primum testamentum, nullo modo in praesenti casu, ita reviviscere posse, ut ex eo oriatur, vel competit actio haeredis scripto in primo, ut hereditatem petere, vel vindicare possit, causa hac erit in tuto quandoquidem, deficiente actione, qua est basis, & fundamentum totius judicij, necessario ab omni pretensione erit D. Maria excludenda, nec ullum unquam supererit remedium, etiam in petitorio, vendicandi hanec hereditatem directo, nec per obliquum, cum in utroq; casu, actio illi esset necessaria, qua sibi funditus, & indistincte denegatur, quod ut liqueat, repetendi sunt casus illius difficilis *Papin.* responsi in primo siquidem deciditur, quod si quis, facto testamento, sua voluntate capite minuatur, quia se ad arrogandum prebeuit, licet postea sui juris effectus, vita decedat nulla alia facta dispositione testamentum non reconvalescit; in secundo in vers. plakè deciditur, retento eodem themate, quod si is sui juris effectus codicilli aut aliis litteris, scilicet quinq; testibus adhibitis, ut *Gloss.* supplet testamentum confirmaverit, voluntas qua defecerat, judicio recenti rediisse intelligitur, & sic reviviscit: subdit in vers. non secus declarando per similem casum, cum scilicet quis facto primo testamento, aliud, & sic secundum testamentum fecisset, ac demum supremas tabulas, idest hoc primum testamentum incidisset, ut priores scilicet ultimum testamentum supremas relinquenter, idest valenter, tanquam ultimum testamentum, quod ex juris dispositione prioribus derogat, §. posteriorē institut. quib. mod. testament. infirm. quamvis igitur prima fronte videatur *Papin.* parificare casum, §. plakè, ubi resuscitatur testamentum, cum casu, §. sed in vers. non secus *Accurs.* tamen in dicto vers. postquam optimè declaravit text., subdit in vers. sed quarto, quod hic ultimus casus non est per omnia similiis primo, quia non in rumpendo, primum enim in superiori casu, arrogatione irritatur per exceptionem, at hic ipso jure per secundum, ut *I. Sancimus.* Et de statu. item nec in suscitate primi, quia per recentem voluntatem resuscitatur ad agendum per secundum tabulas, & ad excipendum; at in inferiori, & sic in casu vers. non secus non ad agendum, sed ad excipendum tantum, ut infra in fine, sed si agant instituti in secundo, repelluntur ab institutis in primo per exceptionem: non autem instituti in primo agere possunt, cum primum evanuit per secundum; sunt ergo inquit *Gloss.* similes in excipiendo, & sic non per omnia similes, & ut eundem sensum confirmaret, iterum, atque iterum *Accurs.* explicando verba sequent. ibi, nec putaveris quisquam nuda voluntate constitui testamentum; non enim de jure testamenti maximè queritur, sed de viribus exceptionis, qua in hoc judicio quamquam actore opponatur, ex persona, tamen ejus qui opponit, estimatur subdit *Gloss.* in vers. constitui, verum esse non resuscitari primum, nec constitui eo statu, quo erat ante secundum, nam ipso jure evanuit primum, & proinde non resuscitatur ipso jure, sed id tantum operabitur; ut si agant instituti in secundo opponatur ejus exceptione, addit, item nec ex primo agi possit, quod ipso jure est nullum, & in ver. sed de juribus, subiicit cum *Papin.* hic non quarti de jure testamenti, scilicet primi, quod, tanquam ipso jure sublatum, non per exceptionem, ut in *I. Sancimus.* §. i. Cdc

testament. non resuscitatur, sed de viribus exceptionis, scilicet. opponendæ ex primo, contra agentem ex secundo nam hoc non est valere, quia si valeret, etiam quoad agendum valeret, quod hic non est, quia ipso jure est sublatum, & idem firmat in *Glossis seq.* dum declarat postrema verba, scilicet, qua exceptione quamquam in hoc judicio, scilicet, cum agitur ex secundo testamento, non videretur posse opponi actori agenti ex secundo, cum secundum sustulerit primum ipso jure; reservatur, tamen solum exceptio, qua estimatur ex persona conventi scripti in primo & sic non ab alio potest repelli, quia à predicto vocato in primo testamento, per modum exceptionis personalis, argumento l. loci corpus §. competit, ff. si servitus vindic. quam tex. ad declarat. dicit. verborum, ultra *Alber.* in d. §. testament. citat *Iser.* nostre pro concord. ad d. §. testament., & eundem intellectum ad §. testamento, eandemque opin. iterum firmat *Gloss.* in *I. Sancimus* in verbo ipso jure ibi, vel loquitur ibi, ubi dicit, Et hanc approbo, ex multis solut. ibi relatis, & concordiis inter d. l. *Sancimus*, Et d. §. testamento, quam etiam probant DD. communis calculo, ut infra dicetur, & quamvis *Gloss.* ip. d. §. testamento, in verb. nec putaveris dixerit, dictum vers. esse referendum ad primum calum de arrogato tamen statim, tam in *Gloss.* constitut., quam in omnibus sequentibus aliter intelligit, referendo dictum versulum ad casum proximum; siquidem de jure clausu 38 la in fine posita, debet referri potius ad proxima, quam ad remota *Bar.* Et DD. in l. talis scriptura, ita fin. ff. de leg. i. c. 2. requiris de appell. Dec. cons. 14. 39 col. 3. cum simil. & proinde hunc intellectum, quod dictus vers. nec putaveris, referatur ad primum casum de arrogato, reprobet expresse *Gloss.* in d. l. *Sancimus* in verbo. vel loquitur junctis preced. in versic. et sic dic, ad quem locum se remittit eadem *Gloss.* in d. §. testamento, vers. sed de viribus exceptionis in fin. quam *Gloss.* in d. l. *Sancimus*, esse in hoc, in specie communiter probatam dicit *Alex.* in d. l. *Sancimus*, v. 7. vers. præterea ista salatio, ut infra latius, & fuit opin. orig. *Azonis* in sum. de bonor. possess. secundum tabul. ubi clarissime hanc opin. firmat, verbis aureis post num. 2. vers. quandoque, Et si usque, ibi nam, Et bona secundum testamentum non est ipso jure irritum, inā per exceptionem. nam si agant haereses secundo testamento, repelluntur exceptione doli ab haeredibus primi testamenti, non tamen dico, quod haereses primi testamenti possint ex eo petere bonorum possessionem secundum tabulas, quod dicit probari in d. §. testamento, & multis aliis juribus, per eum citatis; ex cuius doctrina colligitur apertissime quod nec actio de jure præterito, cuiusmodi est bonorum possessio secundum tabulas competere potest haeredibus scriptis in primo, revocata per secundum, quod in specie voluit etiam *Gloss.* in d. §. testamento, vers. non secus ibi item nec in suscitate, ubi dicit, in primo casu resuscitari ad agendum per bonorum possessionem, in secundo vero casu instituti in primo non possunt agere, & sic neque per bonorum possess.

Supradictum igitur, ut probemus, dinumerando DD. hunc intellectum ita clarè firmatum ab *Azzone*, Et *Gloss.* esse communem, ut ab eo in judicando, recedi non possit, hunc igitur primo sequi sunt *Rayr. Jacob. Oldr. J. Dyn.* quos refert, & optimè sequitur, & comprobant *Alber.* glossando, cum præd. DD. omnia, & singula verba d. §. testamento cuius paraphasis est tota legenda, quia nihil aliud desiderari potest; præsertim in summario, ubi reddit rationem,

quare

quare in primo casu revivisit, quoad agendum, & excipiendum, in secundo vero, quoad excipiendum tantum, quia in primo casu de arrogato, testamentum, non fuit ipso jure ruptum, sed per exceptionem, in secundo casu ipso jure, concordat etiam Odufred. dum in fine citat l.f. quis priore quasi voluerit dicere, ut ibi dicit Gloss. super verbo teneri, quod agitur ex confirmante, non ex confirmato, ut clarius colligitur ex verbis Alber. dum dicit, aut agitur ex confirmante, & tunc habet locum ista Gl. idem Bart. is d. s. testamento in princ. in vers. item testamentum, & n. 3. vers. veniamus, ad vers. non fecas, ubi dicit hec verba, item dicit Gloss. est dissimilitudo in resuscitatione, & in hoc dicit veritas enim, unde apparet quod dissimilitudo est quoad excipiendum, sed quoad agendum est dissimilitudo, & post num. 4. in vers. dicitar hic, nedium dicit in vers. non fecas, non reconvenescere testamentum, ut detur actio contra aliquem, sed datur exceptio possidenti, fecas adam Gloss. super verb. resuscitari, & sic declarat notabiliter, quod ita demum detur haec exceptio vocata in primo si possideas, & non aliter; eandemque opin. tenent fratres omnes in l. sancim. sequentes Gloss. præd. in verb. ipso jure in vers. vel loquitur, quas est penit. solutio tive intellectus datus ad d. s. testamento, quam sequitur ibi Petrus de Bellapert. vers. dicitar hic, ubi referens casum d. s. testamento, advertit, quod in hoc casu d. s. testamento, non dicit lex illa, quod si agitur ex primo testamento, obstat exceptio, immo ruptum est ipso jure, quasi dixerit, quod si ipsis non datur actio, si ultra queritur aa contra ipsos detur exceptio, sed bene, si agant instituti in secundo contra institutos in primo scilicet possidentes, ut Bart. & alii declarant obstat exceptio; sequitur Jacob. Bartrig. in vers. item oppositur, & in fin. approbans pen. sol. Gloss. & idem in l. nostram Cod. de testamento, vers. oppositur, quod ubi opponens cum Gloss. de d. l. pers. s. testamento. firmat d. l. nostram determinari debere juxta desc. d. s. ut datur tantum exceptio personalis heredi scripto in primo, idem Cyn. latè num. 2. in 4. oppos. dicens, secundum testamentum incilum, non esse omnino sublatum, & primum, quod ipso jure fuit revocatum per tale secundum, non reconvenescere; & idem dicit forte textus, quod de jure testamenti non queritur, sed de viribus exceptionis, scilicet doli, opponenda per heredem scriptum in primo contra heredem scriptum in secundo, contra quem aliis forte non opponet, & quamvis Cyn. in fine dicat, se dubitare cum inciso testamento, heres repellatur, ex trad. in l. nostram, frivola tamen fuit ratio dubitandi, cum recepta sit opin. Gloss. in d. l. nostram, quod per incisionem, quamvis sit actus facti, cum tamen non sit solemnis voluntas cuiusmodi quoque est codicillus, non tollitur testamentum ipso jure, sed tantum ope exceptionis, ut per Angel. Alex. ex Jaf. in d. l. nostram post Bart. in l. 3. §. non solam, ff. de adim. legat. Alber. optimè, n. 3. odde na etiam Martin. Sylm. Bart. qui unico verbo sequitur pen. solut. Gl. in vers. vel loquitur, 41 ut facit etiam in d. l. nostram in fin. hanc etiam opin. sequitur Angel. dicens d. s. testamento, turbast spiratum Glossatorum, & idem ipse latius explicat, dicens notabile verbum, per ultimam cancellationem, non destrui testamentum quoad omnes, sed tantum intuitu instituti in primo, & idem jus excipiendi competit solum instituto in primo, scilicet si possideas i. s. non si alii possideant, Salyc. qui nedium divinè loquitur in hac materia, sed dicit, hanc opinionem esse communem, ex cuius theoria num. 2. post vers.

quinto solvit Gloss. duo sunt notanda:

Primum, quod ratio quare primum testamentum non resurgat per incisionem secundi non est, quod inciso, qui est tertius actus, non sit tantæ potentia, sed quia, cum primum sit sublatum per præexistenciam, quam fecit in secundo, non resurgit per incisionem secundi, ex regula l. qui res, §. arcam, ff. de solat.

Secundum, quod ita demum competat exceptio instituto in primo, si possideat primus hereditatem, & clariss. Salyc. explicat in vers. sed non propter ea, quod voluit, & Bart. & omnes sentiunt, sed nemo melius ipso declarat, ut etiam facit Castr. d. l. nostram num. 2. ut infra ponderabitur, & hoc est quod dicit test. quod exceptio ex persona ejus, qui opponit, estimatur, scilicet possidentis, non aliter, quia personalis est, ut omnes DD. predicit. tradunt, nec min. 42 rum, quia in dubio, si confecta sint plura testamenta, in quibus diversi sint instituti, nec sciri possit, quod fuerit posterius, si unus ex scriptis hereditibus possideat, ei dimittenda est hereditas ratione possessionis tanta est possessionis vis, ut post inumeros declarat Monoch. de adipisc. remed. 4. n. 793. vers. declaratio 43 test. scilicet, & cum Salyc. firmat optimè Alex. post num. 7. vers. in ea, ubi sequitur reprobare solut. Gloss. dicentis, quod vers. nec praeservat d. s. testamento, referatur ad primum casum de arrogato, non ad versiculum non fecas, idque juris rationibus, concludit, pen. solut. Gloss. ibi, vel loquitur, esse communiter approbatam, & n. 8. reprobat opin. Bald. dicentis, quod in casu d. s. testamento, licet possit quoad exceptionem tantum, id intelligitur de jure civili, secus de jure pretorio, quo datur etiam actio, scilicet bonorum possessionis instituto in primo, quam opin. contra Bald. similiter, & in vers. præterea ista solutio, claram innuit, exceptionem ita demum competere scripto in primo si possideat, non aliter, idemque Jaf. in d. l. sancimus in fin. ubi concludit test. in d. s. testamento non contradicere d. l. sancimus, nam testator fecit primum testamentum deinde fecit secundum, an illud secundum tollat primum, test. non decidit, sed id tantum, quod si testator incidat secundum testamentum, ut primum valeret, cum primum fuerit sublatura per secundum, ut in d. l. sancimus non refuscatur ipso jure, sed ope, exceptionem tantum, sequuntur etiam Canonistæ, ut sunt Anchæ. & Francæ in c. penult. dec. præb. in 6. in specie ita declarantes d. s. testamento, vers. non fecas, quos declarando sequitur Tiraqa. ad l. f. unquam, vers. revertetur, n. 307. vers. 43. in id etiam citans Archid. & Jo. Andr. quibus accedit Purpuratorum decus, Illustrissimus Manteua, de conject. ultim. volunt. lib. 1. 2. tit. 1. n. 43. Unde cura opin. Gl. & Bart. concurrent, & pro eo pugnant totum legum vertices, qui testantur eam communem, num 44 est curandum de opin. Nicol. de Mortor. quem sequuntur Bald. in d. l. sancimus, Fulgos. & Castron. qui non disputat num. 5. in fin. dicente, heredi in primo testamento competere etiam actionem de jure pretorio, quos ex modernis sequantur, Monoch. cons. 176. num. 8. lib. 2. qui licet conetur defendere opin. Bald. etiam invitus refert Salyc. dicantem, contrarium cum Gloss. esse communem, nec ipse hoc negare potuit; quinim exprestè facetur n. 9. in fin. ante vers. non abstant, Eugen. cons. 5. 9. num. 19. Vasquise de sucess. creat. lib. 2. §. 15. num. 18. C. seq. & nonnullæ Facib. controver. iuris lib. 5. cap. 93. qui similiter innuit, communem esse cum Gloss. quamvis ipse disputationis gratia, conetur opin. Bald. sublinere,

stineret, & quasi novum intellectum dare ad d. s. testamento, in vers. nec putaverit, qui fuit unus ex intellectibus traditis à Gl. in d. l. sancimus, & quem omnes DD. & nuncupatim Alber. in d. s. testamento, vers. ibi nec putaverit, & Alex. in d. l. sancimus n. 7. reprobarerunt juris rationibus, quibus ipse non respondet, eo magis cum Paul. de Cast. quasi perfunctorie hoc dicat in d. l. sancimus, sed in l. nostram 30. post s. 2. expressè approbet intellectum Gl. & communem ad d. s. testamento, secundo responso, re, ut is dicit examinata, in vers. duo veniunt examinanda, ubi verbis aureis firmat, primum non reconvalescere ipsa jure, sed ope exceptionis, & similiter secundum cancellatum non tolli ipso jure, sed ope exceptionis, quæ solum competit scripto in primo, dummodo possideat, & eam, opponat, alias obtinebit scriptus in secundo, & sic apertissime Cast. decedit pro nobis: nec rationes, quibus utitur Menoch, 45 quicquam obstant; primo enim dum num. 8. vers. & in specie nostro, dicit opin. Gloss. & communem, ut scripto in primo competit tantum exceptio, non actio procedere, cum nuda tantum extitit voluntas testatoris scilicet tacita, incidendo secundum testamentum, secus autem in expressa, cum, codicillis, se cum primo testamento mori velle declaraverit: si 46 quidem replicatur, quod non minus nuda voluntas dicitur illa, quæ nuda est à verbis quam illa, quæ caret ea solemnitate, qua precedens voluntas fuit vestita, Gloss. est communiter probata in l. 1. ver. literas, C. de codicill. & in l. 3. s. ult. in verb. nuda, ff. de adimend. legat. quæ inter alia citat tex. in l. bac consulti, s. si quis autem, C. de testam. ubi favore ventientium ab intestato prius testamentum jure perfectum revocatur coram quinque testibus nuda voluntate, speciali ratione, ut ibi declarant omnes, & sic nuda voluntas dicitur illa, quæ exprimitur in codicillis post testamentum, & Bart. in d. s. fin. in summ. ponit, ut diversa nudam voluntatem, vel tacitam, ut quæ est etiam sine solemnitate, & ratio est, quia mutatio testamenti, quatenus pertinet ad hæredum institutiones, non sit sola voluntate, sed requiritur 47 alia testamenti factio cum omnibus solemnitatibus, Lib. hæredes palam, s. sed si quis post ibi, omnia ex integrō facienda sunt, ff. de testamentis, ubi Gloss. verb. oratione post medium vers. quad ergo citat concordantes ubi Bal. notat, non posse mutari hæreditis institutionem, nisi cum solemnitate retrosimili, l. militis codicillis, s. veteris, ff. de milit. testam. & alios afferit, Ias. in d. l. sancimus post num. 15. vers. secundo limita, 48 quinimo in terminis, actus incisionis testamenti, de quo habetur in l. nostram, C. de testam. est potentior, quam actus verbī, ita in specie, Cast. ipse, cuius opin. tuetur Menoch. in d. l. nostram, num. 6. in fin. sequitur Alex. in d. l. nostram post num. 2. vers. fateor, quod plus, &c. ubi ante eos Angel. post num. 2. vers. sed s. dixit testator, & ante eos Gloss. in s. non tamen, vers. perfecte post medium, vers. sed in istis, iussit. quib. mod. testam. infirm. & in specie, quod cancellatio dicatur nuda voluntas, non ex alio, nisi ex eo quod caret solemnitatibus, tradit Rimini jun. in leg. post bumo, num. 272. C. de bonor. possess. contra tab. Et regulariter plus operatur voluntas expressa factio 49 quam verbis: præterea ratiq. Menoch. aperte confunditur ex his, quæ tradunt omnes DD. citati pro opin. Gloss. contrā Bald, qui omnes dicunt, quod cum primum testamentum sit sublatum per secundum, ipso jure ex dict. leg. sancimus, non potest per voluntatem minus solemnem suscipiari pri-

mum, ut Jason. optimè explicat.

Secundò, dum Menoch. ut evitaret doctrin. Saly. dicit, illius theoretam debere intelligi secundum opin. Bald. ut non detur actio ex primo de jure civili, secus autem de jure prætorio hoc non est respondere, sed destruere, cum loquatur contraria expressa verba Saly. qui ullam omnino dari actionem negat, & bene scivisset Saly. dicere dari actionem de jure prætorio, vel se cum Baldo, prout passim solet sentire, & quod Saly. expressè teneat contra Bal. testis est mihi locupletissimus Alexand. in d. l. sancimus, num. 8.

Tertiò non obest, quod subiicit Menoch. d. n. 9. in vers. præterea, & tertio, dum dicit, hæredes institutos in secundo, quos supponit in casu suo cœpisse possessionem, non metiri dici possentes, siquidem injustè censentur apprehendisse possessionem ex secundo testamento revocato per codicilos, idque ex Bart. in d. s. testamento, in fin. ibi queru quid si nemo, quem sequitur Joseph. Ludov. commun. opin. tom. 3. de testamen. conclus. 2. cart. mibi 565. Menoch. enim presupponit pro constanti id, de quo disputatur; nullo modo potest dici injusta possessio, quæ jure permittente apprehenditur, & apprehensa sovetur, argumento, l. iuste possidet. & si vera esset assertio Menoch. nunquam possit practicari sex. in d. s. testamento, & inanis esset DD. distinctio supra relata, dum dicunt, denegari actionem instituto in primo, adversus institutum in secundo, si is possideat, certum est enim, eos presupponere ipsum possessionem cœpisse, nec ad rem facit doctrina Bart. in d. s. testamento, in fin. vers. quaro quid si nemo, quam siccio pede refert Menoch. de adipiscend. posses. remed. 4. q. 83. num. 698. siquidem, ut supra probavimus, in 51 ter alia, quod plus habet virium incisio secundi testamenti, quam nuda voluntas expressa in codicillis, est hoc ut inciso, vel cancellato secundo testamento, ut primum valeat, non possit dari instituto in secundo remedium l. fin. C. de editi. divi, in quo exigitur scripturam nullum habere vitium in apparentia, quæ ratio cessat, cum secundum testamentum revocatur nuda voluntate in codicillis, quibus sicuti hæreditas adimi non potest ita pariter, cum ipsiis codicillis nullum vitium irrogetur testamento, quod adhuc remanet in sua forma intactum, & illatum, & ex quo actio etiam oritur, ut dicti DD. dicunt, proinde nihil impedire potest, quin hæredi scripto detur immisso.

Quarto, in casu Menoch. ipse ponderat ex pluribus facto, & verbo expressis, testatorem voluisse omnino cum primo voluntate decidere super quo ipse potissimum fundat suum responsum, num. 5. in primo fundamento, & n. 8. vers. & voluntatem, at in casu nostro adest solus, & simplex codicillus, quinque testibus tantum adhibitis, cum priorem voluntatem ad beneficium Ducis, quam codicillum Notarius appellavit cum vere esset testamentum, septem testibus solemniter consueto raboraverit, & post hunc codicillum adest alia dispositio tota, & integra ad beneficium D. Ducis, ex qua omnis cessat dubietas, ut infra probabitur quatenus autem, Menoch. num. 10. conetur respondere ad regulam, l. quis res s. aream, ff. de solut. quæ assertur pro commun. opin. illam limitando quod interdum res semel extincta revivit illicit quamvis ejus declarationes facilis negotio dilui possint, coacervatis in propriis terminis circa dict. s. aream in l. qui res per Riminald. jun. in l. postbumo, n. 240. cum seq. & iterum num. 288,

*in fin. & num. 311. C. de honor. possess. contr. tab.*  
 ubi optimè probat, quod in his, quæ sunt ipso jure  
 sublata, non datur regressus ad pristinam formam  
 ullo modo, quia illa non est amplius in considera-  
 tione, & quod actus non possit reconvalescere, ex  
 quo effectus est jam consumatus, non indigent ta-  
 men replicatione, siquidem cum habeamus casum  
 particularem d. g. sed si quis, post l. bæredes palam,  
 ibi, nisi omnia ex integrō frans, & in d. l. fancivus,  
 juncta doctrina Ang. sing. in proposito in dict. leg.  
*nefra*, vers. si vero condidit aliam, C. de testament.  
 non est recurrentum ad generalia. Sed ut intelle-  
 53. Etus in hoc articulo conquiescat, legendum est  
 idem Angelus verè angelica ore loquens & distinc-  
 tionis fædere omnes casus, & iura concilians,  
 ita ut nullum alium reliquerit dubitationi lacum,  
 ia enim in cons. 108. incip. ista quæstio, ex facto con-  
 sultus in hac materia num. 2. in fin. lubicit hæc verba,  
*quid dicimus & difficile est, & alius exordior istum*  
*possessum*, & incipit distinguere, aut testamentum va-  
 lidum ab initio, testatoris ~~facta~~ infirmatur, aut  
 absque facto testatoris, non enim loquitur Angel. de  
 testamento, quod ab initio est nullum ob inhabili-  
 tatem personæ testantis, de quo loquitur in l. 1. g.  
 1. ubi Gloss. in verb. *dareverit*, Bart. & aliis, ff. de leg. 3.  
 primo casu, quando infirmatur facto testatoris,  
 subtinguit Angel. aut infirmatur ope exceptionis,  
 aut quia testator fecit secundum testamentum post  
 primum, quasi dixerit, aut illud impedimentum  
 supervenit facto testatoris, sed ex ipsius voluntate &  
 tacita tamen, non ad hoc principaliter ordinata, ut  
 qui intervenit aliquis actus contrarius voluntarius  
 tacitus non habens debitas solemnitates, aut vera  
 intervenit actus contrarius expressus, & solemnis,  
 ut distinguit, etiam expreſſe Alber. in d. g. testa-  
 mento, post med. his verbis, & ratio, quia in prima  
 casu non intervenit mutatio voluntatis expressa, in  
 secundo vero sic exemplum primi casus dicit Angel.  
 est in eo, qui post testamentum se dedit in arrogationem, & tunc cessante tali impedimentoo, puta per  
 emancipationem, reconvaleſcit ipſa jure testamen-  
 tum, si posterior voluntas accedat testatoris de-  
 clarantis, le velle primum testamentum valere, tunc  
 enim hoc testamentum redditur integrum, tam  
 quoad agendum, quam quoad excipiendum, &  
 confirmatur testamentum per omnia sic ruptum, &  
 tunc illa voluntas declaratoria debet saltim habere  
 quinque testes, & ita sit Angel. procedit d. g. testa-  
 mento, in primo responso, juncta Gloss. in verbo aliis  
 litteris, à quo, ut hoc illi addam, declarationem reci-  
 pit g. non tamen, institut. quib. mod. test. *infir-*  
*quam intelligit Gloss. in verbo fuerit, si aliquo in-*  
*dicio voluntatem primam retineat*, quam commun-  
 probari, testis est ibi Christoph. & firmant Alber.  
 Bart. & ali in l. conficiuntur, g. si post, ff. de jure co-  
 dicill. quamvis non ignorem, alios diversos intelle-  
 54. Etus à DD. tradit. ad d. g. non tamen, ne videatur  
 obſtare d. g. testamento, sed iste est verus, & comm.  
 & ratio est quia ibi testamentum per capitis diminu-  
 tionem non facit ipso jure sublatum, sed dumtaxat  
 exceptionis ope, & ideo convalescit, quoad utrum-  
 que effectum agendi, & excipiendi, & bene declarat  
 Rim. jun. in dict. leg. postbuono. num. 271. exemplum  
 vero secundi casus, subdit Angel. cum testator fecit  
 post primum, aliud secundum testamentum tunc nō  
 confirmatur primum ex posteriori voluntate, adve-  
 niente post secundum testamentum, sed tantummo-  
 do paratur exceptio contra institutos in secundo,

volentes hereditatem avebare, scilicet ab institutis  
 in primo possidentibus, & ita dicunt procedere d. g.  
 testamento, in secundo respons. in vers. non sequens, & hic  
 propriè est casus noster. Et ratio diversitatis inter  
 primum casum, & secundum in d. g. testamento, est illa  
 quod in primo casu de arrogato, testamento ipso ju-  
 re non dissolvitur voluntas, non extinguitur; sed  
 tantum cefiat, & obumbratur, & videatur esse casus  
 apertus in §. hoc autem casu, instit. quibus mod. testa-  
 mento, infirm, etenim ibi Iustinianus cum prædictis  
 testamenta capitis diminutione irritari, atque in-  
 firmari, subdit, Hoc autem casu irrita fieri testamen-  
 ta dicuntur, cum alioqui, & quæ rumpantur, in irri-  
 ta fiant; ergo sumatur consequentia: testamenta ca-  
 pitis diminutione irritata, vere non rumpi, non dis-  
 solvi? Quod idem, & notabiliter quidem, apartius ad  
 illius g. paraphrasim detectum græcus auctor. T'ho-  
 pbilus aureis verbis, Sed neque vitium irriti, testa-  
 mentum dissolvit, si contingat, ut testator capitis de-  
 minutionem, quam subjerat, effugiat, & per text. no-  
 strum comprobatur, ibi, voluntas, quæ defeceras, &  
 proinde non mirum, si ex novæ voluntatis indicio,  
 coram quinque testibus declaratae, judicio recenti  
 rediisse intelligitur, ut ex l. humanitatis in verb. cef-  
 fet, C. de impub. tradit Bart. in l. ex facto, num. 40,  
 quem inibi sequent. Cuman. Alexand. Ios. & Scyfell.  
 col. pen. dicentes esse comm. ubi Ripa num. 102. ff. de  
 vulg. & pup. cum aliis per Rimis, in d. l. postbuono,  
 num. 226. & 288. In secundo vero casu per secun-  
 dum testamentum funditus extinguitur, sive rum-  
 pitur primum, g. posteriore, Instit. quib. mod. test. in-  
 firm, cum similibus ex quo Vigilius in dicto g. dixit,  
 omnino superflua esse Notariorum cautiones, qui  
 prioris testamenti revocationem secundo ingerunt,  
 ex eo, quia secundum dicitur canon late tentatio,  
 & denotat ipso jure l. in criminali, C. de juris dict. omni-  
 jud. cum aliis à Tiraqsell. in l. si unquam, verb. rever-  
 tur, nam, 17. ubi testatur de comm. C. de revoc. donac.  
 Rimis. ubi supra, num. 238. Secundum vero caput  
 principale, cum testamentum rumpitur ipsa jure sed  
 absque facto voluntario testatoris, ad hoc scilicet  
 ordinato, ut cum rumpitur testamentum nativi-  
 tate posthum, quod accidit contra, vel præter testa-  
 toris voluntatem, l. 1. ff. de posthum. bæred. instit. tunc  
 Angel. iterum subdistinguit, quod aut per aliqua in-  
 ditia constare potest, testatorem voluisse cum eodem  
 testamento decedere, ut quia dixit, jam feci tale te-  
 stamentum, quod volo valere, vel alia verba æqui-  
 pollentia protulit, & tunc reconvalescit testamen-  
 tum ruptum agnatione posthum, de quo testator  
 non cogitavit: si autem non adsunt hujusmodi indi-  
 tia, sed tantum allegatur, quod testator potuisset mu-  
 tare, si voluisse, & hoc non sufficit, ut testamentum  
 reconvalescat, quod latius Angel. explicat ibi, & in  
 l. prima, C. de codicill. num. 3. quæ omnia sunt sub-  
 tilia, & notanda, ex quo appetit planus sensus  
 ad dictum leg. 1. C. de codicill. quamvis Angel. illam  
 non alleget, videbatur enim adversari, d. g. testamen-  
 to, non enim est micum, quod ibirupto testamento  
 nativitate posthum, & sic ipsa jure, reconvalescat ex  
 novæ voluntatis indicio, etiam quoad agendum, non  
 tamen ita ut agatur ex confirmato testamento, sed  
 ex nova voluntate confirmante, ut in terminis d. g.  
 testamento, in secundo respons. firmat ibi Alber. post  
 med. versic. in Gloss. quæ tamen habent, Nutu cons.  
 483. num. 16. & post num. 17. & cons. 527. num. 9.  
 in fin. & proinde non substitetur dispositio directio,  
 sed per obliquum, ut optimè præ cæteris explicat  
 ibi

ibi *Castr.* in fin. num. 5. quod secus est in d. §. testamento, ubi postrema illa voluntas non prodest ad agendum; sed parat tantum exceptionem personalem in primo, si possideat, ut supra, quia quamvis in primo casu d. §. testamento, agatur ex confirmato, in secundo tamen casu agatur ex confirmante ut in casu dict. l. i. C. de codicill. quæcum non sit efficax ad producendam actionem, ut evenit in casu dict. l. i. ex hoc etiam sequitur, ut cum instituto in primo denegerur actio, per necesse non valer dispositio in vim fideicommissi, & sic per obliquum, nam alioquin si saltim hoc modo valeret, per necesse daretur actio, immo actiones à jure proditæ ad consequendum fideicommissum, & sic ex diversitate decisionis inter text. in l. i. C. de codic. & dictum §. testamento, in secundo responso, in versic. non secus, clarissimè probatur in casu d. §. testamento, non reviviscere dispositionem, neque ut valeat in vim fideicommissi, si quidem hæc expressa constituit differentia, inter unum casum, & alterum, ut scilicet in casu d. l. i. instituto in primo concedatur actio, ut valeat dispositio per obliquum, ut probatur ibi: *Prator nibil contra jus fecit, si novissimam ejus voluntatem sequutus, relictum testamento Reipublicæ fideicommissum, ut ex codicillis relictum, præstandum esse pronunciat*, & declarat *Gloss. in verb. judicium*, & DD. ibi, inter quos *Castrens.* num. 4. in fin. dicit, quod valet, ut ex nunc, non ut ex tunc, idest agitur ex ista voluntate confirmatoria, non ex prima confirmata, ut latius etiam notat ibidem *Alexand.* in tertio notab. & quamvis idem *Castrens.* num. 5. dum opponit de d. §. testamento, dicere videatur, diversum esse in casu d. §. testamento, ut ibi agatur ex primo testamento confirmato, non ex confirmante, loquitur tamen expressè respectu casus contenti in primo responso d. §. testamento, de testamento rupto ex capitib. diminutione, quia testator dedit se in arrogationem, & nihil penitus loquitur de secundo responso in vers. non secus, immo dum dicit, quod in dicto casu de arrogato, testamentum convalescit de æquitate prætoria, si constat, voluisse decedere cum eodem testamento, & subjicit voluntas hoc non dat, sed declarat, & aliqua verba verè aurea, clarissimè sentit, aliud esse cum testamentum primum rumpitur ipso jure, quod tamen est intelligendum cum distinctione *Angel.* quod aut est ruptum contra voluntatem testatoris, & tunc resurgit, ut valeat per obliquum, ut in casu d. l. i. C. de codicill. aut ex facto voluntario testatoris, & tunc datur tantum exceptio, non autem actio, ut in d. §. testamento, in secundo responso, & ratio diversitatis inter unum 55 casum, & alterum, est illa, quia fortius lex succurrit ei, qui mutat statum invitus, ut facilius reconveniat ejus dispositio, quam ei, qui aliquid facit sua sponte voluntariè l. fideicomissa, §. si rem, ff. de leg. 3. & tradit in terminis, citans d. §. testamento, Bart. in l. si quis filio, §. quatenus, ff. de iusto rupto, l. mol. in l. is cui bonis ad finem, ff. de testamento.

Ultimò præsens casus dicitur esse extrà omnem dubitationem ex facto notorio, quo attento, non esset necesse discutere præcedentes juris articulos; siquidem multifariam dispositio facta in codicillis in beneficium Mariæ fuit ex clara, & enixa voluntate testatoris, verbis, & factis manifestè declarata, penitus, & omnino revocata, & irritata.

36 Cum tamen satis constet, fideicommissum, quod ex dispositione facta in codicillis, ad summum juxta adversantium prætensionem, induci

potuisset, nuda voluntate revocari posse, leg. 3. §. fin. l. ex parte, ff. de adm. legat. *Gloss.* in leg. militis, §. veteranus, ff. de mil. testament. *Gloss.* in l. bæredes palam 21. verb. omnia, verfic. sed contra eum, ff. de testament. *Angel.* *Paul.* & reliqui in l. nostram 30. C. de testament. *T'heaur.* jun. lib. 1. qq. forens. 57 cap. 56. num. 19. ultima enim voluntas nutu fieri potest *Bart.* in l. j. bæremus 29. C. de testament. & tamen certum est, nutu declarari voluntatem, conjecturali, & præsumpto quodam modo, & proinde generaliter nutu hæres institui non potest, cum in hæreditis institutione lex requirat certitudinem, ut pluribus relatis, probat *Mantica* de conjectur. lib. 4. tit. 4. n. 6. sed nutu fideicommissum inducitur l. nutu, ff. de leg. 3. l. in epistola, C. de fideicomm. *Corn.* conf. 256. lib. 4. *Aret.* conf. 7. 1. col. 1. latè *Peregr.* de fideicomm. art. 1. 59 n. 45. & latius art. 9. conjecturæ enim in fideicommissis habentur pro expressa voluntate, l. unum ex familia, §. si omessa, & §. fin. ff. de leg. 2. ibi, recte datum, & minus scriptum intelligitur, & sufficit quomodounque de meo appareat, l. cum proponebatur ff. de leg. 2. latissimè *Petr.* de fideicomm. q. 9. num. 21. 60 in fin. vers. & sufficit cum seq. & per quæcunque verba etiam enunciativa *Surd.* decis. 232. nu. 6. unde eodem modo dissolvitur, sed revocatur, maximè cum ademptio fideicommissi favorabilis de jure censatur ex J. C. in l. si fuerit, ubi *Castrens.* & *Socin.* in 5. notab. num. 5. de reb. dub.

Hic autem adest expressa voluntas declarata plures, diversis vicibus coram diversis personis, quod Ducem universalem hæredem instituere volebat, quem tandem, maxima præhabita deliberatione, in ultimo testamento sibi hæredem fecerat, quod etsi morte præventus, solemnibus munire non potuerit, apparet tamen ex eo, non tacita, & præsumpta per nutum, sed expressa voluntas, ex qua licet in foro fori non pariat effectum, ex defectu for- 61 mæ requisitæ à jure civili, tamen probat voluntatem testatoris, ita ut ad multa sufficiat, ut docuit *Bart.* in leg. fideicomissa, §. 1. ff. de leg. 3. quod si ad multa sufficit, sine dubio, plus nutu, quod fideicommissum revocatur, operari debet; siquidem & majorem producit effectum, cum & relicta in non solemnni testamento, de quo verè constet per duos, 62 aut tres testes, in foro conscientiæ deberi, & si hæres, vel legatarius natus sit possessionem, possit salva conscientia possidere, cum tale testamentum substineatur lege naturæ, & conscientiæ, quæ in corde loquitur, & defuncti voluntatem ex præcepto diuino servari jubet, & ob id competere etiam possidenti exceptionem, quia possidet rem sibi naturaliter debitam, post *Bart.* in l. nemo potest, num. 18. ff. de leg. 1. in fin. probat *Mantica* de conjectur. ultim. lib. 2. tit. 14. ex num. 9. & præsertim num. 16. vers. sed considera, ubi de commun. DD. sententia probat ex testamento non solemnî veram naturalem obligationem oriri, quæ est juris gentium, quo jure nulla alia solemnitas exigitur, ubi aliquid duobus testi- 63 bus probari potest, ex quo & illud sequitur, quod cum exceptio, de qua in l. penult. §. testamento, ei tantum competit, qui ultimam habet testatoris voluntatem, ut aperte notat *Bart.* in dict. §. testamento, *Bald.* in l. sancimus, num. 5. C. de testament. *Cuman.* in l. bæredes palam, num. 6. ff. de testament. quam Ducit dumtaxat, non autem Mariæ suffragari est absolutum, ullo modo potest Mariæ opitulari decisio dict. §. testamento, cui ademptum quoque fideicommissum, quatenus ex codicillis censeretur injunctum ad

ad ipsius beneficium, ex inimiciis optis inter testatorem, & Mariam post codicilos ex gravi causa, dubitari non potest ex eo, quod Maria enixè rogata à testatore, quod filiam nuptivi traderet Leonardo Ravascherio renuerat cum illo filiam collocare, quem pro unica filia sibi pridè testator, generum, uti filium ex propria familia delegerat. quod multifariam testator ostendit ad animum maximè revocasse, ex quo solo, fideicommissum censeri revocatum claram habetur in l.4. §.fin. & l.ex parte, ff.de adim. legat. latè Mantica de conjectur. lib.12. art.5. aded ut, etiam si cum fratre testatoris inimicitæ contraherentur, fideicommissum censeretur ademptum, cum ad fratrem videarentur estensæ, ut latè Peregr. de fideicom. 65 art.18. in fin. quod procedere etiam si culpa testatoris intercesserit, & quod duobus testibus probari possint, latè Conf. de Anna sing. 688. quod si solæ inimicitæ hoc efficerent, etiam si nihil extrinsecus declarasset testator ex sola juris presumptione, ut declarat Mantica d.art.5. quanđ fortius in presenti causa, ubi voluntatem contraria manifestè ostendit 66 testator, tam ex ultimo testamento, ex quo licet nullo declaratur voluntas, ut per Bal. in d. l.sancimus in princ. C. de testam. Guid. Pap. decis. 200. & in terminis probat Mantica lib.2. tit.15. n.19. quām etiam ex insignibus regalibus, quibus utuntur titulo decorati, quas depingere, & sculpere fecit testator in suis domibus, & capella, ut expresse ostenderet D. Ducem, qui solus hujusmodi insignibus uti poterat, sibi hæredem delegisse, & ex tractatu, quem fecit de emenda terra Filogassi, ingenti preti⁹ majorem suarum facultatum partem absorbente, in beneficium Ducis, & ex aliis, que cītrà jus, & nomen hæredis universalis fieri non poterant, verbis, & factis reiteratis, declarando in hac ipsum, voluntate persistere, ex quibus omnino codicillum, & in eo disposita adempta, & deleta, quilibet discretus judex arbitrabitur, & præsertim, cum simus in S. C. & sic coram supremo 67 magistratu, qui cum ex lato arbitrio judicet; pot. rit fidem adhibere huic ultimo testamento, etiam non solemnii, & secundūm ejus conscientiam judicare, cum ipse sit supra jus, ut observat Decius consil. 632. causus de quo queritur in fin. & contraria procedunt coram inferioribus, ut per Gram. decis. 62. n.29. & de 68 potestate Principis in judicando, & consilii supremi, Principem representantis, videndum omnino Affl. in c.1. incip. regalia, n.74. 77. 78. & in terminis in materia testamenti, n.113. Qua sint regal.

## DECISO.

**D**iscussa causa in S.C. ad relationem Consiliarii Pōponii Salvi, junctis Consiliariis duarum aularū, numero decem, de anno 1613. & cognita justitia etiam causæ principalis in petitioria, fuit impertitus terminus in causa, & interim Princeps conservatus in possessione: à quo decreto, licet reclamasset D. Maria, fuit denegata audience, & provisum per quatuor seniores Consiliarios, qui tunc temporis regabant officium Præsidij S. C. non esset locum reclamatioñ prædictæ, ut ex actis in Banca de Felice.

Lis hæc postea, informante Principe, contradicentibus Advocatis, transactione fuit terminata, scilicet, ut æquè sibi, partes ipsæ hæreditatem dividarent, ut sequutum est die 8. Septembris, & 26. Octobris 1613. ex instrumento rogato manu Notarii Cæsarisi Benincasa.

## SUMMARIUM.

- 1 J udice coram suspecto litigare periculosum, præsertim inimico, & infenso.
- 2 Arbitrator est, qui eligitur, tanquam amicabilis compositor cum potestate procedendi absque ordine judiciario.
- 3 Arbitrator verò dicitur, qui judicare debet de jure tantum.
- 4 Arbitrator recusari potest, præsertim ex causa de novo supervenienti, & n.47.
- 5 Arbitrator etiam legitime recusatur de comm. & ita decisum.
- 6 Arbitri, notio rem tantum, non jurisdictionem, habent.
- 7 Arbitri non sunt verè judices, licet judicium loco babentur.
- 8 Jurisdictionis privatorum consensu tribui non potest.
- 9 Causa longè minor sufficit ad repellendum arbitrum, quād ad recusandum judicem, & n.48.
- 10 Argumentum affirmativè valet, causa sufficit ad repellendum judicem; à fortiori valet ad removendum arbitrum, consultorem, auctorum Notarium, & similes, secus negative.
- 11 Arbitro coram litigare, agitur de majori præjudicio, quia habet pleniorē potestatem.
- 12 Recusationes arbitrorum, & arbitratorum sunt decidenda secundūm iura communia, non autem secundūm rigorem nostrarum Pragmaticarum.
- 13 Judicium humanum corrumpitur quatuor modis.
- 14 Suspectus est, qui se ingerit.
- 15 Judex affectus in se compromitti, justè recusatur.
- 16 Judex potest monere possimus, quād cogere partes ad concordiam.
- 17 Judex suffraganeus litigantis redditur suspectus.
- 18 Judex minimum favens uni ex paribus, legitimè recusatur.
- 19 Judex nimis animosè procedens, & qui unum ex colligantibus pluries gravavit, redditur suspectus.
- 20 Judex à quo appellatur in uno articulo, etiam non docto de gravamine potest ab appellante in aliis causis, & articulis recusari, præsertim si revocavit ad animum, n.21.34.
- 22 Odium non est necesse ostendi, sed sufficit in materia recusationis adesse causam odii, etiam si sit causa iusta.
- 23 Judex, qui votum propalavit, vel aliter sui animum detexit, recusatur.
- 24 Consensus litigantis coram judice non impedit recusationem, quandū cause de novo superveniunt.
- 25 Causa de novo supervenient post conclusionem in causa, admittitur iure communī, quinim̄ etiam si de novo superveniat ad notitiam, & n.51.
- 26 Exceptio quilibet, quæ de novo supervenit ad notitiam, præstito juramento ignorantia, opponi potest, & præsertim recusatio.
- 27 Mediator, vel proxeneta non admittitur in testem, nisi utraque parte consentiente.
- 28 Mediator foris repellitur a judicando.
- 29 Judices plures reperiuntur, quād testes, qui scire possint factum.
- 30 Mediator dicitur etiam, qui gratis, & sine salario operatur, quia naturale est, ut quis assequatur ejus rei finem circa quem versatur.
- 31 Amicus qui partes occasione amicitiae ad concordiam deduxit, repellitur a testificando.
- 32 Judex, & testis quis esse non potest in eadem negotio. Et maximè, ubi non ageretur de simplici declaratione,

- tione, sed de nova interpretatione, n.33.
- 35 *Arbiter, vel judex ex recursu habito adsuperiorum, & conquestru gravaminum, injuria afficitur, & maxime in gravibus negotiis, n.42.*
- 36 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex postea gestis, & ex conjecturis probatur, n.41, & 46.*
- 37 *Reclamatio tantum admittitur, à sententiis, & decretis Senatus per viam supplicationis.*
- 38 *Decreta Mag. Curia, Tribunalis ordinarii inferiores purgato gravamine per S. C. eidem remittuntur, licet aliud effet servandum de jure.*
- 39 *Animus malus in judice, probato gravamine praesumitur, etiam jure civili, n.40.*
- 43 *Inimicitia præsumptæ sufficiunt ad recusandum judicem, etiam si dissimulet, & levius causa sufficit, n.44. & 45.*
- 49 *Princeps debet revocare licentiam concessam senatori, quod procedat ut arbiter, dum cognoscit illam eum abuti, gravamina inferendo.*
- 50 *Approbatus ad officium, debet removeri ex causa supervenienti.*
- 52 *Dolus, & macchinatio ex insolito modo procedendi, & cautela adhibita, insurgunt.*
- 53 *Verba præcedentia determinata, declarant, & restringant sequentia.*

### ARGUMENTUM.

**Arbiter**, & arbitrator recusari possunt ex causa supervenienti, & fortè facilius, quam judices, nec arbitrorum recusatione alligantur rigorosis Regni Pragmaticis, De suspicionibus officialium, de pluribus recusationum causis, & quomodo judex, qui gravavit, & à quo est appellatum, veluti injuria affectus, possit in cæteris recusari, & de odio præsumpto de proxeneta, & mediatore, quando possit esse testis, vel judex in causa, etiam si velut amicus absque premio egerit de concordia inter partes, & de sententiis Senatus, sive Praefecti Praetorio,

### Nova additio pro Duce Cardinalis contra Mariam Ravaſcheriam.

#### CONTROVERSIA XXXIX.

**Q**uam periculose sit coram suspecto judice litigare, nemo est, qui ignoret cap. cum inter, de exceptione, & maxime in eo, qui cum crederet amicabilem compositorum, qui ex aequo, & bono controversias amicè diffiniret, infensum tamen inimicum in omnibus expertus est, idcirco Dux Cardinalis coactus fuit, Dominum Consilium arbitrum, sive arbitratorum electum recusare.

2 Ut arbitrator enim videtur electus, dum in prima capitulatione leguntur ea verba: *eligemus per nostra amicabilem compositorem, il quale possa determinare sententia ordine judicario, Innoc. in cap. quintavallis, n.4, ubi cæteri de jure jarand. Bart. & reliqui in l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio, arbiter vero, dum in altera scriptura dicitur, quod valeat procedere de jure, & de facto, verum in sententiando de jure tantum, ex quo videtur, ut arbiter electus Bart. in d. §. arbitrorum, n.9. Imol. in d. cap. quintavallis, num. 20. Gail. lib. 1. præf. obser. cap. 150. num. 4. & 5. Barzius decis. Bonon. 63. num. 16. vel habere mixturam utriusque, ut sentit Præf. pap. in form. libell. com-*

*prom. §. terminandi, num. 3. sed quisquis ls sit, si cut absolutum est, arbitrum recusari posse, præsertim ex causa de novo supervenienti text. clariss. cum Gloss. in l. non distinguemus 37. §. cum quidam, ff. de recep. arbitr. quia sicut ex causa arbiter potest arbitrium susceptum deserere, ita compromittens arbitrum electum recusare, l. licet 16. cum Gloss. ubi omn. eod. tit. sic etiam vera est opin. Panorm. in d. cap. quintavallis, num. 12. & Imol. num. 27. etiam arbitrarem posse, ut arbitrum recusari, quam etiam esse comm. & receptam probat, post Prepos. Franc. Dec. Baptif. Perus. Lanfrancb. & alios Hispan. Ayora de partition. bonor. part. 1. cap. 4. num. 9. & aliis recensitis, comprobant, & decidunt plures testatur Garz. Maſtrill. decis. 91. d. num. 4. ad fin.*

6 Et quoniam hujusmodi arbitris parendum est propter compromissum non ex jurisdictione illis à jure tributa, cum solam notionem habeant, ut scribit Coras. in l. illicitas, §. ultimo, num. 5. ff. de offic. præf. ob quā notionem non sunt verè judices. quavis judicum loco habeantur, & interdum judices appellantur, l. qui neque, ff. de judic. quandoquidem 8 privatorum consensu tribui jurisdictione non potest, l. privatorum, C. de jurisdictione omn. jud. Menoch. de arbitr. quæſt. 2. num. 20. idcirco non metitur lex eodem modo, arbitrii, sicut judicis recusationem, sed longe minor causa sufficit ad repellendum arbitrum, quam ad recusandum judicem, & proinde valet argumentum affirmativè, quælibet causa sufficiens ad removendum judicem, à fortiori erit sufficiens ad removendum arbitrum, procuratorem, actorum notarium, & consultorem, non è contra, quia hujusmodi personæ ex levibus causis recusari possunt, cum alii ipsorum loco de facili subrogari possint, ut auctoritate Anchæ. confil. 263. subtiliter, & ad plenum, & Alex. in conf. 104. num. 4. lib. 5. tradit optimè Dec. in cap. postremo, num. 2. vers. sed tamen iſ. ud. de appell. sequitur Roland. conf. 31: in ultim. verbis, lib. 3. Maranta noster in Specul. part. 6. vers. & quandoque appellatur, causa 40. num. 73. post Panor. & Fran. quos citat & sequitur, ut receptam Milan. dec. Sicil. 15. num. 4. lib. 1. & etiam quia agitur de majore præjudicio coram arbitro, vel arbitratore, cum isti habeant latiores habendas, quam judex, ut tradit Surd. conf. 472. num. 21. & 23. in 4. ex quo illud sequitur, quod dum, de arbitrii, sive arbitratoris suspicione agitur, tam ad cognoscendum, si rete, quam si rite procedat in omnibus, juxta juris comm. dispositionem, non autem juxta rigorem nostrarum legum municipalium, erit decidenda, quæ de suspicionibus Officialium, non arbitrorum, inter quos longa est ratio differentiæ, loquuntur. Et quoniam 13 quatuor modis constat corrupti humanum judicium, amore scilicet odio, timore, & premio cap. quatuor modis 11. quæſt. 3. de primis duobus licebit differere, quæ ipsum judicem respiciunt, nec pars in his participat Menoch. de arbitr. centur. 4. cas. 343. num. 14. Et ut exordiar ab initio, ultrò se, & sponte obtulit ad preces Marie, quæ succubuerat in possessione, & persuasit Duci transactionem, ut semper ipsum arbitrum faceret, & proinde contra eum omnibus laborat suspicio, nam suspectus est, qui se ingerit l. quæ omnia, §. nec ferendus, ff. de procur. cum concord. per Mascard. conclus. 1364. num. 63. quod exornat etiam Surdus conf. 377. in fin. lib. 3. & se gessit per plures menses, ut mediator, & arbiter antequam ab Excellentiss. Prorege sibi licentia impari.

15 impartiaretur , & sic affectavit in se compromitti , unde justè recusatur *Aufr.de recus.causa* 57. *Moranta* post *Speculat.causa* 27. *num.60.* & utinam fuisse simplex zelus reducendi partes ad concordiam , quas potest Judex monere non autem nimis cogebat , juxta doctrin. *Alexan.* in 1. 1. 6. & post operis , *num.7. ff.de novi oper. nunc.* & tradita per *Aviles* in *cc.prator.cap.9.* *Gloss.commissos*. Sed postea compertum est , id factum esse opera Pauli de Oria , consanguinei adversariis , sub clypeo , & autoritate maximorum Principium ab Auria , quorum noster arbiter , non dicam subditus , quippe qui per senato-  
17 riam dignitatem exemptus esset , sed uti oriundus à Tursio , suffraganeus est ob relationem , quam habet ad fratres consanguineos , ad ortum , ad bona , ad familiares , & ad nonnulla alia , ac proindè eorum voluntati morem gerendo , & consequenter suspeitus in causa , *cap.accedens* 1. & 2. *ut lèce non contestata , Aufr.de recusat.cap.13.20.* & 22. proinde in omnibus , se nimis favorablem ostendit Maris quam le-  
18 gitimam esse causam suspicionis , constat ex *cap.cas- sam* , que & *cap.cum R.Canon.de offic.deleg.* *Parif.con- fil.31.n.92.lib.1.* *Navarr.* in *cap.cum contingat.cau- sa* 10. *n.5.de rescript.* & quia , ut optimè dicunt His- spani *obras son amores* , dicitur Judex nimis favere  
19 parti , cum nimis animosè procedit in præjudicium alterius , vel quis gravavit alteram partem in tali , & tali articulo . *Aufr.* in terminis *causa* 28. *vers.4.* dicit ve-  
re , quod hic utroque modo plures in gravissimis re- bus , nedum bona , sed honorem Ducis tangentibus , effectum est , & cum plures gravatus Dux in rebus arduis , coactus fuerit appellare , etiam per viam recursus ad Principem , ejusque supremum Collat. Consil. ubi justificatis causis gravatum , obtinuit , pravisa per arbitrum ipsum reformari , & revoca- ri , ipso , non ut Judice , sed ut parte , reclamante , & reluctante , non video , quae magis legitima causa considerari possit , cum de jure , Judex , à quo appella-  
20 tur in uno articulo , etiam nondicto aliter de grava- mine , possit in omnibus aliis causis , & articulis ab appellante revocari , *cap.ad bac* 6. & *cap.proposuit* 24. *de appell.* *Navarr.* in *cap.cum contingat* , in 10. *cau- sa* , *n.7. de rescript.* quod servari de stylo curiarum Francie , testis est idem *Aufrer.causa* 44. & 45. ubi in *vers.6.sic minima* , dicit id præsertim procedere , con- siderato animo Judicis , appellationem ad injuriam revocantis , quod hic maximè factum fuisse , exitus no- vi sequestri facti cum majori gravamine in ultionem appellationis , satis ostendit , & multa in hoc considerant *Decian.* *tract.crimin.lib.1.* *cap.25.n.61.* *Farinac.* in *praxi crim.* *como* 1. *part.2.de indit.* & *sorsur.* q. 49. *n.68.* & *cum appellatione* , & recursum , unitus fuit conquestus Ducis , qui regre tulit tot gravamina , & ob id maximè indignatus est noster arbiter , & lex non  
22 exigit odium , sed dicit sufficere causam odii , ut justè recusat Judex , ut iniamicus , nec curat , quod causa sit justa , vel injusta . *Alexand.* *conf.99.* *num.2.vol.1.Ce- pbul.* *conf.710.* *num.40.lib.5.* nec quod veniat ad notitiam Judicis , & etiam si is dissimulet , *Alex. conf.127.* *num.19.in 4.* *Milan.d.decis.15.n.20.* & 21. & fortius in casu nostro , ubi non dissimulavit , sed apes-  
23 tè prorupit , sui animi motum detegendo , & votum propalando , *Menob.centrr.5.* *cap.458.* *num.14.* & pugnavit pro sua jurisdictione , dicendo , non potuisse libi injugi , quod relationem faceret S. Excellen- tia , quae itidem justa est causa recusationis , *Baldus dec.259.* *Tepatus* in *tit.de recus.col.3.vers.ubi Judex , & in vers.Judex racusari.* Nec dicatur , aliquas ex

causis propositis non esse admittendas ex eo , quod postea Dux consenserit , procedendo coram dicto arbitro , & opponendo alias exceptiones , per quarum objectum videatur recusationi renunciaisse , & sic remaneat exclusus , tum ex Pragmaticis , tum etiam de jure communi , ex traditis à *Covarr.pract. c.26. n.2.* constat enim , ferè omnes causas propositas , superve-  
24 nisse de novo post assertum consensum , cum una tantum sufficeret , quo casu constat de jure , & etiam attentis Pragmaticis , legitimam esse recusationem , cum causa supervenit , etiam si Judex alias fuissest milles approbatus *Parif. conf.31.n.62.* juncto *nam.94.lib.1.* cum tamen credam , absolutum esse , ut dixi , ca- sum nostrum non comprehendendi , ullo modo sub dis- posit. Pragmat. & de jure certum est , nedum proponi posse , etiam post conclusionem in causa , id quod de  
25 novo supervenit , ex regul. *cap.infirmanse, de offic.de leg.* sed etiè causa præcedat quæ tamen post consensum præstitum supervenerit ad notitiam recusantis , poterit nihilominus , non obstante consensu , præsti- to hujs ignorantis juramento , Judicem recusare ,  
26 quod generale esse in omni exceptione , & præser- tim in recusatione , de communi , & recepta in praxi sententia , probat *Covarr. d.c.26.* post *nam.2. vers. quod si causa* , & in *vers.6.* & post *conclusum* , postre-  
mò accedat , quod cum hic noster arbiter fuerit me- diator transactionis , de cuius sensu , & intellectu ho- die agitur , sicut ex hoc repelleretur à testificando ,  
27 secundum communem , & receptam sentent. quod non admittatur , nisi utraque parte volente , nec suf- ficiat alteram tantum consentire , secundum *Gloss.in ver.ad numerationem* , in *§.in bis.* *Ausib.de instr.ca- st. & fide.* *Gloss.in cap.6.* *quod Episc.ver.mediator* 1. *q.1.* *Gloss.* *amic magna* , post priu. in *cap.dilectorum de tem- bib.cogend.* *Gloss.* in *c.Romana.* *ver. in testem de testi- bus.* *Alexan.conf.13.n.14.lib.1.* & *conf.128.in 2.Bar- sat.confil.320.* *num.109.in 3.* *quam esse magis comm.* *testantur Gayl.lib.1.pract. obseruat.* *cap.100.n.19.* *Sard.conf.327.* *n.44.lib.3.* *Mascord.* *de probat.* *con- clus.1040.1238.n.4.* & *1363.n.36.* *Gabr.de testibus,* *conclus.20* sic etiam mediator omnino , & facilis re- petti debet à judicando , quia plures reperiuntur , qui  
28 judicare possint , quam testificari , *Rebuff.de recus. art.14.* *Gloss.enica,n.44.* *Dec.in capcum speciali,n.6.*  
29 *de appell.* *Aufrer.de recus.causa* 16. *Parif.conf.31.* *num.93.lib.1.* *Surd.conf.50.* *num.21.in primo.* Media- tor autem , ut repellatur , dicitur , nedum proxeneta , qui mercedem consequitur , & solarium ex eo , in qua fuit mediator , sed etiam locum habebit in noua fa-  
30 lariato , & gratis operante , quia presumitur , quod affectet compleri id propter quod laboravit , & quod firmum remaneat , nec ei objiciatur , quod non cautè se habuerit , verba sunt *Gloss.* in *§.quomo- do vero.* in *Gloss.magn.vers.* *sed quid si practum,ausib.* *de testibus,* & aliis citatis firmat *Farinac.de testib.* *quest.60.* *itas.16.* *num.409.* & 410. qui de magis comm. ampliat etiam contractu perfecto , & etiam ,  
31 quod nullum speset commodum , & in specie in eo , qui sub amici nomine partes ad transactionem dedu-  
xit , ut repellatur , celebris est decisio *Anton.Fab.C.* *de testib.* *defis.56.* omnino videnda , nec in compro- missu facto in hunc arbitrum , fuit ipsi tributa , nisi exequatio capitum , jam media transactione clarè dif- ficitorum , & declaratio , voluntatis testatoria , non autem declaratio , quæ ex dubietate transactionis per ipsum factum oriri potuit , quam partes , nullo modo concederunt , ut de jure concessa censi non debet ,  
32 ne duplici ille fungeretur officio , Judicis scilicet , & te-  
K

& testis, quod fieri non debet. *I. quisquis, C. de postul.*  
*Panorm.* in specie in cap. cum à nobis. col. 3. vers. primo  
*cus,* ubi bona additio in ver. testimonii, & *Felin.* n. 6.  
*de testib.* idem *Felin.* in cap. dilectorum, n. 6. & n. 10.  
*ver.* sed istam, de testibus cogend. *Austr.* latè in addit.  
ad *Cappell.* *Tbolos.* decif. 141. n. 2. & in fin. ubi quod  
non admittatur, nec etiam declaratio, & maximè,  
ubi non ageretur de simplici declaratione obscuri-  
tatis, sed de nova interpretatione, cum illa nova sit  
dispositio potius, quam declaratio, ut per *Menoch.* de  
*arbitr.* c. 73. lib. 1. num. 23.

### Sequitur additio in eodem articulo.

**A**udio, Advocatos Marise Ravaucheræ tria allegare  
ad excludendam recusationem Consil. Palatii ar-  
bitri, judicio meo satis levia.

Primum, causas recusationis propositas per Du-  
cem confidere in gravaminibus illatis, ex quibus non  
consueverunt Judices recusari.

Secundum non esse de facili admittendam recusa-  
tionem arbitri à partibus electi, ad instar Judicis de-  
legati de consensu partium, ex not. in *I. quis poterat,*  
*ff. ad Trebell.* & in *I. Theopompos.* *ff. de dote prælegata.*

Tertium, causas recusationis allegatas fuisse post  
lapsum quadraginta dierum à R. Pragmat. statuto-  
rum.

Verum ad primum dicimus, quod quavis de ju-  
re Judex, à quo appellatur in una causa, vel articulo,  
34 possit legitimè recusari in aliis causis, vel articulis  
ipius appellantis, propter quia Judices, à quibus  
appellantur, solent provocari ex appellatione, & ma-  
xime ex recurso habito ad Principem per viam que-  
relæ, ut hic factum fuit, propter quam provocatio-  
nem solent Judices se velle ulcisci. *I. qui cum major,* §.  
*si libertus,* *ff. de oper. libert.* *I. in minoribus,* *C. de appell.*  
*I. fin.* *C. quando provoc. non est necesse,* & sunt sex. aper-  
ti in cap. od bac 6. & c. proposuit 24. ibi Judex tamen,  
& quo appellatur, quia illi omnino suspensus est, cum  
non debet ad respondendum super aliis compellere, de  
35 appellatione. & in arbitrio, quod ex recurso habito ad  
superiorem, contumelia, & injuria is afficiatur, est tex.  
in *I. litigatores* 11. ibi, qui si consumulam banc fece-  
rint, *ff. de arbitr.* *Gloss.* *fin.* *ver.* *coronat*, in c. ex tenore de  
rescip. *Austr.* de *recaſat.* *caſa* 44. *Nevarr.* in c. cum  
cenſingat, *caſa* 10. da *reſcript.* tamen non se fundat  
Dux solum in iphis gravaminibus, ante & post com-  
promissum illatis, & successivè continuatis, quæ de ju-  
36 re sufficere deberent, nam qualis fuerit animus in  
præcedentibus, colligitur ex postea gestis *Surd.* decif.  
307. n. 1. saltum in arbitrio, cum non simus in re-  
culacione Senatorum, in quibus ex particulari præ-  
minentia S. Cons. per eisdem Judices reclamatio ab  
ejus decretis, & sententias revideantur, cum nomine  
Regio sententiæ proferantur, à quibus non admitti-  
37 tur appellatio, sed tantum supplicari permittitur, jux-  
ta formam *arib.* *qua ſapplicatio,* *C. de precib.* *Imper.*  
*effer.* ut per *Dom. de Francis* decif. 528. in fine, cum  
38 & decreta M. Curia, tamethi Tribunalis inferioris,  
purgato gravamine per Senatorum, eidem Tribunalis  
remittantur, licet de jure communis contrarium effet  
ſervandum.

Verumtamen innititur Dom. Dux super iniquo  
animo Judicis, & modo procedendi, & sic suspicio  
non tantum fundatur super gravamine, sed super  
39 iniquo animo, qui in dubio, probato gravamine,

præsumi debet, quod ex malo animo processit, quia  
in male factis, præsumitur malus animus, & quod  
gravamen non re tantum, sed ex mente processit, ut  
his verbis docuit *Panorm.* in cap. ad bac 6. post n. 2.  
& num. 3. in fin. ubi juxta septimam lect. *Joann.* *Andr.*  
quam dicit comm. probat non requiri, quod ex  
mente procedat, sed quod de contrario non appa-  
40 ret, quod n. 4. ampliat procedere etiam de jure ci-  
vili, & optimè num. 5. vers. ego puto, ubi *Butr.* num. 2.  
subjicit hæc verba, jam enim factio ostendit, quod me  
non diligit, & sic suspectus est, de accusation. cap. in-  
quisionis, & fortius debet admitti in casu nostro ex  
41 animo, *Judicem* gravasse, quod ex conjecturis  
probari afferit *Imol.* in d. cap. ad bac in vers. sed fortè,  
ubi ante finem ita loquitur. *Ei idcō interim pendente*  
dubio videtur, quod appellans habeat *Judicem suspe-*  
*ctum,* cum ex jaris præſumptione al. quales iniuria vi-  
42 deatur illate; & maximè in gravibus negotiis, ubi fa-  
cilius admitti debet recusatio, quam in levibus, ut ex  
cap. ubi *periculum*, de election. in 6. probat *Panorm.*  
ubi plura in d. cap. proposuit, n. 5. vers. mibi videtur;  
43 præsumptam autem inimicitæ causam sufficere in  
Judice probant post alios *Milan.* dec. *Sicil.* 15. part. 1.  
*Reg. de Ponte* decif. 30. n. 4. etiam si illam *Judex igno-*  
*ret.* *Jas.* in *I. apertissimi,* n. 7. *C. de judic.* & etiam si ex  
signis ostendat amare, quem odiſſe causam habet Pa-  
44 vis de syndic. vers. *suspicio*, n. 5. & levem causam suf-  
45 ficere, fuisse judicatum refert *Mastrill.* decif. 151. n. 42. part. 2. unde fortius est admittenda recusatio in  
46 casu nostro, ubi ex tot signis malus animus depre-  
henditur, qui non nisi per conjecturas probari po-  
test, c. 2. de renunc. in 6. *Panorm.* in cap. repellatur, *num. 2.* de accusat.

Non obstat secundum, quod sit electus de conſen-  
47 tu partium, quia in pluribus scriptis est latè funda-  
tum arbitrum, & arbitratorum recusari posse, quos  
constat non nisi de consensu partium eligi, ex relatis  
à *Mastrill.* dec. 91. lib. 1. & nunc addo *Marcum Man-*  
*tuan singul.* 517. *Tepasum lib. 1. tit. de arbitr.* in fin.  
48 vers. arbitri & arbitratores, & ex satis leviori cauſa  
*Dec.* in c. postremo, n. 2. de appell. *Roland.* conf. 31. in fin.  
lib. 3. *Maranta* in vers. quandoque appellatur, cauſa  
49 40. n. 73. in suo *Speculo*, & maximè in calu nostro,  
ubi hic arbiter jure communi, & ex Pragmaticis  
non poterat procedere sine licentia Excell. Proregis,  
49 qui debet eam revocare, cum videt ex modo proce-  
dendi hunc arbitrum licentia ipsa abuti, tot gravami-  
na inferendo, debet enim intelligi rebus sic stantibus,  
ut ex *I. nullus.* *C. de judeis.* plura *Surd.* decif. 307. n. 7.  
50 & 9. & in terminis in approbat in uno officio,  
quod possit, & debeat reprobari, & removeri ab of-  
ficio ex supervenienti cauſa plura *Boerius* dec. 149.  
num. 17. 18. & 23.

Non obstat tertium, quod sint propositæ cauſæ  
post 40. dies præfixos à Pragmatica. Primò enim di-  
cimus, nos versari in recusatione arbitri, de quo non  
loquitur Pragmatica, & sic attendi debet jus com-  
51 mune, quo attento, suspicio emergens post ceptam  
cauſam potest quandocunque proponi usque ad sen-  
tentiam exclusivè, maximè quando proponens ju-  
rat de novo ad notitiam devenisse, ut hic factum est,  
latissimè *Mastrill.* d. decif. 151. num. 67. & 69.

Secundò, caput sequestri ex abrupto fact: quæ po-  
tissima cauſa est, fuit propositum etiam infrā quadra-  
ginta dies si Pragmatica effet attendenda, & nunc re-  
pertum est ex fide Actorum Magistri, facta D. Præ-  
fidi, Consil. Palatium in abscondito, sua manu scrip-  
tissime decretum sequestri in dorso litterarum missarū  
per

52 per Mariam, ubi de hoc, ipsum enixè rogavit, & injunxit Aectorum Magistro, ut nemini diceret visionem, res planè insolita, ex quo dolus, & machinatio manifesta detegitur, quæ plusquam judicis recusationem ex prudentia judicantium operari deberet. Novissimè dum dixi, non esse in compromisso comprehensa, nisi duo, exequitionem capitum clarè scilicet decisorum, & declarationem voluntatis testatoris in sui dispositionibus, & sic caput hoc omnium de quo hodie agitur, non esse comprehendens, rogo advertant domini non obstatere verba, quæ ponderat  
 53 Maria in dicto capitulo 3 siquidem verba præcedentia expressè determinata, declarant, & restringunt sequentia generalia non ita clara, l. legatorum petitiō, §. fin. ubi Bald. ff. de legat. 2. Anna allegat. 53. n. 28.

Mense Augusti 1614. S. Excellentia ejusque supremum Collaterale Consil. causam ad se advocavit, & in ea processit, excluso arbitro.

### S U M M A R I U M.

- 1 **A**Cio censetur proposita, cum sua causa, & cum exceptione, qua ipsi inest.
- 2 **E**xceptio, qua simul oritur cum ipsa actione, dicitur pariter privilegiata.
- 3 **D**ebitor promittens solvere, omni exceptione remota, potest opponere exceptionem ex eodem instrumento orientem.
- 4 **V**oluntas in amissione propriis iuris strictiis interpretatur, quam voluntas acquirendi in acquisitione.
- 5 **V**erba licet generalia, & universalia debent restri-gi ad causam, & finem, ob quæ proferantur, & ad causam superioris specificatam, n. 7.
- 6 **R**enunciatio, liberasse, & quietatio generalis, restringi debent, ad causam, & ad casum rem, & personam, de quibus partes senserant, n. 13.
- 8 **L**et si de certa, C. de transact. procedit, non solum in transactione, sed in pacto, de magis communis, & factiorum in.
- 9 **A**cceptatione, calculationibus, & computis, militare dispositionem d. i. si de certa, & ita iudicatur.
- 10 **V**erba, d' altro, vel etiam si dicuntur quocunque alio modo, in transactione, & pacto, restringenda sunt ad causam expressam.
- 11 **L**iberatio, seu quietatio ex causa societatis, etiam cum verbis amplissimis, non extenditur ultra societatem.
- 12 **A**ffertio præcedens restringitur in sequentibus verbis determinatis.
- 14 **R**estrictio fieri debet, etiam ubi ratiō recti sermonis non bene salvatur.
- 15 **V**erba generalia, effuso sermone probata in transactionibus, & conventionibus, op̄a sunt nocere, & ob id ab ipsis cōveniuntur.
- 16 **C**lausula in fine posita, quæ non stat de per se sed adjicitur modificative, non refertur ad omnia, sed ad proxima, & n. 17.
- 18 **C**ausis est agendum, ubi de majori domino agitur.
- 19 **T**atores, & administratores solent ultimo anno, & in fine administrationis compata revidere, dato & accepto referre.
- 20 **C**lausula non refertur ad omnia, sed ad proxima tantam, ubi adeſt diversitatis ratio, & n. 21.
- 22 **C**lausula refertur ad proxima tantam, ubi dispositio ex relatione ad omnia redideretur inutilis.
- 23 **V**erbum nullum in contractibus debet esse superfluum, & sine virtute aliquid operandi, etiam in proprio intelligendo.

- 24 **C**lausula, qualibet intelligi, & suppleri debet, praeterquam quoad expressa in specie in reservatione.
- 25 **R**epugnancia in verbis contractus excludenda.
- 26 **E**xceptio est ejusdem generis, cuius est regula.
- 27 **L**iberatio, vel quietatio generalis, non comprehendit reliqua, nec quidquid dolo apud administratorem remaneat, & n. 28. 29. 31.
- 30 **T**atior non censetur liberatus à restitutione bonorum, quæ jure dominii ad liberantem pertinent, nec à reliquat.
- 32 **T**atior non describendo in libris, videtur esse in do-lo, qui nunquam censetur remissus.
- 33 **Q**uietatio, sive liberatio quantumvis generalis, non comprehendit partitas in libro non descriptas, etiam si fiat mediante instrumento, cum juramento, & amplissimis clausulis, num. 34. decreto, & quibusvis castelis.
- 35 **R**emissio, sive quietatio, non visis libris, nulla & invalida redditur.

### A R G U M E N T U M.

**T**ransactio, quinim & quilibet liberatio, quietatio, vel remissio, etiam in acceptatione, calculationibus, & computis per viam pacti, & conventionis, restringendæ sunt ad causam, rem, & personam specificatas, de quibus partes senserunt; tametsi addiuncta sit dictio, d' altro, vel quocunque alio modo. Nec comprehendunt reliqua, nec etiam dolum præteritum, partitas jure dominii spectantes, & minùs, in libris non descriptas. Clausula in fine posita, quando referenda sit ad proxima tantam, non ad omnia, & ferè integra materia liberationis explicatur.

### Pro Duce Cardinalis nunc Principe Satriani.

#### CONTROVERSIA XL.

**P**Etente Dom. Maria Ravašcheria vigore declarationis factæ per Ducem Cardinalis in 6. capitulo transactionis; inter ipsos initæ super successionem Dom. Petri Francisci patrui, instantissimè cogi ipsum Ducem ad solvendum partitas confessas.

Cum ex eodem fonte, & contestu ejusdem capitulo transactionis oriatur exceptio Duci dum in illo cautum legitur, ut inspiciantur, & discutiantur libri, eo tempore adhuc non visi, nec cogniti, ex quibus de facili contingere potest, ut Dux non obstante declaratione prædicta, quam non impugnat, ex aliis causis remaneat, ut cum effectu remanet, creditor in maxima summa, præsertim stante expressa reservatione facta in beneficium ipsius Ducis: cadem Maria, proponendo suam actionem, censetur illam proponere cum omni sua causa, & consequenter cum ex optione ad Ducem spectante, quæ inest ipsi obligationi, Bal. in l. lecta, n. 21. ff. si cert. petat. Iafon in §. actionum, num. 128. In istis de action. censetur enim haec exceptio non minùs privilegiata quam actio, quæ simul oritur, etiam si quis promiserit solvere, omni exceptione remota; non enim dicitur excipiens venire contraria instrumentum, sed illius virtute dicitur facere contradictionem, Averdan. Canarius, Parlad. & alii relati per Cevall. traff. commen. opin. contra commun. cap. 536. num. 49. latissimè Carol. de Graff. de except. cap. 13. idcirco Marie, quæ hoc non potest effugere, pretendit Ducem

R 2 in

in eodem capitulo fecisse amplissimam, & generali quietationem, nec sibi reservasse, nisi partitas exactas per defunctum ab anno 1611. citra, non ante, idque ex illis verbis adjectis in fine reservatio-  
nis, ibi, *dal dicto anno 1611. in quā inclusivē, quæ præ-*  
*tendit, referenda esse ad omnia præcedentia, & sic*  
*nendum modicare, & restringere tempus descriptio-*  
*nis facienda in libris, sed etiam tempus exactio-*  
*nis: sed facile rejicitur hæc intelligentia, cum apertè re-*  
*pugnet, nendum menti, & intentioni contrahentium,*  
*præsertim Ducis, quem non est verisimile, voluisse*  
*jactare suū in tam maxima quantitate, sed clarissi-*  
*mis, & expressis verbis ipsius conventionis; siquidem in ammissione proprii juris strictius limitatur vo-*  
*luntas amittendi, quām ē contra voluntas acquiren-*  
*di in acquisitione, *Gloss. & ibi Bar. n. 4. in l. 1. ff. de ac-*  
*quir. bāred. Aretin. conf. 161. post n. 5. vers. ex bac*  
*ergo, *Guttier. de succelis. part. 3. cap. 20. ex n. 7.***

Hæc enim conventio tam clara est, ut alia interpre-  
tatione non egeat; in prima enim parte in vers.  
& pīl vado, usque ad versiculum *restando solo*, in quo  
adjicetur reservatio in beneficium Ducis, nihil aliud  
obtinere voluit Maria, nec Dux concedere, nisi ut  
nihil posset Dux obficere ex quavis causa dependenti  
tamen ex administratione tutelæ, licet pars minùs  
juste etiam aliam quamvis causam comprehendendi  
contendat, ut mox probabimus, quo minùs Dux in-  
ficiare posset, se non debere partitas confessas, cum  
benè sciret Maria plures exceptiones Ducis compe-  
tere penitus excludentes partitas predictas. In ver-  
siculo vero sequenti, voluit Dux sibi cavere, & cor-  
respectivè reservare partitas ad eum spectantes, ex  
suis bonis, exactas quounque tempore, & sic ante,  
vel post annum 1611. non descriptas in libris in cre-  
ditum Ducis à dicto anno, & tandem in vers. *e dal*  
*dicto anno 1611. in dietro*, contentus extitit Dux ex-  
tinguere computum administrationis scilicet tutelæ,  
de quo paulò ante incidenter mentionem fecerat,  
per totum tempus ante annum 1611. quoad parti-  
tas descriptas in creditum ipsius Ducis, à dicto anno  
1611. in præteritum.

Quod autem hic sit verus, & germanus hujus con-  
ventionis sensus, verba satis ostendunt, dum post-  
quam Dux declaravit, se debitorem partitorum ad-  
ditur, *alli quali si debbia stare, & non si possa oppose-*  
*re, &c. & sic patet, hæc verba fuisse incidenter ad*  
illum dumtaxat finem adiecta, ne ulla de causa  
posset Dux impugnare partitas, quarum se debito-  
rem declaraverat, & sic quoad hoc promisit nihil op-  
ponere, ex causa administrationis, vel alterius, ex ea-  
dem tamen administratione dependenti, ut sequen-  
tia verba indicant; unde satis operantur hæc verba,  
tam etiā generalia, si ad suam causam, & finem, ob-  
quem prolatæ sunt, restringantur, ut de renunciatio-  
ne, & liberatione generali, probat *Cord. Parif. conf.*  
*89. n. 45. lib. 1. Riminald. jnn. conf. 138. num. 63. lib. 1.*  
clarum est enim verba non solum generalia, sed  
universalia restringi ad rem, & causam supra specifi-  
catam, *l. si de certa. C. de transact. cuius dispositionem*  
*non solum procedere in transactione, quæ ad rem*  
*sigillatim in item deductam restringi debet, sed*  
*etiam in pacto, in quo generaliter solet generali-*  
*ter operari; magis communem esse opinionem*  
*contra *Gloss. ibi, ex multis ostendit Jaf. num. 5. Cart.**  
*Calcan. & Bellon, relati per *Surd. dec. 217. num. 6.**  
*ubi testatur in acceptilatione, calculationibus quo-*  
*que, & computis procedere, ex ita. in *Lemper. §.**  
*Lacius, ff. de past. addens in fine decisionis ita judi-*

catum *Morot. respons. 59. n. 1. Monach. de presumpt.*  
*lib. 4. cap. 164. num. 12. in fine, & ita loqui omnes DD.*  
etiam in contrarium citari solitos, testatur idem  
*Surd. conf. 431. num. 74. lib. 3. & quod verba illa, per*  
*ragione della administratione, d' altro, restringi de-*  
beant ad ea quæ sunt ejusdem generis, docet optimè  
*Olord. conf. 297. num. 5. ubi etiam si adjiciatur*  
*dicitio, vel alio, juncta universalis orationi scilicet.*  
*quocunque alio modo, adhuc restringi secundum sub-*  
*jectam materiam ad ea, quæ gestæ sunt occasione*  
*causæ expressæ, scilicet administrationis, non alterius,*  
*cui accedit; *Pansorm. conf. 114. num. 3. & 4. lib. 2. ubi**

*voluit, liberationem factam ex causa societatis, &*  
*quacunque ratione, causa, vel titulo, cum verbis*  
*amplissimis, non extendit ad ea, quæ sunt exerà socie-*  
*tatem, *Surd. d. decisi. 217. n. 4. & 5. quod indubie pro-**

*cedit in casu nostro, ubi hæc restrictio necessariò fit*  
*ex verbis sequentibus, ibi, ne opponeris, ob li pagamen-*  
*ti notati, &c.*

Nec obstat, quod Dux sibi reservaverit solum  
partitas exactas ab anno 1611. in ante, ex eo quod  
verba illa, *dal 1611. in quā*, velut clausula in fine  
posita, referatur ad omnia, & restringat præceden-  
tia clarissimè appareat, anni illius adjectionem  
non stare de per se, sed esse appendicem ultimorum  
verborum, quo casu clausula, etiam in fine posita,  
quæ non stat de per se, sed adjicetur per modum condi-  
tionis, vel alterius modificationis, sive qualifica-  
tivè, tunc refertur tantum ad proxima, & sic rema-  
nenit reservatae partitæ exactæ quandocunque, ante,  
vel post annum 1611. non ille tantum, quæ non sunt  
descriptæ in creditum ab anno 1611. *Bar. in specie,*  
*in l. 3. §. filius in sum. & num. 7. vers. sed quando*  
*in*

in una, ff. de liber. & posibum, & in l. talis scriptura, §. fin. n. 3. vers. quandoque in dispositione, ff. de legat. 1. Alexand. conf. 226. n. 9. lib. 6. ubi enim clausula est specialis, & discretiva, ut est hæc, non refertur ad 17 omnia, sed ad proxima, Jason. in d.l. talis scriptura, ff. de legat. 1. & in l. 1. ff. de liber. præter. in 9. limit. sequitur Simon. de Præt. de interpr. ult. vol. lib. 2. interpr. 3. dub. 2. solut. 1. & num. 185. Curt. jun. conf. 7. ex nra. 11. & melius omnibus Affl. decis. 248. num. 12. in fin. quem sequitur Menoch. de præsump. lib. 4. cap. 181. num. 22. & alii congesti per Castill. Hispan. tom. 2. quas id. controvers. cap. 4. num. 126. addo D. Casanote conf. 53. num. 72. Mouram alleg. 33. num. 2.

Secundò maxima adest ratio diversitatis, inter tempus exactiōis partitarum, & descriptionem in creditum; siquidem quoad tempus exactiōis, quod sint exactas ante, vel post annum 1611. nihil referre debet, cum omnes ad Ducem eodem jure spectent, ut suæ imò cum omnis exactio, sit facta ante annum 18 1611. præsumendum est, cautius egisse Ducem, ubi de majori summa agebatur, arg. cap. ubi periculum de elect. in 6. diversum est autem in descriptione in creditum. Primo, quia cum essent discutioni libri ab anno 1611. ad finem, ut videretur, si Dux erat debitor, vel creditor, pariter correspектив erat inspicendum, si partitas erant descriptas in creditum eodem tempore in beneficium Ducis. Secundo, quia quoad descriptionem in creditum ille annus tanquam ultimus administrationis tutelæ, quæ expiravit in principio anni 1612. erat inspicendum, in quo potuisset tutor describere in creditum pupilli, partitas quandocunque exactas verisimile enim erat imò debebat tutor, partitas, quas per totum tempus administrationis exegerat, & describere neglexerat, saltim in ultimo anno, quo tempore solent administratores computa revidere, data, & accepta referre describere in creditum pupilli, quod Duci damnum non attulisset, sicut maximum sibi allatum fuisset in remissione partitarum exactarum ab anno 1611. citra, & sic stante maxima diversitatis ratione, clausula hæc etiam si de per se staret, non debet referri ad præcedentia, sed ad proxima tantum, ut post Bald. & alios in l. 1. C. de liber. præter. tradit. Crovett. conf. ult. num. 14. lib. 2. Affl. optimè d. decis. 248. num. 12. cum enim ratio est diversa, 21 vel ex quavis causa ratio hoc suadet ad immediata tantum fit relatio, secundum Alexand. Felyn. utrumque Socin. Boer. & Guzad. quos refert Menoch. d. cap. 181. lib. 4. de præsumpt. 17. & 18. Tertiò clausula in fine posita, non refertur ad omnia præcedentia, sed ad proxima tantum, ubi dispositio ex tali relatione redderetur inutilis, l. cum vulgari, ubi Bar. ff. de doce præleg. idem in l. talis scriptura, §. & ad ea, & in §. fin. n. 3. vers. stem si ex hac ff. de legat. 1. communis per Gabriel. comm. opin. lib. 6. de clausul. cap. 9. num. 10. Menoch. datè de præsumpt. lib. 4. c. 181. num. 1. in 4. declar. unde si nulla potest præstendi per partem facta quietatio, nisi de partitis administrationis ante annum 1611. ut clare appetet in vers. & do detto anno 1611. in dietro, reservatio, quoad partitas exactas post annum 1611. si non comprehendere et partitas quandocunque exactas esset profus inutilis, unde ne reddatur omnino elusoria reservatio, hæc temporis adjectio debet referri, ut ratio quoque recti sermonis indicat, ad proxima tantum, & sic modificet descriptionem dum taxat partitarum in libris, non autem tempus exactiōis

partiarum, quæ cum nullo tempore sint limitatae; cedent in beneficium Ducis, et si exactas fuerint ante annum 1611. ut aliquid reservatio prædicta operetur, cum nullum verbum in contractibus debeat esse superfluum, imò potius verba sint intelligenda impropter, & contra ipsorum naturam, quam ut nihil operentur, juribus citatis à Sard. dec. 272. n. 35. & conf. 524. n. 14. cum similia ex quibus clarissimè quoque patet non obstat Duci ultima verba dicti c. 6. transactiōis in vers. & da detto anno 1611. in dietro, in quo Dux contentus remansit, quod ab anno 1611. retro, remaneret firma ratio administratiois scilic. tutelæ, de qua paulo ante incidenter mentionem fecerat, quia cum expressè prius sibi reservaverit partitas exactas quandocumque, ut pernecesse intelligi debet de partitis, non descriptis tamen in creditum ipsius ab anno 1611. in antea; hæc clausula subsequens, nec contineat repugnantia, intelligitur, præterquam quoad expressè, & specificè incontinenti reservata, ut in puncto in reservatio, docuit Iscr. in cap. 1. post num. 9. ubi additio Lipar. littera Q. in vers. in eo quod concessit, omnes cumulat, qui success. teneant. Bald. Socin. Dec. & alii relati per D. Reg. de Ponte conf. 15. num. 7. & 8. necessaria enim dicitur hæc interpretatio, nè verba contractus repugnantiam contineant Bar. in l. fin. §. idem quæsi. um. n. 4. ff. de condit. indeb. cum aliis per Lipar. ubi supra, & ex eadem reservatione aliud etiam oritur, ut tametsi verba illa proxima ante di- Etiam reservationem, ibi, & non si possa opponere nef- fusa pretensione, &c. per ragione dell' administrazione 26 d' altro, debere id intelligi, ut Maria prætendit, de alia quavis etiam diversa re ab administratione, cuius contrarium est verius, ut supra, adhuc tamen reservatio mox adiecta omnia etiam extra administrationem reservasset Duci, cum exceptio sit ejusdem generis, cuius est regula, l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de fériis, Iscr. in terminis in d. cap. 1. post num. 5. qui success. teneantur.

Ultimo, si pars non acquiescit huic intelligentiæ, justissimè poterit Dux prætendere, quod licet remitterit, & liberaverit, sive quietationem fecerit, non 27 prop' era prohibetur reliqua petere, & etiam quicquid est dolo administratoris apud ipsam remanet, ut probatur aperè in l. si quis ratione 10. ff. de liber. legat.: bi. Si quis rationes exigere veteratur (ut est sa- pissimè rescriptum) non impeditur reliquias exigere, quas quis ipse reliquavit, & si quid dolo fecerit, quæ rationes gerit, quod tempestat, nisi dannetur hæres quidquid ab eo exigetur restituere, vel actionem ei remittere, quæ tex. G. libi. & Bar. in specie dicunt procedere in administratione præterita, ad idem tex. in l. Lucius 13. in l. Aurelio 21. §. Caius, ubi Bart. n. 6. 28 ver. dicerem sic, eod. tit. tradit etiam in generali liberatione facta in contractu inter vivos, non videri remissum dolum præteritum, nec etiam reliqua, cum ei, qui remisit ab. it, & penè eumq; cui remittitur, adest idem in l. Aurelius 29. §. Titius, ff. eadem, & utrobique Bart. quem testatur Covarr. omnes DD. lequi varia- ram resolut. lib. 2. cap. 14. post num. 1. vers. postremo, & vers. hoc insum sequitur dicens commun. & re- ceptiss. sentent. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 165. n. 27. vers. quartus casus, ubi amplius tradit, quod 29 sicut in generali liberatione non videtur remissus dolus, etiam præteritus, nec liberatus tutor a resti- tutione rerum, quæ jure dominii ad liberantem pertinent, & à tutori debentur tanquam extraneo, non ut tutori, ex l. Aurelius 29. §. merita, ff. codera tit.

ita quoque non censetur liberatus à reliquatu, sive reliquorum restituzione, ut latè per eum in 2. 3. & 4. conf. n. 10. 12. & 17. parificans optimè hos casus, quem sequitur *Confil. de Aenea conf. 115. n. 25.* & 35. ubi optimè reassumit, distinguendo tres casus *Munoz de Escob. d. tract. de ratiocinat. cap. 3. num. 18.* in 2. regula.

Et ratio multiplex est, tum quia satis est, quod in 31 generali quietatione censeatur tutor, vel ejus hæres liberatus à lata, levi culpa, negligenter gestis, & ab aliis, ad quæ tutor tenetur non autem à reliquis, *Socin. conf. 92. num. 7. lib. 4. Dec. conf. 274. num. 4. Gratius conf. 23. num. 9. lib. 1.* cum aliis congestis per *Gutierrez de tutelis lib. 3. cap. 1. num. 32. Montan. eod. tract. 32 cap. 38. num. 26.* tum etiam quia tutor exigendo, & non describendo in libris versatur in dolo, & fraude, *Socin. conf. 159. lib. 2. Jason. conf. 4. lib. 3. Farinac. late conf. 96. n. 5.* & 17. qui dolus nunquam censetur remissus, *Dec. conf. 178.* ubi additio dicit commun. *Montan. ubi supra, num. 36. Menoch. conf. 22. num. 16.* latè 33 *Reusnerius conf. 11. lib. 2. num. 49.* & proinde quietatio, quamvis generalis, nunquam comprehendit partitas in libra non descriptas, ut per *Socin. d. conf. 159.* & 190. lib. 2. *Paris. conf. 9. lib. 1. Thobie. Nomine conf. 63. num. 2. Roland. conf. 49. num. 25. lib. 1. Farinac. d. conf. 96. num. 3.* & 4. ubi addit hoc procedere, etiam si quietatio sit facta per publicum instrumentum, cum juramento ex certa scientia, plures verbis, & facto ratificata, in amplissima forma, cum prægnantibus verbis, cum pacto, transactione, laudo, seu compromisso de non contraveniendo, cum Judicis decreto, & cum assertione, quod comparta fuerunt bene visa, diligenter examinata, firmata, & sub quibusvis aliis similibus clausulis, & cautelis, & sic ex fortius in casu presenti, ubi cognit, penitus fuisse viros libros, quo casu nulla, & invalida redditur liberatio, ut per *DD. congestos per Montan. d. loco, a. 141.* & *Farin. ibidem n. 79.* optimè Gutierrez post *Avend. de jure. confirm. par. 1. cap. 40. n. 10. Munoz de ratiocin. cap. 10. num. 6.* & 16. & sic licet in persona tutoris, de qua agitur omnem dolum, & fraudem abesse omnino fateamur, ut in quo umbra, nec suspicio quelibet, etiam levissima considerari possit, erit tamen à pretensi per adversarium vafra transactionis interpretatione relevandus Dux, prefettim qui nimis callide, & per notas infidias, metu earceris inductus fuit ad hanc transactionem; ex quo saltim Supremi Magistratus, nedium clara, sed dubia quoque in ipsius decepti favorem interpretare debent.

Supradictis autem de clausula in fine posita, addendus est *Curt. jun. conf. 7.* videtur prima consider. lib. 1. & ita, &c. die 29. Novemb. 1614.

Decisio supremi Collateralis Consilii in calce sequentis capitis,

### S V M M A R I U M.

- 1 **R**etentio differt à compensatione, & in quo, n. 2. & facilius conceditur, n. 3.
- 4 **A**ctio, & exceptio orienter ex eodem fonte sunt pariformis naturæ, & admittitur exceptio, etiam si statuta qualibet exceptio sit remota, n. 6. & 7.
- 5 **A**ctor proponens actionem, censetur illam proponere cum sua causa.
- 8 **E**xequatio pro partitis liquidatis connexis in liquidatione comparatorum fieri non debet, nisi disparsitis,

& liquidaris integris rationibus, & habita ratione dati, & accepti, etiam si sunt clara, liquida, & confessæ, n. 9.

- 10 **C**ompensatio non admittitur de liquido ad liquidum, declaratur, & restringitur pluribus modis, n. 11. 12. 17. 18. & 20.
- 13 **C**ompensatio non admittitur adversus debitum juramento firmatum, limitatur si jus opponendi superveniat post promissionem juramatam, n. 14. & 15.
- 16 **J**uri compensandi supervenienti post promissionem de solvendo cum juramento, de quo debitor jurans non habebat distinctam notitiam, nec scripturas, non censetur renunciarum.
- 18 **C**lausula, sola facti veritate inspecta, suadet, admittendam esse compensationem.
- 19 **V**inculum duplex pacti, & statuti fortius opera eur.
- 21 **C**ompensatio fit de quantitate ad quantitatem, non de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, secus in retentione, qua admittitur omni casu, n. 22.
- 23 **R**etentio conceditur, etiam ubi juramento excludatur compensatio.

### A R G U M E N T U M.

**E**xequatio in liquidatione rationum in partitis connexis fieri non debet, nisi facta integrali liquidatione, & discussis invicem partitis, & computis datis, & acceptis. Compensatio quando admittatur adversus debitum juramento firmatum, & quomodo differat à retentione, & utrum fieri possit de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, distinctè examinatur.

**P**ro eodem Domino Duce Cardinali cum D. Maria, super admittenda compensatione, vel saltim retentione.

### C O N T R O V E R S I A X L I.

**D**ominus Dux Cardinalis legitimè, & justissimè opponit D. Marie Ravacherie petenti, quod faciat depositum ann. ducat. decem mille, ad quorum solutionem se obligavit in instrumento transactionis, posse dictam quantitatem perenni debitam retinere in computum partitum, quas sibi in eodem instrumento transactionis reservavit, quæ vel sunt liquidæ, vel de proximo liquidandæ, nec opus habet, ut obtineat allegare exceptionem compensationis, in praesenti casu, quæ non est sibi necessaria, cum possit, & valeat, virtute reservationis orientis ex eodem fonte, & contractu, retinere, quamvis, & compensatione quoque uti posset, si vellent non obstantibus mouvis ex adverso, quæ nec in facto, nec in iure militant: retentio enim differt à compensatione, compensatio namque est debiti, & crediti inter se ex utraque parte contributio, l. 1. ubi *Gloss. & DD. ff. de compens.* & sic in quolibet debito, etiam ex diversa causa in eodem tamen genere, scilicet quantitatib, vel rerum, quæ recipiunt functionem in genere suo compensatio admittitur, *Mynsing. in s. in bona fide, instit. de action. Sebast. Medic. de compens. in 1. 2. & 5. q. 1. par.* retentio vero est, quæ procedit ex eodem fonte, & causa non ex diversa, & ideo fortiori ratione conceditur, ad tradita per *Bart.* in l. si non fortiorum,

fortem, §. si centum, n. 8. ubi Bald. in fin. *Castrens*. n. 5.  
 \* ff. de condit. indeb. *Gloss*. ubi *Castrens*. n. 3. in l. si peten-  
 3 ti, ff. de pignor. action. cum aliis per Sard. decis. 46.  
 n. 12. & ob id etiam, ubi non habet locum compensa-  
 tio, competit retentio *Gloss*. in l. grege, §. cum pignori,  
 ver. compensatum. ff. de pignor. & ideo faciliter admittitur  
 retentio, quam compensatio, Petrus Stella in  
 l. repetitio, num. 48. ff. de condit. indebit. *Sebastian*.  
*Medices* dicto tract. part. 2. quæst. 28. num. 5. Et ratio  
 4 est, quia quando ex eodem contractu venit actio par-  
 riter, & exceptio, si est quarentigata actio par-  
 ter, & exceptio, neque is, qui ex instrumento ipso  
 5 opponit nullo modo judicari debet adversus instru-  
 mentum ire Bald. in l. ex prædictis, C. de evit. in l. si  
 traditio, C. de actiun. empti, & cum actor proponit  
 suam actionem, censetur eam proponere cum omni  
 sua causa, & consequenter cum exceptione reserva-  
 tionis, que inest ipsi obligationi, & proinde actor ip-  
 6 scilicet dicitur se ipsum excludere Bart. in l. letta,  
 num. 21. ff. si cert. pet. Jaf. in §. actionem, num. 128. de  
 actionib. & quando actio, & exceptio, oriuntur ex  
 eodem fonte, admittendam esse exceptionem, et si  
 magis pacto, aut statuto omnis exceptio sit sublata,  
 excandescensque Bal. in adversarios, subjunxit, as isti  
 diaboli suo modo blasphemum interpretantur, quod latius  
 7 comprobant post *Anthon. Camer. Marfil. Avendan. Padill. & alios, Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 11. n. 27. cert. mibi* 538. & aliis quoque con-  
 gestis *Cavallos* tract. commun. contra coram. cap. 536.  
 n. 48. O. 49. & in promissione de solvendo, etiam ju-  
 ramento firmata etiam si promisisset solvere, omni  
 exceptione remota, quinimodo ut *Judex* teneatur  
 supplere hanc exceptionem ex officio, *Carol. de*  
 8 *Graff. de except. cap. 13*. Et in specie, quod cum ra-  
 ziones debiti, & crediti sunt connexæ inter socios  
 litis consortes, vel aliter pacientes, aut transigen-  
 tes, quod non possit, facta liquidatione accepti, vel  
 ex instrumentis quarentigis, & liquidis, vel unius ex  
 partibus confessione, fieri ullo modo exequutio,  
 etiam pro partitis accepti liquidis, & confessis ante-  
 quam discutiantur partite deti, & crediti, ex qui-  
 bus debitum liquidum extingui, vel diminui potest,  
 latè *Anchar. conf. 235. Alexand. conf. 192. per totum, lib. 7. Jaf. conf. 100. lib. 4. Negaf. de pignor. memb. 1. 5. partis, Cravest. conf. 231. n. 16. vers. undecimo* conser-  
 dero, juncto n. 17. *Avend. de exequend. mandat. Bac-za. de decima eti or cap. 2. num. 169.* ubi quod interim  
 9 quod expensi, sive alterius crediti ratio non recipitur,  
 non possunt capitula accepti, quantumcunque clara,  
 liquida quarentigia, & confessæ exequutioni, deman-  
 dari, cum sint adeò in scriptura connexa, ut nun-  
 quam prejudicet confessio accepti, nisi videatur ex-  
 pensum, quam opin. veriore, & tertiorem, & in *Pi-*  
 10 *sitione Hispanico Senior* frequentissime decisionibus  
 comprobata, resolutis contrariis, optimè & latè  
 probat *Munoz de Ratiocin. cap. 21. ex num. 12. ubi*  
 generaliter loquitur, & resolvendo illud vulg. axio-  
 ma, quod de liquido ad illiquidum non admittitur  
 11 compensatio ex l. fin. C. de compens. in quo totum  
 fundamentum constituant adversarii, dicit, & qui-  
 dem optimè, illum sext. debere intelligi, quando cre-  
 ditum, & debitum descendunt ex diversis, & sepa-  
 ratiss stationibus, secus tamen esset, si ex eodem con-  
 tractu, & qui individuam connexam, & correspondi-  
 vam causam habet, descendere, ut sumus in casu no-  
 stro ex causa hereditatis quondam *Petri Francisci*, ex  
 qua credita, & debita etiam tutelæ descendunt, & ex  
 eodem contractu transactionis, ubi ista jam sunt

etiam ex individuo voluntatis contrahentium con-  
 nexa, & unita, arg. leg. grecæ, §. si quis, ff. de fidejus. Sed & aliter, & secundo modo declaratur vulgaris  
 12 prædicta reg. de qua in l. fin. C. de compens. ut intelligi-  
 gatur in debito liquido per testes, vel alias proba-  
 tiones, secus in debito liquido per confessionem  
 partis, quia tunc etiam de liquido ad illiquidum  
 compensatio admittitur, ut per *Gloss*. in d. l. fin. vers.  
 conjuncta, & in l. nemo ex his, ff. de regul. jur. *Socis*.  
 tract. regul. cap. 22. vers. compensatio *Veronens*. cap.  
 13. 8. 3. licet his non sit opus, cum nos de refutatione  
 & retentione agamus, non de compensatione: Medi-  
 ces d. tract. 2. part. quæst. 24. num. 3. & part. 1. quæst. 13.  
 num. 3. in fine, & 4. sed & si in terminis compensa-  
 tionis versaremur compensatio admitti deberet in  
 14 presenti casu sine dubio, etiam admissa opin. *Canoni-*  
*sist. negativa*, quod adversus debitum juramento fir-  
 matum non admittatur compensatio, de qua in c. ad  
 nostram, de jurejurand.

Primo, quia opin. *Canonist. negativa* declaratur  
 procedere, quotiescumque, qui juravit soluere credi-  
 tori suo, ipse erat in alia manu creditor certus sui cre-  
 ditoris, & debita erant hincinde prompta, & com-  
 pensabilia, tunc enim videtur se obligasse ad non  
 15 compensandum, secus verò si jus opponendi super-  
 venisset post promissionem juratam quia juramentum  
 debet intelligi, alio non apparente, & rebus, sic stan-  
 tibus, & proinde jure debet admitti opin. Bart. & alio-  
 rum affirmativa in l. amplius non pusi, num. 8. ff. rem  
 recambaberis, ut post *Pavor. & Tindar. opinion. contr.*  
 conciliates, resolvit *Affit. noster decis. 381. num. 3.*  
 vers. & ad hoc bene facit.

15 Et quod jus compensandi superveniens post pro-  
 missiōnem juratam, prosit ad inducendam compen-  
 sationem, post *Socis. Paris. Anson. Galles*. & alios  
 probat *Vivius* tomo 1. opin. cap. 115. vers. promissione  
 soluere, & post *Cottam modern. Veccon. Sylvan.* &  
 alios, latissime *Ossib. decis. 92. num. 34.* ubi num. 35.  
 dicit quod proinde *Senatus* lequens squitatem, se-  
 quendo *Bart. opin. censuit* hoc casu, capitula con-  
 cernentia compensationem, que supervenit post ju-  
 ramentum infra breve tempus, etiam ad prebatio-  
 nem admittenda, non obstante d. l. fin. C. de compens.  
 cum paria sint esse liquida, vel de proximo liqui-  
 danda, & sequitur *Medices* tract. part. 1. quæst. 25.  
 num. 21. cum sequent. & latissime melius omnibus  
*Gutierrez de juram. confir. part. 3. cap. 2. num. 7. vers.*  
 retinea igitur sapientia, & cum mysterio ponderant  
 præd. D.D. tunc excludi solum compensationem,  
 quando credita sunt hincinde, tempore promissio-  
 nis jurare compensabilia, & sic prompta, certa, &  
 liquida, secus si jus compensandi, ut *Gutierrez* adver-  
 tenter loquitur, superveniat, quia eti creditum  
 16 jurantis, sive factum, ex quo creditum dependet,  
 præcedat, si tamen eo tempore illius non habuerit  
 distinctam notitiam, nec scripturas illum fundantes,  
 non dicunt præcedere creditum hincinde certum,  
 promptum, & compensabile, & proinde non video-  
 tur juri compensandi renunciatum, ut in præsenti  
 casu certum est, D. Ducoen tempore transactionis  
 non habuisse notitiam, nec ipsi suffisse facultatem  
 concessam præscrutandi libros, & scripturas, ex qui-  
 bus partitis in ipsius beneficium colligi, & fundari  
 poterant, & proinde ipsius creditum non erat tunc  
 compensabile, sed ex post facto devenerunt ad noti-  
 tiam partitis ex libriss postea visis: & ne deficiat au-  
 thoritas in puncto, quod si creditor non habebat,  
 tunc temporis notitiam, quod admittenda sit com-  
 pensatio,

pensatio, ex quo non intervenit requisitum, quod credita dici possint hincinde compensabilia, in specie advertit Capyc.d.decis.167. post n.5.in fin.vers.tamen non babebant.

Secundò limitatur opinio Canonist.negativa, ut ad 17 mittatur compensatio etiam de debito illiquidio ad 18 versùs debitum juratum, ubi proceditur, sola facti veritate inspecta, prout in patria Pedemontium, ubi ex his duabus limitatione, hanc opin. usu rerum judicatarum, admissam testatur Osasch. d.dec.92.num.25. & 36. post Gratam, Paris. & alios, quos refert Gabriel.de jurejur.concl.7.n.12.vers. quinto limita, unde 19 cum hic, nedum ex regni legibus, sed ex particulari pacto in hac eadem transactiōne specialiter in ito, in hac causa, quæ ob id prius fuit compromissa in Cons. Palatium & deinde ob illius recusationem, ad supremum Senatum Collateralem ex speciali ordine S.Excellentia fuit advocata, sit ex bono, & æquo, ac 20 summarie procedendum, ed sortius compensatio erit admittenda; cum concurrat duplex vinculum pacti cum dispositione statutorum, quod casu fortius operantur.

Tertiò limitatur opin. negativa, si debitum, quod opponitur in vim compensationis, pariter fuerit juratum, tunc admittitur compensatio, & ratio est, quia Canonist.loquuntur in compensatione debiti non iurati adversus debitum juratum, secus si pro utroque debito sit juratum, ut advertit Vivius, dict. I. tomo cap.114. ver. compensatio, num.3. sequitur in specie Osasch.decis.92. post n.35. vers. aliam etiam, sequitur Medices d. tract. part. I. quæst.25. num.26. vers. quarto, aut quod, Gutierrez de jurement. confirm.d. part.3.c.6.in fin. Nec oberit si dicatur, non posse fieri 21 compensatioem, cum credita non sint invicem compensabilia ex quo compensatio sit de quantitate ad quantitatem, non de specie ad quantitatem, vel de specie ad speciem, unde cum pecunia debita per Ducem stare debeat, subjecto vinculo majoratus erecti per Petrum Franciscum, & creditum Ducis dependens ex rationibus tutelæ hereditatis quond. Jo:Ambrosii patris Ducis, patiter sit subjectum vineculo fideicommissi, dispositi per ipsum Joannem Ambrosium Ducis parentem, non videtur posse admitti compensationem.

Primò enim negatur, aliquod adesse fideicommissum, vel vinculum injunctum in casu, qui evenit, quod in dubio inductum non presumitur, & sententia esset necessaria, quæ id declararet, sed et si aliquod vinculum adesset, non ideo minus partitæ invicem debitæ desinenter consistere in quantitate pecuniarum, quæ functionem, recipere possent in genere suo, ut adversarius non benè negat. Nec agitur, ut objecto compensationis omnino credita invicem debita extinguantur in damnum vocatorum, sed ut dum taxat exequutio ad instantiam Mariæ differatur donec liquidentur partitæ in beneficium Ducis, ut ipsis declaratis, deinde res invicem in tutto ponantur, prout justum decernere visum fuerit. Et tandem et si mutua credita occasione vinculi, si adesset, ex debitis in quantitate, converterentur in debita speciei, ut pars effingit, adhuc cum versemur in retentione, quæ oritur ex eodem fonte, non in compensatione, retentio conceditur etiam inter species, sive in specialibus, l.si in area, ff. de condit. indeb. compensatio autem in quantitate vel in genere, l.si convenerit, ff. de pignor. action. Tindar. de compens. art.6.num.46. Medices eodem tract. part.2. c.28.n.5. 22 cart. mibi 250. quam retentionem concedi etiam

ubi per juramentum, vel aliud impedimentum, excluditur compensatio, docuerunt Corn. conf.61.vers. nec refragatur si quispiam, lib.3.Socin.conf.143.vers. sed posito, quod ita esset lib.1.Paris.conf.100. n.35. & seq.vers. quæ retentio, lib.2. Cravett.conf.148.vers. modo ex iuribus, ita ut quocunque pars se vertat, compensationem, aut retentionem interim excludere non valeat ita ex tempore mense Junii 1616.

Fuit hæc controversia inclusa in transactione supra in præced. relata.

### S U M M A R I U M.

- 1 E Xceptio est ejusdem generis, cuius est regula: Attus simul facti, dicuntur correspondivi, & unus, alterius contemplatione gestus.
- 2 3 Mens contrabentium, & sensus contractus, colligitur ex toto contextu conventionis simul unito.
- 4 Clausula, & pacta in medio posita, ex superioribus, & inferioribus, declarantur.
- 5 Artio censetur proposita, cum sua exceptione, & causa illi cibarenti.
- 6 Excepio aquæ privilegiata censetur, sicut actio, quando simul cum actione oritur.
- 7 Articuli juris controversi, in praesenti causa propnuntur.
- 8 Instrumentum stipulatum inter partes pro executione præcedentis tractatus, & conventionis, dicitur idem contractus, quamvis addantur clausulae, quæ solent apponi de Stylo Notariorum.
- 9 Transactionis vis, atque effectus regulatur à specifica enumeratione litium, & causarum facta in principio contractus, & num.11.
- 10 Proæmium declarat causam finalem, & mentem contrabentium.
- 11 Verba quæcunque generalia, universalia, & generalia transactionis, restringuntur ad specificata, & num.17.
- 12 Quietatio, sive liberatio facta ex una causa non porrigitur ad novas species, præsertim de novo reperatas, & non comprehensas in libris rationum, & num.15. & 19.
- 13 L. si de certa, C. de transact. procedit, nedum in transactione, sed in pacto, & conventione de communè sententia.
- 14 Clausula, quæ solet adjici à Notariis, devenisse partes ad transactionem conventionem, & pactum, ad maiorem cautelam est inventa.
- 15 Dicitur, sed clausula generalis, restringitur per rationem, finem, & causam.
- 16 Dicitio, d'altro, in materia quietationis, & remissionis restringitur.
- 17 Liberatio, & quietatio, ut sic generalis, & universalis, & omnia comprehendat, quibus sit concipienda verbis, & num.18.
- 18 Transactionis generalis cum generalissima liberatione, etiam si ratio recti sermonis non patiatur, adhuc est restringenda, ne menti contrabentium contradicat, & num.21.
- 19 Quietatio sive liberatio generalis non comprehendit restitucionem reliquorum; etiam si administrator liberetur ab actione tutela, num.23.
- 20 Clausula in instrumentis quietationum, remissionum, & renunciationum, censentur apposita de stylo Notariorum.
- 21 Renunciationes, sive remissiones sunt restringenda, & illa est sumenda interpretatio, qua remissionis, præ-

- : *præsumptio evitetur, & potius error, & fatuitas, quād remissio, præsumenda.*
26. *Clausula renunciationum minus vocent, cām apponuntur post promissum, & præfationes; imo tunc censent adjecta contra voluntatem contrahentium.*
27. *Clausula huiusmodi non obsunt, nisi probeniant scienter, & consilid adiecta in renunciatione.*
28. *Clausula prædicta, quoniam sit verum, censeri adiecta de mente contrahentium, restringantur in his, que pertinent ad exequationem, firmitatem, & declarationem, secus in his, que disponuntur, vel novum effectum producent.*
29. *Clausula non adiecta in protocollo, non potest per Notarium describi instrumento extenso.*
30. *Clausula non apposita in primo instrumento, descripta tamen in posteriori, eadem cum primo; censetur contra mentem contrahentium.*
31. *Clausula acceptilationis, videatur potius apposita ad solemnizandum actum, quād quod verum sit, quod in illa contineatur.*
32. *Transaktionis causa cessante, cessat transactio.*
33. *Ratio eadem, omnes casus complectuntur.*
34. *Reservatio, ne reddatur iuris, omnem casum comprehendit.*
35. *Clausula in calce orationis posita, ad proximiora restringitur, nō sū inutilis.*
36. *Bona, & iura propriæ competentia iure domini, non includuntur in generali renunciatione, quietatione, & remissione.*
37. *Actione remissa, utrum censeatur facta liberatio, etiam à dolor gestis, & n. 43.*
38. *Liberatio, sicut sive visus, quād in ultima voluntate non comprehendit dolum præteritum, ubi liberans est in danno, & quid in dolo præsumpto, n. 40.*
39. *Remissio qualibet, et si generalis, debet restringi, ut civilem, & iustam recipiat intellectum, & dolos excludatur.*
41. *Dolos futuros, neque in specie, expressis verbis, remitti possunt.*
42. *Actione totalē remissa, quando reliqua remissa videantur, probatur generaliter opinio negativa.*
44. *Verba dubia contra stipulacionem, ut minus obligent promissorum.*
45. *Lafio insurgens ex transactione, facit, ut illa interpretetur in favorem lafii.*
46. *Transactio, sive rationum redditio, non vixit libris, est nulla præferendum cum ad libros se remiserant transfigentes, & ex libris potest apparere veritas.*
47. *Aequitas, & veritas, potissimum in Principiis Supremi Concilio, attendi debent.*

## A R G U M E N T U M.

In eadem controversia coram Supremo Collaterali Consilio, de vero sensu, & intelligentia transactionis, & liberationis, desamenda ex tractatu, & conventione præcedenti, potius quam ex clausulis adiectis in instrumento celebrato in exequationem primi contractus, & ex integro contextu ipsius simul juncto, & de intellectu, & vigore clausularum, transactionum, liberationum, de remissione actionis, & simili, quando censeantur adiecta de stylo, præter, aut contra voluntatem contrahentium, & quando ex earum mente consilid, & deliberata, & quomodo id dignoscatur, & quanti, quoad effectum interficit inter utrumque casum. Quando censeantur remissa reliqua, & dolus præteritus, vel præsumptus cum fu-

turnus nec remitti possit, & alia plura ad intelligendam contractum, & clausularum.

## Pro eodem Dom. Duce Cardinalis, Satriani Principe.

## C O N T R O V E R S I A XLII.

**D**uos articulos proponit Dom. Maria Ravischeria in sua exceptione. Primo, quietationem, sive liberationem in transactione contentam fuisse generalissimam, & ob id comprehendere omnes, & quascunque summas, & partitas, etiam extra causam administrationis tutelas; secundo reservationem, in beneficium Ducis adiectam, continere dumtaxat partitas exactas ab anno 1611. & in libris non descriptas, non autem exactas ante annum prædictum, quas contendit in distincte fuisse remissas; quemvis non fuerint in libris descriptas.

Primus autem articulus, tam longo verborum, & motivorum apparatu exaggeratus, parvum, aut nihil facit ad causam: siquidem parvum refert disputare, an afflata quietatio comprehendat omnes, & quascunque causas, & partitas, etiam non pertinentes ad successionem, & tutela administrationem, sed alias quascunque res, etiam diversas, quandoquidem, & si hoc verum esset (cujus contrarium mox probabimus;) adhuc tamen reservatio in medio contextus capituli, adiecta, quae quietationi ineft, & omnia in dicto capitulo contenta, informat, declarat, & restringit individuo voluntatis, pariter Duci referre: omnia, etiam extra causam administrationis, i. cum exceptio sit ejusdem generis, cuius est regula l. 1. §. sed exceptionar, ff. de servit, lser. in terminis reservationis, in cap. 1. post num. 5. qui successereant. Cravell. conf. 214. num. 7. Reg. de Ponce conf. 15. n. 7. & 8. Everard. loco ab exceptione ad regulat. num. 9. & 10. non enim aliter Dux quietasset, nisi refereret, & è contra, ut ex regula l. petet 87. C. de patris, & aliis, lach exornat regulam carrespectivitatis. D. de Francb. decis. 369. ex tota enim contextu capi- 3 tuli unito, & simul juncto, colligitur illius sensus, & interpretatio, qualis mens fuerit l. Mævia 44. ff. de maximo. testamen. Manic. de conjec. lib. 6. s. 1. 13. num. 1. ubi inquit, quod quæ sunt in medio, ex su- 4 perioribus, & inferioribus declarantur. Saro. decis. 202. num. 15. Casanova conf. 45. num. 27. & propo- 5 nendo Maria suam actionem, censetur illam propo- nere cum omni sua causa, & consequenter, cum exce- ptione ad Duorem spectante, quæ ineft ipso obliga- tioni Bat. in l. letta 40. num. 24. ff. si cert. petet. Iacob. 6. 5. actionum, s. 128. de actionib. censetur enim hæc ex- ceptio non minus privilegiata, quæ actio, quæ si- mul oritur, etiam si quis promiserit salvare, omni exceptione remota; non enim dicuntur excipiens venire contra instrumentum, sed illius virtute, dici- tur facere contradictionem Avend. Camer. Parlad. & alii relati per Cesalp. tract. commun. contra communi- cator. c. 536. n. 49. latissime Carol. de Graff. de except. c. 13. Unde omnis juris articulis parvum pertinentibus, & propositis, ut veritatem obumbraret, & Ducis justitiam in utilibus allegationibus inrotueret. Duo tantum denud proponuntur articuli, pro decisione punit: generalis ab initio proposici, quos nunc à le- viissimis objectis defendimus.

Primus erit articulus, quod etiam si facta fuisset principaliter per Duorem quietatio generalis admini- strationis.

nistrationis tutelæ ; non includeret tamen remissio-  
nem petitionis reliquorum , nec etiam remissionem  
partitarum in libris non descriptarum .

Secundus , est quod esset facta generalis quieta-  
tio , sub tali forma , quæ includeret etiam reliquorum  
restitutionem , ( quod planè negamus , ) adhuc tamen  
reservationem in medio contextus capituli adje-  
ctam , reservasse Duci omnes partitas ad eum spe-  
ciantes , id est quæ ut cuncte ex juris dispositione ad  
eum spectant , non descriptas in creditum Ducis à  
prædicto anno 1611 inclusivè .

Hinc tertid ex abundanti , licet non necessarium  
ad causæ victoriam , sed ne videamus quid erroneum  
fateri , probabimus , quietationem de qua agitur , nul-  
lo modo includere partitas , Ducis debitas extra cau-  
sam tutelæ , sed ad ipsas dumtaxat restringi .

Et ut incipiamus ab hoc ultimo juxta ordinem  
partis . Præmitto nostram transactionem unicam suis-  
se tractatam , conclusam , & undique in substantia  
conventorum inter partes perfectam , & stipulatam  
sub die 8. Septembris 1613 . ubi verè quid senserint ,  
& voluerint partes , clare demonstratur . Et in-  
strumentum postea stipulatum sub die 26. Octo-  
bris in forma pleniori , non fuit diversus contractus ,  
cum nihil penitus fuerit additum , nec immutata  
quidem syllaba in substantia ; quamvis Notarius in-  
ter capita conventionis per eadem verba similia in  
primo contenta , in hoc posteriori instrumento , in la-  
tinum sermonem conversa , inseruerit clausulas quas-  
dam , de stylo , & consuetudine Notiorum apponi  
solitas , admotata in vulg. l. conficiuntur 8. ff. de jure  
codicilli . & in fin. latiūs .

In hoc autem primo contractu , qui veram , &  
originalem continet transactionis substantiam , ex ejus  
procœmio apparet de expressa voluntate contrahentium ,  
nihil aliud sensisse partes , nisi principaliter  
transigere super lite , jam deducta in S.C. super suc-  
cessione hereditatis communis patrui , & inciden-  
ter super administrationem , scilicet tutelæ facta per  
defunctorum , bonorum Ducis , expressè partes se re-  
stringendo ex relatione ad acta , ibi , ut ex processu , &  
actis quibus , &c. & ex speciali alterius futuræ litis  
administrationis , scilicet expressione , in primo capitulo  
in fine , ibi , & anco alla pretensione , &c. Ex qua  
litum , & controversiarum speciali enumeratione  
in procœmio transactionis facta , manifestè patet ,  
nihil aliud fuisse tractatum , nec cogitatum , & om-  
nia , quæ subsequuntur à specifica assertione in pro-  
cœmio , sive præfatione facta , restringi , & modificari  
debet , quo casu propriè locum esse decisioni l. si  
de certa 31. C. de transact. docuit Natta conf. 546.  
n. 16. in fin. & 17. quod & generale est , ut ex pro-  
cœmio , causa finalis , rei veritas , ipsaque mens , &  
intentio contrahentium clare dignoscatur , ut latè ex-  
plicat Molina de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 1. & hoc  
pariter fatetur , dum in fin. secundi motivi , circa  
primum articulum , concedit fieri restitutionem ,  
quando per conventionem disceditur à lite , & cau-  
sis specificatis , citans Eugen. conf. 13. licet con-  
tra expressa verba nostræ transactionis , contendat , id non posse applicari ad casum nostrum in quo  
nisi sit labitur , & convincitur ab eod. Eugen. quem  
citat , qui in puncto num. 30. 32. in fin. & post num.  
33. probat de mente omnium . ut cum initio trans-  
actionis exprimuntur certæ lites , quæcunque ver-  
ba generalia subsequentia , quinimò , quævis univer-  
salitas , & geminata verborum adjectio , puta , & alia  
quæcunque causa , & de omnibus , usque in presentem

diem , &c. adhuc restringitur ad specificata , & sic  
cum duæ essent causæ , scilicet administrationis tutelæ ,  
ac etiam de exactis per Dominum Petrum Franci-  
scum , uti procuratorem Joannis Ambrosii patris ,  
quietatio facta à Duce ratione administrationis ,  
restringitur ad causam tutelæ tantum , & non ad  
alias causas , & novas species ; præsertim de novo re-  
pertis , non deductis , nec comprehensis in libris ra-  
tionum , de quibus specialiter actum non fuit tex. clar.  
in l. empator 48. §. Lucius ubi DD. & in l. tres fratres  
35. in gloss. in vers. posse , ff. de pact. ubi Angel. dat cau-  
telam Bald. in l. sub prætextu 19. n. 12. C. de transact.  
Cravett. conf. 22. n. 8. Mascal. de probas. cap. 1253.  
num. 41. cui solidissimæ conclusioni non obstat ,  
quod primò objicitur , quod dispositio leg. si de  
certa procedat in transactione , fecit in pacto , &  
conventione , juxta opin. Gloss. in d. l. empator , §. Lu-  
cias , ff. de pactis ; si quidem , ut ex hoc primo dignosca-  
tur levitas sequentium objectorum , communis , &  
recepta opinio est contra Gloss. ut decisio l. si de cer-  
ta , procedat , tam in transactione , quam in pacto ,  
& conventione , ut eadem fiat restrictio , quod ex Ga-  
lielmo Tigrino , Cyno , Bar. Bald. Salyc. Castr. Alex. and.  
Jason. Curt. jun. & aliis , probat Sard. decis. 217. n. 6.  
& inter commun. contra Gloss. adscriptis Gabriel. sit.  
de reguli juris conclus. 4. num. 28. Padill. videndum in  
dict. l. si de certa , Menoch. de præsump. lib. 4. cap. 164.  
num. 11. in fin. Morot. respons. 59. num. 1. Urst. corri-  
gens Affl. per functionem aliud dicentem decis. 285.  
n. 9. Escob. de ratiocin. cap. 40. num. 24. in fin. &  
dum subjicit , ideo , Notarios solere adjicere deveni-  
se partes ad infra scriptam transactionem conventioni-  
alem , & pactum , ut ex hoc transactio , & pactum ,  
non restringatur , citans ad hoc in specie Affl.   
omnino videndum decision. 319. num. 6. qui in  
dicto numero , & in tota decis. tale quid dicere  
non cogitavit , nec posset id dicere cum sit contra  
terminos : ubi enim constat , partes voluisse tran-  
sigere , non attenditur , quod illæ , alium imponant  
nomen contractui , quia prævalet veritas , & substanci-  
a , l. insulam 6. ff. de præscript. verbis , & toto sit. plus  
val. quod agitur , & maximè quando illud adjicetur ex  
stylo Notiorum , & ad decis. Affl. in principali  
puncto infra respondebimus . Præterea , quod No-  
tarii utantur hac cautela ad majorcm cautelam , ad  
evitandum opinionum varietatem , non ex hoc infer-  
tur necessariò , aliud esse de jure .

Secundò objicitur , quod in prima scriptura con-  
tinetur generalissima quietatio in illis verbis per ra-  
gione dell' administratione , d' altro , longè discurrendo  
super efficacia hujus dictionis , d' altro , inferens , ver-  
ba hujusmodi esse talia , quæ , salva ratione recti ser-  
monis , ad specificata restringi non possunt .

Et quod in secundo instrumento latius extenso  
adsint verba pleniora in clausulis exequutivis , ibi , ces-  
serunt litibus quomodo cunque , & qualiter cunque  
ex causis cognitis , vel incognitis , &c. quo casu con-  
tendit , omnia includi ex dicto Panorm. in cap. 1. de  
transact. cum simil. Sed hæc non obstante in facto , &  
minus in jure : in facto enim clare patet , verba  
prædicta , adjecta in principio 6. cap. originalis trans-  
actionis , nullam continere quietationem admini-  
strationis tutelæ , nec ad eam referri posse , quæ infe-  
rius subjicitur , & sic aliud ista verba operari non pos-  
sunt ; siquidem dictum generale limitatur , & re-  
stringitur per rationem , finem , & causam dicti , ut in  
puncto quietationis , & remissionis , docuit Angel. in  
l. obligatiorum 6. num. 5. ff. de pignor. Natta conf. 546.  
num. 12.

**narr.** 12. *Gravett. Rimini. Paris.* & alii relati à *Surd.* *conf. 431. num. 13.* & 14. ubi id generaliter probat in qualibet dispositione; quietatio autem postea subjicitur in ultimis verbis d.*cap. 6.* ibi, & da detto anno 1611. in dictu, &c. prævia prius reservatione, in medio posita; unde patet, verba præcedentia ad alium diversum finem, quam quietationis, adjecta 16 fuisse: in jure autem non est verum, dictiōnē hanc, & altero, in materia ista quietationis, & remissio- nis, quam constat esse strictissimè interpretandam, & coangustandam, non posse restringi, salva ratio ne recti sermonis, ad specificata; siquidem contra riū in puncto de ista dictiōne, & altero, docuit *Oladrad. conf. 297. n. 5.* *Roman. conf. 92. num. 2.* ubi planè addent. & *conf. 31. num. 1.* *Hondel.* latè *conf. 49. num. 11. lib. 2.* *Panorm. Beroue, Ruyu. Nat. a. Socin. jun.* & *Rimin.* relati per *Surd. d. dec. 217. n. 4.* & 5. qui in fin. dicit ita judicatum, concludens, verbo rum universalitatem non sufficere, ubi certa causa est expressa, & *Surdum* loqui in hoc melius de mundo, testis est *Escobar de ratiocin. cap. 40. n. 22.* & 24. nec *Natura* voluit contrarium *conf. 546.* quia *Oladrad.* 17 sequitur n. 18. dicet n. 19. limitet, ubi in liberatione nulla præcedit specierum enumeratio, vel aliter appareret de mente partium, ut quia sit facta libera tio ab omni cœla, quæ dici, vel excogitari possit, & quod sit generalis, & generalissima, vel si cum di cione, vel alia, adjiciatur dictio universalis, videlicet, a quacunque ratione alia, vel causa, in quo, licet aliud voluerint pred. *DD.* & *Surdo* citati post *Oladrad.* & cum illis *Eugen. d. conf. 13.* tamen nobis non obstat opinio *Natura*, cum in præsenti casu non ad finit verba, nec factum prædictum; cuius transfa 18 ctionis, & quietationis generalis forma, quæ salva ratione recti sermonis, ad specificata restringi non possit, est, vel cum sit nulla præcedente specierum enumeratione, ad quæ magis referri possit, quam ad alias, vel cum occasione, etiam certa rei, additur ge neralis quietatio, verbis universalibus, & gemina tis concepta, de omnibus, quæ inter partes acta, & gesta fuerunt usque in illum diem, & quibus modo, & ex quacunq; causa quod non negamus fieri pos se, sed in præsenti facta non fuit, ut pro cautela, scriptit *Angel. in l. tres fratres 36. ff. de partis*, tunc enim velut universalissima, nulla tamen subsistens, restringēdi, ratione, restringi non debet, et in his ter minis loquuntur quotquot *DD.* ex adverso citantur, ut bene explicat *Moros. respons. 43.* ex n. 18. et *Gravett. conf. 294. inscr. verba transactionis, per totem, et ita loquitur expressè casus decis. Affl. 319.* ut patet in principio, ubi nulla facta mentione litium, occasione divisionis, promissa fuit generalissima quietatio de omnibus debitibus, a totis retroactis tem poribus usque in præsentem diem, quod plures re petit, et ponderat n. 2. et ante n. 3. sic etiam procedit *Conf. Valaschi 39.* si quo in his circumscriptis, quietatio, tametli generalis, nunquam porrigitur ad spe cies in rationibus non comprehensias, vel de novo repeatas ut, re planè discussa firmat *Escobar d. tract. cap. 40. n. 22.* *Mascard. conclus. 1258. in fin.* quem unum pro omnibus citasse sufficiat, et quod adhuc 20 transactio generalis, cum liberatione generali, et generalissima, tam de causa cognita, quam penitus in cognita, et pro omni eo, et toto, quod consequi pos sit in bonis, et hereditate Titii, nedum ex causis ex pressis, sed ex quacunque causa, quod adhuc restrin gatus ad specificata, et sic ad contractum super quo interponitur, etiam ubi ratio recti sermonis hujus-

modi restrictionem pati minimè videatur, ut men ti contrahentium non contradicat, rogo videri so lemne *conf. Joan. Bottæ 62. num. 5.* & 18, et *seq* uentibus, ubi docet ex mente omnium, ita intelligendam esse hanc materiam: Idemque affirmarunt plures graves *DD.* ex mente *Jacob. de Aret. Angel. et 21 Carl. sen.* affleverantes quietationem generalem, re strigi ad specificata, etiam ubi ratio recti sermonis salvari nō potest, *Eugen. d. conf. 13. n. 32.* *Surd. d. conf. 431. n. 74.* Præterea dicimus, quod etiam si restrictio fieri non posset, adhuc sub generali quietatione es 22 liberatione, non comprehendetur restitutio re liquorum l. si quis rationes 10. *I. Arelius 29. 5. Mayris ff. de liberas. legat. dispungenda erat enim ratio par titarum expensi, et accepit i in administratione tutelæ; nec non supererat solutio reliquorum, quæ plura continet de quibus l. cum servas 81. ff. de condit. & demonstrat. latè prosequitur *Escobar de ratiocin. in cap. 2. num. 5. et cap. 10. num. 58.* & 59. in fin. quo casu, facta quietatione, non includitur solutio reliquorum *Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 14.* *Menoeb. lib. 4. de presumpt. c. 164. num. 27. versic. quartus est casus,* *Confil. de Anna, conf. 115. num. 25.* *Gut. tier. de tutellis, part. 3. cap. 1. num. 32.* *Montan. cod. tract. cap. 38. n. 36.* etiamli administrator liberetur iu contractu ab ipsa actione tutelæ, latissimè *Escobar de ratiocin. in c. 5. 23 num. 12. 18.* & 20. et potissimum quietatio generalis non extenditur ad partitas in libro non descriptas *Card. Paris. conf. 9. lib. 1.* *Roland. conf. 49. n. 35. lib. 1.* *Farinac. conf. civili 96. in princip.**

Non obest secundò clausula adjecta in posteriori instrumento, ubi Notarius addidit quædam a n pliora verba in clausulis ordinariis, quæ inseruit 24 inter capitula; licet enim praeficta clausula non sit in forma universalis quietationis supra relatæ; attamen, et si esset hujusmodi, non obest, et omissa discussione, an generaliter sit habenda ratio clausularum, quæ solent adjici de stylo Notariorum, in terminis quietationis, remissionis, et renunciationis censerit clausulas appositas de consuetudine sine villa cognitione, et ideo non obesse, in puncto *Bald. Angel. Card. Florent. Tiraq. et Bocius* quos probat 25 *Eugen. d. conf. 13. num. 42.* *Gailias* videndus lib. 2. cap. 77. n. 5. & 6. reddens rationem, quod hæc renunciationes sunt restringendæ, *Surd. d. conf. 431. in fin.* et quis semper illa est facienda interpretatione, ut evi tetur remissionis præsumptio, et quod potius præ sumatur error, vel fatuitas, etiam in facto proprio quam remissio, et renunciatio, ut latissimè authores congerit *Gutierrez* videndus de tutolis; part. 3. c. 20. ex n. 7. *Surd. d. conf. 431. et magis in specie, tunc hujusmodi clausulam adiectam censerit de stylo, quini 26 mod contra voluntatem contrahentium, cum talis clausula non describitur in præstationibus, sed inferius, quo casu minus nocere renuncianti, consideravit in puncto *Escobar de ratiocin. cap. 28. num. 43.* 27 & 44. Et proinde probari debere scienter, et deli berato animo, atque consilio, verba ejusmodi in renunciatione adiecta fuisse, observant *Bocca de Decim. tutor. c. 18. n. 21. in fin.* *Gutierrez de tutel. par. 3. cap. 20. n. 6.* & 13. in fin.*

28 Tertiò, opinio illorum, qui dixerunt, clausulas hujusmodi censerit appositas de voluntate contra hentium, restringit procedere in his dum taxat, quæ respiciant exequationem, vel clariorē elucidationem, non autem in illis, quæ disputationem, vel novum effectum producerent, qui alias non veniret; ita in terminis oddis ad *Alexandr. conf. 28. n. 4. lib. 2.* ubi

29 ubi dicit judicatum, clausulam non adiectam in protocollo, non potuisse notarium in extenso adjicere, quām rogo revideri, quia satis ad propositum, & ex eo, quod in primo instrumento non legatur censio serii clausulam in secundo quod est idem cum primo, adiectam, contra mentem contrahentium: melius, omnibus tradit Bart. in terminis, licet pauci advertant in l. Aurelio 21. §. Caius, num. 11. vers. ratio est, ff. de liberatione legata, ubi dicit, quod clausula actionis videatur potius apposita ad solemnizandum actum, quām id, quod in illa continetur, verum sit, alios citat Tiraquell. de constituto, limit. 31. nu. 14. Covarr. de testament. part. 2. nu. 14. Gabriel. lib. 6. de confusitudin. cap. 4. n. 5. Alcias. in L 1. §. si quis ita, num. 12. de verbis obligat.

Nec obstat, quod addit adversaria, quietationem esse generaliter intelligendam, ex quo reciproca; si quidem, sicuti Dux quiescit Mariam, ita & è contraria, Maria remisit Ducis reditionem computorum tutelæ ipsius Mariæ, gestæ per Ducis genitorem: dicimus enim tantum abesse, Mariam non probare fuisse sub tutela patris ipsius Ducis, ut in promptu pateat, tutricem Mariæ, & Caroli fratri, fuisse Victoriam Spinolam, non alium, unde ex hoc sequitur, ut cum hæc reciproca remissio, artificio adversaria fuerit callide adjecta, ut facilius Ducem induceret ad remittendum, nunc comperta veritate, veluti transactionis causa cessante, dolo partis cessare debet transactionis, & remissionis effectus, cum aliter forte Dux non remisisset, Tessaur. decif. 174. Tiraquell. de cessante causa, verbo, transactionis causa cessante, Escubal. d. tract. de ratioc. c. 40. ¶ 41.

Quoad secundum articulum principalem, quod reservatio expressa pro Duce, comprehendat omnes partitas exactas toto tempore tutelæ, non descriptas in libris ab anno 1611. citrè, qui partis intentionem omnino excludit, non repeto dicta in prioribus scriptis, ubi latè fundavimus, illam clausulam, adiectam in fine reservationis, dat detto anno 1611. in qua inclusa, ex pluribus, & præterim ex rationis diversitate, inter tempus exactionis, & descriptionis in creditum, omnino referenda esse ad proxima verba tantum, idest ad descriptionem, non ad exactionem: & nunc addimus, Ducem voluisse reservare partitas sibi debitas, & ad eum spectantes, ibi dalle mie entrate à me spettanti, unde cum certum sit 33 omnes partitas pari ratione spectare ad patrimonium Ducis, sive ante, sive post tempus anni 1611. exactas, pari modo omnes censi debent in reservatione inclusæ, argumento l. bis solis, C. de revoc. donat, cum concord. per Everard. in Topica, à ratione, legis larga, & generali, & aliis infinitis à Tiraquell. de cessante causa part. 1. num. 134. ¶ sequent. præterea, in quo verificari possent partitas exactas post annum 1611. si nullæ pœnitus adsunt? nec ex adverso demonstrari potest, aliquid fuisse exactum post dictum tempus, sed benè antea, unde ne reservatio reddatur inutilis, & elusoria, quinimodo copiosa, necessariò ad partitas antea exactas potissimum reservatio est referenda, Bart. in l. quintus la seconda, §. 1. num. 3. ff. de aur. & arg. legato, & in l. pediculis 34. §. item cum ff. cod. tit. & in l. cum Senatus 21. n. 3. ff. de rub. dub. Cardinalis Mantic. de conject. ultim. lib. 3. tit. 2. num. 10. 13. ¶ 17. & clausula in calce orationis 35 posita, tametsi alias ad omnia esset trahenda, at tamen ad proximiora restringi debet, nè verbum aliquod sine virtute operandi remaneat in dicta oratione, tam ex proposito, & consulto adiecta,

concernente substantiam, & neruum totius conventionis, argumento l. si quando de leg. i.

Nec obstat, quod in septimo capitulo transactio[n]is fuerit reservata partita pretii domus venditæ Ducis Casacalendæ pro ducatis decem mille in regione Sedilis Nidi, ergo ex hac exceptione reservativa partitæ exactæ ante annum 1611. reliquæ censemur remissæ ex natura exceptionis; sed faciliter diluitur objectum; siquidem nullum argumentum colligi potest ex conventis in d. cap. nam dicta partita, diversam omnino habet naturam ab his, quæ dicta sunt in cap. 6. illa enim non erat exigenda, nec ut talis describenda, quoniam pro ea erat Ducis satisfactum ex venditione tot annuorum introituum facta per Dom. Petrum Franciscum, ubi extraneum, proprio nomine, ipsi Ducis, & sic non poterat includi in redditione computorum, in quietatione, & reservatione, ut res propria Ducis & per eum possessa jure dominii, quæ nunquam comprehenditur in quavis generali quietatione, l. Aurelius, §. Mævia, ff. de liberat. legat. Covarr. d. c. 14. n. 1. per totum, Gabriel conf. 146. nu. 19. lib. 1. Cephal. conf. 575. nu. 1. in 4. & partes in d. c. 7. compromiserunt dumtaxat modum contrapositionis, idcirco ex diversis nulla potest fieri illatio, l. Papin. ex ali 21. ff. de minor. præterea, adversaria, ut unico objecto, ab insigni viro (ut ipsa ait) excogitato, responderet, quod liberatio non extendatur ad partitas exactas & in libris non descriptas, quia ex hoc videtur fuisse in dolo, & liberatio, quamvis ampla, non extendit ad dolosè gesta. Respondet ipsa primo, id procedere in simplici liberatione; secus verò, cum est remissio actio, quia actio rem illa, veniunt etiam dolosè gesta, quod procedit, tam si id fiat inter vivos, quām in ultima voluntate, prætendens in casu præsentis per argumenta, actionem fuisse remissam. Secundò distinguit inter liberationem in ultima voluntate, quæ respicit dolum futurum, & liberationem in contractu doli præteriti, ut primo casu in dubio non censeatur remissus, ne detur occasio delinquendi secundo verò remissus censeatur, quia remitti potest. Sed in hoc loquitur pars de more contra comm. & receptas DD. opin. siquidem, pars se fundat in Gloss. l. actione 4. in gloss. ult. in fin. C. de transact. & tamen noluit allegare Bart. qui illam Gloss. declarat in l. Aurelio 21. §. Caius, num. 6. ff. de liberat. legat. 38 qui indistinctè concludit, tam in liberatione inter vivos, quām in ultima voluntate, nullo modo censeri dolum præteritum remissum, si penes illum, qui commisit, aliquid adest, & dolum passo abest, & ita inquit Bart. intelligo Gloss. in l. actione, C. de transact. & concludit, nullo modo censi remissum dolum, etiam præteritum, nisi exprelse sit facta mentio doli, & reliquorum, tunc enim in dolo præterito, & reliquis præteritis sufficeret ita Bart. & hanc esse com. opin. post Bald. Castren. Dec. Paris. Cart. & alios benè probat Mascal. conclus. 1258. num. 8. ¶ 11. 39 quia qualibet etiam generalis remissio debet restringi, ut civilem, & justum recipiat intellectum, & ut dolus, & captio excludatur, idemque tradit Celsus Bergal. de dolo 2. lib. 3. decif. num. 24. ubi dicit hanc opinionem esse magis legibus consentaneam, & ita restringendam esse d. Gloss. in puncto juxta Bart. distinct. in d. §. Caius, num. 6. resolvit, te benè discussa Covarr. d. lib. variar. resol. cap. 14. vers. primam, & vers. secundum etiam, ubi amplius dicit sibi potius placere, nec tunc ubi nullum superest administratori lucrum, censi verum dolum remissum, sed tantum

40 tum præsumptum, idem probavit *Padill.* videndus in d.l. *actione C. de transact.* latè *Gattier.* de tutelis, p.3. cap.1.n.43. loquens etiam in contractu *Roland.* conf.49. in fin.lib.1.

Differentia autem inter dolum præteritum, & dolum futurum, non est illa, quam contra comm.pars 41 effingit, sed illa quod dolus futurus, nullo modo neque in specie expressis verbis remitti potest *Bart.* in specie in d.5. *Cajus.* n.8. *Alexand.* conf.62. lib.4. *Mascard.* d. *conclus.* 1258. num. 17. nec est vera partis propositio, quod remissa actione videantur reliqua 42 remissa, quia tametsi hoc non procedat, ubi penes administratorem reperitur lucrum, ut in casu nostro, attamen, quod etiam remissa actione tutelæ, non censeatur remissa reliqua, firmavit *Bart.* in d. 5. *Cajus.* n.7. qui licet restringat non procedere, ubi testator gravavit heredem, ut liberet, tamen indistincte comm. est opinio, ut non videantur reliqua remissa, ut juxta opin. *Angel.* conf. 185. firmat re discussa *Covarr.* d. cap. 14. num. 2. vers. boc ipsum, & ita reassumit pluribus relatis, *Escobar de ratioc.* cap.5. num. 20. quinimò *Cayr.* jux. in d.l. *actione* n.27. optimò, & indistinctè probat, quod etiam si quis remittat omnem actionem, non videatur remittere dolum præteritum.

Ex quibus inconcussa remanet justitia Ducis, ut tam virtute primi articuli, quam secundi de per se considerati, judicio Supremi Senatus sit declarandum, reservationem factam per Ducem includere partitas exactas per totum tempus administrationis, etiam ante annum 1611. & non descriptas ab anno 1611. citrà, & hereditatem Petri Francisci teneri ad solutionem reliquorum, jam petitorum juxta liquidationem faciendam.

44. Et pro omnium coronide, pro Duce est confundendum, quod si verba transactionis essent dubia, prout sunt clarissima, adhuc contra Mariam stipulantem essent intelligenda. *I. cum queritur ff. de verbis dubi. si stipulatio ista, §. in stipulatione, ff. de verbis obligat.* & debent intelligi, ut minus obligent promissorem *I. semper in stipulationibus, ff. de regul. juri. Bart. in l. veteribus, in fin. ff. de post. maximè, cum 45 Dux enormissimè ex transactione dolosa, & infidiosa, iactus sit dum remisit ducatos 250. mil. pro d.tutela, & dimidium hereditatis, ut in puncto considerat Corn. conf. 258. & 259. facta, non visus libris, quo 46 casu est nulla, ut appareat ex lectura ejusdem capitulationis *Gattier.* de jure. *conf. par. 1. cap. 40. num. 10. Escobar. de ratiocin. c. 10. n. 6. & 16.* & non debet pars sub praetextu transactionis, sub involu- cro verborum congestæ, locupletari cum aliena ja- ctura, & mirum est, quod Dom. Petrus Franciscus mandavit stari libris, circa visionem computorum, partes in saepius citato c.6. transactionis se remittunt libris, in omnibus enunciantur libri, remittuntur de- claratio facienda per Conf. Palatum debiti Ducis, vi- sis libris, & sic appareat partes limitasse quietationem juxta libros earum voluntatem submissæ libris: ne- scio igitur, quo iure adversaria velit quietationem cenderi generalem, & quod extendantur ad credita, & effectus Ducis, que non sunt in libris descripta, meritisimo igitur jure stant pro Duce equitas, & ve- 47 ritas, qua solent haberi præ oculis, presertim in Supremi Principis Concistorio *Fulgosi.* l.1. in fin. C. de condit. indeb.*

Unde perspiciat modo Supremus Senatus, quis- nam transegit ex causa onerosa, Maria quidem, quae recepit a Duce possessionem ignorum, aut Dux

præcipitanter à parte oppressus ejus notoriis, & à seculo inauditis circumventionibus, renunciavit possessioni bonorum, cum Dux ultra jus successio- nis, potuisse retinere omnia bona pro redditione computorum tutelæ ascendentis ad ducatos tercen- tum mille, qui totam ferè hereditatem Petri Francisci absorbebat 4. Februarii 1615.

### D E C I S I O.

**D**ile Lunæ 27. Aprilis 1615. referente D. Regente Marco Antonio de Ponte Marchione Sancti An- geli, & Sac. Consil. Præside doctissimo, cum inter- ventu Consiliarii Matthæi Patigni adjuncti in Col- laterali fuit decisum pro voto D. Ducis, Satriani Principis, juxta hic scripta, & fuit decisio facta per veros juris tramites, processus penes Mag. acto- rum de Felice.

### S U M M A R I U M.

- 1 **T**ertius ad causam veniens ad infringendum, vel coadjuvandum, ut audiatur, vel affiat, talis esse debet, qui noviter ad causam veniat.
- 2 **D**octoris, qui banc materiam pertractarunt.
- 3 **T**ertius, qui ab initio liti præsens fait, & causam defendit, velut antiquus causæ defensor, non potest dici tertius ad causam veniens.
- 4 **T**ertius non potest prætendere assistere, ubi nulla adeat collusionis suspicio.
- 5 **C**itandas nos est præsens, nec certus certiorandus.
- 6 **T**ertiis etiam de novo ad causam veniens ad coadju- vandum, assumit defensionem in eo statu, in quo liti reperitur.
- 7 **M**inor, vel pupillus noviter ad causam veniens li- cet breviter primam, & secundum beneficium, & sic restitutionem adversus omisas probationes, id tamen restringitur, n.8. &c. 14.
- 9 **J**ura tertii oppositoris ad coadjuvandum, sunt in omnibus meienda a iuribus principalibus.
- 10 **T**erminus sine dilatio ad probandum, si principali concedi non debet, nec pariter tertio, & ita in Hispania practicatur, n.12.
- 11 **T**ertiis non potest allegare, neque testes inducere, ex tempore, quo principali non licet.
- 13 **T**ertiis ad coadjuvandum, comparens, tempore ex- peditionis causa, ipsis decisionem retardare non potest.
- 15 **T**erminus non solet concedi in causa consistenti in merito juris articulo.
- 16 **T**ertiis ad coadjuvandum, ut audiatur, vel affiat, excluditur ratione præsumptæ calumniae propriæ, vel principali id affectantis.
- 17 **T**ertiis comparens tenetur allegare, & docere de suo interesse.
- 18 **T**ertiis comparans, & allegans se esse de comprehen- sione in fiduci commissio, vel majoratu, non est audiendas cum hoc sit interesse de futuro, præsertim, quando non controveritur de validitate, n.19.
- 20 **D**ecisiones in causa majoratus, sine fiduci commissio super Statu Bisbiani, ubi ag-barur de ipsius vali- ditate, & tamen filii D. Comitis Saponariae fuit permisum dumtaxat assistere, & similis decisio Col- lateralis Consilii, in praesenti causa de anno 1615. in calce.

## ARGUMENTUM,

Tertius comparans in causa, tam ad coadjuvandum alterum ex colligantibus, quam ad infringendum: debet esse talis, qui de novo ad causam veniat; juraque tertii ad coadjuvandum in omnibus metienda à juribus principalis, ut non possit allegare, nec testes inducere quando principali non liceret. Quid in minore vel pupillo, excluditur ratione presumptæ calumniæ, vel si non allegat, & docet de proprio interesse de presenti, alioquin plures decisum, licere assistere tantum.

Pro eodem Domino Duce Cardinalis,  
Satriani Principe.

## CONTROVERSIA XLIII.

**H**ieronymus Ravaucherius, tam abest, ut audiri debeat in causa inter Ducem Cardinalem, & Mariam matrem, ut posthabita quilibet provisione expediendus sit omnino articulus principalis, tot vicibus, & diebus decidi jussus diversis machinationibus usque in hunc diem per tot menses, artificiose protelatus.

Omnia etenim jura, quæ de tertio oppositore ad infringendum, vel coadjuvandum comparent, membrarunt, presupponunt de necessitate, tertium hunc, qui pro suo interesse petit audiari, noviter ad causam venire, & talem esse, cui uti noviter ad causam venienti jus competit, vel ut audiatur, aut saltem causa defensioni, ne inter litigantes colludatur, assistat, ut est tex. apertus in c. 2. sed fin. ut hoc p. 7. in 6. ibi, ne propter novos adversarios, qui malitiose interdum petitionibus subrogantur, &c. & de tertio hoc veniente, & sic noviter ad causam latè agunt. Affl. dec. 235. Covarr. c. 13. & 14. pract. Gaill. lib. 1. obseru. pract. c. 70. & 71. dec. P. 26. Pac. ch. lib. 1. controversial. c. 5. at Hieronymus non potest dici tertius noviter ad causam veniens, quia semper ab initio is causam egit, & sua diligentia, & vigilancia, & forte plus, quam licuit hunc in diem, causa est dilata, ipso Hieronimo advocates ducente, & jura sua acerrime defendente, tam simul cum matre, quam sine matre, uti quilibet diligentissimus diligans facere posset, ut omnibus, & praeterea in Domino Marchioni Commissario, & aliis Dominis de Collaterali est plusquam notorium, & collusione aliqua inter Ducem, & Mariam excogitariullo modo potest; unde Hieronymus, velut antiquus causa defensor, qui suo nomine ab initio diligentissime, & accuratè causam egit, non dicitur tercarius de novo ad causam veniens, & sic audiiri non debet, quis semper fuit auditus, nec minus ei assistere licet, cum nulla origo possit collusionis suspicio, iuxta terminos tex. in aut. nunc si heres, Cade litigios. certus enim non est certiorandus; & praesens non est citandus, l. 1. in fin. ff. de action. empl. cum concord. per T. ira- quell. in 1. tract. §. 36. gloss. 2. n. 24. & illi, cui non veniunt verba, neque mens legis, nec convenit illius dispositio, vulg. juribus.

Secundò frustre petit Hieronymus audiari, quia sorte sub isto colose prætenderet sibi concedi terminum in causa, quia tam ex propria sua persona, quam ex persona matris, hæc prætensio non subsistit siquidem tertius etiam de novo ad causam veniens ad coadjuvandum, ut ipse prætendit Mariam ma-

treem coadjuvare, assumit defensionem in eo statu, in quo causa reperitur Innoc. Buer, & alii in cap. cum super de re judic. tex. claras in dict. cap. ultim. at lite pendente in 6. Anch. conf. 183. pro clariori, post num. 1. versic. & pro hoc, Natta conf. 457. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 16. de tercio oppos. n. 5. Gaill. d. lib. 1. cap. 71. num. 1. 14. & 19. quod procedit etiam si sit minor, vel aliter privilegiatus cuiusmodi constat non esse Hieronymum; minor enim noviter ad coadjuvandum comparenti, licet concedatur restitutio adversus probationes omissas, quam in regno vocamus primum, & secundum beneficium, iuxta decis. Affl. 15. & tradit idem Urself. d. dec. 235. post n. 1. vers. qua omnia, & iterum in fin. Vivius dec. 291. num. 7. Hoc tamen sane intelligitur, quod causa est hujusmodi naturæ; ut principali litiganti fuerit concessus, vel jure concedi debuerit terminus Cancer, in specie in d. cap. 16. num. 12. & 13. alioquin, cum jura hujus tertii oppositoris omnino sint in omnibus metienda ex jure principali, si causa talis sit naturæ, in qua principalibus litigantibus, terminus concedi non debeat, neque pariter concedendus est incidenter de novo venienti, & præclusa via principali, censetur quoque præclusa alteri incidenter venienti, ut pulchre in proposito explicat Covarr. cap. 13. practic. n. 2. vers. secundo binc apparat, subiliens, idcirco veram esse opinionem Innoc. & Buer. n. 18. in cap. cum super de re judic. hunc non posse allegare, nec testes inducere in judicio post publicationem, ac denique eo quidem tempore, quo non posset ipse principali, & reddit rationem in verit. nec ipse dicens, se non videre, quæ ratione possit contrarium probari, cum hic defensor causa, & liti assistat reum ipsum defensurus propter præjudicium, quod sibi imminet si reus ipse condemnetur, atque ideo veram esse censet opinionem Innoc. & sequacium, quæ in praxi satis recepta videntur apud supremam hujus Regni Tribunalia, in quibus passim obiectum est, quod defensor hoc admittatur ad litem, & causam suscipiendam in eo statu, in quo erat tempore oppositionis, sed in casu nostra causa inducta erat jam, ut votaretur eamet die, quia Hieronymus se opposuit; ergo nihil latitud est agendum, quam articulum præpositum terminare, ut probatur in clement. consil. 1. 1. 1. ubi Anch. in 6. tract. de elect. Alexandr. conf. 86. num. 6. lib. 1. Cravest. conf. 14. num. 4. Natta conf. 99. num. 3. & conf. 457. num. 1. Capbal. conf. 201. num. 10. Menoch. de arbitr. casu 18. num. 1. Ludov. d. dec. P. 26. num. 1. Sard. dec. 6. n. 6. & dec. 147. num. 6. & ita optimè firmat Consil. de Anna, qui probata in omnibus opinione Covarr. in conf. 97. num. 6. reassumendo consil. num. 9. concludit, quod etiam si hic tertius sit minor, vel aliter privilegiatus, si comparet tempore inhabili ad obtinendum terminus, vel beneficia, non debent illi concedi, & idem melius, num. 14. & cum in casu nostro non adsit judicium formatum, sed agatur dumtaxat de interpretatione, & intellectu capituli transactionis, & sic causa in mero juris articulo, quo casu non est concedendus terminus aliquis etiam Mariæ principali litiganti ex doct. singulari Innoc. in c. caus. inter elect. Gal. in c. constitut., in fin. eod. sit. quos referunt D. de Erasch. dec. 221. n. 1. 2. & 262. in fin. & D. de Ponte conf. 59. n. 1. frustre prætendit Hieronymus jam major, tanquam tertius audiari in re, in qua etiam Mariæ matris, licet mulieri, & sic privilegia. ex. secundum Regal. Constitutiones, nullus terminus

minus concedi potest, nec etiam assistere in re, in qua sine ipso Hieronymo, ab initio nihil est factum, ut est notissimum.

16 Tertio, ubi tertius est alioquin audiendus, vel admittendus, ut affiat, ab uno, & altero excluditur, si malitiosè calumniae causa ipsa comparet, vel à principali litigante ejus oppositio procuratur, cap. super eo, ubi DD. de offic. deleg. Marcus dec. Del. fin. 76. n. 6. part. 1. Ursill. ad Afflitt. decis. 235. n. 2. ubi Afflitt. quoque num. 5. quæ major igitur calumnia ex parte Mariæ, & Hieronymi consideratis circumstantiis supremi Magistratus ipsi dijudicent, Cancer. d. cap. 16. num. 23. &c. 26.

Quarto, Hieronymus non docuit, nec allegavit aliquod interesse, quod tenebatur in sua compatriatione exprimere, & allegare, & de eo ante omnia docere, saltim summarie, ut primum probant Innocent. & alii in cap. cum super de re judic. Bras. conf. 150. num. 1. lib. 2. Vivius decis. 291. num. 6. secundum vero probant DD. congesti per Ludovic. decis. Perus. 26. num. 1. Mastrill. decis. 31. num. 13. 38 si enim dixisset, se uti filium Mariæ, esse de comprehensis in fideicommisso, seu majoratu, ultra quod hoc non est interesse de praesenti, sed de futuro, & sic non considerabile, ex plenè notatis per Molin. de primogen. lib. 3. cap. 14. & Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 4. hic non controvertitur 19 validitas majoratus, sed supponitur validissimum, sed tantum Dux pretendit partas exactas, ex suis bonis per testatorem, fuisse sibi reservatas in transactione, idque, neque principaliter ad finem diminuendi portionem Mariæ; sed compensandi cum partitis debitis, sive confessatis per ipsum Ducem, & sic nullum adest interesse considerable ipsum Hieronymi; & tamen, etiam ubi de validitate majoratus, sive fideicommissi actum fuit, in causa Status Bisiniani, fuerunt producta decreta conformia, junctis Tribunalibus in Collaterali, quæ jus fecerunt in Regno, quibus, filiis Comitis Saponarie, qui de novo ad causam venerant, patrem coadiuvaturi, fuit tamen donegata audiencia, & concessum tantum assistere: unde cum hic non controvertatur de viribus majoratus, & Hieronymus semper astiterit, frusta audiri, vel assistere pretendit, sed dumtaxat causa expedienda.

### D E C I S I O.

Dic Jovis 9. Aprilis 1615. facto verbo in Supremo Collaterali Consilio obtinui decretum, quod licet D. Hieronymo Ravaucherio assistere tantum si voluerit.

### S U M M A R I U M.

- 1 Assensus in offensu, cum potestate disponendi, alienandi, &c. operatur, ut sequi possit dispositio sine novo assensu.
- 2 Assensus super alienatione feudi, tatus impetratur generalis, quam specialis pro vendendo certa persona; nisi persona, in quam disponitur, sit odiosa Domino, vel deprobribus, num. 3.
- 3 Assensus, si conceditur, ut feudum alienetur certis personis, si ita sequatur validissimus, & efficax redditur.
- 4 Assensus alienandi, & disponendi inter filios, validus.
- 5 Assensus super substitutione, non extenditur ad substitutionem.

7 Pragmatica anni 1579. de refutationibus feudorum registrandis, comprehendit futura, non præterita.

8 Refutatio fit erga proximum, & immediate successorum tantum, & dicitur quadam successionis præventione.

9 Refutatio non potest fieri in filium non primogenitum, absque ipsius primogeniti consensu.

10 Registratio refutationum in quaternionibus requirita per Pragmaticam, non comprehendit donationes.

11 Donatio feudi cum assensa, etiam si fiat primogenito, non requirit de necessitate solemnitatem registrationis in quaternionibus, & ita decisum.

12 Fidejussione dicitur saltem quoad corrum, quando pecunia non pervenit ad ipsum obligatum, vel quando quis se obligavit ex intervallo, & proinde a correto repevit, quod solvit.

13 Feudi concessio hodie sui natura perpetua, & realis, quidquid fuerit iure antiquo, & 18. & nisi expressè restringatur ad vitam est perpetua, num. 26.

14 Stipulari quisque presumitur sibi, & heredibus suis.

15 Donatio facta filio praesertim ob benemerita, censetur realis, non personalis.

16 Perpetuum dicitur illud, quod successivè est duratur sine præfinitione temporis, & ad heredes transit, licet interdum quid dicatur perpetuum ad hominis vitam, ut in societate, quod est impræcsum, num. 17.

19 Dictio, in perpetuum, in concessionibus, importat translationem utilis dominii, & pleni juris transitorii ad heredes, etiam extraneos, si res sit transitoria ad extraneos, num. 20.

21 Administratio concessa, in perpetuum, vel cum adiunctione verborum, damus, & concedimus, importat iuris translationem, nec restringit naturam concessionis, num. 23.

22 Dominium utile, in fructuum libera, & perpetua perceptione consistit.

24 Administratio concessa simpliciter, non extenditur ultra vitam concessionarii, non autem perpetua.

25 Administrationis simpliciter, & vitalitatem, exempla.

27 Remisso, & renunciatio sequens facultatis revocandi concessionem administrationis, declarat concessionem fuisse realem, & perpetuam.

28 Dictio, sicut, importat omnitudinem similitudinem, etiam in substantia, & omnibus qualitatibus, num. 29.

### A R G U M E N T U M.

Assensus super alienatione, seu venditione feudi, generalis, vel certis personis, si ita sequatur, optimè validatur subsequens alienatio, quid interficit inter assensum generalem, & particularem de vendendo Titio. Refutatio dicitur in proxime, & immediate successorum, & hec solum requirit solemnitatem registrationis, secùs vero donatio, etsi in eundem facta cum assensu. Feudi concessio sui natura hodie perpetua, & realis, & ex quibus concessio administrationis censeatur perpetua, non simpliciter facta ad vitam.

**Pro Dom. Marchione Diani contra  
Dom. Duçem Ebuli.**

**CONTROVERSIA XLIV.**

**D**RINEPS Salerni Grimaldus, de anno 1567. sub die 2. Septembri, obtinuit ab invictissimo nostro tunc Rege potestate disponendi de Terris Ebuli, Rapollæ, Diani, & Lagusnigri, cum integro earum Statu, ac titulis, tam inter vivos, quam in ultima voluntate; distribuere, donare, legare, uni, duobus, aut tribus filiis ex ejus corpore legitimè descendantibus, & uni, vel pluribus in administrationem dare cum dictis titulis, earumque administrationem ab omnibus, vel ab uno, prout libuerit revocare, ita quod filii in quos dispositio, vel distributio conferretur, gauderent privilegiis, gratiis, prærogatiis, quibus gaudenter Duces, Marchiones, quod privilegium fuit exequutioni demandatum Neap, sub die ultima Julii 1568. & notatum in quinternionibus Reg. Cameræ infra legittimum tempus, contemplatione autem hujus potestatis, idem Princeps pater die 2. Aprilis 1574. concessit Terram Diani Meroaldo Grimaldo filio secundogenito, in perpetuam administrationem cum titulo, & honore Marchionatus, cum facultate exigendi fructus, etiam jurisdictionis, & in propriis usus vertendi, & onere solvendi adoha, & servitia, & quamvis reservasset sibi potestatem revocandi, illam tamen remisit, & à se abdicavit 13. Februarii 1579. & hujus donationis vigore, cum assensu descripta fuit dicta Terra Diani in faciem delli Marchionis in cedulario R. Cam. de anno 1574, eamque possedit usque ad annum 1591. quo tempore Marchio liberis carens, donavit Augustino Duci Ebuli fratri primogenito eandem Terram Diani cum Casalibus 25. Octobris dicti anni, eidemque cessit omnes vitas, & militias, & partes pretii in feudis novis, & nonnulla alia credita, quæ tam ab hereditate Principis communis parentis consequi debebat, quam etiam ingentes summas, quæ à Duce primogenito fratre proprio nomine obligato, consequi debebat, quam cessionum contemplatione, Dux ipse promisit solvere Marchioni fratris annuos ducatos bismille, viæ Marchionis duante, eo pacto addito, ut deficiente Duce à solutione per annum, deberet solvere ducatos sexdecim mille, quibus annuis ducatis bis mille solutis per Ducem dum vixit; cum modernus Dux ejus filius defecisset continuare solutionem Marchioni patruo, immemor, quod omnibus bonis se vivens privasset, hac minima summa pro alimentis sibi dumtaxat reservata, coactus fuit Marchio contra Ducem modernum, ejusque matrem Dom. D. . . . della Tolfa baliam actionem instituere pro consequitione d. ann. duc. 2000. decursis, ac sorte ducatorum 165. qui tandem opposuerunt, donationem Terræ Diani, factam per Marchionem, Ducum, non profuisse, ex quo ad eundem Ducem alio jure spectabat dicta Terra, tanquam primogenitum Principis patris; & quod refutatio facta ab eodem Princeps in favorem Ducis primogeniti de Terra Ebuli, dum in contractu cum Marchione facto promisit maximam summam solvere creditoribus, contractus fuit cum enormissima lassione, pro cuius causa decisione fuit per Sacr. Consil. provisum, quod procedatur ad decisionem articuli validitatis,

& qualitatis donationis factæ per Principem ipsi Marchioni, & refutationis feudorum, & signatarer Terræ Ebuli dicto Duci, & committatur calculus bonorum, & pretii, & onerum existentium tempore donationis dictæ Terræ Diani.

Non potest igitur dubitari de validitate donationis factæ per Principem patrem, stante assensu prædicto validissimo, omni solemnitate, & perfectione corroborato, ubi enim in privilegio opponitur clausula *cam potestate disponendi, vendendi, alienandi, & in ultima voluntate disponendi, possunt omnia fieri sine novo assensu, Camer. in l. Imperiale, car. 55. lit. F. ex Isern. ibidem num. 4. ubi docuit tutius impetrare assensum generalem vendendi, quam certæ personæ, nam vijore generali posset vendere cuicunque, sed quando impetravit vendi Titio, non vendet Sempronio, & sequitur ibi *Affl. Dom. meus Capyc. & Lipar. addens ad Isern. in d. l. Imperialem, num. 4. nisi sit persona, in quam alienatur inimicus Dominu, vel de prohibitis, ut ibi tradit Camer. & sequitur etiam Anna in repet. Conf. Constitutionem divæ memorie, n. 47. quinimò nos sumus in casu longè fortiori; nam respectu filiorum Principis, fuit specificè assensus obtemptus, quod posset Princeps pater inter filios ad libitum dividere, & disponere. Unde consequitur, quod concessa speciali, & individua potestate disponendi ad libitum inter filios, tam inter vivos, quam in ultima voluntate, absolutum est personis certis, designatis assensum validissimum, ut per Isern. in d. l. Imperialem, ubi Camer. car. 44. in secunda conclusi, ubi loquitur de dispositione facienda ad beneficium certæ personæ, & in puncto de assensu disponendi inter filios, cum sint filii in specie nominari, ipsumque validum, & efficacem esse affirmat D. de Frecc. decis. 153. in 3. d. z. bio, n. 22. & 23. ubi assensu obtempo à Comitissa Noja, disponendi ad beneficium Marini de Azzia, & Joannis Nicolai de Azzia filiorum secundogenitorum, & filiorum Marini dicit, & concludit, assensum fuisse validum in dispositione facta ad beneficium Marini, & ejus filior. & habuisse effectum, licet non fuerit valida substitutio facta in legato, facto Joanni Nicolao, quia de substitutione non loquebatur assensus, quibus ita stantibus, non obstat partis oppositio, per quam inquit, refutationem factam à patre ad beneficium Marchionis, fuisse nullam, ut non registratam in quinternionibus Regiae Cameræ infra quindecim dies, virtute Reg. Pragmaticæ editæ sub die 18. Julii, in anno 1579. quæ est vigesima sub titulo de feudis; nam omisso, quod dicta Pragmatica non loquitur, nisi de refutationibus faciendis, dicitur insuper in casu nostro ullam fuisse factam refutationem; siquidem refutatio fit in proximum, & immediatum successum dumtaxat, ut per Andr. in cap. 1. §. si libellum, de alien. feudi pat. & post ipsum tradit Camer. in l. Imperiale, car. 15. lit. V. de probabilita feudi alienat. ideoque dicitur, quod sit magis cedere loco, & personam suam de medio tollere, quam alienare, ut post Bald. in conf. 300. 2. vol. tradit Camer. loc. cit. lit. S. & dicitur præventionis successionis, & anticipata successio, ut per Frecc. de subfeud. lib. 2. §. pluribus autem modis in 17. limit, ad Constitutionem divæ mem. n. 45. & tradit Anna in repetition. cap. 1. de vasallo decrep. statis, num. 225. 227. & 302. nec potest fieri refutatio in filium non primogenitum absque assensu, vel consensu primogeniti, ut per eundem de Anna loco cit. num. 261. & seq. ideoque, cum hæc refutatio**

tio non fuerit, sed donatio, dicta pragmatica non  
10 habet locum in casu nostro, ut punctualiter deci-  
sum refert D.de Franch. in 4.vol. decis. 663. ubi ait,  
11 quod quando fit donatio cum assensu, etiam si fiat,  
in proximè, & immediatè successorum, qui casus  
fortior est, non habet locum Pragmatica de refuta-  
tionibus, cum certior fiat fiscus, donatione, & assen-  
su in Camera registratis, prout verè in casu nostro  
fuit, in quo in cedulario, in capite Marchionis fuit  
Terra Diani posita, vigore donationis à Patre factæ  
cum assensu, ut supra, & decis. præd. D. Præsid. sequi-  
tur, reddens optimas rationes, quæ non nihil hic  
scripta confirmant D. Regens de Ponte de potestat.  
Proregis, tit. 8. de refat. sed. in princ. ex num. 9. ad  
13. fol. 360. & hæc quoad donationem factam in be-  
neficium Marchionis, Circa verò validitatem do-  
nationis, sive concessionis Terræ Eboli factæ ad be-  
neficium Ducis à Patre die 8. Octobris 1575. posset  
dici, illam fuisse nullam, quia non fuit registrata  
in quaternionibus Regiæ Cameræ, nec fuit in ce-  
dulario posita in capite Augustini Grimaldi Ducis,  
prout fuit illa ipsius Marchionis.

Sed amplius per Marchionem dicitur, hoc parum  
referre ad causam ipsius Marchionis, nam prius fuit  
à Patre concessa Terra Diani Marchioni, quam  
concessa Terra Eboli ipsi Ducis, & præterea cum  
Dux obligaverit cum assensu ad beneficium Mar-  
chionis omnia sua feudalia, nulla potest ratione fundi-  
rari, quod pars clamat, quod velit scilicet præci-  
puam habere Terram Eboli, tantò magis cum Mar-  
chio in omnibus debitis, in quibus reperitur obli-  
gatus ad beneficium diverorum creditorum, vel  
ex ipsis cautelis apparet, debita spectare ad Princi-  
pem patrem, & ad Ducem fratrem, & sic constat,  
12 ipsum, ut merum fidejussorem, alienam suscepisse  
obligationem, vel se obligavit Marchio ex inter-  
vallo post debita contracta per Dom. Principem,  
& Ducem, quo casu etiam si principalem debito-  
rem se constituerit adhuc tamen verè dicitur fide-  
jussor, qui à correis repeterere potest, quod solvit,  
Gloss. in §. 1. vers. fidejussorem, anch. de fidejuss. Ale-  
xand. conf. 126. in fin. lib. 6. & conf. 29. n. 36. lib. 7.  
ubi dicit non reperi contradictionem, cum aliis in-  
finitis per Rodrig. de ann. reddit. lib. 2. q. 5. n. 7. 8. & 9.

Concessio, sive donatio facta per Principem Sa-  
lerni, Meroaldo Grimaldo filio secundogenito de  
Terra Diani in administrationem, & gubernationem  
perpetuam, cum facultate convertendi in proprios  
usufructus, & proventus; reservata tamen potesta-  
te revocandi, quam deinde remisit, omnino est intel-  
ligenda realis, & perpetua, etiam pro descendenti-  
bus, & quatenus esset ad vitam, adhuc sufficeret  
Marchioni, ut obtineret contra Ducem nepotem.

13 Primum ostenditur, quia sumus in concessione,  
sive translatione feudi, quæ res hodie sui natura  
est transitoria ad hæredes, sive descendentes, & sic  
perpetua, sive realis est, non personalis, quidquid  
fuerit de jure antiquo cap. 1. §. cum vero, ubi Ifern.  
& cæteri notant de his, quis feudi dare poss. quisque  
14 enim censemur prospicere sibi, & hæredibus suis  
cap. 1. de duob. fratr. Bald. Alvar. Jacob. & alii, quos  
citat D. Capyc. in investit. in ver. perpetuum, ac rea-  
le, fol. 217. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 34.  
15 Et maximè, cum simus in donatione facta filio,  
expressè ob benemerita, & ingentia servitia expre-  
sa, quo casu donationem factam ob benemerita, om-  
nino censi reali, & ad hæredes transitoriam,  
probat Dec. conf. 197. in casu, n. 2. ad fin. nec quic-

quam repugnat, quod sit concessa terra in admini-  
strationem, sive gubernationem, quia, cum fuerit  
16 concessa administratio, & gubernium non simplex,  
sed perpetuum censemur omnino ad hæredes transi-  
torium; quia illud non dicitur perpetuum, quod  
cum vita finitur, sed quod continuè durat, sine præ-  
finitione temporis, & ad hæredes transi; casus est in  
l. sordidorum, ubi in specie Joan. de Platea hoc notat,  
C. de excusation. mun. lib. 10. & subdit, quod licet  
17 interdum dicatur perpetuum usque ad vitam homi-  
nis, ut in l. 1. ff. pro socio, illud dicitur impropriè,  
& ex subiecta materia scilicet in societate, cuius na-  
18 tura est, ut morte finiatur cuius contrarium est in  
feudo, sive feudi translatione, sequitur latius expli-  
cans Socin. omnino videndum conf. 84. n. 5. & 6. lib. 3.  
idem Anch. conf. 327. num. 4. Andr. Sicut. conf. 44.  
à n. 9. lib. 2. Bellon. conf. 20. ad fin. idque in contra-  
etibus, & in ultima voluntate ex dictione in perpe-  
tuum, rem fieri ad descendentes transitorium, etsi  
id non exprimatur, latissimè authores congerit Ga-  
briel. de fideicom. conclus. 9. n. 12. dictio enim, in  
19 perpetuum, in concessionibus importat utile domi-  
nium, sive plenum jus ad hæredes transitorium, l. 1.  
§. qui in perpetuum, ubi Gloss. & DD. ff. si ager vettig.  
& perpetuum respectu Civitatis intelligitur, donec  
vixerit, Civitas, vel Ecclesia Bart. de pace constan-  
20 tia, num. 8. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 6. n. 23.  
quinimò, si res sit talis, ut ad extraneos hæredes  
transire possit, hæc dictio perpetuæ, nedum opera-  
tur, ut ad hæredes res transeat, sed etiam ad extra-  
neos, Imol. in specie in l. quod dicitur, num. 8. in fin.  
& 10. ff. de verbis. oblig. Alex. conf. 189. n. 16. in 2.  
Socin. conf. 266. post num. 37. in vers. secundo præ-  
missa confirmatur, lib. 2.

Nec effectus resultans ex hac dictione, in perpe-  
21 tuum, restringitur ex eo, quod sit concessa admini-  
stratio: vera est enim opinio, quod licet verba, ad  
utendum, fruendum, importent concessionem usus-  
fructus, & per consequens videretur ex hoc, morte  
concessionarii expirare concessionem, tamen ex ad-  
jectione dictio, perpetuæ, vel verbi, damas, & con-  
cedimus, quæ hic simul concurrunt, intelligitur ple-  
na feudi concessio, & debent intelligi, quod habeat  
22 usum, & commoditatem utilis dominii, quæ in fru-  
ctuum libera, & perpetua perceptione consistit si-  
cūt habent cæteri feudatarii, nec mutant naturam  
23 concessionis, & quod feudum ad hæredes non tran-  
seat Bart. & Imol. in l. donationes, §. species, ff. de do-  
nat. Petrus de Gregor. de concess. feudi, par. 5. q. 2.  
n. 3. D. Capyc. in verb. feudorum clausula, §. ad uten-  
dam, & in §. personale feudum, in fin. Jaf. in prælud.  
feud. ubi id confirmat septem argumentis num. 103.  
cum seq. alios refert Intrigliol. cent. 1. q. 33. num. 12.  
24 unde tunc administratio non poterit extendi ultrà  
vitam concessionarii, quando est simplex, non au-  
tem, cum est perpetua; de qua simplici administra-  
25 tione tradiderunt DD. exempla in Marchionatu  
Anchonitano, Ducatu Spoleti, & Comitatu Cam-  
paniæ, ut per Alvar. in prælud. in 4. divis. & in cap. 1.  
de feud. Marchia D. Capyc. in d. §. personale feudum,  
26 nisi enim dicatur, quod feudi concessio intelligatur  
ad vitam, semper est perpetua, & ad hæredes transi-  
toria, ut discurrat Thomas de Marin. de feudis, sit.  
de feudo impersonali, §. bodie autem, Nicol. Mozzius  
de feud. rub. de divis. feud. n. 37. Intrigliol. cent. 1.  
cap. 38. num. 31. & si esset hoc dubium, ut est claris-  
27 simus, sequens remissio facultatis revocandi,  
facta de anno 1579. aperiè declarat concessionem  
fuis-

fuisse realem pro heredibus, ibi, & vuole, che d. S. Meroaldo resti libero Signore di d. Terra, &c, della medesima maniera, & forma, cb'il detto Signor Principe la teneva, & possedeva prima, che fosse fatta la suddetta donazione, & translatio, & ibi, per bona, & forma la detta donazione, libera in tutto, & per tutto, come detto Signor Princi-  
pe la teneva, dictio enim sic est, importat omnimo-  
dam similitudinem, Socin. cons. 252. 7. col. vers. se-  
cundo quia, 2. vol. & quidem in substantia, & qua-  
litatibus omnibus cap. fin. ubi Butr. in 4. mot. de re-  
sist. spol. quod non continget, si non censeretur  
facta translatio, etiam pro successoribus, ut tene-  
bat Princeps, ut in puncto arguit Socia. nepos. con-  
sil. 10. num. 15. 2. volum.

Circa secundum verò, esto, quod hac donatio  
fuisse tantum personalis ad vitam, quod plenè ne-  
gamus, hoc tamen Ducì convento nihil opitulare-  
tur; sufficit enim Marchioni, ut obtineat, donatio-  
nem esse validam, saltim ad vitam; cum enim Dux,  
contemplatione relaxationis Terræ Diani factæ per  
Marchionem solum, annuos ducatos bismille pro-  
miserit, qui important valde minorem quantita-  
tem, quam fructus dictæ Terræ venditæ pro du-  
cat. 80. m. adhuc prædicta celsiæ suæ effectum pro-  
duxit ad beneficium Ducis, qui preindè omnino  
tenebat solvere summam correspontivè promissam.

### D I C I S I O.

**D**e Sabati 4. Aprilis 1615. referente Consiliario Jo-  
Andrea Georgio, feudorum interprete celebre-  
rimo, junctis aulis, obtinuit D. Marchio donatio-  
nem valere, intervenientibus novem votantibus.  
Magister Actorum de Vivo pro de Felice,

### S U M M A R I U M.

- 1 Tertius comparens ad infringendum jura acto-  
ris facit supersedere in causâ, que runc unica  
sententia, quoad omnes est terminanda, & n. 2. & 3,  
contrarium repuerunt nonnulli cum Covarr. n. 7,  
15. & 17. quod pluries limitatur n. 8. 9. 10. 13. 17.  
& 18. ubi ista decisum per Regiam Cameram.
- 2 Menoch. cons. 488. num. 8. lib. 5. non undique per-  
cepis mentem Joannis Vincentii de Anna, alle-  
gat. 76. non sic Fabius de Anna filius in cons. 97.  
2. lib.
- 3 L. is à quo 58. ff. de revendic. procedit quando duo  
actio ne reali à reo rem condono petunt diversis ju-  
diciis, & num. 6. qua ratione, num. 16. & quanda  
cesset, num. 18.
- 4 Dec. de Franch. 261. num. 5. & 13. declaratur, &  
confutatur, num. 12.
- 5 Sententia lata si præjudicium etiam reparabile ge-  
neraret tertio venienti ad causam ad infringendu-  
m jura actoris, exequitione non demandaretur  
etiam cum cautione.
- 6 Fiscus suos habet Judices in Regno, & uni ex Pre-  
sidentibus Regiae Camerae est ejus causa committenda;  
etiam si esset tractando, junctis Tribunalibus Reg. Cam. & Sac. Consil.,  
& Sacri Consilii.

### A R G U M E N T U M.

Tertius comparens ad supersedere faciat processum in-  
ter aborem, & reum, ad intellectum l. is à quo, ff. de  
rei vendic. & aliorum. Quando causa fiscalis tractar-  
tur junctis Tribunalibus Reg. Cam. & Sac. Consil.,  
qui ex Judicibus est committenda?

### Pro Fisco Regii Patrimonii, contra Dominos Principes Casertæ, & Comitem Castræ Villani,

**C O N T R O V E R S I A X L V.**  
**E**X pluribus petitio Regii Fisci, qui tanquam  
tertius subintravit in lite inter Comitem Ca-  
stri Villani, & Principem Casertæ, petendo  
Castra, & status detenta per dictum Princi-  
pem, & in processu inter eos fabricato, deducta,  
neutri litigantium competere, sed ad Regium Fi-  
scum pertinere pleno iure, & proinde eundem  
Principem ad illa relaxandum condamnari debere  
cum fructibus, debet ex eodem processu instruclio  
terminari, nec est aliter differenda expeditio actionis  
propositæ per Regium Fiscum, in separato pro-  
cessu post decisionem cause inter prædictos Comi-  
tem, & Principem, præstita cautione, ut vulgo  
probari dicitur in notissima l. is à quo 58. de rei ven-  
dic.

Primo, quia aut attendimus opin. Bald. in cap. 1.  
§. si duo, in princip. de pace tenenda, ibi, contendant,  
scilic. contra tertium possessorem, Dyn. vide quad  
1 notas Innot. ext. de testib. cap. veniens, quando unus  
petitor infringit competitorem, obiciendo se sibi,  
pro neutro potest ferri sententia, nisi iure utriusque  
discurso, secus si inter se non litigarent, sed soldam  
contra tertium possessorem, ff. de rei vendic. l. is à  
quo, quod nota hac Bald. attenta inquam hac opin.  
Baldi, cum Fiscus non simpliciter petierit condemnari  
Principem ad relaxandum, sed se expressè op-  
posuerit etiam Comiti, quod apertissimè quoque  
deducitur ex jure, cui innititur Fisci prætensio,  
qua utriusque litigatoris jura collidit, & infrin-  
git, ita ut Fiscus obtinere non valeat, nisi utriusque  
jutibus exclusis, & prosternatis, necessariò  
sequitur, attenta hac opin. integrum, totamque  
causam, esse quoad omnes, unica discussione, &  
sententia terminandam, cum Fiscus utriusque ju-  
ra, tum ex verbis, tum ex jure deducto, intrin-  
secè contundat.

2 Et hanc opinionem Baldi probat Affl. ibidem  
num. 33. ubi reassumit hoc casu non posse ferri sen-  
tentiam pro eo, qui primò confecit processum, sed  
ille processus supersedebitur, donec concludetur  
alius processus, & simul expediantur istæ causæ,  
allegans pro opin. Bald. Innot. & Alex. & addit id  
esse menti tenendum, confirmans pluribus; idem  
3 voluit ante Baldum, Bart, in l. si quis libertatem,  
num. 1. ff. de petit. bæred. & in aliis locis concord.  
qua congruit Affl. dec. 15. num. 3. vers. item di-  
cit, Bart. sequitur Alexand. in d. l. is à quo, Pe-  
trus Antonius Anguissola cons. 62. lib. 2. & Alexan-  
drum sequitur Ursil. dec. 235. in fin. ubi refidet, pro  
neutro ex prioribus litigatoribus posse ferri senten-  
tiā, nisi jure utriusque discussio, quod dicit no-  
tandum, & quod hac cautela utuntur boni, docti-  
que advocati, & ita fuille decisum in Sac. C. de an-  
no 1555. sequitur, his in specie relatis, & latè  
4. comprobans hanc Baldi opin. Menoch. cons. 488.  
num. 8. vers. tertius est casus, lib. 5. licet non undique  
perceperit mentem Joann. Vincent. de Anna ab  
ipso relati, infra citanda alleg. 76. ut mentem pa-  
tris explicat Consil. Fabius filius cons. 97. n. 14. 2. lib.  
Ne-

- 5 Neque huic opin. quicquam obest decisio d. l. is à quo, procedit enim, quando duo actores actione reali petunt à reo conuento eandem rem in diversis judiciis, secùs verò, quando pendente lite inter duos jam colligantes, tertius le ipsum liti objicit, petens, actorem ab actione per eum mota excludi, & reum ad sibi restituendum condemnari, ut optimè explicat Menoch. sensum dictæ legis in d. consil. 488. post num. 20. vers. respondetur primo, & clare probatur hic sensus ex verbis dictæ legis, ubi supponitur, conuentum in uno judicio, ab altero ejusdem fundi nomine, impetitum rei vendicatione, nec enim meminit, nec exprimit J.C. prot. 6 ut necessario fecisset, quod inter se isti petidores contendenter invicem, sed de hoc tantum fuit habitatione, nè reus conuentus duplex damnum traheret, id est sentiret, ut explicat Gloss. ver. traheret, igitur supponendum est necessariò, conuentum à duobus omnino separatis processibus impetitum, probat hoc Felin. in cap. cum super, post num. 11. vers. limitatur tertio, ex ea de sententia. & re judicat, dicens ita clare vello Innoc. in cap. veniens, il secundo, de seculis, ubi tradit hanc limitationem pro indubitate, idem firmat Covarr. decis. 5. n. 19. pars. 4. Scacc. de appellat. quest. 17. limit. 6. memb. 4. num. 50. Anna pater, & filius locis infra citandis.
- 7 Secundò etiam si attendamus opinionem contraria, quam veriorem contendit Covarr. cap. 14. practicarum num. 4. vers. nos verò contrarium, Hunc deus, Ladovicus, Perusius, Lancell. Treutracius. Bursas. & alii quos sequitur Giurba decis. 1. n. 33. & quam probasse pluries S. C. ex Dominus de Franchis decis. 261. tradit Consiliarius de Anna d. consil. 97. num. 13. nihilominus, etiè verior, & communior, sine dubio sit prima opinio suffulta auctoritate Innocentii, ut optimè eam defendit Menoch. d. consil. 288. qui post Dominus de Franchis illam, uti veriorem, & magis communem probat, sit tamen vera posterior hæc opinio; ea tamen temperatur, ut non procedat, ubi tertius comparens venit eodem jure, non diverso, & sit uterque tam primus actor, quam posterior, nedum se invicem infringunt, & contendunt iura; sed ex eodem jure venit uterque, ita ut actio prioris litigantis in sententia distinctione discuti non possit nisi de iuribus novi oppositoris, & de justitia sua actionis discutiatur, prout propriè contingere in presenti casu, ex facto apertissime liquet; hoc etenim casu cum impossibile sit praticare decisionem dictæ l. is à quo, quæ supponit, praestita cautione illæsum manere jus ejus, qui posterioris rem petiit, quod non potest contingere, nisi ubi ex diversis principiis, & radice oriuntur utriusque agentis actiones, consequens est, ut necessariò supersedendum sit in lite, quo usque unica sententia utraque actio terminari valeat; hæc est doctrina verè aura, Imol. in l. à sententia 5. num. 13. in vers. & per predicta, ff. de appell. his verbis, nec obstat d. l. is à quo cum seq. quia ibi non intererat tertii, quoad possessionem, quia reus possidebat, & non ipse, nec etiam super proprietate fieret prejudicium ejus, quod agitabatur, quia ibi primo agens de suo dominio agebat, & id est tertius, qui secundo venit, & pretendebat similiter se Dominum, & sic diversum ius à primo, impedire non potuit, quominus primus ageret, sed potuit etiam ipse agere contra ipsum rerum possidentem, si vult facere, ut ibi habebatur, sequitur

Anna sen. alleg. 76. num. 7. ubi testatur, ita fuisse 10 decisum in Regia Camera die 12. Junii 1570. in favorem Don Cesaris Gonzaga, in causa inter Ducem Termularum, cum Regio Fisco, quam opinionem sequitur Conf. Anna filius d. consil. 97. num. 13. & 14. qui licet sequatur opin. Covarr. contra Bald. eam tamen admittit cum declaratione Imole, quem probasse affirmat Annam genit. reprobando in hoc Menoch. aliter dictum patris intelligentem, idem Monaldus consil. 49. quem refert, & sequitur probans expresse hanc limitationem Marias Giurba d. decis. 1. num. 33. in fin. quicquid aliter sentire videatur ex propria opinione, non ex opinione S. C. Dominus de Franchis in d. vulg. decis. 261. num. 5. & 13.

11 In quo, rogo advertatur, ipsum Dominum Praesidem non rectè perceperisse mentem Imole, dum d. num. 13. dicit Imolam loqui, quando tertius de novo comparens vult defendere reum eodem jure, quo reus se defendit, quod dicit appetere clare ex ejus verbis, & ex juribus, quæ ipse allegat, at secus in altero casu diverso, ubi ambo agunt contra reum, & licet prætendatur ab utroque idem jus, non inconvenit, ut is dicit, quod ad instantiam unius, causa expediatur, præstata cautione, ut in l. is à quo, & reddit Preses rationem nimis gentilem, & remotam, quod scilicet diligentia debet esse proficia adhibenti.

12 O bone Deus, Imola nullo modo loquitur quandois, qui posterius venit ad causam, vult defendere reum ex eodem jure, quo reus se defendit, regentis terminis d. l. is à quo, ubi tam prior, quam posterior prætendunt, reum condemnari ad relaxandum, restringit illius decis. procedere, ubi secundus prætendit diversum ius à primo, quia cum possit ipse quoque agere contra possidentem si velit, merito primum impedire non potest, quasi innuat, nihil ipsi nocero, cum jus suum illibatum firmumque maneat, exhibito remedio cautionis, & sic aliud expresse decidit Imol. ubi secundus velit agere, non diverso, sed eodem jure, nec Imol. in toto illo discursu allegat lat. excusore, h. alio, quam dicit Dom. de Franch. per Imol. allegari, & ex ea declarari mentem Imole.

13 Confirmatur opinio Imola in d. l. à sententia, ex consil. Alexand. 17. requisitus in causa veritate, lib. 1. 14 & cx his, quæ illius consilii autoritate tradit Felin. in d. cap. cum super, post num. 17. vers. item nota, quod quando tertio postea venienti fieret ex sententia, quæ ferri posset cum priori præjudicium non solum irreparabile, sed etiam difficiliter reparabile, tunc etiam si lata esset sententia, non esset locus exequutioni, etiam cum cautione, & hoc casu probat, paria esse præjudicium esse irreparabile, vel non ex toto ita facile, juxta exempla Baldi in l. 1. C. in integrum restit. postulata, unde cum negari non possit, maximum præjudicium inferri posse Fisco scienti, præsenti, & patienti, si de jure suo discuteretur, inter Comitem, & Principem, & maximè si Princeps obtineret, quod fortè irreparabile esset, vel diffioillimè esset obtinere, jure suo, quod est idem cum jure, quod prius inter partes prædictas discuteretur, discusso, & contra Fiscum decisio, ob id necessario sequitur, primi, & secundi petitoris actionem, quæ ex eodem jure dependet, unico contextu terminandam.

Tertio etiamsi non admitteremus opinionem 15 Imole, quæ ex predictis verissima, & communis ap-

apparet, cum tamen omnes Doctores infra citandi circa sensum d.l. is à quo, adēd dubitent, vel affirment cum opinione Covarr. & sequacium, quia dum videtur, ut secundus interveniens faciat differri primum judicium, quoisque ordinetur pro-  
16 cessus inter ipsum intervenientem, & reum, & hac ratione unanimi consensu dicunt, fundari decisionem d. l. is à quo, ut adhibito remedio cautio-  
nis, non impediatur expeditio inter actorem, &  
17 reum, hac de causa ubicunque, vel ex natura cau-  
sa, vel ex consensu noviter comparentis non agi-  
tur de differendo judicio, sed potest utraque causa  
in promptu expediri, hoc casu nemo ex his, quos  
vidi, negat, quin integræ causæ expeditio fieri  
possit, & proinde DD. formant hanc questionem  
utrum tertius comparens ad infringendum possit  
impedire expeditionem causæ inter actorem, &  
reum, prout loquuntur Bald. Castren. Felin. Ja-  
son. Decius. Afflīct. Aymon. Ruin. Boer. Covarr. Za-  
suis, Puteus, Osasch. Francibis, Mynsing. Menoch.  
Gaius, Gravarius, Vantius, Duena Fachineus,  
Diaz, Costa, & alii, quos longa serie cumulat  
Gratianus 10.2. cap.261. num.27.28. & iterum 10.3.  
cap.439. in princip. & in specie Joseph Ludovicus  
dec. Perusina 26. n. item 26. Fabius de Anna d.con-  
sil.97. n.10. Giurba d.decis.1. num.33.

Et in puncto quod quando tertius interveniens  
non vult impedire, & suspendi facere inter actorem,  
& reum, sed solum vult, quod super utroque pro-  
18 nuntietur, quod tunc cesseret, nedum dispositio  
d.l. is à quo, sed etiam alterius concord. nempè l.p-  
nultimæ, ff. de petit. hereditatis, optimè probat  
Menoch. in d.consil.488. post num.20. vers. responde-  
tar quarto, ubi in fine vers. respondetur secundo,  
dicit, hoc maximè procedere, ubi instructus est  
processus causæ dominii, receptæ probationes om-  
nes, & omnia deducta, quæ ad causam pertinere  
possunt, quo casu, eadem sententia, utrumque  
judicium diffiniri deberi probat, & maximè cum  
ex probationibus receptis, de jure dominii ipsius  
tertii facile constare possit, quo casu ex Innocentio  
ad causæ expeditionem esse deveniendum, probat,  
prout deveniri debet in præsenti, ubi Fiscus inter-  
veniens declaravit, velle absque alio termino ad  
expeditionem procedi.

19 Et dum intervenit Fiscus tanquam actor, licet  
causa ad instantiam Comitis tractetur, junctis Tri-  
bunalibus S. C. & Reg. Cameræ, cum interventu  
Regii Fisci, etiam specialiter petiti ex parte Prin-  
cipis à S. Majestate, dum sperabat ejus defensio-  
nem suscepturnum, sicut in causa Comitis procedi-  
tur coram Consiliario Salvo Judice inter partes,  
sic causa Fisci omnino est committenda uni ex Prä-  
sidentibus, quos suos Judices novit Fiscus, non  
alios, juribus citatis à Peregrino tract. de jure  
fisci, lib.7. tit.7. latissimè per Reverterium decis.7.  
tom.1. Surgentem lib.1. cap.26. num.23. Dominum  
Regent. Tapiam de jure Regni, lib.2. Pragmat.1.  
& est expressa Pragm. Invictiss. Philippi II. 6. in or-  
dine sub tit. de officio Procuratoris Casaris; in no-  
vis, incipiens, cum Regia Camera, & maximè  
cum dignior sit causa Fisci, ex cuius persona ratio-  
ne iphus præminentia debet potius causa pri-  
vatorum uniri cum causa Fisci, quam è contra,  
ex reg. quod majus dignum trahit ad se minus di-  
gnum.

Literis S.Majestatis exhibitis, quibus injungeba-  
tur, causam expediri cum interventu Reg. Cam.

ob Fisci interesse, causa ulterius non processit, in-  
clinabant tamen Domini in hanc nostram senten-  
tiam Act. Mag. Scacciav.

### S U M M A R I U M.

- 1 **R**itus Regiæ Cameræ, in §. si vexillum de fun-  
dic. flagell. quatuor casus considerat, & qui  
sint, num.2.
- 2 **R**itus Regiæ Cameræ considerat etiam ex operatio-  
nem voluntariam mercium de vexello in terram.
- 3 **V**exillum si voluntariè in portum venit causa com-  
merci, solvit fundicum mercium in Regno etiam  
si non exonerat, sed si coactè, etiam si exonerat-  
set, non solvit, num.6. 8. 9. & 10.
- 4 **P**ortulanus debet curare, ut vexillum ex necessi-  
tate in portum appulsum sedata tempestate, rece-  
dat, & quare.
- 5 **E**xoneratio libera, non coacta continetur appella-  
tione exoneratio.
- 6 **J**us fundaci est membrum Dobane, nec cognitum  
de jure communi, sed introductum per Imperat.  
Freder. in Regno, sub colore, quod merces custo-  
direntur in domo Regia, & an fuerit color qua-  
sus, num.11.
- 7 **V**ectigal non debetur de jure communi ex navigiis,  
& bonis, ut tempestatis in terram appulsi, &  
qua ratione, num.13. & 15. etiam si navis exone-  
ret merces in terram, num.16. 28. & 32. idem si  
timore hostium, vel Piratarum, num.18.
- 8 **L**ex, & **C**onstitutio cum clausula irritanti, om-  
nes futura leges statuta, & consuetudines, con-  
trarium disponentes auferit.
- 9 **G**abellam deberi, & incidere in commissum, pa-  
ria sunt.
- 10 **G**abella non debetur per eos, qui famis necessitate  
vadunt ad molendum in territorio, ubi ea solvi-  
tur.
- 11 **B**ona naufragata eorum Dominis reservantur, ne-  
que ex eis aliquid datii exigendum, & in edi-  
ctum incidit non tantum, qui rapuit, sed etiam  
qui abstulit, vel damnum dedit, & num.21.24.  
25. & 26. aut is, cuius opera factum est, ne nau-  
fraganter opitulentur, num.22.
- 12 **N**avis expugnata, sive naufragata, quando dicatur.
- 13 **P**ublicanorum execrabilis, & nefandissima cupidi-  
tas.
- 14 **E**xrabere incipiens bladum à loco permisso, si ante-  
quam extrabat, promulgesur statutum prohibiti-  
vum, nihilominus licet potest.
- 15 **A**ctus subsequens cum babeat necessariam conse-  
quentiam ad principium regulatur ab antecedenti,  
& quid in mercatore respectu casus fortuiti.  
& num.30.
- 16 **F**inis cum babeat necessariam consequentiam, ad  
principium, principium attenditur, & non fi-  
nis.
- 17 **R**itus Regiæ Cameræ debet recipere interpretatio-  
nem secundum jus commune, etiam si effet contra  
jus commune.

### A R G U M E N T U M.

Jus fundaci, sive vectigal non deberi pro mercibus,  
vi tempestatis, vel alia necessitate in portum dela-  
tis, & ibi eadem necessitate exoneratis, ad intelle-  
ctum Ritus Regiæ Cameræ de fundico flagelli, §. si  
vexillum, & dispositiones juris communis.

Pro Dominis mercium navis, sub nomine SS. Annuntiatæ, & S. Francisci, quæ Brundusium casu divertit, contra Regium Fiscum.

## CONTROVERSIA XLVI.

**C**um anno præterito mihi contigisset ex tempore, & maxima temporis angustia presso, de jure respondere pro Dominis mercium navis appellatae de S. Lazaro ex portu Veneto profectæ, ut p. o mercibus navis, vi tempestatis in portu delatae, ac etiam præcisa necessitate cogente, in terram expositis, jus fundaci, nec aliud vectigal debet de jure communi, nec etiam ex dispositione Ritus Regiæ Cameræ, visisque meis allegat. contrarium fundare nixus fuerit eruditissimus, ac summi ingenii Fisi patronus Dom. Conf. Vincentius Corcianus, cuius dictis frustra conati sunt extranea, & prorsus inutilia superaddere defensores Arrendamenti, cum idem articulus adhuc in altera causa navis, quæ Venetas proficiens necessitate coacta Brundusium divertit, pendente adhuc indecisa prima, cuius expeditionem Fiscus hucusque distulit, ex his, quæ initio semel scripsi, obtinere spero, paucis ex abundanti nunc superadditis; idque tam ex dispositione ritus Reg. Cam. & eorum, quæ inibi scribit Isern. quam etiam ex eo, quod haec non sit gallera, quæ non debetur ex mercibus tempestate delatis, sed jus quodam debitum pro utilitate, quam sentit Dominus mercium, ex hospitio sibi concesso, sed neque ritus, neque ullus color, sive prætextus bonorum conservacionis hujusmodi compendium ex re tam luctuosa Fisco concedere potest: non quidem Ritus in s. si vaxellum, sub sis de fund. flagelli, quatuor enim casus, ille textus considerat.

**3** Primo, si vaxellum quod vi tempestate ad portum Regni delatum, si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet pro jure fundaci, & reddit rationem.

Secundo, quod si ex libera voluntate, suaque sponte, sedata tempestate, & sic dum potest recedere, nullo justo impedimentoo detentus, remanere voluerit in eodem portu, solvere debet.

Tertio, quod solvet saltim jus anchoragii pro hospitalitate, seu albergo, quia in ipso portu fuit tuò receptum vaxellum.

Quarto, quod ubi vaxellum voluntariè venisset causa commercii, etiam si non exonerasset, solvet fundacum, vel cavere debet ire ad terram fundaci infra Regnum, ex quibus patet, quod dum ritus constituit potissimum discrimen inter vaxellum, quod venit ex necessitate, vel ex voluntate, totum decidendo, & distinguendo inter voluntarem coactam, & liberam, quæ ab initio, vel ex post facto supervenit, ex hoc aperte sequitur, quod dum distinguit inter casum, ubi Dominus exoneraret merces, vel non exoneraret, pari modo distingui debet inter casum, quo is sponte, & voluntariè exonerat, vel ubi coactus id facit: quod aperte probatur ex illis verbis, ibi, velit recedere, nec exoneraret, & sic considerat ritus casum exonerationis voluntariæ, accedunt subsequentia verba, ibi, quod si voluntariæ remaneat, solvere debet, &c. & tandem idem colligitur ex

ultimis verbis, ponderando illa à contrario sensu, ad corticem verborum, dum dicitur, ubi verd volun-  
tariè venisset causa commercii, etiam si non exone-  
rasset, solvet fundacum, igitur à contrario, ubi co-  
acte venisset, non causa commercii, etiam si exone-  
rasset, non solvet fundacum, arg. eorum, quæ notat Everardus loco à contrario sensu; requirit enim ri-  
tus, quod vaxellum, vel voluntariè veniat causa  
commercii, vel saltim etiam si ex necessitate vene-  
rit, quod voluntariè saltim remanserit, dum cessa-  
te tempestate, potuit recedere, vel si exonerat, quod  
similiter voluntariè intelligendum est, non autem quando eadem necessitate impulsu, ex qua portum  
petere coactum fuit, eadem, & majori exonerare ne-  
cessè fuit, nè penitus, & omnino cum onere mer-  
ciū obrueretur, & hoc est, quod dicit ritus, dum  
monet Portulagum, ut curare debeat, ut statim,  
sedata tempestate, recedat; non enim hoc fit ex pie-  
tate, & charitate, sed ut ex eo appareat, si Dominus  
navis velit voluntariè permanere, dum potuit ad  
suum redire iter, quo casu solvere debet, unde sicuti  
Ipontanea voluntas tribuit jus Fisco, quoad jus  
fundaci, sic necessitas immunem reddit Dominum  
navis ab omni vectigali, neque ab isto vero, & ger-  
mano sensu ritus, recedit Isern. prout rectè intuenti  
patebit, siquidem nihil obstat, quod subjicit Andr.  
in vers. sed in predictis, scilicet, quod si inceperat Do-  
minus vendere, vel exonerare, statim teneretur sol-  
vere jus fundaci, etiam si vi ventoriū venisset impul-  
sa, vel exoneraret de uno vaxello in alterum, quia  
loquitur Isern. de eo, qui incipit vendere, vel exo-  
nerare voluntariè, juxta secundum casum conside-  
ratum per ritum in vers. ex quo videtur; nec imme-  
ritò, quia dum par. ficit casum venditionis, & exo-  
nerationis, sicut in dubio, venditionis appellatione,  
continetur venditio libera, & non coacta, quæ non  
est venditio, Tbeasaer. filius qq. forens. lib. i. c. 39.  
in fin. sic etiam de eo intelligi debet, qui voluntariè exonerat, dum sub una pariformi determinatio-  
ne, & sub unica verborum structura loquitur Isern.  
de incipiente vendere, vel exonerare.

**8** Quid evidenter convincitur ex his, quæ idem Isern. subjicit in vers. item aliud si vi, dum ponit ca-  
sum, ubi Navi vi ventorum impulsa, aliqui merca-  
tores exonerant, & alii non exonerant, & resolvit,  
quod illi qui exonerant, solvent jus fundaci, nec præ-  
judicabunt aliis, qui non exoneraverunt, etiam si  
merces essent communes, nisi pro sua parte, ex quo  
patet, Isern. loqui, ubi Dominus exonerat volun-  
tariè, non coacte ex mera necessitate, tunc enim non  
daretur electio exonerandi, vel non exonerandi,  
cum, neminem præsumatur velle jaçtere suum, & in  
9 mari perdere merces. Confirmatur idem ex verbis  
Isern. sequentibus, dum declarat jus anchoragii, & sub-  
jicit, satis æquum videri, ut non solvat, ubi quis non  
vendit, nec habuit; voluntatem vendendi, & quod  
si voluntate vendendi venerit, & non vendidit in  
mari, nec exonerat in terra pariter non solvet, & sic  
semper loquitur Isern. retentis terminis ritus, ubi  
scilicet voluntariè Dominus vendit, & voluntariè  
exonerat.

Qui sensus etiam comprobatur ex additionibus  
10 marginalibus ad dictum ritum, & tantò fortius,  
quia istud jus fundaci, quod est membrum juris do-  
hanc, non est jus antiquum, nec cognitum à jure  
communi, sed introductum per Frider. qui inter multa  
jura nova hoc introduxit, ut sub colore, quod,  
merces custodirentur in domo Regia (cum tamen,  
ut

ut plurimum custodiatur in fundacis privatorum, mediante mercade, prout in praesenti casu factum fuit) introduxit hoc jus ad rationem granorum quindecim pro uncia, sive ad rat.duc.2. pro centum, & verè fuit color quæsus, ut novam adderet gabellam, ut ex Ritu expresso de jure fundaci, ex Iser. & Affi. probat Reg. Moles in tit.de jur. fundaci, 12 in §. secundum membrum, q. i. de jure communi, si casus esset omissus per ritum, certum est, nullum jus, nec aliquid vectigal cuiuscunque nominis, sub quo-vis quæsito colore, vel pretextu exigere posse per Fiscum ex navigiis, & bonis, quæ vi tempestatis in terram veniunt, autb. navigia, C. de fart. ibi: *Navigia rupta, vel quæ alijs ad terram pervenerint, tam ipsa, quam navigantium bona integræ reserventur illis, ad quos spectabant, antequam periculum incurrit, sublata pœnitus omnium locorum consuetudine, ubi glof. i. citat concord. & gl. 2. addit rationem,* 13 quia non debet addi afflictio afficto, citans jura: non autem reservarentur integra bona si à naufragium passo, & exonerantem bona vi tempestatis, jus 14 fundaci novum, & proinde odiosum exigeretur, & quod ex d. Conf. cum clausula irritanti, omnes futuræ leges, statuta, & consuetudines sint sublate, latè probat Gail. lib. 1. observ. cap. 18. per tot. quid enim est dicere, quod Fiscus meus se se non interponat cum 15 nullum jus babere possit in aliena calamitate, ut de re tam lucentosa compendium sectetur, ut dicit Constant. in l. 1. ubi Glos. Bart. & reliqui, C. de naufrag. lib. 11. nisi prohibere, quod fiscus nullam exigere valeat gabellam ex rebus vi tempestatis exoneratis? & hoc notat Bart. ibi, nota ex bac l. imò casu, quod si per tempestate maris aliqua navis venit ad portum, non debet solvere gabellam, sed portorium, quia violenter venit, l. Cæsar, & l. fin. §. si propter necessita- 16 tem. ff. de public. qui text. loquitur in specie de Domino navis exonerante onus in terram, ut res non debeat commissa vendicari; Bart. autem, & cæteri DD. notant ex eo, quod non debeat pro iis rebus sol- 17 vi gabella: nihil enim differt incidere in commissu, & teneri solvere gabellam; sunt enim unum, & idem, sive unum alterius causa, & origo, quia ex obligatione solvendi gabellam, oritur commissum eo ipso, quod omittitur professio, Bart. in l. commissa 14. in princ. ff. de public. & proinde Angel. in ead. l. 1. C. de 18 naufrag. sequitur Bart. quod pro bonis in portum violenter delatis non solvit gabella, neque portorium, & idem si propter timorem hostium, vel piratarum, citans in specie d. l. fi. §. si propter necessitatem, qui tex. loquitur de exonerate merces: addunt Bart. 19 & Angel. adeò hoc esse verum, ut ii, qui vadunt ad molendum in molendino territorii, ubi adest gabella, quod si coacti id faciunt tempore famis, quod pos- sunt reportare farinam sine solutione gabellæ, qui propter necessitatem famis venerunt, quæ est magna necessitas, cum sit naturalis: triplex est enim necessitas, naturalis, fatalis, in qua quis fortuito casu, & fato incidit, & culposa, quarum primæ duæ necessitates excusant omni casu, Cravett. in responsō, pro genero, n. 94. Cacher. dec. 167. Feder. Martin. de jure cens. cap. 4. n. 96. & inter fortuitos casus vim tempestatis connumerari constat, ex l. ex conducto, §. si vis tempestatis, ff. locat. Sebastian. Medicus de fortuit. ca- fibus, par. 2. cap. 3. n. 5. & ob id Ulpian. in l. 1. vers. hu- 20 jus ad dicit, ff. de incend. ruin. & naufrag. dixit, publicè interesse, nihil rapi ex hujusmodi calibus naufra- 21 gorum, & in l. 3. dixit, in ædictum incidere, non so- lū, qui rapuit, sed etiam qui abstulit, vel damnum

22 dedit, licet non de manibus, sed aliter eo invito, ut subdit Gloss. & in fin. in §. item alio, addit eos, quo- rum opera, aut consilio naufragi suppressi fuissent, ne navi, ibiè periclitantibus opitulentur, l. Corne- 23 liæ pœna afficiendos, quinimò eos qui, aliquid ex miserrima naufragorum fortuna rapuerint, vel lu- crati fuissent ex ædicto Prætoris teneri tantum, & 24 Fisco dari debere, & in l. 6. eod. cit. ponitur casus præsens, navim expugnatam censer, cum spoliatur mergitur, dissolvitur, aut pertunditur, aut funes 25 ejus præciduntur, aut vela conscinduntur, & in l. 3. prohibetur aliquid ex naufragiis diripi, neque quod extraneus interveniat in colligendis bonis, neque miles neque privatus, neque servus Princi- pis, plura Gail. d. cap. 18. lib. 1. n. 4. & seq. compro- bat latissimè Rip. de pelle tit. de privileg. contract. ex n. 158. ad 165. ubi invehit contra Fiscum, & datio- rum conductores, ut nihil omnino prætendere pos- fint ex rebus vi tempestatis in portum delatis affe- rens plura similia in materia represaliarum, & di- stinguit num. 164. inter adventum voluntarium, vel qui excusari poterat, & necessarium, optimè 26 Guliel. Bened. simul, & latissimè in repetitione cap. Raynus, vers. & uxorem nomine, ex num. 373. ad num. 377. qui execrabilem, & nefandissimam cupi- 27 ditatem appellat, quod ex alieno fletu ridendum putent publicani, & quod omnia mala novere, qui circa lites versantur, ad ipsum me remitto, Strac- ca de navibus n. 26. ex Bart. Bald. Laud. Alex. Mar- sil. & alii, quos ipse citat, & in puncto in terminis 28 nostris in materia d. l. Cæsar, & l. fin. §. si propter ne- cessitatem, quod si actus subsequens habet necessariam consequentiam ad principium, tunc licet, & sine periculo ullo possint extrahi merces, & fortidū exonerari, dicit Joann. de Mol. in cap. cognoscentes, quod est secundum, de constit. in fin. ponens exemplum in eo, qui cœpit extrahere bladum, & nondum ex- traxit à territorio, quod non ligetur statuto, quod interim fuit factum prohibens extractionem, quia actus posterior fit ex necessitate, ne damnum patia- tur, & sic potest licet fieri, quia actus subsequens re- 29 gulatur ab antecedenti, sequitur Felyn. ibidem in fin. & antè ipsos Bart. optimè in d. l. Cæsar. 15. n. 9. ff. de publican. ubi in 7. opposit. quod in his terminis, nedum quando finis habet necessariam consequen- tiā ad principium resolvit, attendi principium 30 & non finem, sed etiam quando non habet omni- no necessariam consequentiam, quando sumus in mercatore, ne casus fortuiti, quos fuit passus sint ei in damno, quasi hoc sit in privilegium, casum fortuitum passi, ut idem Bart. tradit n. 4. & in 6. & 8. opposit. amplius docet, quod quando vis præcessit, & postea sequitur actus voluntarius, tunc non at- tenditur, neque prodest vis præcedens, si tamen actus subsequens voluntarius approbavit actum il- lum, in quo fuit vis, & coactio, & sic electivè sua sponte actum illum præcedentem confirmavit, alias fecus: quomodo enim actus exoneratiois vexelli potest censer voluntarius, & talis, ex quo solvatur gabella, cum habeat necessariam consequentiam ad principium causatum ex vi tempestatis, certè sicuti ex appulso navis in terram noa debetur gabella, ita nec etiam propter exonerationem mercium, quæ ex 31 eadem necessitate facta fuit; quando enim finis ha- bet necessariam consequentiam ad principium, tunc attenditur principium, & non est in consideratione finis, Everard. loco à virtute finis post n. 8. ver. alii autem dicunt, & proinde rectè consulvit Sard. quod

32 quod pro navibus, & mercibus, quæ vi ventorum vel tempestatis, piratarum, vel alio timore, vel incursum in aliquem portum vectus, vel reductus sunt præter intentionem naturæ, vel Domini, nullo jure debetri gabellam in cons. 239. in fin. lib. 2. citans jura, & Doctor. & sic expreſſè firmat Sard. quod nedum pro navibus in Portum delatis, sed pro mercibus in terram reductis, nulla sit solvendæ gabella, comprobat idem latissimè Julian Ferret. de gabell. nam. 115. n. 12. tract. Igneus in l. contractus, nam. 85. ff. de regul. 33 iur. & ex his cum ita sit clarissimè jure comm. constitutum, Ritus noster non est aliter ullo modo intelligendus, sed recipere debet omnino interpretationem restrictivam ab eodem jure communi, etiam si statutum hoc esset contra jus commune, ut latè tradit Sard. decis. 182. nam. 24. & cons. 4. nam. 49, & in puncto in hac materia vectigalium, & portuarii, nè ab ea recedamus, docuit Barr. in d.l. Caesar, nam. 7. 24. & 26.

Sopita tandem fuit, transfectione, ut in sequentis controversia calce.

### S U M M A R I U M.

- 1 Ritus Reg. Cam. decidit etiam casum exonerationis multis modis, & qui illi sint, referuntur.
- 2 Ritus predictus, cum interpretationem recipere debet à jure communi, est intelligendas, constituisse differentiationem inter aliam voluntariorum, & necessarium, nec fas esse necesse hoc exprimere.
- 3 Ritus in sensu directo declaratur, & n. 4. & 5.
- 4 Dictionis tamen est adversativa.
- 5 Jus ancoragii non regulariter secundum jus fundaci, cum sit satis lege comparare ad jus fundaci, quod est maximè odiosum.
- 6 Jus fundaci erit solvendum Regi, dicet mercatores domos condacnare pro conservandis mercibus, & fundaci utantur.
- 7 Argumentari non licet a solutione minoris, ad solutionem majoris vectigalium.
- 8 Navis, ubi coacte venit ad portum, non causa commercii, etiam si exonerata non solvit fundacum.
- 9 Argumentum à sensu contrario defundendum est à sensu illius qualitatibus, que causa sit dispositionis.
- 10 Appulsus voluntarius solus, causa commercii obligat merces ad solutionem vectigalium, quod limita, quando usu venientur, n. 14.
- 11 Commercium fuit occasio, ex qua vectigalia sine instituta.
- 12 Vectigal solvi debet, sive exoneratio fiat in terra, sive in mari de voxello in vexillum, & r. 42. quod ampliarur, n. 43.
- 13 Casus fortassis excusat mercatores à solvendo jus fundaci.
- 14 Dictionis vero, est adversativa.
- 15 Casus fortassis excusat mercatores à solvendo jus fundaci fisco asferi.
- 16 Casus fortassis excusat mercatores à solvendo jus fundaci.
- 17 Casus in ritu perficiat licet videantur dari, ut solvere jus fundaci ab eo qui voluntarii è venit causa commercii, vel refractionis, & non exoneravit, tamen servari debent, quia statui potuerunt, & n. 31.
- 18 Navis, que venit ad refractandum dicitur voluntaria, & non venisse.
- 19 Casus in ritu perficiat licet videantur dari, ut solvere jus fundaci ab eo qui voluntarii è venit causa commercii, vel refractionis, & non exoneravit, tamen servari debent, quia statui potuerunt, & n. 31.
- 20 Dictionis idem inducit similitudinem, & paritatem, causas sequentias cum praecedenti, ut eorum eadem sit decisio.
- 21 Princeps in terra sua potest facere legem quam velit & ut consueta serventur, licet aliquantulum dura.
- 22 Quæ sunt ad tempus non videntur adesse.
- 23 Venisse non dicitur statim recessurus proximis, qui

- veseras ad refractandum.
- 24 Reges, & Principes monentur, ut non flatuant jura irrationalia quia peccant.
- 25 Verbum refractare in materia ista importat necessitatem.
- 26 Recedere non licet in dubio à propria significazione vocabulis præsternit si conveniat, & communis usus loquendi, & valde notorius.
- 27 Capitulum 85. Consulatus, & Ritus predictus loquantur de verbo refractare absolute, & de per se, sine aliquo substantivo.
- 28 Refractare simpliciter aliud est, & aliud esse potest cum adjuncto.
- 29 Intellexus verus, & genuinus dicti capituli, consulatus.
- 30 Jus fundaci solvere, de omnibus tenetur is, qui caperunt vendere, vel exonerare, licet voluntarie venienti, aut sponte ad refractandum, vel carere de eundo, ad terram fundaci infra Regnum.
- 31 Dictionis, sed licet sit adversativa in facto, & in iure, tamen hic adversatur tantum in facto, ut etiam est quando jungitur cum copula, &
- 32 Dictionis predicta adversatur etiam in iure hoc casu in duabus.
- 33 Isernia intellectus emuleatur.
- 34 Exitus acta probat.
- 35 Animus colligitur ex postea gestis.
- 36 Venditio, sed exoneratio omnium mercium non exceptatur, sed sufficit quod corpus sit vendi, aut exonerari, ut statim exonerans teneatur de omnibus jure vere jus fundaci.
- 37 Verba Iserni. accipi oportet, de voluntaria venditione vel exoneratione, & ratio.
- 38 Venditionis appellatione venit libera, & vera, que consensu perficitur.
- 39 Voluntas, & consensus coactus licet sit consensus, & voluntas secundum quid, non tamen verus, & simplex.
- 40 Dictionis etiam est extensiva, augmentativa, & ampliativa.
- 41 Vectigal solvi debet, sive exoneratio fiat in terra, sive in mari de voxello in vexillum, & r. 42. quod ampliarur, n. 43.
- 42 Necessitas in istis terminis consideratur in duplice actu, scilicet appulsus ad portum, & exoneratio, seu venditionis pars mercium.
- 43 Novis necessariis ad portum appulsus, non includit necessario mercium exoneracionem necessariam, vel earam partem venditionem, & ratio.
- 44 Ritus, nec Iserni. exprimit casum posteriorum conjunctionum cum primo, & qui sit iste casus.
- 45 Fiscus, nec aliud potest extenderet ritum ad factum in eo non expressum.
- 46 Extenſio nullo iure, nullo modo fieri potest de causa ad casum non comprehensum, expreſſè, vel tacite, & quæ sunt facti, non presumuntur, nec supereri possunt.
- 47 Statuta recipiunt interpretationem à jure communi, & casus omittunt ab eo relinquunt dispositiones ejusdem juris.
- 48 Jus fundaci, & vectigalis est materia odiosa, & rigorosa.
- 49 Commoditas differt à necessitate.
- 50 Commodè dicitur fieri, quod sine promittentis incommoda, & salva dignitate fieri potest, & paria sunt, fieri commode, & absque penuria, necessitate.
- 51 Isernia loquitur non solam in primo casu necessariis appulisus, sed à contrario sensu expreſſè deciditur secun-

- secundus, ut existente oadem, aut simili necessitate, quæ non permitrat navem discedere, relevetur dominus mercium à solutione vectigalium.
- 54 Factum est considerare casum; in quo mercatores malling merces amittere, quod exonerare.
- 55 Voluntas coacta non est simpliciter voluntas, sed conditionata, & secundum quid.
- 56 Aristotelis aurea verba, pro roboratione, & dilucidatione materie integrè referuntur.
- 57 Ex duobus actibus, si posterior est executio prioris, ambo sunt unas.
- 58 Gabella non debetur ex actu, qui fit in exequitionem, & necessariam sequelam præcedentis.
- 59 Actus non dicitur noxus, qui fit in exequitionem præcedentis.
- 60 Discremen maximam inter solutionem gabella, & solutionem portorii, tributorum, & vectigalium, & ratio differentia.
- 61 Socii, vel baredes non solvant laudem ob necessariam inter eos factam empbytheistica rei divisionem, & ratio.
- 62 Venditio, vel exoneratio mercium, et facta necessario in exequitionem appulsus, confunditur cum ipso appulso.
- 63 Actus, qui fieri potest duplice ex causa, debet referri ad causam necessariam, & ex ea factus consetur.
- 64 Actus, qui fit ex necessitate alterius præcedentis, præsumitur necessarius, & gestus in exequitionem præcedentis.

### ARGUMENTUM:

Agitur de eadem questione, de qua in controversia præcedenti, & latius de intellectu, & explicatione ritus Regiae Cameræ in §. si vexellum, sub titulo de fundicio flagelli, &c. 85. Consularus maris, ac discrimine inter jus anchoragii, & jus fundaci, ac cætera alia vectigalia.

### Pro iisdem, novus discursus, ad verum intellectum supradicti ritus Regiae Cameræ:

#### CONTROVERSIA XLVII.

**E**T si in prioribus scriptis pro defensione immunitatis vectigalium, occasione alterius navis, satis supèrque justitiam adversus Fiscum patere, justè credamus, ut tamen omnis nebula cefset; pro resolutione objectorum, & germano, & vero sensu ritus Cameræ subscripta superaddenda censiui. Non obstat igitur primò, ritum in omnibus casibus in ipso consideratis, & distinctis, diversimodè considerare appulsum ab exoneratione; siquidem distinctio, quæ fit in appulso, non aliter fit citca actum exoneracionis, unde infert Fiscus distinctionem inter casum voluntarium, & necessarium, esse faciendam in appulso tantum non autem in casu exoneracionis, quia tunc etiam si exonerentur merces ex necessitate, debetur portorium.

1 Primò enim dicimus, ritum aperte continere, & decidere etiam casum exoneracionis multifariam, scilicet. Primò aperte in sensu directo. Secundò saltim per inflexum à sensu contrario. Tertio à ratione expressa in ipso ritu, quæ utrumque casum inseparabiliter conjungit, & comprehendit. Quar-

2 to ex vi repetitionis. Quinto, & tandem, si nihil horum adesseret, ita ritum esse intelligendum ex interpretatione passiva, quam recipere debet à jure communi, quæ generaliter in omni casu, & præsertim in specie casus nostri expressam constituit differentiam inter actum voluntarium, & necessarium, & sic non fuit necesse hoc exprimere. In sensu direto hoc dicit in primis verbis ibi, si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet pro jure fundaci: loquitur igitur expressè initium ritus de vexello mercibus onusto, quod venit ad aliquem Regni portum vi ventotum, & tempestate, quod si cessante tempestate, velit recedere, nec exoneraret, nihil solvet, conjugit igitur expressè ritus casum appulsus navis, & exoneracionis, disponens, quod si cessante tempestate recedat nec exoneret, non solvit, ergo si durante tempestate permaneat, & exoneret, ex eadem necessitate, nihil pariter solvet.

4 Confirmatur ex sequentibus verbis, quia non dicitur venisse, qui coactus, & compulsus venit, si ergo mox ritus conjunxit casum appulsus, & exoneracionis, sequentia verba, quæ per dicti cap. quia exprimunt rationem dicti cap. quia propter, de rescrips. Augustin, Barbos. de dicti. cap. 265. pariformiter utrumq; casum comprehendunt, & ad omnia præcedentia referuntur ac si dixisset ritus, quod non dicitur exonerare, qui coactus, seu compulsus, eadem necessitate urgente exonerat. Italis scriptura, §. fin. ff. de leg. 1. cum aliis ad propositum per Surd. dec. 322. n. 59. & hoc etiam ex vi repetitionis, propter unitatem sermonis, & connexitatem orationis, juxta tradita per Bar. in l. in repetendis, ff. de condic. & demonstrat. Cravett. conf. 208. num. 6. Surd. dec. 88. n. 24. cum allis in fine ex quibus repetitio præcedentium induci posset, que doctè satis licet prolixè, cumulat. Castill. Hisp. lib. 2. quot id. controversial. cap. 4. ex n. 138. 5 Ponderentur præterea secundo illa verba carare debet Portulanus, ut statim sedata tempestate recedat, ex quo videtur, quod voluntarius permanent solvere debeat, si esset verum assumptum Fisci discrimen inter actum voluntaris, & necessitatis considerari solum in appulso navis non in reliquis, scilicet circa exoneracionem, & venditionem frustrè ritus in actu sequenti permanendi, dixit inff. inter actum voluntarium, & necessarium, unde dum dixit, quod si voluntarius remaneat, nec dixit, quod si remaneat simpliciter, & indistinctè, ergo eadem distinctio, quæ sit in appulso, debet fieri in reliquo, scilicet in actu posteriori permanendi qui actus non sit, nisi ad finem exonerandi, vel vendendi, frustrè enim quis remaneret in portu nisi ad hunc finem; si quidem omne agens propter finem agit.

6 Tertiò confirmatur ex illis verbis, dicunt tamen multi, quod solvet jus anchoragii, quasi pro hospitio, quia in tali portu securatum fuit vexillum, sicut in domo propria. Unde ubi voluit ritus indistinctè solvi jus aliquod, scilicet anchoragium, generaliter, & indistinctè hoc diffinivit, & statuit, idque expressit per dicti tamen, quæ est adversativa, & adversatur quoad omnia præcedentia in eodem genere, retentis eisdem terminis, ut jus anchoragii indistinctè solvi debeat absque illa necessitatibus, & voluntatis distinctione Vulpell. de proposit. & adverb. dict. tamen, Barbos. de tract. cap. 347. num. 2. & proinde quod disponitur de iure anchoragii, extendi non debet ad jus fundaci, & cetera vectigalia per Fiscum prætensa, tum quia jus anchoragii est jus satis leve, præsertim comparatione ad jus fundaci,

staci, quod est maximè onerosum, & odiosum, ut in superiori Controv. fundavimus, & proinde facilius ferri potest solatio modicæ quantitatis sub magis colorata ratione, quod vaxellum, sit securatum in portu Regis, in cuius portus constructione, & conservatione Rex de suo expendit, unde deberi videtur ob impensam, lahorem, & reverentiam, ad quæ munera non extenditur immunitas, *Menoch. conf. 297.*

**8 ex n. 15. lib. 3. Gratian. discept. forens. s. 2. cap. 377** *nam. 23.* quod non est in fundaco, quo ut plurimum non utuntur, mercatores, sed conductis domibus, cum solutione mercedis, in quibus commodius, & tutius conservantur merces, & nihilominus solvit jus fundaci Regi, sub quæsito dumtaxat colore exigendi maximum & nimis onerosum vectigal, ut dicit in specie *Ifern. in d. tit. de jure fundaci in princip. §. item si ponantur*; unde à solutione minoris, ad solutionem majoris vectigalis, non debet licere Fisco argumentum ducere, præsertim affirmativè *Everad. loco de minor. ad major.*

Quarto, idem suadetur ex verbis seqq. *ubi verò voluntariè venisset causa commercii, etiam si non exonerasset, solvet fundacum, vel cavere debet,* &c. igitur **10** ut alijs dixi, & nunc non repeto, ubi coactè venisset, non causa commercii, etiam si exonerasset, non solvet fundacum & nunc addo, hoc argumentum non posse aliter formari ad corticem verborum, & in sensu perfectæ orationis, siquidem constat, argumentum à sensu contrario, desumendum esse à sensu illius qualitatis, quæ causa sit dispositionis, ut ex *I. conventione 11 Iur. C. de Episc. & Cler.* probat *Dom. Alphanus preceptor meus post alios in l. i. n. m. 155. ff. de offic. ejus, & inspecta ratione, seu mente legis Everard. loco à contr. sensu, n. 21. limit. 9.* Et hic versic. si prædicta deficerent, solus decideret questionem nostram: *equiparant enim appulsus, & exoneratio mercium* **12** *voluntarii, sicut enim solus appulsus voluntarius causa commercii obligat merces ad solutionem vectigalium, inspecto fine, & intentione, quia mercator ve-* nit ad portum causa commercii, quod commercium est potissima causa radix, & occasio, ex qua vectigalia sunt instituta, & in specie jus fundaci deberi ex commercio, dicit *And. in nostro sex. in §. si vaxellum, in fin. in illis verbis, vel ibi, facit inde commercium, latiss. Guettier. post Carond. Lasare. & alios de Gabell. quæst. 1. ex n. 8. cum seq. ut exinde pro usu* **13** *non solvantur, l. in lege consonam, ff. de verb. signif. Regner. de regal. lib. 2. cap. 6. n. m. 128.* sic etiam exoneratio causa commercii, & venditionis voluntariae, pari modo producit jus solvendi vectigalis Fisco, & sic contrarium appulsus navis necessarius, & exoneratio, vel venditio necessaria ex causa violenti appulsus jus Fisco auferunt, & eximunt mercatores, sive ex regula contrariorum equiparatorum per contrarium, sive à cessante ratione, cum nedum necessitas, sed quolibet fortuitus casus mercatores ex- **16** cuset, ne sint in damno; *Bart. & alii infra citandi, & proinde ritus in præd. verb. utitur altera adversativa, ubi verò, ut ostenderet discrimen inter solutionem anchoragii, et fundaci: constat enim distinctionem verò adversari, addit ritus, idem si venisset ad* **17** *refriscandum, ut multi dicunt, sic servatum esse ex voluntate regnantis, de qua si constaret, certum esset;* unde cum ampliare proximum casum, tradendo simile exemplum, quod etiam si navis venisset ad refriscandum et sic pariter voluntarie, sicut in præcedenti est enim hæc species voluntarii appulsus, qui ex germana vera, et propria verbi significacione pro-

ficiuntur, et eodem modo accipitur in vulgari, et communis usu loquendi: constat enim esse vulgare dictum nautarum, et est communis omnium usus, sive loquendi genus, *andare a pigliare refrisco, & a refriscarsi, quod et uicitur in terrestri itinere; ubique enim in Regno novimus invitari transfeentes, et maximè notos, etiam non sicutientes, vel aliis indigentes, venire a refriscarsi, & venire a bere, et sic concordat æthimologia vocabuli, cum communi usu loquendi, quorum uterque, voluntarium actum significat.* Sub **19** *sistit parumper Ifern. glossando dicens, quod licet hi duo casus in ritu purificati, de quibus proximè dixerat, viderentur duri, ut ius fundaci solveretur ab eo, qui licet voluntariè venisset causa commercii ab initio, tamen non exonerasset, vel saltem debuisse cavere de eundo ad terram fundaci infra Regnum, idemque si venisset ad refriscandum, ex qua dictione, idem, qua utitur Ifern. colligitur omnimodo similitudo, et exæquatio, ut una sit substantia, et æquiparat casum sequentem cum præcedenti, ita ut omnino in diversis casibus sit eadem censura, seu decisio, ut latè probat *Alex. Barbos. de dittio. cap. 122.* ut latius hoc esse nimis durum, probat inferius idem *Ifern. in v. r. f. frv. §. alii dicunt præmisso casu, et iterum versic. seq. idem debet dicit variè dum dicit, quod etiam in delictis si panitez ante consummatum crimen, est impunè, etiam in atrocibus, & quod licet mutare voluntatem reintegra, ut plenè per eum.* Quod et iterum plenissimè alijs rationibus comprobatur inferius ante fin. eiusdem titus in §. id quod alius **20** *dè portatur, & non exoneratur in mari Regni, et iterum postea portare in portum, & non exonerare in Terram vel in aliquo vaxello, non est immittere in Regnum, quia mare, & latus naturali jure sunt communia, ubi latiss. attamen redeundo ad supradicta,* **21** *excusat Ifern. dicens posse hoc principem in terra sua, cum in positivis sibi licet dicere legem, quam velit, et consueta servanda esse, licet sint per quam dura, et sic resolvit obiectum, quod ea, quæ adfunt ad tempus, non videantur adesse, et quod non videatur **22** *venisse, confessim recessurus, cu usmodi erat iste, scilicet qui venerat ad refriscandum, consideratus in proximo præcedenti casu, quoniam non venerat ut videret, nec ut perpetuè dimitteret merces in Regno, sed ad tempus breve maioraturus, confessim recessurus, scilicet postquam se refriscaverit.* Attamen his, et similibus non obstantibus inquit Ifern. haec eti dura statuti potuisse, manet tamen, ut caveant sibi **23** *Reges, et Principes, ut hæc iura, ratione carentia, non statuant sine causa, alijs peccant, ut *Innoc. solitus est advertere, et corrigerre Principium institutum in locis, quos alibi citat Ifern. in tit. quæ sunt regal.* post n. m. 7. ubi concord. per *Lipar. nec obstat, quod verbum refriscare, importet necessitatem, ut pro-* **24** *bari videtur in cap. 85. Consulatus maris, in quo asseritur usurpari verbum, refriscare exarcia, et sic in casu, ubi navis indigeret velis, et aliis navalibus* **25** *instrumentis: dicimus enim primò, in dubio non esse recedendum è propria vocabuli significatione, maxime cum illa conveniat cum communi usu loquen-* **26** *di satis notorio, ut supra, nec d. c. consulatus, loquitur de verbo refriscare, absolute, et de per se considerato, sine aliquo substantivo, sicut loquitur ritus no-* **27** *ster, ibi, idem si venisset ad refriscandum, et iterum in vers. alii dicunt præmisso, ibi, ut aliud tenderet, pu-* **28** *ta, ut refriscaret, aliud est enim simpliciter refriscare, aliud esse potest cum adiuncto, scilicet refriscare exarcias, vel velas, de quibus loquitur c. cōsulatus,****

nec dictum assertum c. quicquam probat, dum epim dicit, se per aventure la nave habebis bisogno più esarcia, d' che la sua fosse consumata in tutto, o in parte, il padrone della nave non è tenuto dare accuncio, ne di refreshare esarcia, il dare accuncio, potest includere necessitatem, il refreshare l'esarcia, remanet in sua propria significatione, ut importet duplum, vel maiorem, sive fortiorum habere exarciam ad cautelam, & sic nullibi probari potest, ut verbum, refreshare, importet praecipitam necessitatem, de qua nos agimus; subdit Isern. per dict. sed si, in præd. casibus, inciperet vendere, vel exonerare, statim teneatur de omnibus, ius fundaci solvere, vel cadere, ut dictum est, & sic tam in primo, ubi scilicet voluntarius venisset, nec exonerasset, quam in secundo, ubi etiam sponte venisset, ad refreshandum, ad tempus breve moriturus, ut statim recederet addit nunc, quod si inciperet vendere, vel exonerare, statim teneatur de omnibus, ius fundaci solvere, vel caedere, ut dictum est, & sic licet dictio sed, soleat adversari regulariter in facto, & in iure, hic tamen adversatur in facto tantum, non in jure, ut interdum predicta dictio hoc operatur, ut quando jungitur cum copula (&) Offav. Vulp. de præpos. & ad verb. dict. (sed) cert. 108. Sanchez, & alii per Alexand. Barbos. de dictio, cap. 309. quia ponitur casus, quando inciperet vendere, vel exonerare, in quo adversatur casibus proximis dictis; concordat tamen in jure; verum non fallor, meo quidem iudicio dici potest dict. præd. sed & si, in jure, etiam hoc casu adversari in duobus. Primo, quia in preced. casibus, ubi voluntarii venisset, & non exonerasset, vel ubi venisset ad refreshandum, statim recessurus intentio Isern. fuit ostendere quod de iure non deberet solvi ius fundaci, sed bene de facto, & de consuetudine; sic de voluntate regantis, qui potuerat hoc statuere; hic vero, cum mutata voluntate inciperet vendere, vel exonerare, intentio Isern. est dicere, ut etiam jure stricto de omnibus ius fundaci solvi debeat, vel caveri, quia venit utroque casu, causa commercii, ut exitus acta probat, dum vendit, vel exonerat, quia animus colligitur ex postea gestis, & his, quæ sequuntur, & amplius in jure adversatur in eo, ut ex eo, quod incipiat vendere, vel exonerare, statim tenetur de omnibus solvere, & sic non est expectanda venditio, vel exoneratio omnium mercium, unde necessariò huc usque accipienda sunt verba Isern. de voluntaria, venditione, vel exoneratione, tūm quia metus, vis, & coactio non præsumuntur, & præsertim venditionis appellatione, intelligitur de libera, et vera, quæ consensu perficitur, l. 1. §. fin. ff. de constr. empt. l. 1. vers. item emptio. ff. de rer. permis. §. i. insit. de empt. & vend. juncta Linvitum. C. de contrabend. empt. qui consentitus in omnibus contractibus debet esse liberus, et spontaneus, quia voluntas sive consensus coactus, licet consensus sit secundum quid non tamen verus, et simplex, ut infra dicemus; tum etiam, quia exceptio tradita in d. versic. sed & si, in præd. casibus, debet esse de regula, et remanet in non mutatis de natura regulæ, & consequenter intelligi debet iuxta terminos regulæ in predictis casibus considerare, ampliat postmodum hoc Iser. per dictio, etiam, quæ ex extensiva, et stat augmentativa, et ampliativa, l. 2. C. de testib. Barbos. de dictio. cap. 95. ut idem ius sit, etiam si vi ventorum venisset impulsa, et quod dixit de exoneratione in terra, extendit, ut præcedat etiam si exoneratio fieret in mari, & de vaxello in vaxellum, ibi, & si exoneraret de va-

xello, unde venire vi ventorum, & poneret se in alio vaxello navigante exere Regnum, solvet fundacum, sicut exonerasset in terra, et reddit rationem, nam commoditatrem habent banc in mari Regis exonerando quidem de uno, & onerando in alio, viderat, tandem si de novo merces oneraret, & exoneraret; hæc 42 igitur ampliatio, ut solvendum sit vaxello, etiam si navis venisset vi ventorum impulsa, cum incideret vendere, vel exonerare, non video quo jure; quovæ prætextu sit iterum extendenda, supplendo factum in verbis, et in sensu minime comprehensum, ut scilicet Ritus, sive potius Isern. ( si quidem verba Ritus, à verbis Isern. distingui facile non possunt, ) procedat, nedum si navis vi ventorum venisset impulsa, sed etiam eadem, vel simili necessitate præcisa coactus magister navis exoneraret, vel vendat, hoc certè rogo considerari, 44 necessitatem in nostris terminis in duplice actu considerari posse. Primo scilicet in actu appulsus navis ad portum idque multifariam, vt scilicet tempestatis, incursum hostium; vel aliter. Secundò vero potest considerari necessitas in actu exoneracionis, vel venditionis partis mercium, ut cum necessaria est refectio navis, et deficiunt pecunias, quo casu præcisè opus est, pecuniam ex venditione quarumdam ex mercium redigere, ut navis refecta ex inavagibili fiat navigabilis ad perficiendum iter destinatum. 45 Primus casus appulsus navis, necessarius ad portum non includit necessariò secundum, ut semper sit necessaria mercium exoneratio, sive partis earum venditio, ut cum navis incolmis in portum licet vi tempestatis delata est, sed interdum, cum primo casu ex facto contingenti concurredit etiam necessaria navis refectio, quæ potest esse innavigabilis inspeccito statu presenti, et navigabilis in futurum, ipsa navis refecta, sicut in simili de sententia, vel extincta, vel suspensa per appellationem dicitur in l. 1. §. ultima. ff. ad Turpil. Ritus, sive Isern. in d. amplias. nominati loquuntur, etiam si vi ventorum venisset impulso, & paulò post, idem repetit in casu exoneracionis vaxelli de uno in alterum, unde vi ventorum venit, & inferius; ad quod non credebat venire, & sic 46 nullo modo exprimit posterium calum conjunctum cum primo, cum scilicet ita vi ventorum venit, ut etiam necessaria indigat refectio, quæ sine exoneracione in terram, vel alio vaxello, & sine pecunia ex venditione mercium redigenda, fieri non potest, ut propriè contingit in casu nostro. Quis igitur, neque etiam Fiscus poterit supplere hoc factum, 47 & superaddere illud ad Kitus extensionem, ut procedat etiam ubi navis nedum impulsa venisset, sed etiam, quæ indigeret necessaria refectio, quæ sine exoneracione, & mercium venditione fieri nequaquam posset. 48 Hæc quidem suppletio in f. eto, & ampliationis extensio, nullo quidem jure fieri potest, cum ea quæ sunt facti suppleri nequeant, nec præsumantur, ut ad ornatnm vulg. l. in bello, §. facta, ff. de cap. & p. pl. rever. lat. Menach. de præsumpt. lib. 5. cap. 175. num. 4. & præsumantur. & quod facta nunquam lib. 6. c. 14. Addit. Natura ad Alex. conf. 119. lib. 1. cum non sit de casu ad casum, ex verbis, nec ex mente comprehendit, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gestis. Surd. latè decis. 202. n. 9. quod si generaliter est verum, statuta debere recipere interpretationem à jure communis, & causum à statuto omisum relinquendum

dum esse dispositioni juris communis, etiam si sint contra ejusdem juris dispositionem, juxta ea, quæ congerit *Sard. dec. 282. num. 24.* potissimum, & in specie hoc tradunt *DD.* in terminis vectigalium, ut post *Signor. de Homod.* cūjus verba inferuit in sua lect. *Alberic. in d.l. Cæsar. post num. 7. vers. conclamans ergo, tradit latiss. ibi Bart. ex num. 15. & post n. 26. vers. præterea, ff. de public. in qua l. Cæsar. DD. post Bart. omnes tractant materiam restrictionis, & interpretationis statutorum ad formam juris communis ut alibi recurrere opus non sit, & hæc est interpretatio passiva, quam statuta nunquam excludere cōsentur, etiam si ab eodem statuto sit prohibita interpretatio, *Sard. dec. 178. num. 16.* & 17. in ritu qui dem exorbitanti, in materia vectigalium, & vectigalis quidem, tam odiosi, & rigorosi, quale est jūfundaci, ut alias probavimus, & præsertim, cum pertentando verba ipsius Ritus à principio, usque ad finem, ubi de appulsa necessario meminit, semper supponit navim in columem portum petiisse, ex toto enim contextu dispositionis colligitur illius sensus, & interpretatio, l. nummis, ff. de legat. 3. cum concord. per *Sard. dec. 202. num. 16.* legatur in principio si vaxellum vi ventorum, & tempestate veniat curare debet *Portulanus*, ut sedata tempestate rece dat, & sic usq; in finem, ut supra: verba autem, quæ ponderat Fiscus, ex quibus redditur ratio prædictæ ampliationis in casu exonerationis de vaxello in vaxellum, nam commoditatem habent hanc in maris Regis exonerando quidem, & onerando in alio, videtur sanquam si de novo merces oneraret, & exoneraret, si alia deficerent, hæc quidem sola sufficerent.*

Ponderando primo nomen illud quo utitur *commoditatem*, quæ quidem distat à necessitate, quinimò ipsam excludit; siquidem aliud est frui commodi tate, aliud uti necessitate, tex. cum gloss. ubi *Alcæt. Reb. Briffon.* & cæteri in l. nepos proculo 135. 52 ff. de verb. signif. commodè enim fieri dicitur, quod sine promittentis incommodo, & salva dignitate fieri potest, & idem est fieri commode, sive cum commoditate: quod abique penuria, & necessitate. *Jo: Andr. Panorm.* & *Dec.* quos probat *Corduba.* in l. si quis à liberis. g. si filiis, num. 8. 1. & 82. ff. de lib. agnos. confirmatur ex his, quæ subjicit in vers. hoc quando coactus, usque ad versic. item aliud si, ubi credo scri ptoris vitio adesse plura verba mēdolas; videtur enim alioquin se nimium involuere, nec adesse congruum sensum, ut contingit in operibus lser. etiam impres sis, et si à tot Illustribus Viris expurgatis, hæc tamen verba non expedit emendare, cum non faciant ad causam, sed dum se remittit ad dicta per eum in fin. in cap. de jure exitu, clarior redditur veritas, dum ibi dicit hæc verba jas exitu, quod est novum percipitur toties, quoties de Regno exercitum cum eisdem mercibus, &c. lubdit in fin. g. 1. dict. tit. de jure exitu, nisi vi ventorum, & tempestate impulsu rediisset, sed tunc sedata tempestate, & cessante impetu venti, debet recedere, ut supra in rub. de jure fundici dictum est.

Unde expressè ex prædictis verbis, ubi vicitiss 53 se lser. remittit, apparet nedum ipsum loqui in primo tantum casu necessarii appulsus, quo casu prædicari potest, quod navis recedere possit, & non in secundo casu, ubi scilicet navis esset rupta, aded ut non possit recedere, nisi prius reficeretur; sunt enim præsupponendi ubique termini habiles, & sic dum injungitur, quod navis recedat, nisi velit solvere vectigal, exaudiri debet, quod possit recedere, sed à contrario sensu, quinimò à cessante ratione,

deciditur expressè secundus casus pro nobis, dum enim præcipitur, ita demum solvi vectigal, si sedata tempestate, & cessante impetu venti non recedas, ergo durante tempestate, seu existente eadem, vel simili necessitate, quæ non permittat navem posse discedere, exoneratio, vel venditio coacta relevat solutione vectigalis, quoisque navis sit in sua libertate, quia scilicet possit exire, & voluntariè permaneat, exoneret vendat, aut de una navi in alteram merces reponat ex voluntate quidem, quod indicat nomen *commoditas*, non quidem, ex necessitate, idem colligitur ex versic. ritus nostri, qui subsequitur, ibi, Item aliud si vi ventorum navis impulsa, aliqui mercatores exonerant, & aliqui non; & sic clarè loquitur in casu exonerationis voluntariæ, 54 quis ponit casum, qui non posset moraliter considerari in casu exonerationis necessariæ, in quo fatuum esset considerare casum, in quo mercatores mallent merces amittere, quam exonerare, ut in prima Controv. adverti, & novissimum non obstat vulgare dictum, quod voluntas coacta voluntas est ex Arist. etibicor. 3. cap. 1. & potest citari *Gloss. in l. postliminio 55 17. ff. de captiuis, cum infin. sim.* Dum enim in hac materia solutionis vectigalium fit expressa dicta tam jure communi, quam in ritu, inter casum voluntarium, & necessarium, frustrè citatur Aristot. ad probandum, quod voluntas coacta voluntas sit; siquidem ultrà declarationem traditam à *DD.* quod voluntas coacta non sit simpliciter voluntas, sed conditionata, & secundum quid, dictum Arist. in puncto declarat *M. sembec.* tam in paratis. ff. lib. 4. tit. 2. quod meras causas; n. 2. lis. F. quam etiam ad eundem 56 tit. C. qui est, tit. 20. num. 3. cuius verba verè aurea effent integre inferenda, libuit tamen pauca ex eis adnotare, Quamquam, autem hæc subtiliter distinguuntur *Pbilosophi*, etiam *Prætor* patavit, quodcumque vi atrocis committeretur, id metu quoque fieri, voluntate strique præsenti violentia cedente, & eodem modo subvenit, sive quis vim passus sit necessarium, & inevitabilem, quæ corpori vim affert, sive vim coactionis, quæ animum dumtaxat invadit, mentemque saperat; & meminit in puncto, de navि vim tempestatis in mari passa, addens in foro, ac in iuris disciplina, & ut nihil noceat vim passo etiam si invitus consentiat, & subiicit tandem hæc verba, nec cuiusvis in iudicio postulantis sit philosophica ratione scienter vim à metu, vel contra discernere, apud quem plura, & pulchra in ptoposito videnda. Nec Fiscus jure potest separare actum exonerationis, & venditionis mercium ex necessitate factum, ab ipso primo 57 actu necessarii impulsus, quia ubi ex duobus actibus posterior est exequutionis prioris, ambo actus sunt unus e. n. d. m., aded, ut actus subsequens velut inseparabiliter primo actui unitus, non dicatur diver sus à primo, sed unus tantum actus dicitur, nec detur differentia inter primum, & secundum l. illud, g. fin. ff. ad l. Aqu. l. Gloss. in l. cum filiis g. 1. vers. neu ter, ff. de verb. obligat. Jas. in repet. l. quomodo, ult. not. num. 20. ff. de flumin. tex. ubi Imol. & Castrensi notant in l. cum servus. ff. de condit. & demonstr. & in terminis, quod non debeatur gabella ex actu, qui fit in exequutionem, & tanquam sequela necessaria præcedentis actus, ut in revenditione, quæ fit ex necessitate pacti, adjecti in præcedenti contratu latissimè post relatos per *Tiraq.* affirmat *Sard. dec. 321.* quia non dicitur novus actus, qui fit in exequutionem præcedentis, & in puncto, his, & aliis relativis, Considerat *Guitier. de gabell.* lib. 7. quæst. 22. 58 T 2 n. 21.

num. 21. cum seq. licet maxima sit differentia inter solutionem gabellæ, quæ juxta unam opinionem debetur, etiam ex contractu necessario, & solutionem portorii, tributorum, & vectigalium, à quorum solutione excusat quis, nedum ex causa necessaria, ut distinguit Guttier. d. quæst. 22. num. 16. sed quilibet casus fortuitus, non debet præjudicare damnum passio, ut de comm. sentent. post Alberic. Bart. & Alphonse. Montalvo. ad II. Hispan. tradit idem Guttier. dict. cap. 22. num. 17. & alias dixi, & qui propter necessitatem dividunt inter se rem emphyteuticam, velut socii, & heredes, non solvunt laudem, non alia ratione, nisi quia permutatio, vel venditio tanquam divisionis necessaria sequela, & incidens, sine quibus ipsa commode expediri non potest, habentur pro actibus unitis, & coherentibus ipsi divisioni, ubi incidunt, & cum ea confunduntur; ut explicat idem Guttier, d. num. 21. & 23, optimè Franc. Clapper. in dec. Fiscal. part. 1. causa 26. quæst. unica ex sum. 6. & seqq. cart. mibi 219. & sic ipsa venditio, vel exoneratione tanquam necessario facta in executionem appulsa, confunditur cum ipso appulsi, præsertim quia etiam si actus ex duplice causa fieri posset, quod non est in casu praesenti, referri tamen deberet ad causam necessariam, & ex ea factus censeri deberet Surd. decis. 15. nam. 13. & actus presumitur necessarius, qui fit ex necessitate precedentis actus, idem Surd. dec. 305. n. 34. & presumi debet gestus in executionem precedentis, idem Surd. dec. 71. n. 9. 25. Aug. 1625.

Cum varia incidissent impedimenta, quibus causa expeditio dilata fuit, domini mercium mortis impatiens ad transactionem cum Filio devenerunt, & hac de causa lis ulterius non processu. Actuarius Franciscus de Flore.

## SUMMA IVM.

- 1 Majoratus de Priego verba proponuntur. & persona inter quas controversia discupatur, n. 2.
- 3 Nepos, filio primogenito prædefuncto, excludit patrum atatem majorera in primogeniti, & majoratis, que feudali successioni comparantur, & per leges Hispan. expressè statutum est præferri nepotem.
- 4 Primogenito vocato, censetur vocata illius linea infinitum, ad exclusionem secundogenitorum, declarata, ut n. 57.
- 5 Primogeniti, vel majoris natu vocatio eadem est, sed quod differant est verius, n. 58.
- 6 Majoratus institutor, censetur se conformare secundum leges de illo loquentes, nisi expressè aliter disposuerit.
- 7 Majoratus pro filio natu majore superfite, admittit nepotem ex primogenito, excluso secundogenito, majoris atatis, ad quod ponderatur etiam lex Hispan. n. 8. concursum tamen est verius, ut per totam questionem probatur.
- 9 Responsa in causis maturè consideranda sunt.
- 10 Filiorum appellatio specialis dicitur, & in ea non venit nepos secundum proprietatem sermonis, n. 11. & 12.
- 13 Liberorum appellatio comprehendit nepotes.
- 14 Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem, quando exiit filius, & nepos.
- 15 Filiorum appellatio excludit representationem filiationis in nepote, quia gradus vocatur.
- 16 Filiorum appellatio, non comprehendit nepotem quando filius cum aliqua qualitate vocatur.
- 17 Majoratus in quo vocatur filius major tempore mor-

- tis excludit nepotem ex primogenito, & n. 18.
- 19 Majoratus in quo vocatur filius major, excludit representationem nepotis ex primogenito defuncto, quia in successione consideratur qualitas etatis, quæ non adest in nepote, nec ad illum transmisæ potuit, n. 20. 21. & 22.
- 23 Relativum, quod, adjectum verbo futuri temporis, conditionem facit.
- 24 Relativum, quod sua natura restringit dispositionem & habet vim demonstrationis taxativa, n. 25.
- 26 Majoratus institutus per verba respiciens semper successionis, intelligitur vocare primogenitum existentem tempore eiusdem successionis.
- 27 Majoratus vocans filium majorum, qui erit tempore mortis, requirit tres qualitates in vocato, quod sit filius, quod sit major, & quod sit superstes: quia qualitates in eo, qui succedit, & non cui succeditur consideranda sunt, n. 28.
- 29 Qualitas requisita adesse debet tempore, quo dispositio ad effectum producitur.
- 30 Majoratus institutus cum aliqua qualitate, illa qualitas requiritur tempore successionis, & non creationis majoratus.
- 31 Verba restrictiva personæ ad certum tempus, excludent representationem.
- 32 Temporis limitatio continet restrictionem, ut in tempore includat, extrâ tempus excludat.
- 33 Qualitas adjuncta verbo, secundum tempus verb. regulaque.
- 34 Majoratus requirens majorem etatem successoris, hanc qualitatem requirit cum perseverantia in tempore, quo defereatur successio; & proinde nepotem ex primogenito excluditur a secundogenito majoris etatis, n. 35.
- 36 Nepos a filio distinguitur.
- 37 Superstes filius, ubi vocatur, cessat representatione, quam faceret nepos sui patris, & n. 38.
- 39 Superex: sicutia condicio, realiter verificanda est, non per fictionem.
- 40 Fictiones duas in eadem persona non dantur, & quæ sit fictio inductiva, & quæ translativa, ibid.
- 41 Referantur Autores in terminis, qui in Majoratis censitetur pro filio superfite majoris etatis, nepotem ex primogenito excluderant, admissio filio secundogenito superstite, majore etatem habente, siveque judicatum retulerant, ad interpretationem legum Hispaniorum.
- 42 In majoratum sive primogenitorum successione, quod nepos excludat patrum est dubia qualitas, & quid de iure legum Hispan.
- 43 Majoratus forma attendenda est.
- 44 Intellectus l. 40. tauri, admittentis nepotem, excluso patruo, est quod procedat in majoratis ordinariis: non vero ubi institutorem majoratus, aliter dispositio colligitur, ut quando filius major superstes vocatur, & n. 45. 48. & 49.
- 46 Emphyteufis concessa cum pacto, quod transcat ad primogenitum, intelligitur de primogenito existente tempore mortis, & n. 47.
- 50 Intellectus l. 40. tauri, est etiam, ut admissio nepotis, excluso patruo, procedat, quando primogenitus decedens habebat jus certum ad succendendum, & non incertum, & n. 51.
- 52 Conditio deficta impedit transmissionem, & representationem, n. 53.
- 54 Intellectus l. 2. titul. 15. part. 2. est, ut procedat in majoratis, in quibus solam attendat majoratus secundum tempus nascendi, & n. 55. & 56.

- 57 Primogenitis linea censetur vocata in infinitum, ubi simpliciter vocatur primogenitus, sicut si cum qualitate, ut quando primogenitus major superstes tempore mortis vocatur, sive enim secundogenitus superstes excludit lineam primogeniti prædefuncti.
- 58 Intellectus l. 40. tauri est etiam, ut esset admissio neptis, excluso patre, quoties colliguntur conjecturae pro patre vero nepotem.
- 61 Conjecturis legitimis, quod colliguntur dicuntur expressè dispositionem, etiam in majoribus, in terminis l. 40. tauri, & num. 62.
- 63 Verba ubi sunt opera, voluntatis questio non admittitur, maximè si sunt efficacia, n. 64.
- 65 Majoratus successio non transmittitur, si fueras successor decedas, vivente possessore.
- 66 Representatio non datur, ubi superstes vocatur, secundum communiorum opinionem contrà Molin.
- 67 Intellectus l. 2. titul. 15. part. 2. est, ut procedat in successione ordinaria primogenitorum secundam ordinem nascendi, & in successione Regnum, ita quibus admittitur representatio nepos exclusus secundogenitus, n. 68. & 69.
- 70 Auctoritates Doctorum ex contrario adducta in presenti controversia recensentur, & consenserunt, ut vel contra communem, vel in diversis terminis loquentes.

## ARGUMENTUM.

In majoratus successione, an nepos ex primogenito præfuncto, excludat patrum secundogenitum natu maiorem: & si majoratus sit constitutus pro filio majore superstite, an etiam secundogenitus major superstes excludatur à nepote primogeniti præfuncti, quod latissimè disputatur ad partes, & datur verus intellectus l. 40. tauri, & l. 2. titul. 15. p. 2. legum Hispaniarum.

## Pro Excellent. Domino Duce Feriarum in Causa Status de Priego.

## CONTROVERSIA XLVIII.

**H**ujus rei thema sic mihi præmittendum dixi, prout ex dictis allegationibus carpsi, juxta Imperiale præceptum in l. ac responsum, C. de transf. Rex Henricus, Secundus, precibus Nundalvi Fernandez à Corduba majoratum de Priego instituit his verbis: *Mandamos, que despues de los dias del dicho Gonzalez Fernandez, que aya el dicho mayorazgo enteramente con todas las dichas Villas, y lugares, &c. en la manera, que diceba es. Pedro Fernandez su hijo varon mayor primero heredero, e despues de sus dias del dicho Pedro Fernandez su hijo, que lo aya, y herede el hijo varon mayor legitimo, que el dicho Pedro Fernandez dejare al tiempo, que finare, y si hijo varon non oviere, que lo haga herede la su hija legitima la mayor.*

2 Devoluto denique hoc majoratu ad D. Catharinam Fernandez de Corduba, eaque defuncta, reticetis predicto III. Duce Feriarum ejus filio secundogenito, ac etiam D. Catharina nepte ex D. Petro Fernandez ejus similiter filio primogenito præfuncto, contendit, & recte dictus III. Dux ad successionem hujus majoratus, eum omnino admittendum, ex mente, & verbis dicti Regii diplomatici, cum tempore mortis matris, ipse, filius major legitimus

inventus sit. Contra autem insurgit dicta D. Catharina-neptis ex filio majore præfuncti, & minus iuste, ut patris majoris præfuncti personam representans ex l. 40. tauri, & excluso dicto III. Duce possessionem ejusdem majoratus sibi assignandam prætendit, infra scriptis mediis.

Primo, quis in primogenitis videtur communis opinio, quod nepos ex filio primogenito præfuncto excludat patrum in successione avi, licet etare major patruus sit; ut ex communis post Oldr. conf. 224. Jo. Andr. Bald. Anchor. Abb. Castronf. Aret. Rom. Socin. Fely. Parid. & alios tradit latè Tiraq. de primog. q. 40. n. 12. ubi subdit, hanc esse receptam sententiam in Gallia, Anglia, & H. spania, & n. 19. multa pro hac parte adducit rationes, eundem sequuntur sunt Duena, Covarr. Gregor. Lopez, & alii apud Molin. lib. 3. de primog. c. 6. s. 1. & 7. ubi inquit, esse communem, & latissimè, ut adsolet Conf. de Astur conf. 125. lib. 2. hanc eandem confirmat, & novissime Borrellus in suis decision. tit. de seculis ex sum. 45. 3. cum pluribus seq. que conclusio etiam in majoratibus sine dubio procedere videtur, cum eorum successio sit feudal consimilis, secundum Bald. in l. cum antiquioribus, n. 6. C. de iure delib. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 5. n. 3. Pinell. de bonis matris. p. 3. sum. 99. & in Regnis Hispanie, ubi super majoratum successionibus passim lites ventilantur, super his propriæ, ac peculiares constituantur leges pro nepote, ad patru ex clusionem, ut in l. 40. tauri, & l. 2. titul. 15. partita 2. in quibus indistinctè cavetur, quod nepos ex primogenito præfuncto in avi successione patrum excludat, tam inter descendentes, quam inter collaterales, ex quarum dispositione videtur res in tuto pro nepote contes patrum, ut in specie consuluerunt Paul. de Castro conf. 164. lib. 2. Abb. conf. 85. lib. 1. Dec. conf. 498. n. 19. cum aliis per Covarr. lib. 1. præt. quest. cap. 38. n. 6. & 7. & per Molinam cap. 6. lib. 3. de primogen. sum. 29.

Secundū pro nepote efficaciter facit, nam in primogeniti institutione linea primogeniti successivè in infinitum vocata videtur ad exclusionem secundo, & tertio genitorum: ita ut, donec supersit aliquis de linea primogeniti, sequentes non veniunt, sicut idem Molina d.c. 6. n. 29. 35. & 43. firmat ante cum Covarr. d.c. 38. n. 6. vers. ipse verò, ubi hæc probat in terminis juris communis, extra Hispaniarum leges, atque resolvit, filium secundogenitum nunquam dici primogenitum, donec adest aliquis filius, seu descendens à primogenito, & proinde ista neptis ex primogenito, que est in linea recta ultimi possessoris majoratus, videtur excludere patrum secundogenitum.

Tertiò, nec representationem hanc impedire habet, quod in majoratus institutione filius vocatus fuerit major natus: cum nulla sit effectualis differentia, an dictum fuerit, succedat primogenitus; an major natus, ut idem Molin. ibidem. n. 19. ex mente Abb. & alio: um supra citatorum, cum aliis relatis per Menoch. conf. 442. n. 20. & conf. 1171. n. 1. & 2. & Dic. ducum Burg. quest. civil. 1. & 2. n. 84. & idem in proposita nostra casus specie, nil obesse videntur verba illa, que lo aya el hijo mayor.

6 Quartè expressè deducitur ex d.l. 40. tauri, ubi, ut alias repetitum est, nepotem præferri patruo, indistinctè statuitur, & tantum casus ille excipitur, quod expressa dispositione, aliud majoratus institutor convit, atque statuerit: ergo si expressa dispositione id non statuat, credendum est id semper inesse, atque prædictis verbis adjectis dumtaxat expressisse illud,

T 3      quod

- quod de jure inerat, secundum mentem, & intellectum juris atque juxta decisionem d.l.40. tauri, & Portaria, sicuti in propriis terminis d. l. 40. tauri, quod requiratur expressa dispositio derogatoria, ut locus non sit illius i. dispositio in i. port. tradit Covarr. d.cap. 38.n.10.in fin. & n. 11. Peralta in rubr. de baredib. instis. v. 122. col. 4. fol. 72. Molin. d.c.8. n. 1. & in fin. P. Molin. Jesuita dispat. 629.n. 1. tom. 3. & 631.n. 7. Guttierrez lib. 3. præf. q. quest. 67. n. 38.
- 7 Quinto, nec etiam verba illa, *el hijo mayor*, quod deixare, videtur possit considerari ad inhibendum hanc representationem, quamvis in patre primogenito prædefuncto nunquam fuerit primogenitura actu radicata, ut affirmaverunt Caman. Festos. Corn. Alexand. Jaf. Crot. Ruy. Gratus. Riwini. Socin. jun. Paris. Crovet. & Zofas, quos pro hac parte addit Molin. d. a. 8. lib. 3. n. 20. vers. contrarium autem, & subdit, quod in propriis terminis majoratum Hispaniam, sic resolvunt Abb. d.conf. 85. lib. 1. Rom. conf. 29. Castres. conf. 164. lib. 2. Bolognia. conf. 62. col. 7. n. fin. & seq. Barbat. conf. 10. lib. 2. & Bellanera deci. 723. n. 16. & 17. hancque sententiam in ejusdem majoribus Hispanie cum his verbis huius nostri majoratus, amplectuntur Matthiensi. lib. 5. tit. 7. gloss. 6. n. 2. lib. 5. ann. Collect. Guttierrez. d. q. 67. lib. 3. ex n. 35. ad 43. Molina dispat. 629. n. 5. tom. 3. de iust. & jure, & Castill. lib. 3. quotid. cap. 19. ex n. 341.
- 8 Sexto, & ultimo ad predictorum confirmationem extat pro eadem opinione pro nepote fundatum, quod adducitur ex d.l.2. tit. 15. part. 2. ubi lex illa facit mentionem de filio majore superstite tempore mortis ultimi possessoris; & tamen nepotem ex primogenito prædefuncto, filio secundogenito in Regni successione statuit præferendum, siveque legem illum in his terminis expendit Molina d.c.8. nam. 20. vers. & pro eodem, & ante eum Abb. & Cast. ubi supra, & illius legis dispositionem procedere in quolibet majoratu, tradit latè Guttur. dict. q. 67. num. 35. lib. 3. præf. quest.
- Verum, quamvis haec omnia satis urgentia pro nepote videantur, cum tamen rem ipsam internè, ac 9 mature perpendissim, inspectis verbis huius nostri majoratus, ut admonuit Imperator in Artb. de restit. fideicom. & ex eius præcepto Didacus lib. 3. variar. resol. cap. 5. lib. num. 5. Tiroquell. d. quest. 40. num. 224. & Peregr. conf. 39. num. 16. lib. 1. adverti causam III. Dicis patrui esse iure potiorem, atque in huius majoratus successione præferendum esse indubitanter ex istimo ex sequentibus verissimis conclusionibus.
- Constat namque ex verbis hujus majoratus supra relatis, vocatum fuisse ad ejus successionem filium natu majorem, superstitem tempore mortis ultimi possessoris, quo circa, planè demonstratur, institutorem majoratus, filium descendenter, excluso nepote ex primogenito prædefuncto admittere voluisse in illius successione; quod quidem in primis indicant illa verba *el hijo*, ex quibus patet institutorem filium vocasse consultò: hujus enim vocatio dicitur specialis, & appellativa, ut tradit Ruy. conf. 163. n. 1. lib. 3. Menoch. conf. 200. num. 1. & 9. lib. 2. & proinde non venit in hac filii appellatione nepos, §. fin. inst. qui testam. autor. dari possunt, i. quid si nepotes, ff. de test. suela i. filium habeo, ff. ad Macc. idque 12 inspecta proprietate sermonis, secundum Bart. in I. liberorum, num. 9. ff. de verb. significas. Alexa idr. Corn. Socin. Dec. Covarr. Crot. Tiroquell. Roland. & alii, quos congerit Menoch. conf. 215. num. 12.
- Gr. Decian. confil. 41. num. 5. lib. 4. & latius confil. 47. num. 10. lib. 3. quod secus esset, si facta esset hujusmodi vocatio generalis, & collectiva per nomen literorum, ut notat Alexand. confil. 123. num. 1. lib. 1. ceterique omnes supra relati, cum aliis longa serie congestis per Ludov. Casanate confil. 34. num. 14. 34 hancque conclusio dubio caret, quando extant filius, & nepos, cum dispositio secundum sermonis proprietatem possit verificari in filio, ut tradit Curt. ius. conf. 57. n. 8. & ante eum Alexand. conf. 37. n. 3. lib. 3. Socin. Dec. Gorazd. Curt. ius. & alii multi, quos congerit Zanchus in Libredes mei, §. cum ita, part. 4. n. 164. ff. ad Trebell. Decian. d. conf. 47. n. 1. Menoch. ubi supra n. 39. unde cum adhuc majoratum post mortem D. Catharina, vocetur ejusdem filius supervivens tempore mortis ex d. Catharina junior nepcis ex Petro primogenito prædefuncto eo tempore non erat filia, sed nepcis illius. autem Dux erat filius, meritò non potest D. Catharina junior, se in ea votatione inclusam pretendere.
15. Præterea, ubi certus gradus designatur, ut in hoc casu, in quo vocatur filius, excluditur representationis nomen enim istud, gradum significat, §. 1. & 2. inst. de gradib. & proinde hoc casu cessat representationis, ut tradit Valasc. de empbyt. q. 50. num. 38. optimè Caldas lib. 1. recept. sent. qu. 19. num. 14. Cassaneus cans. 53. n. 32. post Abb conf. 60. num. 5. nec filiationis qualitatem primogenitus prædefunctus transmittit, doctè docet Gracian. lib. 3. discept. forens. cap. 436. n. 72. & Sard. conf. 403. n. 24. lib. 3.
16. Ulterius cessat hic, representationis præsumptio, quoniam fuit vocatus in hoc majoratu filius majoratus; at ubicunque vocatur filius cum aliqua qualitate, puta filius major, dicitur, pulchrior, fortior, nobilior, ex quo ista qualitas deficit in nepote, non comprehenditur filii appellatione, ac deficit representationis virtus, I. fin. C. de natur. liber. ubi Bart. & in d.l. liberorum, vers. item prædicta vera, Bald. in I. quisquis, C. ad I. Julianum Moyst. dat Alexandr. conf. 123. num. 2. loquens in materia majoratus, lib. 1. & conf. 4. num. 7. lib. 4. Dec. in eisdem terminis majoratus, conf. 443. num. 24. Beronus conf. 71. n. 24. lib. 1. Capyc. deci. 21. num. 8. Gabriel comm. conclus. tit. de success. ab intest. conclus. 2. n. 60. & in materia majoratus idem probat Beretta conf. 134. num. 23. & Palatinus Ruyius videndus in c. per vestras. §. 69. in fin. Mantica lib. 8. de conjectur. ult. volunt. tit. 9. n. 3. & tit. 10. n. 3. & in eisdem terminis Cevallos, lib. 3. præf. quest. q. 762. num. 127. & 157. ad stipulatur etiam 17 optima decisio Gamma Senar. Lufi. 307. n. 4. 6. & 25. ubi conciliat opiniones inter patruum, & nepotem; ut opinio pro nepote procedat, ubi filius simpliciter fuit vocatus ad majoratum: secus si cum illa qualitate major, quia tunc pro patruo est judicandum, cum haec qualitas majoris etatis in nepote deficiat.
- Hoc idem comprobatur, alia ratione Sard. d. conf. 403. sub num. 24. vers. & confirmatur, quia concurrent in nepote duæ improprietas, si admitteretur, primò, quia haberetur pro primogenito, cum non sit; & reputaretur filius cum etiam non sit: ad quorum confirmationem plura addit Flores de Mena in additionibus ad dictam decisionem Gammae, ubi pro hac opinione allegat text. sing. in I. si libertus. præcritis, §. si libertus, ff. de bonis libert. ubi excluditur representationis, si post primò nominatos, proximiior vocatur, & sic a fortiori excluditur, ubi proximiior major vocatus est; ut in hac specie nostra: & subdit Flore de Menia, quod pro sua opinione semper

per fuit, & erit; ut in casu predicto nulla admittatur representatio; imò quod succedit in majoratu proximior ex propria persona, & major, & non nepos, qui descendit ab eo, qui olim proximior fuit cum illo tempore nullum jus firmum, nec certum habuerit ad dictum majoratum, ut infra dicemus, & sic solum spem vanam transmittet, de qua nil curandum, cum nullum jus radicatum pater predefunctus ad majoratum habuerit, sic eum refert, & sequitur Cevallos, ubi proximè, num. 165.

18 Comprobatur etiam predicta ex eo, quod proximitas ad succedendum consideratur in hoc nostro majoratu non in vita ultimi possessoris, sed eo tempore, quo successio majoratus defertur Molina diff. lib. 3. cap. 10. num. 8. & clarissimè insinuant verba illa fundationis hujus majoratus, ibi, que lo boga el hijo varon mayor legíssimo, que deixare al tiempo, que finse, ex iis namque verbis apertissimè conspicitur fundatoris voluntas, cum scilicet, voluisse representationem excludere, cum qualitas ad succedendum in dicto majoratu debet adesse propriè, & vere tempore mortis ultimi possessoris, ut bene probat Caldas conf. 15. num. 24. & seq. Cevallos, ubi supra num. 166. & seq. Menoch. conf. 886. num. 14. lib. 9. T. besaur. lib. 1. quæst. forens. cap. 35. num. 37. cum igitur institutor vocaverit expressè majorem tempore mortis filium; licet filius primogenitus ultimi possessoris, successionis spem habere cœperit; non tamen habuit spem certam, sed conditionalem, si patri majoratus possessori supervixerit, quod si eo vivo deceaserit, quasi conditione defectus intelligitur, ut nec ex contraria transmittere possit spem effectam irritam ut in terminis agnovit idem Abb. d. conf. 85. num. 3. versic. secundo principaliter, & num. 4. lib. 1. Costa de Regni success. fol. 25. & 29. quos sequitur Caldas d. conf. 15. num. 29. cisdem relatis sublati igitur de medio D. Pedro Filio primogenito, predefuncto in vita D. Catharinae ultimi possessoris majoratus, utique cum major, & filios tempore mortis ejusdem reperiatur III. Dux, quasi substitutus admittendus est ad dicti majoratus successionem, ut latè confirmat Caldas, ubi supra sub num. 29.

19 Kursus verba illis, el hijo mayor, alia ratione representationem in hac specie nostra omnino excludunt, nam ubiunque instituitur majoratus, ad eumque vocatur, non primogenitus, sed filius major natus, perdifficilis, ardua ac inestricabilis questio illa patru, & nepotis exclusa videtur, ac patruus nepoti omnino præfertur, ut tradit in specie Bald. in l. ut intestato, ad fidem, C. de suis, & legitim. & communem assertunt ibidem Falgo. Paul. Castr. & Corness, Alexand. in l. is potest, num. 4. & ibi las. & Maranta, ff. de acquir. heredis. Costa de Regni success. fol. 84. Alexand. d. conf. 123. num. 2. & probat hanc distinctionem Alciatus, qui in eadem causa consuluit cum Alexand. in conf. 523. num. 6. Dec. conf. 443. num. 23. Cassanus d. conf. 53. num. 30. Alban. d. conf. 60. num. 4. Caldas d. conf. 15. num. 21. & 41. Peregr. conf. 39. n. 18. lib. 1. latè alios congerit Menoch. d. conf. 886. num. 7. lib. 9.

20 Nam quando vocatur filius major, consideratur tantum statis prerogativa; quia major, dicitur ille, qui stat, & natu est major, cap. major 31. q. 1. l. si pater, & al. & seq. ff. de adopt. l. 1. versic. majores, C. de impon. luctrat. descript. lib. 10. Dec. post alios d. c. conf. 443. num. 22. ubi interpretatur in specie verba illa, varon mayor, ut intelligantur de majoritate statis, sequitur Costa in l. quis duos, & cum in bullo, num. 12.

ff. de reb. dub. & Dom. Regens Valenzuela conf. 23. num. 95. lib. 1. idem Menoch. conf. 442. num. 19. & hæc 21 statis qualitas, & prerogativa non est ad hæredes transmissibilis, ut notatur in cap. 1. de reg. jarr. in 6. estque personalissima, ut quæ numquam transit in filium, nec cedi, aut transmitti potest l. peto, & prædium, ff. de leg. 2. & al. infist. de action. l. pecoris, ff. de servit. rustic. prædiqum. latè probat Caldas d. conf. 15. n. 33. & seq. Peguera decif. 114. num. 28. Surd. optimè conf. 403. n. 43. & seq. ex quo & illud sequitur, D. Catharinam filiam D. Petri filii majoris predefuncti non posse assumere locum patris predefuncti majoris, cum ipsa D. Catharina non sit major; prout erat ejus 22 pater, præfertim cum nullo jure caveatur, ut filius locum patris subingrediens statis qualitatem repræsentet, quam majoratus institutor desiderat, licet gradum repræsentet, ut bene adverbit T. bom. de Marinis lib. 1. de feudit. tit. 6. num. 23. & tit. 11. num. 47. & ubi de astate fit mentio, intelligitur de vera non autem da ficta, ut in specie docet Milanensis dec. Sil. 9. num. 50. lib. 1.

23 Denegant quoque representationem in specie nostra, verba illa, que demare, siquidem ex illo relativo que adjecto ab institutore in hac dispositione verbo futuri temporis, inducitur conditio l. Stibam, qui mens erit, ff. de legat. 1. ubi Bart. & Castr. ibi notant, quod dictum relativum taliter adjunctum reddit conditiones ejus antecedentes: igitur si antecedens est tale, in quo consistit substantia institutionis tunc tota dispositio redditur conditionalis, & defectus conditionis faciet deficere substantiam institutionis: quamobrem, cum in nostro majoratu illud relativum, quod, in junctum verbo futuri temporis, deixare, quod refertur ad tempus futuræ mortis, reddit conditionale ejus antecedens, quod est filius major, & cum hæc conditio superexistens defuerit in personam D. Petri primogeniti predefuncti in vita ultimi majoratus possessoris: meritè concludendum est, in eo omnem ad dictum majoratum dictæ vocationis substantiam defecisse, nullumque jus eidem suisse quæsuum, & per consequens D. Catharinam ejus filiam, & neptem majoratus ultimi possessoris, respectu dictæ successionis, omni representationis spe carere: prout sic in simili facti specie argumentatur Peguera d. decif. 114. num. 21. & Reg. Valeszuela conf. 23. num. 153. lib. 1. & num. seq. ubi id latissimè comprobatur.

24 Item relativum prædictum, quod, sua natura semper restringit dispositionem, ut probatur in leg. omnes populi, ff. de justit. & iusta, Lea tamen adjectio, ff. de leg. 3. & d. l. Stibam, hinc patet ipsum hujus majoratus institutorem valuisse, quod hoc relativum verificetus in eo tantum, qui tempore mortis ultimi possessoris superviveret, & quod ille solus in ea institutione comprehendatur, qui dicto tempore fuerit superstes l. ex facto, si quis autem, & l. hæredes, & Titius, ff. ad Trebell. cam similib. & declarat Bald. in l. 1. C. de legat. & in l. 1. C. de verb. fr. grecis. Socia. conf. 16. num. 38. lib. 4. Tiraquell. de reg. tract. lign. & glos. 9. num. 102. demum dictum relativum, quod, habet etiam vim taxationis, induitque vere, ac proprie demonstrationem taxativam, ut non nisi in persona demonstrata verificari possit, quem futurus eventus designavit l. cum certus, ff. de vino, tritic. & oleo leg. tradunt las. in d. l. Stibam, num. 5. & Castr. ibidem num. 4. ac diversificat quoque personam, ad quam fit relatio, à ceteris aliis, ut de illa tantum intelligatur dispositio, juxta gloss. in

- in clement. i. §. ad hoc , vers. incerta de præbend. ubi  
 lo: Andr. & alii Scribent. notant; at institutor in ca-  
 su nostro vocavit dumtaxat eum in quo concurrunt  
 tempore mortis possessoris duas qualitates demon-  
 strativa; v.g. filiationis , & majoris ætatis , præde-  
 fatus vero nec vocatus , nec demonstratus extitit.  
 Unde illud rectè ex his resultat , quod dum futurus  
 eventus fuit verificatus in personam Dycis,Dux ip-  
 se , & non D. Catharina neptis , ad dictam successio-  
 nem admittendus est , ut notat idem Peguera,ibidem  
 num.26.sic etiam verba illa, que lo baya,y berede,ma-  
 26 ximam conjecturam præbent nostras dispositiohi ,  
 sunt enim verba futuri temporis , ut tradit Ripa in  
 l.ex facto , num.33.& in l.centurio , ff.de vulg. & pu-  
 pill. ubi alii Scrib. & qui quando disponeus utitur  
 verbis futuri temporis , respicientibus tempus suc-  
 cessionis , dicitur vocasse eum , qui erit primogenitus  
 tempore successionis , ut ex Baldo , Dec. Alciato ,  
 Tiraquell. & aliis respondit in specie Menoch.d.con-  
 fil.442.num.6.lib.5.& sic institutorem majoratus vi-  
 detur vocasse Ducem , qui major , & primogenitus  
 tempore mortis D.Catharinæ repertus est , & ita ju-  
 dicatum ad favorem patrui , pro quo consuluit Me-  
 noch.d.conf.442. & Surd.conf.403. refert Gasp.T be-  
 faur.que st.35.lib.1.sub num.17.  
 27 Conferunt postremò ad prætense representatio-  
 nis exclusionem , verba illa nostri majoratus, el hijo  
 mayor , que deixare al tiempo , que finare , in quibus  
 ipse majoratus institutor tres qualitates expostulat,  
 filiationis scilicet majoris , ac superexistentiæ , tempo-  
 re mortis ultimi possessoris , quas voluit radicari , ac  
 verificari in filio , ut sic succedere debeat , ac valeat :  
 constat namque ex his verbis , ætatem filiorum , qui  
 post obitum ultimi possessoris succedere pretendunt  
 28 considerandam esse , cum in his , quæ sumunt effe-  
 ctum , aut initium à morte illius , cui succeditur ,  
 successoris tantummodo ætas , non autem illius ,  
 cui succeditur , inspicienda sit l.ca quæ C. de tempor.  
 in integr.refst.præsertim cum dispositio, de qua agi-  
 mus , inducta fuerit ex causa prædictæ filiationis  
 majoris , ac superexistentiæ , & nulli dubium , quod  
 29 ubi dispositio inducitur causa alicuius qualitatis ,  
 ea qualitas adesse debet tempore , quo dispositio  
 ad effectum producitur , iuxta tradita per Alexand.  
 in l. si rem meam , ff. de verb. oblig. latè confirmat  
 Velasquez de Avend. in d.l.40.caari, gloss.8. num.30.  
 ubi in his terminis maioratus , regulam generalem  
 assignat , quod ubicunque maioratus institutor ad  
 30 primogeniti successionem dispositivè , aut conditio-  
 naliter aliqua cum qualitate aliquem vocaverit:prin-  
 cipaliter intelligitur sub ea conditione vocationem  
 fecisse ; itaut dicta qualitas in personam votati re-  
 periatur tempore , quo successio usualiter defertur ,  
 nec sufficere voluisse eam qualitatem verificari tem-  
 pore institutionis maioratus , quam regulam optimè  
 comprobavit Tiraquell. q.63. num.2. ac alii relati  
 per eundem Velasquez , ac Menoch.conf.442. lib.5. &  
 Surd. latè d.conf.403. num.47. post Valas. que st.50.  
 n.16. & 46. de empbit. & alics , quos ibidem allegat:  
 hinc igitur fit ut cum die obitus D.Catharinæ senio-  
 ris , à quo die successio hæc , de qua controvertitur ,  
 sumit initium , atque effectum , ætas primogeniti sit  
 iam per eius mortem extincta , & Ill.Dux reperiatur  
 vivus , filius , & maior dictæ D.Catharinæ: igitur ip-  
 sum admittendum , exclusa nepte ad dictam succe-  
 sionem , fateri omnino oportet . Insuper dicta ver-  
 ba resticta ad tempus mortis , excludunt apertissi-  
 mè representationem,nam hoc casu , in quo vocatur ,

qui tempore mortis erit major natus , videtur expresse  
 dispositum , quod non succedat is , qui non erit eo  
 tempore major natus , quia nemo potest admitti , qui  
 tempore mortis non habet istam qualitatem requisi-  
 32 tam . Item sicut temporis limitatio continet certam  
 inclusionem , ita expressam inclusionem continet  
 quoad alios , qui eam qualitatem non habent Surd.  
 d.conf.403.num.57.in fin. & proinde sunt talia verba  
 restricta ad tempus mortis , & succedit regula vulga-  
 ta , quod qualitas adiecta verbo debet intelligi se-  
 33 cundum tempus verbi l.in delictis , §. si extraneus ,  
 ff.de vox alib. cum infinitis curculatis per Surd.con-  
 fil.216. num.2. præsentim ubi qualitas requirit perse-  
 verantiam , ut in casu nostro , in quo spectandus est  
 34 eventus mortis possessoris majoratus , ut filio super  
 viventi ejusdem deferatur successio , ita Bald.in l.bu-  
 manitatis ; num.28.C.de impab. & aliis subtit. & ita  
 in terminis nostris ad exclusionem nepotis , arguit  
 Alex. d.conf.123. num.2. lib.1. Socin. conf.88. lib.3.  
 num.1. & ante eos Isera.in cap.1.n.14. de natura fac-  
 ccessi feud. Dec.d.conf.443. num.15. Alba conf.65.n.12.  
 Peregr.d.conf.39.num.24.lib.1. & ante eum Roland.  
 conf.39. num.50. lib.4. qui Alba traditionem sequi-  
 tur , & multa de hoc eruditè congerit Caldas qu.19.  
 35 num.21. vers. decimè representatio , lib.1. forens.  
 que st. Menoch. conf.220. num.121. Surd. conf.403.  
 num.59. & seq. lib.3. cum igitur qualitas hæc non  
 fuerit purificata in personam D.Catharinæ , sed  
 Ill.Ducis , eidem Duci , hujus majoratus successio-  
 nem , exclusa dicta nepte , deferendam esse , clare li-  
 quet ; siquidem & ista neptis ex filio primogenito  
 præmortuo adhuc majoratum , qui filio majori su-  
 perviventem tempore mortis ultimi possessoris datus  
 est , admitti minimè potest , quoniam verè neptis est  
 36 non filius & aliter filii , aliter neptes appellantur ,  
 l.quod si nepotes 6.ff.de testa,tutel. nec me fugit,hujus  
 nostri majoratus dispositionem non ampliandam ,  
 sed restringendam esse , solemniter dixerunt Burg.de  
 Pax conf.34.num.19.post Ruin.in l.40.caari,num.4.  
 & novissimè Franciscus Molinus lib.3.de rita supo.  
 q.23. num.54.  
 Hinc igitur cessat omnis difficultas exclusionis re-  
 presentationis , tam ex illis verbis , que deixare , quæ  
 idem important , ac si vocasset superviventem & ubi  
 superstes vocatur , excluditur representatio , & in-  
 telligitur vocatus filius superstes tempore obitus di-  
 37 cti ultimi possessoris , quamvis secundogeniti ex-  
 clusis nepotibus ex filio primogenito juxta commu-  
 nes Gloss.in l qui plures , vers.superstites , ff.de vulg.  
 in l.Lucius §.pater , ff.ad Trebell.in leg.cum quidam ,  
 ff. de l.2. in l.baredes mei , §. peto , ff.ad Trebell.  
 & perbellè tradit Bart. in l.quidam elegia , sub n.23.  
 C. de jure delib. cuius decisionem approbant com-  
 muniter Castr.ibidem num.6.Aret.in l qui plures , ff.  
 de vulg. Rom.& Alexan.in l qui patri,num.12. & 13.  
 ff. de acquir. bared. & esse communem docet Socin.  
 jun.conf.14. num.7.lib.4. ubi num.4. admonet Baldi  
 litteram esse impressionis defectu corruptam , atque  
 mendosam , & hanc esse communem opinionem di-  
 cit etiam Portius Imolens. confil. 8. num.5. Gorazd.  
 conf.20. num.17. Parisius conf.37. num.50.cum seq.  
 lib.2.Franciscus Milanensis decif.8. lib.1.num.207.  
 ex quibus colligitur superexistencia superviventis ,  
 38 nedum non censeri vocatum filium primogenitum  
 prædefundum , sed etiam illius filium esse exclusum ,  
 ut ibi in verbis Baldi , ubi inquit , qui non supervi-  
 vit , non est substitutus , & sic non transmittit .  
 Idque apertius , ultra supra citatos , tenent infra-  
 scri-

scripti; scilicet *Azo Goffr. Anchör. Corn. Berer. Socin. Ripo. Rim. Jas. Dec. Anton. Rub. Curt. Jan. Berors. Riminal. jun. Alciat. Cassaneus Nascis. Mandell. Valasc. Acofta. Antonius Gabriel. & alios recentes*, *Molina lib. 2. de primogenitiz. cap. 8. num. 10. quorum quamplurimi, hanc verissimam, & receptam opinionem, quandoque in consulendo dixerunt quandoque legendio, & decidendo observarunt, ut diligenter observat Ludovic. Peguera dec. 114. num. 30. verific. ex quibus, sequitur verissimam hanc conclusionem Peregr. de fidicommis. cap. 21. n. 24. & 28. & conf. 39. num. 20. lib. 1. nec ab ea dissentient J. Faber. Af. fift. Ruis. Capol. Greg. Lopez, aliquae relati, & in eadem specie nostra, eam constanter defendit Vclaf. quez de Avend. d. l. 40. tauri, glof. 8. num. 37. & per totam illam glof. quibus addo Barf. conf. 41. num. 6. lib. 1. Graff. recept. sent. 6 fideicommissum, quast. 11. num. 10. Hipp. Rimis. conf. 75. num. 17. lib. 1. Petram de fideicommissu. quast. 11. num. 234. Mantic. de conject. lib. 8. sit. 9. n. 5. Simon. de Precis de interpret. alsim. volunt. dub. 4. fol. ultima, lib. 3. num. 26. Raudens. de Analogis, cap. 15. num. 275. qui loquitur in majoratu consimili, & idem in Append. ix 1. parte, n. 168. Antonius Malvase conf. 22. lib. 1. & Menoch. qui quamplurimos alios hujus opinionis sectatores commemorat, sequitur eos conf. 124. num. 95. confil. 200. n. 36. conf. 269. num. 795. lib. 8. & lib. 4. de presumpt. presumpt. 95. n. 202. & demum eandem, pluribus relativis fortificat doctiss. D. Valenzuela conf. 23. n. 101. & seq.*

39 Quam quidem receptissimam opinionem coadiuvat inconvinibilis illa ratio, quod hæc conditio superexistentia, non per fictionem, sed verè, & realiter verificanda est L. 3. & hæc verba, ff. de neg. gestis, Lex parte, & in insulam, ff. de verb. signis. & si de portis, ff. de bonis lib. not. Bald. in l. ex fatto, & ex fatto, ff. ad Trebel. Paris. conf. 30. num. 55. lib. 2. cum aliis congestis in his terminis per Ludovic. Peguera dec. 114. num. 31. unde cum neptis hæc, ad hujus maioratus successionem admitti contendat per representationem, dicitur admitti per fictionem l. fin. in fin. ff. de impab. & aliis subfist. Alexand. conf. 204. n. 7. lib. 2. l. 2. sit. 5. parita s<sub>q</sub> quare ad hoc ponderat dicitus Reg. Valenzuela d. conf. 23. num. 81. & ideo nequam admittenda erit in hoc casu, dum verè, non autem fictè huiusmodi superexistentia conditio 40 adimpleri debeat, ut proximè dicimus. Item alia ratione comprobatur; nam si ius primogeniturae ex D. Petro prædefuncto ad D. Catharinam filiam traheremus, duæ inducerentur fictiones circa unum, & idem. Primo enim fingeremus in D. Petrum ius primogeniturae, ac maioratus, quod apud illum dulce tempore fuit, ut perbellè explicat Alexand. d. conf. 4. lib. 4. Peguera ubi supra Surd. latè d. conf. 403. lib. 3. num. 45. cum seq. Cevall. d. q. 762. lib. 3. n. 194. vers. similiter esiam, & hæc esset fictio induciva. Secundo ius illud primogeniturae fictum, & imaginarium ad D. Catharinam ex representatione, (que est fictio translativa) protraheremus, quæ duæ fictiones circa idem non admittuntur l. 1. C. de dotis promiss. Bart. in l. si is qui pro empore, num. 69. ff. de usucup. ita Cevall. ubi supra, vers. id ipsura etiam, & ante eum Gamma id considerat dec. 307. num. 19. & sequent.

Ex quibus aperiè dignoscitur, prefatam D. Catharinam neptem iniustissimam fovere causam, cum in ea deficiant filiationes, masculinitatis, maioris status, ac superexistentia qualitatis, in maiores

satu (de quo agimus) diplomate requisitæ in Ducis verò persona omnes clarissimè convenient, ut non immerito fateri oporteat, adeo claram iurisque principiis consolem esse iustitiam Ducis. ut nullo 41 penitus modo obviari valeat. Et ne desint in terminis terminantibus, in confirmilibus maioratibus Reg. Hispan. pro patruo acerrimi defensores etiam in terminis d. l. 40. tauri, videantur rogo Caldas d. conf. 15. & lib. 1. quast. forens. q. 19. o num. 21. ad 22. Cevall. d. quast. 762. ex num. 14. per tocam, Costa de succesi. Regni Portug. par. 3. num. 32. fol. 130. latissimum Valasq. de Avend. d. l. 40. tauri glof. & per tocam, Ludovic. Peguera dec. 113. sit. fine, & dec. 214. per tocam, ubi ad saturitatem. Gamma dec. 306. Raudens. de analogis, cap. 15. num. 178. Surd. conf. 403. ubi sub num. 82. sic in Rota Romana decisum testatur, & in tract. de alimenis, sit. ult. q. 36. n. 46. Gaspar Tofiau. lib. 1. quast. forens. quast. 35. n. 17. 28. 3. 36. & 45. D. Regens Valenzuela d. conf. 73. num. 159. & conf. 97. num. 26. qui omnes in propriis terminis confirmiliū maioratum, & d. l. 40. tauri, & l. 2. sit. 15. p. 2. causam pro patruo nervas, atque eruditè defendunt, ac contrariis copiose satisfaciunt, ex quibus haec nostra conclusiones lucem accepimus (neque enim subtiliter animus aliorum nomina subiaceat). Tirozelli. in codam tract. primog. q. 62. nro. 5. vestigia insectantes.

Restat autem igitur, ut obiecta refalemus, quibus reiectis, clarior utique justitia D. Ducis, omnemque instantiæ aditum D. Catharinae nepti inclusum esse patet.

42 Et primo non aduersetur ea, quæ à multis approbat propositio, quod in primogenitureis nepos excludit patruum; quandoquidem concordia sententia habet non minoris numeri, & authoritatis fautores, qui assertant, patruum præferri nepoti ex primogenito prædefuncto in vita patris, ut latissimè congerit Tirozelli. d. q. 40. num. 15. & num. 100, refert rationes, quibus moventur huius partis assertores, & bene comprobant Gambe d. dec. 306. & Tefazz. d. q. 35. n. 18. & 41. adeo quod Cæsarea indigeret decisione quæstio hæc tam ardua, ac per difficultis, ut inquit Tirozelli. in sit. de succesi. feud. & licet videatur hæc quæstio in Regni Hispan. præteritum in maioratibus nepotia per d. l. 40. tauri, & l. 2. par. 2. sit. 15. sicuti in specie notant Abb. Castren. Cevall. Molina, & alii supra citati, quibus addo nunc Dom. Kovit. in pragm. 11. de fœd. num. 50. in fine usque ad n. 62. in quibus iuribus tota spes victoriae huius causa pro d. D. Catharina constitut, facilis etenim adhuc est solutione.

Nam quicquid sit in primogenitureis a lege institutis, aut consuetudine introductis, quo casu loquuntur omnes supra citati in illa quæstione patui, & 43 nepotis; in specie nostra spectanda est forma conditionis, ac substitutionis appositæ ab institutore maioratus, à principio in illius institutione, ita Melchior Palaez de maior. Hisp. in præf. num. 2. & 3. Berg. d. quast. 2. n. 11. & 31. Molin. lib. 1. cap. 2. n. 27. & lib. 3. cap. 8. n. 5. Dec. conf. 16. n. 22. lib. 4. Molina. Iesuista dispat. 629. num. 1. sit. 2. de justit. & iure, lat. Surd. conf. 403. n. 3. 1. lib. 3. & innuit hoc expressis verbis d. l. 40. tauri in fin. ibi. Salvo se ostra casu estuviere dispueta por el. que primieramente constitutio y ordeno el mayorazgo, que en tal caso queremo, que se guarde la voluntad del que lo instituyo, quoniam d. l. 40. tauri admittens representationem, loquitur in maioratibus ordinariis; in quibus vocatur filius primogenitus

genitus simpliciter, vel quando defertur successio de maiore ad majorem, vel si dicitur simpliciter, quod succedatur per viam majoratus, & in aliis similibus cum clausulis ordinariis, & in his casibus loquuntur jura, ac *D.D.* decisiones supra relatæ in illa quæstione patrui, & nepotis, nam *ll. Tauri* non fuerunt factæ ad correctionem, imò ad declarationem juris communis, ut ex eorum proœmio apparet, & in ejus commentariis tradit *Burg. de Pax* num. 432. *Ruvius* in l. 27. num. 17. *Velasquez de Avend.* in l. 40. gloss. 14. num. 26. *Molina de primogen.* lib. 3. cap. 6. num. 24. & cap. 7. num. 17. & ita illius virtute non debet in casu nostra representatione admitti, in quo vocatur filius legitimus, major, quæ superstes erit tempore mortis 45 possessoris dicti majoratus: censetur enim ex his verbis alterata forma majoratus ordinarii, & sic versamur in majoratu extraordinario, in quo cessat dispositio, d. l. 40. ss. 1. p. quæ representationem admittit in ordinariis, non in extraordinariis, & ab institutore alterato ex prædictis verbis, quæ servanda sunt, juxta dispositive in d. l. 40. in 2. par. hæc quæ realis distinctione colligitur ex *Bald.* in l. 2. num. 6. *C. de jure emphys.* ubi scripsit, emphiteusim acceptam cum 46 pacto non tranfere, nisi ad primogenitum, quia successio emphiteutica habet naturam relationis ad tempus mortis, & quæ primo natus reperitur tunc tempore mortis ultimi possessoris, admittendus est quem sequuntur *Alex.* & *Hercul.* in *l. ex facto*, §. pen. ff. ad *T'rebel.* & magis in specie *Jas.* in d. l. 2. n. 121. *C. de jure empbit.* qui ait, & animadvertisit, hoc esse nouum genus majoratus, & sensit idem *Bald.* in *l. si viva matre*, 47 num. 3. *C. de bonis maternis*, & in d. l. 2. num. 6. expresse voluit, quid quando successio habet naturam relationis ad tempus mortis, attenditus prioritas, quæ tunc in rerum natura versatur, in quibus verbis vult hoc casu secundogenitum præferri nepoti ex primogenito prædefuncto, idemque tradit idem *Bald.* in *l. cum antiquioribus vers. primo*, *C. de jure delib.* sequitur *T'raigell.* de *primogen.* q. 80. num. 2. & *Costa de Regni success.* fol. 13. *Valascb.* de *jure empbit.* qu. 50. 48 n. 14. 36. & 40. ubi dicit, quod stantibus verbis nostræ dilpositionis, cessat omnis quæstio patrui, & nepotis, & cessat representatio ex expressa voluntate disponentis *Socin.* in *l. si cognatis*, num. 5. vers. secundo infortur, ff. de reb. dub. qui dicit *Castr.* malè oonsuluisse, stantibus verbis prædictis, & latius *Jacob.* *Sadolet.* ibid. col. 1. *Rimin.* confil. 438. num. 10. *Cassaneus* conf. 53. num. 10. *Aleiat.* in *l. proximus*, ff. de verb. signif. & lib. 8. parergon. juris c. 15. & conf. 560. num. 3. pulchrè in his terminis *Franciscus Caldas d. conf.* 15. num. 23. & seq. *Gabriel.* conf. 107. lib. 1. *Bertrand.* conf. 186. num. 3. lib. 4. *Berous* conf. 71. lib. 1. num. 17. *Afflitt.* in cap. 1. n. 56. & 60. & 119. de *natura successi* feudi, *Caldas* lib. 1. recept. sen. quæst. 19. num. 21. in 49 fin. vers. ad stipulatam etiam, qui loquitur in terminis d. l. 40. *Tauri*, & denegat stantibus verbis prædictis, representationem, & pulchrè, *Pegaera* decis. 114. num. 34. & 35. & ibidem num. 10. 40. & 43. bellissime contendit, atque declarat, d. l. *Tauri*, loqui in majoratibus ordinariis, ac nostri majoratus speciem esse extraordinariam, & proinde non esse locum representationi, sed patrum præferendum nepti, quod latè etiam comprobatur *D. Regens Valenzaola* d. conf. 23. n. 112. in eisdem terminis d. l. 40. *Tauri*.

50 Quinimò ex verbis illius *l. 40. tauri* constat, ipsam legem præsupponere, illum filium majorem, de quo loquitur fuisse vocatum ad majorem, qui in vita patris habeat jus certum in habitum ad succeden-

dum in eo: ideo disponit, quod si locus representationis, & secundum hunc verum intellectum, dicta lex, nedum non adversatur juris communis dispositioni, at illis conformis redditur, prout sic intelligi debet, cum non ad illius correctionem, sed declarationem, & confirmationem conditæ sint, d. *ll. 40. tauri*, ut proximè fundavimus ex *Velasquez*, *Paltatio*, *Molina*, & aliis; secus verò est in majoratibus, in quibus filius major, nec aetu, nec habitu vocatur in vita patris sui, ut in re nostra, in qua vocatur filius major superstes tempore mortis ultimi possessoris: non enim iste filius major in vita patris prædefun. Etus, nec vocatus, nec demonstratus dicitur, l. *commo diffime*, ff. de lib. & postib. l. *sticbum*, qui meus erit ff. de *legat.* & *fideic.* i. nec de illo jure quærendo sub 51 illa conditione majoritatis, ac superexistentiæ, quia sicut conditio defecta in personam D. Petri primogeniti præmortui transmissio fieri poterat, l. *unica* §. *finis autem aliquid C. de caduc. toll.* cum similibus per *Beroum* conf. 117. num. 7. & 91. n. 13. lib. 2. & latè comprobatur *Velasquez* in *l. 40. tauri*, gloss. 18. num. 18. & multis cum fundamentis, confirmat *Landerch.* de 52 *Imola* conf. 3. num. 4. & jure merito cessat representatione in specie nostra, ut ultrà prædictos in terminis d. *l. 40. tauri* tradit *Gregor. Lopez* in *l. 3. tit. 13. par. 6.* vers. *mortuus*, col. 6. *vers. lex etiam*, cum nonnullis aliis in eisdem terminis coacervatis per *Ludovicam Pegaera*, ubi supra, n. 41. 53 54 Nec pariter obstat d. l. 2. tit. 15. p. 2. loquitur enim in majoratibus, in quibus, consideratur majoritas secundum tempus nascendi, ut ex verbis d. l. in *princ. ibi*, en *nascere primiero*, quæ etiam finalem causam totius dispositionis ostendunt, ut in eo tantum casu, & non in alio dicta dispositio verificetur, l. *fin.* ibi, *Bart.* & cæteri ff. de *bæredib.* in *sticbus*. hinc quia regulariter in omnibus majoratibus Hispaniæ ex lege, confuetudine, vel horum dispositione succidunt primogeniti simpliciter, vel in quibus defertur successio de majore in maiorem, vel ubi cavetur, quod succeditur per viam majoratus, ut supra diximus, in omnibus his casibus major ætas inter filios possessoris, consideratur secundum tempus nativitatis, & ordinem nascendi, eoque ipso, quod nascitur, posteros suos includit, alios verò omnes excludit: quare licet talis filius in vita patris decebat, nepos ab eo relictus, & patruo, & cæteris aliis præfertur, prout in d. l. 2. & l. 40. *Tauri*, latius continetur, sic etiam procedunt iuria allegata per *D. de Ponte letton.* seud. ex n. 35. ad 44. & seq. ut colligitur ex traditis per *Alex. conf.* 4. n. 5. 10. & 13. lib. 4. ubi modern. *Parisieni.* vers. transmittit, & late *Surd.* d. conf. 403. n. 40. 55 56 Secus tamen est in majoria, de qua agimus, quæ non acquiritur nascendo, cum non vocatur ad successionem illius primogenitus simpliciter, sed inter filios major superstes tempore mortis ultimi possessoris: idèo in hoc casu primogenitus, nascendo nullum jus præscripsit, nec acquisivit sibi, nec polteris suis idèo, eo præmortuo in vita possessoris, nec vocatus, nec demonstratus censi potest, dum ante mortem possessoris non potest cognosci, quis etiam fuerit successurus; dum à futuro pendebat eventus: proinde dispositio d. l. partitæ, non procedit in casu nostro. Hoc autem rectè deducitur, atque comprobatur alia ratione, ex quo vocatio primo nati, in d. l. partitæ, fit purè, & per verbum, quod verificetur in punto nativitatis ejusdem filii primogeniti, nostra verò dispositio continet dispositionem non puram, neque certam inter majoratus possessoris filios.

lios; sed tractum successivum habentem usque ad ejusdem possessoris mortis tempus; ita ut non primò natus, sed qui superstes major tempore ejus mortis extiterit, vocatus tantummodo intelligitur, ut post *Propofit.* in cap. 1. de fendo March. num. 15. advertit *Castr.* d. cons. 164. n. 5. vers. ad secundum, lib. 2. quos in hujus exceptionis resolutione congerit *Ludovicus Peguera* decif. 14. n. 43. vers. & quod dispositio. & ante ipsum *Velasquez* d. gloss. 8. n. 41. & seq. nec dissentunt relati per *T'hesaurum quæst. forens.* lib. 1. quæst. 34. n. 22. usque ad 30. videndus & legendus quoque *D. Valenzuela* d. cons. 23. n. 170. vers. maxime.

Secunda, nec quicquam resistit objectio, illa 57 namq; conclusio rectè procedit, ubi filius primogenitus esset simpliciter vocatus: tunc enim dicitur eidem quæstum jus primogeniture, saltim in habitu, quod transmitti possit, quod quidem cessat in hac nostra specie, in qua vocatur major natus tempore mortis: quo casu, nec actu, nec habitu jus aliquod primogenitus prædefunctus ad hanc successionem quæsivit, ut supra latè deduximus ex *Cavallos*, *Peguera*, *Peregr. Sard.* & aliis, & nunc addo *Gammam* decif. 307. num. 18. *Gaspar. T'hesaur.* lib. 1. quæst. factus. quæst. 34. n. 29. ubi latissimè hoc confirmat, sive in specie respondit cum *Rota Rom. Sard. consil.* 403. n. 70. vers. quod verò, ex num. 82. vers. bac si, & *Peguera* decif. 113. in fin.

58 Nequibet, quod tradit *Molina* d. c. 8. num. 59. ex mente *Abb.* & aliorum, supra in tempore objectio ne citatorum, nullam dari differentiam inter primogenitum, ac natu maiorem; quoniam contraria sententia est magis communiter recepta, in quam iuerunt *Auchar. Alessand. Socin. Dec. Berou. Beretta*, aliquique congesti à *Menoch. consil.* 886. num. 1. in fin. lib. 9. qui maximum differentiae discrimen assignant; hoc enim verbum, major, secundogenito magis, quam nepotis ex primogenito competere videtur, quis filius secundogenitus non potest dici primogenitus verè, sed per quandam interpretationem, habita ratione, quod tempore successionis non extat primogenitus, qui decessit: ceterum idem filius potest dici major aetate verè, & sine ulla interpretatione; bujusque differentiae ratio colligitur ex eo, quod primogenitus habet participium presentis temporis, quod verificatum fuit in ipso nascendi tempore, è contra verò verbum, maior, nullam relationem habet ad praeteritum tempus nascendi, sed optimè adaptatur presenti tempori, quo de successionè agitur, & sic rectè accommodatur filio, qui postmodum tempore mortis possessoris major reperitur; licet ab initio major non fuerit: quæ quidem differentia colligitur ex traditis in simili per *Castr.* d. consil. 164. n. 5. vers. ad secundum, lib. 2. & haec differentiam bene expendit *Alessand. consil.* 13. in fin. lib. 4. ubi modern. *Paris. Roland. consil.* 39. num. 4. lib. 4. *Alciat.* lib. 8. *Peregr.* cap. 15. *Sard.* videndum sit, aliis de aliis. q. 36. num. 16. & consil. 403. num. 40. ubi indubitanter haec dictiōnē confirmat; & plenè eandem distinctionem, ac differentiae rationem posuit *Coflo de major. bonorum Regia Corona*, part. 1. num. 11. quem refert, expendendo verba illa, et bīo varon mayor, prout ad nostrum majoratum Domin. *Regens Valenzuela* consil. 69. num. 12. lib. 1. & in specie contrà *Molinam*, ultrà alios, quos supra alias connumeravimus, invenit *Gaspar. T'hesaur.* d. q. 35. n. 39. dicens, *Molinam* loqui contrà veriorem, & communiorē opinionem; eandemque opinionem

prios confirmaverat *Molinam* decif. 9. n. 47 lib. 1. & *Gratian.* ubi supra, discept. forens. n. 72. ideoque verbum mayor, ad statem, omnes referri cognoscunt; & deducitur ex *Alex.* d. consil. 4. n. 2. lib. 4. *Dec. consil.* 443. n. 22. & 23. *Peregr.* d. consil. 39. n. 17. lib. 1. aliisque supra proximè citatis.

59 Vele etiam si eas distinctionis fædere conciliabimus cum eod. *Menoch.* adhuc deficit hæc 3. objec̄tio; siquidem assertit *Menoch.* primam opinionem procedere, ubi loquitur de uno solo filio ex multis, sive respectu fratum funrum, ut nulla sit differentia quoad effectum, quod vocatus sit primogenitus, vel major natus, cum is, quæ est natu major, ubi alii fuisse jam nati, & defuncti, dicitur primogenitus, dum nemo eum antecedit, & hoc casu tradit loqui, & rectè, DD. relatios à *Molina*, & *Berg.* ubi proximè Alteram verò opinionem habere locum, ubi loquimur de uno solo, respectu transversalium, hoc est filiorum ex fratribus. Hæc enim magna est, inquit ipse, differentia, quia vocando primogenitum, reliquit rem dubiam, cum primogenitus dicatur etiam secundogenitus, mortuo primo, sed vocando maiorem natum, reliquit dispositionem claram, cum intelligatur tantum de eo, qui respectu aetatis maior est, & credendum est, institutorem hanc considerasse maioritatem, ut certam, ac claram relinquenter dispositiōnem: sic igitur distinguendum existimat *Menoch.* consil. 442. n. 21. sqq. ad n. 35. lib. 5. & proinde undique constat, dictam obiectiōnem non militare, & rem esse in tuto pro III. Duce.

60 Quarta pariter facile diluitur obiectio: quoniam attenta mente ac verbis etiam d. l. 40. *sarr.* ex ea deducitur verus sensus, ac intellectus, ex illis verbis, salvo se circa cosa ostendere & spueſta, sufficiunt enim ad excludendum representationem, nedum verba, de quibus in nostro maioratu, quæ sunt expressa, quibusstantib⁹ disponentis voluntas est servanda, & ab ea non recedendum s. dispositas, autb. de napt. 1. 5. par. 7. tis. 33. *Roland.* consil. 43. num. 17. lib. 4. *Josse. Gassierez* consil. 4. num. 5. præsertim in maioribus. ut latè expedit *Sard.* dicto consil. 403. sub num. 31. sed sufficit etiam, quod tacite, & per conjecturas constet dicta dispositio, quia d. lex *T'arr.* non dicit, nec requirit, quod dicta dispositio sit expressa, & de iure servanda est dispositio tacita, & per conjecturas, sicut expressa l. cum avus, ff. de cordis. & demonſt. at. *Socin.* num. consil. 146. ib. 2. n. 5. *Cæpbal.* consil. 16. n. 41. *Roland.* ubi supra, n. 15. præsertim quia illud, quod apparet ex legitimis conjecturis per leges ap. probatis, dicitur apparet expreſſe l. licet Imperator, ff. de leg. 1. cum similibus, per *Menoch.* lib. 1. de præſump. quæst. 45. n. 8. & lib. 3. præſump. 42. n. 21. & præſump. 134. num. 37. unde illud dicitur expreſſe dispositum, quod, conjecturis per penſis, verbis, ac mente disponentis deducitur, ut docet in simili *Gloss.* in *clement.* prima de elect. v. r. ſic. eligatur, *Deciāt.* consil. 15. in fin. *Menoch.* lib. 4. præſump. 34. n. 32. post *Alessand.* consil. 144. n. 16. lib. 6. & in propriis terminis d. l. 40. *sarr.* quod conjecturis excludatur res 62 præsentatio, tradunt *Palat. Ravius*, ibid. n. 22. & in l. 45. n. 25. *Castil.* in d. l. 40. in verbis disposita, Gr. g. Lopez. in l. 3. sit. 13. par. 6. verbo max. res, col. 7. ad. finem, *Molina* d. lib. 3. cap. 8. n. 5. *Covar.* d. cap. 38. n. 10. *Gassierez* d. lib. 3. q. 67. num. 38. *Velasq.* d. gl. ff. 8. col. fin. *Gamma* decif. 51. num. 8. *Molina* dicta disposit. 629. num. 1. littera B. *Peratta* loco citato, *Cavallos* d. qu. 761. num. 133. ad 144. *Peguera* decif. 114. num. 37. cum seq. *Valenzuela* d. consil. 23. num. 118. *Castill.* lib. 1.

*lib.1. quotid. quæst. cap.20. num.28.* ex quibus constat, hanc opinionem esse communiter ab omnibus receptam, nec habere contradictem: cumque tot urgentissimæ conjecturæ concurrunt in favorem III. *Ducis ad exclusionem dictæ neptis*, quas supra seriatim recensuimus, præsumi non potest, aliam fuisse institutoris intentionem, ac voluntatem, quam illam, quæ apparet ex tantum clara dispositione; cum enim in verbis disponentis non est ambiguitas, nequit voluntatis admitti quæstio, *I. illa aut. §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de reb. credit. Abb. in cap. in omni, num. 4. extra de tib. & quidem verba hæc nostri majoratus, ultra expressam loquutionem, aptiora, & efficaciora excogitari minimè possunt ad præcludendum repræsentationem. & quod hæc sit efficacissima conjectura ad excludendum neptem, eleganter contendit *Tbesaur. ius. d. lib. 1. quæst. foren. q. 35. n. 39. ubi Didac. & Molina impugnant*, &*

*63 64 65 66 67 68 69 70* in specie est *Cofla de Regni success. part. 3. n. 32. Vallenzuela d. cons. 23. n. 159. in fin. & n. 166. ubi ad hoc ponderat decisionem Gamma 93. num. 2. dicentem, majoratus successionem, ad quam quis vocatur propter mortem alterius, non transmitti, si is futurus successor, vivente possessore decedat.*

*Nec etiam obstat, quod aliqui senserint' per ea verba, natu maiorem superstitem, non' impediri repræsentationem gradus in nepote, præfertim in Hispan. primogeniis, quos recenset Molina supra in quinta obiectione relatus *Mariens. Guttier. & Ludovic. Molina ibid. nam communior etiam Hispanorum, inter prædictos, calculus est contra nepotem, sicuti constat apud eundem Molinam ibidem, num. 19. & testatur Peregrin. d. consil. 39. in fin. ver. sc. ad quintum, & supra abundè, & diligenter ex Velasq. Peguera, Petra, Crass. Mantica, Menoc. Raud, Malvasia, Burf. Gamma, Caval. ac innumeris aliis deduximus, & nunc addo Hondeleum consil. 64. num. 22. lib. 2. preterea in casu nostro adsunt urgentiora verba quia consideratur maioritas ætatis inter filios, & respectu filiorum, & sic certus etiam gradus designatur, & ideo repræsentatio non admittitur, ut supra probavimus ex Curt. D. Velasq. Caldas, Ialiisque & advertit Peregr. loca proximè citato, demum post resolutionem ultimæ obiectiois, omnibus contrarium sententibus, sigillatim satisfaciemus.**

*Ultima nec me penitus conturbat obiectio, nam d. l. 2. part. duo principaliter disponit. Primo, Regis filium primogenitum, idest natu maiorem deberre succedere in Regno, ut ibi, *mayoria, ennascer. primo*, in quibus clare disponit *I. illa ordinariam formam succedendi in maioratibus, de quorum natura est, ut in eis succedat primogenitus, iuxta ordinem nascendi*: & hoc casu admittitur repræsentatio, ut supra alias diximus. Secundo, quod is primogenitus habet successionem propter mortem Regis ultimi possessoris: hæc enim licet quoad secundum pariter centur, quod tamen ad primum satis differunt à nostro maioratu, in quo consideratur maior ætas, juxta tempus mortis ultimi possessoris, & proinde ex hac differentia cessat argumentatio. Hinc non im-*

*68 merito Velasquez in dicta l. 40. gloss. 8. n. 41. afferit illa verba in dict. l. 2. dispues dela morte de su padre, non aliter esse referenda ad filiam superstitem post mortem patris, sed ad Regni successionem, quod demum, defuncto patre, filio primogenito actualiter acquiritur; sive dicitur Gregor. Lopez illam legem intellectisse ibi in verbo, de su padre, & male à Molina*

*69 in dicto cap. 8. in fin. intellectam. Rursus *I. illa part. loquitur in successione Regnum, quæ jure sanguinis, & naturæ, vel antiquissima consuetudine defensuntur, in quibus habet locum repræsentatio, ut supra probavimus: nos verò hac in nostra specie sumus in longè dissimili majoratus successione, quæ ex extraordinaria hominis dispositione in posteros derivatur, in qua ita demum repræsentatio admittitur, si expressa instituentis voluntate, aut conjecturæ deducita, exclusa non reperiatur ut quando majorem filium superstitem, tempore mortis, vel aliam consimilem fecerit vocationem, repræsentationis exclusivam, prout in casu nostro sic objectionem hanc post Velasq. resolvit Peguera d. dec. 115. in fin.**

*Nec tandem præstantissimos Judices quamplurimorum gravissimorum DD. supra in quinta, & sexta obiectione connumeratorum, authoritas deterreat: siquidem, et si ex his, quæ in resolutione dictarum obiectorum copiosè diximus, clarissimè constat, tum ex aliorum Jurisconsultorum responsis, quæm aliorum DD. sententiis, ac concludentibus argumentis, illorum opinionem magis communiter confutatam; adèd quod nulla opus sit responsione, ut tamen III. *Ducis justitia clarior pateat. omnisque umbras macula cesseret; unicuique sigillatim satisfaciemus.**

*Et primò *Camillus conf. 13. loquitur in casu, in quo aderat testatoris voluntas, ut fideicommissum transiret etiam ad præmortuorum descendentes, & sic etiam loquitur Fulgos. dicto conf. 15. ut advertit Joseph. de Rusticis in comment. l. cum avus, lib. 6. cap. 14. num. 74. de cond. & demonstrat. Corn. confil. 57. lib. 5. loquitur in casu quo vocatur est superstes, & ejus hæres, ut ibidem num. 6. *Alexand. conf. 9. loquitur in casu satis diverso, ut notat Dec. confil. 95. sub n. 10. & loquendo in terminis nostræ speciei in d. conf. 4. lib. 4. nostram tueretur sententiam. Jaf. confil. 154. lib. 4. contradicit huic communiori sententia propter mendosam litteram Bal. in d. l. quidam elogio, ut advertit Socin. ius. conf. 14. lib. 4. num. 10. & Peguera d. dec. 115. sub n. 3. umque reprobat Menoc. conf. 100. n. 108. lib. 2. Dec. conf. 397 ideo concludit ad favorem nepotis, quia aderat expresse testatoris voluntas, ut ibidem in fine, & tradit Gaspar Tbesaur. d. quæst. 35. num. 36. & proinde idem Decius conf. 443. nostram sententiam in terminis nostris constanter defendit, sic etiam resolvuntur cæteri omnes supra per Molinam d. cap. 8. num. 20. relati: siquidem loquuntur, quando disponentis vocavit superstitem tantum, vel etiam ejus filios expressè, vel tacite, ex urgentissimis tamen conjecturis; ut sic resolvit ex Paris. confil. 37. num. 56. & Socin. conf. 63. num. 7. lib. 4. Joseph. de Rusticis d. cap. 14. num. 69. secus autem in nostra dispositione, in qua ad tempus mortis confertur successionis spes: quo casu indubitanter procedit communis supra firmata conclusio; & tradit idem Soc. ius. conf. 133. lib. 1. num. 5. Mantica, & alii, quos refert, & sequitur Joseph. de Rusticis, ubi supra num. 75. imò in casu nostro vocatur filius superstes, non superstes tantum: & hoc casu reiicitur repræsentatio, & procedit nostra conclusio, prout sic pulchre distinguendo docuit Hieronym. Gabr. conf. 121. num. 24. lib. 1. de Rusticis loco saepius citato, num. 77. qui sic prædictorum DD. sententias, hujus distinctionis foedere conciliat, ex dicta Gabriel. distinctione, cui tanquam verissimæ acquievit, atque cedit.***

*Præterea Abbat. d. confil. 85. motiva tendunt ad hoc,*

hoc, quod sit primo vocatus primogenitus, & deinde filius primogeniti, & posterius alii filii, & descendentes, ut advertit *Gamma* decif. 36. sub num. 18. ulterius movetur, *Abb.* rationibus supra adductis, quibus plenissimè satisfacimus, & demum *Abb.* improbat *Costa* ubi *supra*, n. 111. & par. 1. n. 27. de patruo, & nepote, & *Velasq.* ubi *supra*, n. 16. & 46.

*Roman. d. conf. 29.* loquitur in concessione dominica, & subrogationem in nepote admittit ex mente Regis concedentis, ac ratione, quam ex mente colligit propter expressa benemerita concessionarii in concessione majoratus, quod cessat in casu nostro.

*Castrens. d. conf. 164.* qui consuluit in eodem casu, in quo consuluit *Rom.* loquitur quando vocatur primogenitus, & ejus filii, & ubi ex ordine scripturæ constabat, voluisse post primogenitum vocari filios, ut judicat *Alexand.* in specie *conf. 4.* sub n. 14. lib. 4. vel dici potest, quod procedunt tradita per eum, ubi vocatur primogenitus simplicitor; ut in specie respondit *Menoch.* *conf. 886.* sub num. 15. cumque impugnat *Socin.* in *d.l. si cognatus*, num. 5. ff. de *reb. dub.* & *Gaspar T beſaur. d. q. 38.* num. 21. vers. *Castrens.* & *Gamma* *supra*, sub num. 18. & *Velasq.* loco citato, *Bologn. d. conf. 62.* movetur iisdem rationibus, jam plenè confutatis, *Bellamera* *dict. dec. 723.* loquitur ubi constat testatorem vocasse eum, qui tempore mortis suæ erat primogenitus, quo deficiente, filius subrogatur in locum patris: nos vero in casu nostro dicimus ipsum primò natum non fuisse vocatum, quia testator vocavit majorem natu superstitem tempore mortis ultimi possessoris majoratus; & sic tempore successionis, prout solemniter ponderat, & respondet *Menoch.* *d. conf. 442.* num. 4. in fin. lib. 5.

*Barbat. d. conf. 10. lib. 2.* pessimè consuluit, ut expressè sic notat *Gaspar T beſaur. d. q. 8. 25.* num. 28. & in eodem casu contra eum consuluit, *Alexandr. conf. 4. lib. 4.* & utique pariter judicatum fuisse ad favorem patrui; pro quo consuluit *Alex.* docet *Gammo d. decif. 307.* num. 18. ubi multo majorem authoritatem tribuit *Alexand.* quam *Barbat.* cuius mentem semper fuisse contrariare ad balistam, tradit ex *Hippolit. in l. 1. §. si quis alio*, num. 28. ff. de *questionibus*, additque *Felin. in cap. cæterum*, n. 10. de *prescript. versic. quarta*, dicentem, ipsum *Barbat.* studio impugnandi communes opiniones, sèpe delirasse.

*Didacus Covarr. Molina, & Gutiérrez,* non merentur contrà nos allegari, cum tractantes questionem illam in locis præcitatibus, illam indeciam reliquerint: & quatenus nostræ consultationi adversarentur, loquuntur contra communiorem, & veriorum opinionem, ut sic in specie docet *Gaspar T beſaur. lib. 1. q. for. d. q. 35.* n. 23. & 39. *Surdas t. ult. de aliament. d. q. 36.* n. 16. & *Velasquez d. glo. 8.* per totam cum aliis iuxta ponderatis, quin: mò *Covarr.* *dict. cap. 38.* num. 12. vers. *Ego sanè*, nostra videtur adhucere opinioni, ut advertit etiam *T beſaur.* ubi proximè num. 23.

Nec nos turbare habet authoritas *Molina*, & reliquorum supracitatorum, eorum rationibus à fundamentis jam copiose resolutionis, & contra conclusiones communiter receptas, nil quidem ipsorum authoritas nobis quicquam officere potest: præfertim cum acerrimos, ac præstantissimos, ne dum eruditissimos, habeat hæc nostra conclusio fautores, atque defensores majoris ponderis, ac numeri, salva pace tanti viri.

Unde rei ètis contrarii, liberè concludendum est. D. *Ducem* maximam fovere justitiam, pro quo æQUITATIS, rigor præclarissimorum DD. authoritas, rerumque judicatarum exempla, ac omnia jura, & rationes clamant. Hæc quoad principalem tantum articulum in hac causa consideranda duxi, nam quoad alios, cum sint potius facti, & in eis adeò plenissimè, atque eruditissimè fuerit satisfactum in dictis allegationibus, ut nihil penitus existimaverim addere, ne superflui fuisset laboris, licet nec etiam temporis angustia largiatur.

Atque hæc ego quidem habui, quæ ut Excellētissimi Duois Feris, qui pro invictissimo Rege nostro Mediolanum id temporis summo imperio administrabat, jussis obtemperarem, lectissimorum tota Italia Jure Consultorum sententiis, quos ille ad hujus Controversiæ examen adhibuerat, de meo adderem. Placuerit ne porro sapientissimis judicibus, quorum fuit de tota causa statuere, pro meo jure decernere, ut mihi dum hæc eduntur ut publici juris fiant, minimè constat, ita facilè opinor.

### S U M M A R I O M.

- 1 **R**etractus jure congrui duo copulative requirit; quod conventus sit posseffor, & empator, non autem donatarius.
- 2 *Causa* ad excludendum jus congrui est, ut empator statim donet, antequam citetur, dummodo donatio sit vera, quare sit permitta, & an dicatur fieri in fraudem, & n. 21.
- 3 *Hora* ubi est expressa, facit præsumere actum ante gestam.
- 4 *Prioritas* bora est in consideratione, imd etiam prioritas in punto, & in momento.
- 5 *Citatio* non vocas, si *Judex* nos mandat, quis sit citandus.
- 6 *Donatio* in fraudem juris congrui facta non censetur si empator eodem die emat. & donet, & n. 19. 20. & 22. & *Marant.* disput. 9. n. 23. conirarium tenens reprobatur, & n. 7. 8. 9. 12. & 12.
- 13 *Fraus* præsumitur ex brevitate temporis, & quod dicatur breve tempus, & n. 4. etiam respectu *Fisci*, n. 16. & quid ex statuto *Mediolani*, n. 17.
- 15 *Pecunia* censetur soluta creditoribus privilegiatis, & infra triduum post pecuniam creditam, illi fuerint dimitti.
- 18 *Dispositio* in fraudem facta præsumitur morte in bis duobus sequuta.
- 23 *Conjunctio* sola sanguinis non sufficit ad probandum fraudem, vel simulationem, sed alia præsumptiones requiriuntur, & que, n. 24.
- 25 *Vicinus* non excluditur à retratu ex simplici tantum scientia, nisi per annum.
- 26 *Sciens*, & patiens, in quibus casibus consentire videantur, etiam in eorum præjudicium, & n. 27. distinguere in iuribus merè personalibus, aut realibus, n. 28. 29. 30. & n. 31. & 34. & quid in propria materia retratus n. 37.
- 30 *Consentire* videtur frater, si præsens venditioni, per alterum fratrem facta non contradixit.
- 32 *Legatarius* sive fideicommissarius consentiendo bardi alienantis rem legatam, præsumitur renunciare legatum, ejusque pretium; ampliatur in consensu præstito in *Judicio*, n. 34.
- 33 *Præsentia*, & patientia inducunt renunciationem, etiam specialem, sive consensum, etiam si requireretur.

- sur expressus, vel pro forma, dummodo ultra taciturnitatem interveniat aliquis actus positius, & n. 35. 36.
- 37 Consanguineus praesens, & sciens rem alteri vendi, videsur retractui renunciaisse, & n. 39. tam si retractus, ante venditionem deberi incipiat, sive ea completa, n. 41.
- 38 Sciens, ius suum existere, non censeatur illud remittere, si praesens sit, & taceat procedit in jure prius quasito.
- 40 L. sicut, §. non videtur, ff. quibus modis pig. vel hypotheca solvatur, quomodo procedat.

## ARGUMENTUM.

Donatio rei emptae post aliquas horas facta, an excludat ius congrui competens de jure consuetudinario Napol. eque renunciaisse an censeatur, si vicinus praesens venditioni sit, & taceat.

Pro Domino Aloysio Pallavicino,  
contra Joannem Romanum.

## CONTROVERSIA XLIX.

**E**X serie facti Joannem Romanum omnino excludendum esse à praetenso retractu domus emptae per Aloysium Pallavicinum, sive ex titulo donationis legitimè factæ per d. emptorem ejus socii, sive ex presumpta renunciatione per ipsum Joannem facta istius iuris in iudicio, tempore, venditionis subhasta, ex infra dicendis demonstrabitur.

Circa primum certa est, & satis nota doctrina Napol. in consuet. I. de jure congr. in vers. possidet, duo copulativè requiri, ut agens retrahere possit iure congrui, quod conventus sit emptor, & possessor ita ut contra emptorem, qui non sit possessor, nec contra possessorem, qui non possideat titulo emptoris, sed donationis, vel alterius contractus, omnino cesseret ius congrui rationibus per eum adductis; sequitur Affl. in constitut. f.ancimus, in §. licet, in 6. notab. Antonius Caputus in eadem constit. in vers. simulat, in 2. col. Maxilla in consuet. Barenf., §. ius probumfios, n. 4. & ita iudicatum in S.C. refert Affl. decif. 338. ubi latè Vrfill. in fin. Vivius decis. 320.

2 Et ideo recepta est cautela, ut permittatur emptori donare rem emptam, ante quam citetur a retrahente, etiam si statim, & incontinenti donet, dummodo donatio sit vera, & non simulata, quod vere voluisse Napol. censemur in illa vulgari cautela, de qua ut inquit Maxilla in dicto loco n. 3. non est Doctor in mundo, qui non sit millies consultus, dum exemplificatur in eo, qui hodie emit, & cras donat, quo casu receptum est, & pluries iudicatum in Sac. Cons. cessare omnino ius congrui, nisi emptor preventus citatione in fraudem donaverit, vel probetur ab adversaria, donationem fuisse simulata factam, nec vere emptorem donare voluisse.

Quæ in casu nostro minimè concurrunt: siquidem ex actis constat donationem socii emptoris fuisse factam statim post extinctionem candelæ de mane hora decimaquarta Julii, unde praecessit assertam licet nullam citationem, actus enim, in quo hora fuit adiecta omnino presumitur antea gestus ex ipsa horæ adiectione, ultra quod ex testibus adversarii de dicta prioritate horæ appareat, quod sufficit, ad Gl. in l. si ex pluribus, §. ultimo, vers. die, ff. de solut. Affl. late in decis. 387. ubi Vrfill. post Cottam in

verborum, affirmat de iure admitti, etiam considerationem prioritatis in puncto, & in momento, sequitur latè Menoch. de arbitri. lib. I. casu 48. & sic cum donatio precesserit citationem, valida omnino erit censenda donatio, quia non dicitur preventus per citationem, quod Napol. requirit.

Nec ex alio est habenda ratio citationis factæ ab adversario eadem die 14. quia huiusmodi citatio fuit facta domi, & per simplicem supplicationem lectam post dictam horam, nec fuit facta de mandato Judicis: necessario enim requiritur, ut Judex committat conventum esse citandum, alias citatio non valeat, quinimo in actis constare debet de commissione judicis de citando, ut est Gl. in l. fancimus, C. ad Trebell. Bari. & Bald. in l. neminem, C. de exhib. reis, optimè Jason. in §. quadruplici Inst. de actio. ex n. 12. ad n. 20. ubi post n. 15. 16. & 17. probat non sufficere generalem licentiam datam Nuncio de citando, Duenas reg. 97. & ob id in Sacro Consilio, lecta supplicatione, & commissa causa presentatur iudici de cuius ordine vero, vel praesunto Scriba format citationem contra supplicata, per quam committitur apparitoribus citatio rei conventi, ut compareat ad opponendum; quare supplicata fieri non debeant, ut latè probat Affl. in Constitut. in civilibus, num. 2. & 3. quæ citatio hac forma validè facta, ex actis constat fuisse factam post predictum diem 14. quinimo intimatam fuisse, & emptori, & donatariis die 17. eiusdem, & propterea, habita prima intimatione facta emptori die 14. pro nulla, & invalida quinimo etiam post horam 14. non potest dici, emptorem donantem preventum fuisse, & propterea donationem fuisse veram, validam, & non simulatam.

6 Nec obstat quod voluit Maranta in sua disputat. 9. num. 23. quod si emptor hodie emat, & eodem die donat, censemur donatio facta in fraudem juris congrui, & consequenter nulla, cuius opinionem simpliciter refert Bucin. in addit. ad Napol. in dict. vers. possidet, num. 42. in vers. hodie emo in littera B. Nam quamvis Maranta non sit spernendæ autoritatis; tamen in hoc articulo eius opinio non est recipenda; siquidem, cum in puncto principali autus sit improbare opinionem, Napol. & Affl. concludentium affirmativè, quod etiam si emptor hodie emat, & cras donet, habeat locum ius congrui, prout ipse resolvit in d. loco n. 24. concl. 4. idque ea ratione, quam reddit, num. 28. quod hæc actio, tanquam in rem scripta sequatur quemcunque possessorem, & ob id, licet donatarius non possideat titulo emptoris, tamen, quia lex iniecit vinculum ante donationem nimis, si res debet transire cum onere suo, cum hæc ratio sit contra theoricam Napol. commun. DD. calculo, & frequenti rerum iudicatarum consuetudine approbatam, quinimo contra expressa verba, Consuetudinis prima de jur. congr. ibi, ab emptore, eodemque possessore, ejusque tantum universali successore ubi optimè declarat Napol. in Gl. post verbum, universali, dum subiicit, universali successore, scilicet, & possessore: non est propterea mirum, quod etiam in hoc incidenti, quod à primo depeendet, Maranta non sit acquiescendum.

9 Nam conditio ex hac legi nova, quæ intentatur ad rem petendam iure congrui, est actio personalis, licet in rem scripta, quæ non datur, nisi contra successorem universalem, remittens le ad ea, quæ superadixit in verb. possidet, in Gl. incip. nota ego, quod agnoscens, idem Maranta, dum num. 29. coniunctus fatetur contrarium timore text. d. consuet. quæ non admit-

- 10 admittit cavillationem, & propterea restringit suam opinionem, ut procedat in Regno, attenta *constit. sancimus*, quae non ita arctavit ius congrui, ut non habeat locum contra singularem successorem, se-  
cūs verò in Civitate, & eius districtu, ubi expressè servanda est consuetudo.
- 11 Et sic, vel dicemus *Marsam* in d. n. m. 29. voluisse declarare, & restringere omnia, quæ superius di-  
xerat, etiam in i. conclus. in Regno attenta *constit. sancimus*, secus in Civitate, ubi nos versamur; vel de ejus opinione, etiam in i. conclus. n. m. 23. tan-  
quam subnixa in falsis, & reprobatis principiis in  
puncto principali, & contra opin. *Napod.* in forensi-  
bus disceptationibus receptam, nullam esse haben-  
dam rationem: si enim *Marsa*, & ejus sequaces in-  
distinctè tenent, dari actionem contra quemlibet,  
possessorem, etiam titulo donationis, quid mirum si  
restrinxerit, sive verius improbaverit cautelam *Napod.* cum ejus appendicis.
- 12 Præterea opin. *Marsa*. ex eo est apertissimè fal-  
sa; siquidem, si *Napod.* & commun. opinio admittit  
cautelam, hodie emo, & cras dono, ut non dicatur  
id in fraudem fieri, si verè non simulatè, vel fidu-  
cialiter donatur, ergo nec minus dicitur in fraudem  
fieri, si hodie emo, & hodie dono; siquidem si in  
13 hac materia attendere deberemus fraudem, quæ ex  
brevitate temporis generaliter in actibus humanis,  
& in qualibet dispositione, maximè tamen in ulti-  
ma voluntate insurgit, ex notat. in l. si ventri, §.  
§. in bonis. ff. de privileg. cred. cui ipse innititur, non  
minus insurgeret ex gestis die proxima sequenti,  
quam ex gestis eadem die, ut notat. in l. filia mea  
emancipata, & agra 60. ff. solat. matrim. l. cum ratio,  
§. fraud. ff. de bonis damnat. in cap. de bis, ibi, si de illa  
infirmitate decedat, ubi *Gloss.* de septe. & c. 2. de re-  
messa. lib. 6. siquidem satis incontinenti, & brevi tem-  
pore quid dicitur fieri, quod sit die sequenti, imò in-  
fra triduum l. si constante, §. si axor, ff. solat. matrim. l.  
1. C. de errore advocat. & quod vulnus censeatur  
mortale si quis triduo post vulnus moriatur, ador-  
nat l. 1. C. emend. serv. & cap. ff. qua fæmina 50. distinc.  
*Gloss.* in c. 2. de cleric. percess. Anchor. conf. 99. 25 1. &  
283. n. 3. Tiraquell. in i. retract. §. 1. *Gloss.* 7. n. m. 72.  
& §. 14. n. 37. post *Pelyn.* in cap. *Presbyterum*, de  
homicid. *Marsil.* in l. si in rixa, n. 56. C. ad l. *Cornel.* de  
fiscis. & in praxi crim. §. & quia, num. 16. quinimò  
14 incontinenti factum dicitur infra decem dies, duos  
vel tres menses, ut discurrat *Menoch.* de arbitrio. lib. 2.  
cent. 1. casu 25. & melius DD. per eum relati c. 12. 60.  
15 dem l. b. ita ut nemo sani capititis pecuniam  
non censeri solutam creditoribus privilegiatis, si post  
pecuniam creditam die sequenti, vel infra triduum,  
vel etiam majus spatium, creditores fuerint dimitti  
in terminis texi. in d. l. si ventri, §. fin. ubi *Gloss.* Bars.  
& alii, præsertim *Rip.* aperte supponunt, etiam in-  
fra octo, vel decem dies id dici incontinenti factum,  
& cæteri relati per *Menoch.* d. tract. cent. 2. lib. 5. c.  
432. n. 38 & in infimo beneficium resignante, regu-  
la Cancellariae præstavit tempus viginti dierum,  
infra quos, si renuncians beneficium, moriatur, bene-  
ficium dicitur vacare per mortem; non autem per  
renunciationem, quæ declaratur nulla, & invalida,  
tanquam in fraudem facta, ut in reg. de infirmis refi-  
gnant. benef. ubi *Gomes.* & *Mandofius*, cum innu.  
*Rota* dec. & DD. authoritatibus relatis à *Parisio* de  
Resignat. benef. lib. 12. cap. 1. n. 10. 30. & seq.
- 16 Et magis in terminis fraudis præsumenda ex  
temporis brevitate, quamvis communiter resol-
- vatur, ut incontinenti dicatur, fieri alienationem in  
fraudem fisci, vel alterius, arbitrio judicis intra tres  
decim, vel plures dies, ut per Dec. consil. 235. Gomez,  
var. resol. nu. 3. cap. 14. tamen statutis Mediolani sta-  
17 tutum est tempus biennii, ut dicatur incontinenti  
quid factum ad rescindendam venditionem, veluti  
18 in fraudem factum, quasi id dicatur modicum tem-  
pus in hac materia, ut testatur *Menoch.* lib. 3. de præ-  
sumpt. cap. 124. num. 20. & 21. & in puncto quod ex  
morte sequuta in dubio, præsumatur præcedens dis-  
positio in fraudem facta, d. c. sp. si qua fæmina 50. di-  
stinct. *Alexand.* consil. 15 volum. 3. Dom. Consil. de  
Georgio allegat. 22. n. 16. unde si fraus non commit-  
tit ex alienatione facta die sequenti, ex particulari  
ratione, quæ viget in hac materia juris congrui per  
*Napod.* considerata, qui tamen in alia materia frau-  
dem ex conjecturis diversis probari admittit, & docet  
ut per eum in consuetud. & si testator, nu. 14. ubi D.  
*Pisanell.* & *Salern.* exemplificant in dispositione fa-  
cta ab eo, qui est morti proximus, & generaliter ex  
vicinitate temporis, juxta decis. d. l. filia mea, & l. si  
ventri, nec minus si fiat eodem die, cum in utroque  
casu militet eadem ratio, arguendo ab antecedenti  
destructo, quod argumentum fortissimum reputari  
probat *Everard.* in topica legali.
- 19 Accedat, quod *Napod.* gratia exempli loquitur de  
donatione ad excludendum jus congrui, die sequenti  
facta, quæ non restringunt, & alio sunt rationes  
quas subjicit, quæ militant in utroque casu, ergo  
idem jus est statuendum, licet militet major ratio in  
uno, quam in altero, arg. l. 1. ff. de aleæ lusu, &  
aleator. quia emptor non possidet, & donatarius  
alio titulo diverso, non pro emptore possideat, &  
præsertim cum *Napod.* hoc admittit, & firmat, nisi con-  
currat fraus, quam in hoc casu ita dicit per empto-  
rem committi, si præventus citatione, alienat, & non  
aliter, idcirco hoc tantum est attendendum, & non  
aliud, ex *Napod.* sententia.
- 20 Nec quicquam facit, quod dominium una die per-  
manerit in emptore, vel momento temporis penes  
eum refererit, & ex inde sub diverso titulo in do-  
narium transeat; sufficit enim momento temporis  
id fieri, arg. l. simularia, ff. sc. cert. pet. idque eò for-  
tius est, admittendum, cum ubi verè emptor do-  
21 nat, nulla debet, neque potest considerari fraus pro-  
hibita; siquidem de jure licet emptori uti aliqua cau-  
tione, ut vicino, vel coniuncto aditum præcludat  
ad hujusmodi retractum exorbitans, odiosum, &  
juris communis correctorium; tique permisum, eum  
arte quadam deludere, irritumque facere & ita rejice-  
re incommodum, quem emptor contra rationem  
alioquin incurrit l. servus dotalis, ff. solat. matrim. l.  
22 cum pater, §. Tito, ff. de leg. 2. quia is, qui ita agit,  
non utitur hac cautela in fraudem alterius, sed pro  
suo commodo, quod potuit facere; hoc est enim pa-  
tius damnum injuriosum, & iniquum à se repellere,  
quam fraudem facere id quod dolo non adscribitur,  
sed prudentia, quod latè comprobat Tiraquell. vi-  
dendus in præfat. retractus, num. 67. 69. 72. lique  
dolus bonus non malus dei potest, l. 1. ff. de dolo, un-  
de nullum potest etiam considerari discrimen, an  
eadem die, quis donet, vel sequenti, cum neutro mo-  
do fraus sit considerabilis, ad quod conferunt ratio-  
nes Do-nini mei Capyc. decis. 38. post n. 2. licet ibi  
fuerit aliter decisum ex particulari ratione, de qua  
in fine decis., quia ex illa reservatione nihil commo-  
di emptor percipere poterat.
- 23 Nec fraus præsumi potest, quod conjuncte per-  
sonæ

sone fuerit donatum, ex quo sola conjunctio ad probandum fraudem, & simulationem non sufficit, nisi alia concurrant, teste *Afflīct. in constit. sancimus, in §. 4. vers. idem*; præsertim si citatio præcesserit, & do-  
24 nator post donationem possideat, & quod non fuerit habilis ad donandum, & aliae conjecturæ fraudis concurrant, que omnia in casu nostro ex actis, et notatis in facto cessant.

Secundus articulus, per quem actor excluditur, est judicio meo, indubitabilis: quamvis enim sola, et  
25 simplex scientia vicini non excludat ipsum à retractu, nisi post annum, ibi, *infra annum unum à die scientiæ*, tamen, cum ultra scientiam hic vicinus, nedum fuerit præsens, sed unus ex licitoribus, qui per interpositam personam etiam licitavit, et fecit depositum, deinde in propria licitatione superatus, permiserit, nedum contraftum perfici cum Pallavicino, eique domum adjici, sed quod plus est, pecuniam depositam restitui absque ulla protestatione, omnino censi debet, juri congrui manifestissime renunciasse; siquidem quicquid sit in illo Brocardico, utrum sciens, et patiens censeatur con-  
26 sentire, vel dissentire, tamen in subjectis casibus siue dubio consentire quis videtur, etiam in sui præjudicium.

27 Primo cum ultra simplicem scientiam, et patientiam præsens quoque tacuerit, ita *Alex. in l. sapè n. 93. ff. de re iudic.* ita declarat doctrin. *Insc. in cap. ex parte decani, de rescript. Afflīct. decis. 308. num. 6. Guid. de Suzar, in l. lisot, C. de procur. Bald. Fel. Jac. Niger*, qui dicit communem, *Rebuff.* et alii, quos citat *Mascard. conclus. 1234. n. 3. Et 4. ubi probat, ex præsentia firmorem reddi consensum.*

Secundo etiam, quando præsens, et tacens non  
28 prælumeretur consentire, id tamen procedit in obligatione, et renunciatione juris merè personalis, et ita procedit *l. filius familiæ, §. invit. ff. de procur. 29 alter verò in jure reali, in quo distinguitur, an præsens, et sciens potuit impedire, ne ille actus fieret in præjudicium sui juris realis, ut hic, et videtur consentire, argumento *l. sapè, ff. de re iudic. et tradit. Gloss. in l. Cajus, ff. de pign. art. Bart. in l. que dotis, n. 23. ubi Jaf. n. 76. assertit receptum, ff. sol. macrīm, et magis communiter Negusont. de pignor. 4. membr. 2. part. num. 152.* et ita procedit *Gloss. in l. cum proponas, ubi Curt. jus. num. 4. C. de pass. quod frater cum venderet, alter frater si præsens non contradixit, 30 videtur consentire, et venditionem approbare, cum contradicere potuisse, alios effert Mascardus conc. 31 1224. de probat. Verific. præsentia, num. 30, et verum esse; et commun. conclud. prævia discussione, et cum distinctione, probat *Barbusa in dict. l. que dotis, post num. 159. Et 163. vers. inserunt secundo, hinc sit ut fideicommissarius, vel legatilis consentiendo heredi alienanti rem reliquam alicui tertio, præsumitur repudiare legatum, l. codicilli, §. 1. ff. de leg. 2. nedum in re legata, sed etiam in pretio *Ripa*, et alii congesti per *Menoch.* id bene probantem de præsumptione, lib. 3. cap. 117. num. 2. Et 3. et hoc maxime procedit in consensu præstito in iudicio, ubi cause judicii potentius operari renunciationem proprii juris, tradunt *Menoch. lib. 2. præsumpt. 46. nn. 4. Mascard. d. conclus. 1224. n. 5.****

Tertiò præsens, et tacens videtur consentire, juri-  
34 que suo renunciare, cum ultra taciturnitatem intervenit aliquis actus positivus ex parte tacentis, nam tunc etiam in præjudicialibus præsumitur con-  
sentire, et ex d. §. *invitus*, et ex clem. l. *de procurat.*

cum simil. per *Jaf. in d. l. que dotis, n. 99.* ut receptum tradit *Menoch. lib. 3. de præsumpt. cap. 9. num. 20. Mascard. conclus. 1225. num. 51.* & ita post innumeratos resolvit *Barbos. in d. l. que dotis, num. 158. verb. 35 item, Et secundo limita, adeo ut etiam, ubi specialis renunciatio requiritur à lege, ex præsentia. & patientia induci renunciationem specialē, post Angellum, & alios, probat idem *Mascard. d. loco num. 28.* quinimq; fortius, nedum si consensus requiritur propter præjudicium, sed etiam requireretur pro forma, vel dispositio requireret expressum consensum, adhuc sufficit præsentia cum taciturnitate, coaccedente aliquo actu positivo: *Tiraquell. in l. consubstant. Gloss. 7. vers. expressum, n. 30. Jo. Lopez rep. rub. de donat. inter vir. Et uxor §. 64. n. 26. optimè Barbos. in l. 2. §. final. post n. 30. ff. matrim.**

Et in puncto, de quo agitur, quod consanguineus  
37 prælens, & sciens rem alteri vendi, videoas ex hoc, retractui renunciare, in specie post *Galiel. de Cuneo* tradit in terminis *Castrensis* legendus: in l. 1. num. 5. 38 Et 6. ff. de tribut. respondens ad *tex. in l. scut. §. nam videtur, ff. quibus modis pignas, vel bip. solvat. ut sciens jus suum ducare, non censeatur illud remittere, & procedat in jure jam per prius antea quæsito, non in jure, quod incepit quæri tempore quo venditur, quo casu ad instar juris quærendi facilis amittitur de quo licet *Pawl.* non ponat pro constanti, absque dubio procedit in casu nostro, in quo, ultra præsentiam, concurrit aliis actus positivis, ut est receptione pigni, quo easu his veris, ut indubitatum probat, in terminis retractus *Tiraq. in 1. retract. §. 1. Gloss. 9. n. 158.* tradens exempla, quæ non restinguuntur.*

39 Nec d. siçus, §. non videtur, ex alio oblitus, quia creditor dicit jus suum durare, quia ipsius non interest, an res hypothecata sit penes debitorem, vel alium, ut colligitur ex *DD. congestis* per *Mascard. c. 1178. n. 19. f. 122.* quod cessat in retrahente; qui enim sciens permittit aliuum de feudo investiri, in quo jus succedendi habet, iuri suo, consensu renunciante videtur præterea in c. 1. quib. mod. f. 7. a. m. 1. cum enim alii consenserint, iura sua perdit, leg. cum quedam, C. de adm. tutor. & tacitum consensum sufficere in hac materia post *Gloss. in d. §. præterea, verb. regresiōnē* bene probat *Hartman Pistor. lib. 2. quæst. 20. n. 33.*

Et ultimò ne deficiat *tex. particularis*, in terminis 40 est *tex. nos. in c. Tisius si de feud. defunct.* ibi, quod consensit alienationi, vel per annum ex quo scivit, tacuit omnino removebitur, ubi *tex.* loquens in retratu consanguinitatis alternativè excludit agnatum, ex consensu præstito alienationi, quam si sciens per annum tacuerit, ubi *Gloss. in verb. consensit*, addit, sive tacite, sive expresse, ut notatur supra, quibus mod. f. 7. a. m. 1. cap. præterea, & sic ex consensu etiam ticto, alienationi adhibito, censemur renunciatum iuri retractus, & hanc *Gloss.* ibi sequitur *l. ser. Alvar. & Camer. in l. Imperiale, car. 33. col. 3. littera N.* & alii, quos citat *Bambacar. in dict. cap. Tisius*, & melius omnibus videndus *Hartman Pistor. rom. 2. quæst. 12. num. 49. ubi num. 52. optimè probat*, huic juri censi renunciatum, sive ante venditionem perfectam deberi incipiat, sive demum completa venditione, cum dependeat à jure, & causa jam existente, quo casu renunciatio etiam ad futura extenditur ex communi sententia, & post n. 56. vers. pari igitur ratione, Et verr. nam Et si addit quod licet is, qui redimit contractum, non impugnat tamē negari non potest, translatione ab uno in alium facta, rem venditam ab emptore auferri, quod ipsum voluntati

voluntati contrahentium, & natura venditionis plurimum repugnat.

Longè post hæc scripta vidi conf. D. Praef. Amat. 48. & 93. noviss. dec. D. Reg. Rovit. 3. qui licet hanc materiam retractus jure congrui, tam de jure consuetudinario hujus Civitatis, quam totius Regni municipali, latè, doctissimèque pertractent, attamen de hujus Controversiæ articulo non loquuntur; ideoque utilem futurum arbitror.

Decisio, quæ diù maxima quæsita diligentia, adhuc reperiri non potui, si habebitur, in calce operis adjicietur.

## SUMMARIUM.

- 1 Hæres non tenetur subire onus, nisi pro rata bonorum bæreditariorum, pro alia autem parte censetur extraneus, & num. 2.
- 3 Mens, & intentio pro ampliando, & restringendo contracta potius spectanda, quād verborum conceptio.
- 4 Contractus nominati rescinduntur ex defectu cause finalis, aliquando per viam actionis, sed indistinctè per viam exceptionis.
- 5 Voluntas potissimum prædominatur in testamentis, & potentias in legatis, & fideicommissis, num. 6.
- 7 Mens præferenda est verbis, & forevis ad minuendum onus ad favorem bæredis gravati, num. 8.
- 9 Hæres, juris interpretatione minus gravatus censetur, quād si possibile, quando verbis mens non repugnat, & n. 10. etiam si contra bæredem concurrat favor sanguinis legatarii, imò, & filiationis, & num. 62. & maximè in bæreditate satis gravata, num. 63.
- 11 Interpretatio in testamentis illa est amplectenda, que verba, & mentem conjungit.
- 12 Interpretatio omnis ex verbis, vel ex mente, frō sententia deponitur.
- 14 Expressa dispositio dicitur, quando intellectus in ea intelligenda non laborat, tacita, quando venit in consequentiam.
- 15 Verba præcedentia declarant sequentia, & è contra.
- 16 Adverbium, minus, restringit, & modificat non solum tempus, sed qualitatem, sicut à simili plus dicuntur qualitate, & tempore.
- 17 Minus solvere dicitur, qui nihil solvere cogitar.
- 18 Finis, non media, quibus ad effectum pervenitur, respicitur.
- 19 Voluntas testatoris melius declaratur ex contextu totius testamenti, quād unius tantum capituli.
- 20 Verba sunt forma intrinseca, & essentialis dispositionis, & in minimo verbo cōficit magnus effectus.
- 21 Interpretatio nulla melior illa, quam dat ipse testator.
- 22 Terminus, respectu certæ cause assignatus, regulatur ab illa causa.
- 23 Legatum annuum, respectu certæ necessitatis, debetur durante necessitate, interpretatur ex qualitate personarum, & donec qualitas duret, num. 24.
- 25 Tempus inducit formam in actu, & determinato modo prolatum non recipit alterius temporis functionem.
- 26 Tempus operatur in favorem ejus, cuius causa prefixum est.
- 27 Testator, elapsu tempore prefigo, censetur velle onus impositum cessare, & commodum reverti ad bæredem, & bæredem bæredis.
- 28 Dispositio babens tractum ad futurum tempus, & si fiat per verba præseniis temporis, tamen inspici-

tur futuram, & ex futuro eventu regularat, ampliarer etiam in contractibus celebratis propter factum variable ex tempore, & in omni materia, num. 29.

- 30 Legatum, sive onus injunctum ob certam causam determinatur secundum illam, & num. 32. restringitur ex causa, & ratione expressa, num. 34. 40. & 41. & quid si sit causa impulsiva, num. 35.
- 31 Diminuto onere, diminuitur emolumentum, cuius contemplatione erat.
- 33 Commodum debet regulari secundam relatum. Onus, & è contra; quando diminuto commodo, diminuatur onus.
- 36 Causa in legato opposita finalis censetur, cum testator ipse declarat, item si evidenter cobareat legato, item si respiciat commodum, bonorem, aut decus testatoris, aut alicujus tertii secus si legatarii tantum, & num. 37. & 38. item illa, quæ ex procœlio, aut initio dispositionis colligitur, vel quæ respicit futurum, num. 42. & 43.
- 39 Testator bæredatur in conservatione honoris sue posteritatis, & contrasaciens, ei facit injuriam.
- 44 Causa finalis facit, ut dispositio generalis extendatur, quo usque ratio finalis extenditur.
- 45 Onus, & legatum bæredi injunctum cessat, non tantum cessante causa, quia casu impleri non potuit, sed fortius, quia impletat, & num. 46.
- 47 Incertitudo circa disposita per testatorem, declaratur ex eventu, qui sequitur post ipsius mortem, non solum si incertitudo versetur circa res, quantitatem, & qualitatem ipsorum, sed etiam circa personas eorum, qui bonerantur, num. 49. maximè si nec certam conjecturam facere potuit testator, num. 50.
- 48 Hæredis institutio, sedum legatum verum incertum ex eventu, qui sequitur post mortem testatoris, declaratur.
- 51 Ordo litteræ designat ordinem intellectus, & de bujus argumenti efficacia.
- 52 Intellectus ille semper attendendas, quem effectus verum demonstrat, etiam si verba videantur repugnare, & etiam in dispositionibus, & actibus conditionalibus magis effectus, & si vis, quād modulus attendendus, etiam in respicientibus solemnitatem, num. 54. 55. & 56.
- 53 Ususfructus concessus ad vitam uxoris, extinguitur si transit ad secunda vota.
- 57 Legatum certis personis factum, personas ipsas minimè egredi potest.
- 58 Fideicommissum extinguitur, ubi personæ vocatae non adsum, ita ut ultimus libere alienet.
- 59 Dispositio testatoris interpretari debet ex qualitate, & convenientia personarum, & rei legata.
- 60 Legatum alimentorum interpretatur, prout congruit pro conservatione personæ legatarii, & cursus naturæ exigit.
- 61 Hæres supervacua præstalatione onerari non debet.
- 64 Testatoris dispositio debet trahi ad casum magis necessarium, & quatenus necessitas duret, ubi unus casus est merè voluntarius, alter necessarius etiam si verba testamenti sint generalia, num. sequenti.
- 66 Executio si minus, quād testator deputavit, impedit pro constructione cappella, residuum non convertit in aliam piam causam, sed hæredi restituitur, num. 67. secus in legato pro male oblatis, num. 68. & quid si testator se limitavit, & restrinxit, num. 70.
- 69 Quantitas, qua superest ex legato pro constructione

- Ecclesie, si minus sit impensum, an spectet ad heredem.*
- 71 *Donatio facta in contractu matrimonii, est irrevocabilis etiam quoad filios nascituros.*
- 72 *Hæres non tenetur servare, nec ratam habere fidem defuncti, nullum, & contra legem.*
- 73 *Hæres gravari non potest in parte honorum debita vigore consuetudinis.*
- 74 *Actio, & exceptio nulla oritur ex dispositione defuncti invalida.*
- 75 *Hæres creditor defuncti potest sibi retinere suum creditum cum fructibus in praेजudicium fiduciocommissarii, etiam inventario non confessio.*
- 76 *Conditiones novæ adjici possunt majoratui, vel bonis fideicommisso subjectis, ex consensu vocatorum; hoc tamen nascituris non praे�judicat, nisi sint secundum disposita per testatorem, vel si nascituris non nocerent, num. 77. & 78.*

### A R G U M E N T U M.

Onus, & gravamen hæredi injunctum solvendi, & contribuendi in beneficium cuiusdam Montis, cessare ex mente, ex verbis, & utriusque simul, ex re ipsa, & ipsius qualitate, ex tempore, ex eventu, ex personis, à convenientia, à necessitate, à cessante causa, & ratione, & verius implemto causæ finalis, & effectus adimpti. Dos materna, & donatio filii nascituris, in capitulis matrimonialibus facta, non potest per patrem eis auferri, nec ejus hæres, voluntatem defuncti ita disponentis, ratam habere contigit. Majoratui novæ conditiones adjici, an valeant,

### Pro Excellentiss. D. Principe Abelinarum Marino Caracciolo Magno Cancellario,

#### C O N T R O V E R S I A L.

**D**um Excellentiss. Camillus Caracciolum Abelinarum Princeps, instituto Marino Caracciolo Atripalda Duce filio primogenito, in quæ occasione matrimonii prius contracti cum D. Lea Aldobrandina refutaverat feuda, & officium Magni Cancellarii: disposuit, ut resoluta refutatione in casum dissoluti matrimonii praediti, liberis non superstibus, haberet Dux feuda, ut hæres, cum onere contribuendi in beneficium Montis eret, ad commodum secundogenitorum, descendentiū, & foeminarum descendentiū ex masculis, annos duc. 15000. Spatio annorum deceū, vel minus, si prius contigerit redditum Montis ascendere ad summam ann.duc. 2500. quo redditus postmodum completo cumulo) fruerentur secundogeniti, tunc viventes certæ ætatis, & foeminae nubiles pro rata, sub modis, & limitibus in testamento adjectis, & in nota facti fideliter reassumptis.

Contendit hodie modernus Princeps, & Dux Marinus hæres, quod attento præsenti statu, ex duobus secundogenitiis, qui supersunt, persona Ill. Dominicii Marchionis Belli non sit inclusa in Monte; alter verò D. Joseph, nec sit vocatus, vel etiā esset in Monte inclusus, nihil prætendere possit, nisi post decem & octo annos, cum scilicet petveniet ad perfectam etatem; foeminae verò nubiles, quæ nascentur ex masculis, superesse non possunt, nisi ad minus hinc ad ann. 18. cum adhuc secundogeniti uxorem non duxerint, & junior ex ipsis, nec per multos annos, ratione ætatis ducere possit: & interim cum ex multis effectibus coacervatis, quos testator jussit applicari

ad commodum Montis, veluti majori ex parte incertos, non potuerit disponsens prævidere, nec testimoniare ipsorum valorem, vel redditum, si ex aliis impieli posset ejus voluntas; nunc verò ex calculo certissimè, & mathematicè constet, infra paucos annos, & longè prius, quam nulla ex personis vocatis, & inclusis prætendere possit frui redditu Montis ipsū debere, nemus ascendere, sed trascendere redditum dict. ann.ducat. 25000. à disponente præscriptorum. Ex hoc, & aliis etiam, justissimè prætendit Princeps ex voluntate testatoris, nemus præsumpta, & conjecturata, verù exp̄ressè declarata in eodem testamento, velut adimpta causa finali dispositionis, cessare onus, & gravamen injunctum ipsi Principi hæredi contribuendi, & solvendi in beneficium Montis dictos ann.ducat. 15000. & ob id ad ipsorum solutionem non teneri; dum antequam personæ contemplatæ, & vocatæ aliquid petere possint, ex aliis effectibus designatis, Mons erit in redditu superexcedenti quantitatem à testatore desideratam; præter enim, quod onus injunctum fuit corresp̄ectivum, nemus ad feuda, & officium refutata, sed etiam ad census, & plurima bona stabilia burgensatica magni valoris donata, quæ supposuit Princeps disponsens, Ducem filium soluto matrimonio absque liberis, habiturum, ut hæredem; cum tamen repertum sit, bona prædicta allodialia pertinere ad Ducem jure proprio, vigore fideicommissi quand. Illust. Cardin. Caraccioli, unde non esset conveniens, Ducem hæredem pro majori parte onus subire, quām pro rata bonorum, quæ mero jure hæreditario possidet non alio titulo, l. cum pater 19. §. cum exsistaret. ff. de leg. 2. l. is qui, penult. ff. de jur. codicil. l. in ratione, la prima, §. Imperator, ff. ad leg. Falc. ibi, hæredes quibus honorum pars ablata est, non ampliorem partem, quām pro ea, quæ remansit, legatorum nomine teneri, l. si universa, C. de legat. cum etiam pro alia parte hæres censeatur extraneus, ut ad limit. l. cum à matre, latè tradit Tiraquell. i. retract. §. 32. gl. 1. n. 50.

Non solum autem pro parte, sed in totum, onus injunctum cessare debet, ex mente, scilicet ex verbis, & utriusque simul junctis ex re ipsa, sive rerum qualitate, ex tempore, ex eventu, ex personis; à convenientia, à necessitate, & ex cessatione causæ, & ratione; quinidem verius implemto ipsius causæ finalis, & effectus adimpti; si enim in contractibus, & stipulationibus, mens, & intentio primum locum obtinet, & potius est speclanda, quām verborum concepcionis, & finis attendatur pro ampliando, sicut pro restringendo contractu, ad gloss. in l. blanditus, C. de fidei, ff. etiam vulnerando verba, ut post Bald. Alex. & alios, Surd. conf. 321. n. 52. lib. 3. cum à mente, & fine pendeat contractum substantia, latè Mantic. de tac. convent. lib. 1. tit. 17. ex n. 36. & lib. 2. tit. 4. ex num. 2. junctis diffitib. lib. 1. tit. 16. num. 12. & 19. cum aliis in fin. per Castill. Hispan. tom. 4. de conjectur. ultim. cap. 7. quym. 12. & 13. & cap. 60. in addit. ex num. 2. & idēt̄ etiam contractus nominati

4 non minus rescinduntur ex defectu causæ finalis, quam si aliter sit causa adimpta, indistinctè per viam exceptionis, sed aliquando per viam actionis, ut ex l. cum te fundum 6. C. de pact. int. empt. & vendit, probant Cravett. conf. 192. n. 22. Boc. conf. 45. num. 29. in primo, Surd. decis. 220. n. 19. Cacber. decis. 98. ex n. 11. Tiraquell. de cessante causa, n. 56. multo fortius hoc erit in testamentis, ubi potissimum voluntatem prædominari, & totum operari constat, vulg. leg. in conditionib. primam locum, ff. de cond. & de-

demon. cum in fin. per *Mantic.* de conject. ultim. lib. 3. sit. 3. *Peregr.* de fideicommiss. art. 11. per totum pulcher tex. in l. cum delanjonis, §. caccabos, vers. optimum, ff. de sand. instruct. & potissimum, & præcipue potentius in legatis, fideicommissis, & oneribus, voluntas spe-  
6 Etanda est, l. pen. ff. de leg. 1. l. quisquis 93. l. fideicommiss. sa, §. item si quis, ff. de leg. 3. aded ut etiam conjectura, vel etiam signis, & nutu demonstrata; quinimò, & ea verba, quibus testator exprimit, vel annuit de-  
siderium, sufficere ad fideicommissum inducendum, sive removendum, statuit *Imper.* in l. omne verbum, C. comm. de legat. latissime *Peregr.* de fideicommiss. art. 1.  
7 n. 46. congruit enim, ut mens verbis, quæ mentis ex-  
plicandæ causa sunt inventa, præponderet, ut latè  
Gomes in suis comment. tom. 1. cap. 5. post num. 24. ubi  
8 *Suarez* in addit. lit. M. cum infinitis per *Simon. de Præt.* lib. 2. solut. 1. ex num. 4. & fortius ad minuen-  
dum, restringendum, & extinguendum onus ad fa-  
vorem hæredi gravati, & exclusionem oneris injun-  
cti, l. ex facto, §. si quis autem, & §. final. ff. ad *Trebell.*  
9 ut qui hæres juris interpretatione in minus censi-  
debet gravatus, quam sit possibile, vulgata l. unum  
ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2. & infra latius, idque  
in dubium est, cum mens, vel voluntas ex verbis  
estiam totius testamenti, saltim ex improprio, & abu-  
sivo significatu, vel eorum consequentia, aut seque-  
la alterius, dispositionis colligi potest; secus verò si  
10 verbis nihil omnino mens congruat, vel expresse  
repugnet; ut ex l. ab omnibus, ff. de leg. l. *Labeo*, ff. sup-  
pell. legat. l. in ambiguo, ubi *Socin.* de reb. dub. ex men-  
te omnium, conciliat hoc Broccard. *Peregr.* art. 11.  
ex n. 33. ubi n. 40. & 45. excludit tantum sensum om-  
nino divinativum, & verbis dissimilem, sive contra-  
rium, & alii innumeri, quos longa serie recenset *Ca-  
still. dict.* tom. 4. cap. 7. per totum, præsertim ex n. 14.  
& cap. 8. in princ. juncto n. 9. usque ad finem, unde  
cum in casu præsenti interpretatio, quam prætendimus,  
ex verbis omnino concipiatur, idque propriè  
nihil violando, isthac erit omnino interpretatio am-  
11 plectenda, quæ verba, & mentem, concordi vinculo  
conjungit, §. nos igitur col. 9. ibi subilius testamen-  
tum considerantes, aut b. de rect. fideicommiss. cum infinitis per *Prætis lib. 2. interpr. 3. dub. 2. solut. 1. n. 229.*  
vers. quamobrem, cum enim omnis interpretatio de-  
12 primatur, vel ex verbis, vel ex mente, sive sententia,  
l. 1. vers. hab. 1. ff. de pœn. leg. l. si ancillas 66. ff. de  
leg. l. 1. nominis, & rei, §. verbum ex l. ff. de verb. signif.  
13 illa erit omnino interpretatio recipienda, quæ signifi-  
cationi verborum non repugnat, & voluntati di-  
sponentis congruat, l. qui filium 74. §. *Sabinus*, ff. ad  
*Trebell.* l. nepos *Proculo* 135. ubi *Gloss.* in verb. sensit,  
dicens, sensum duplicem esse, ff. de verb. signif. & citat l. unum ex familia 69. §. si omessa, ff. de leg. 1. ibi, re-  
etè datum, & minus scriptum, optimè *Steph. Feder.*  
relatus à *Menoch. cons. 97. num. 45.* & 46. in princ. &  
cons. 110. ex n. 40. in secundo, *Prætis lib. 1. interpr. 2.*  
14 dubit. 2. solut. 8. num. 4. & 5. expressa autem dicitur  
dispositio, quæ voce, vel scriptura ex verbis prolati,  
taliter est composita, & demonstrata, quod intelle-  
ctus in ea intelligenda non laborat, tacitum verò, id  
quod colligitur per rationem intellectus, vel virtua-  
liter comprehenditur, seu venit in consequentiam  
expressi, velut quod magis intellectu percipi, quam  
elocutione exprimi videtur, ut dixit *J.C.* in l. ratum  
14. ff. de solut. *Bald.* & reliqui apud *Cognol.* in l. expres-  
sa nocent 156. ff. de reg. jur. in fin. *Prætis d. lib. 2. fo-  
luit. 5. num. 47.* & 54. *Manic. lib. 3. tit. 4. n. 7.* hic autem  
nihil oportet intellectum discurrere, vel elaborare,

ut quivis dignoscere valeat, gravamen non esse in-  
junctum Duci hæredi, nisi quatenus Mons erigen-  
dus indigeat, ut ascendat ad redditum designatum:  
vix enim cum de Monte meminisset testator initio  
testamenti, quamvis inferius de illius erectione, for-  
ma, & substantia protestatus fuerit, se velle agere, ibi,  
nel Monte che dira appresso, nihilominus ante ipsius  
ortum, dum alii huc erat in mente, non dum forma-  
tus, & sic in ipso initio generationis (ut ita dicam)  
ipsius oneris, expresse restinxit, & limitavit onus  
injunctum hæredi solvendi annuos ducatos 15000.  
his verbis: per corso di anni dieci, d' meno, se prima se farà il cumulo, & sic prius dici potest, fuisse restrictum,  
& limitatum gravamen, quam injunctum, aded ut  
onus impositum senserit in sui ortu qualitatem in-  
separabiliter adjunctam relevaminis ad beneficium  
hæredi gravati, quatenus, & quoque fuerit neces-  
saria præstatio legati pro implemento effectus de-  
stinati; verba etenim præcedentia, nedum m. jorem  
vim habere dicuntur ad declarationem sequentium,  
quam è contrà, *Gloss.* & *Bart.* in l. quisquis, ff. de leg. 3.  
sed omnimodam vim habent, & præcedentium qua-  
druplicem virtutem, & potissimum supplendi, & re-  
stringendi notat *Bald. cons. 3. 27.* post num. 1. vers. item  
si ex præcedentibus, lib. 5. cum aliis à *Prætis lib. 2. in-  
terpr. 3. dub. 1. solut. 3. ex n. 40. 44. 45.* & 55. clausula  
enim illa, o meno, se prima se farà il cumulo, ut est de  
natura hujus adverbii minus proximè addita oneri  
16 injuncto, pariformiter restringit, & modificat, non  
solum tempus, sed & quantitatem ipsius oneris, sicut  
enim plus, dicitur re, sive quantitate, & tempore, sic  
& minus, pariter, re, & tempore, consideratur, vulga-  
to plus autem, *Instit.* de act. ibi, eadem ratione, ubi  
*glossella verb. ratione*, subdit, id fieri à simili, & sic  
*Aret.* ibidem, *Jaf.* in notab. dicentes, ex hoc proba-  
rati argumentum à ratione per contrarium, concordat  
text. in l. si cui 12. §. minus solvit, ubi bona *gloss. ff.*  
de verb. signif. idem enim operatur adverbium mi-  
nus ad diminuendum, quod dictio plus ad augen-  
17 dum ut ex l. si arborem, 16. ff. de serv. u. ban. præd.  
& aliis juribus, probat, *Alber.* in dictio. verb. minus  
quandoque in fin. quinimò fortius, etiam ad nihilum  
teneatur Princeps modernus contribuere, (ut pro-  
priè cont. gisse prætendimus in nostro), adhuc minus  
solvere dicitur, qui nihil solvere cogitur, l. illad. 7. §.  
minus, ff. de tribut. act. d. l. sicui 12. §. minus, cum *gloss.*  
l. minus solutum 32. & l. verbum amplius 72. in fin. ff.  
de verb. signif. *Jaf.* post *Cuneum*, & *Alber.* in l. vi. num.,  
n. 28. ff. si cert. pet. plura *Surd.* postea longo intervallo,  
ad hoc propositionum visus decis. 65. n. num. 2. 5. & 6.  
idemque aperte colligitur ex eodem testamento in-  
fra §. *dicbaro*, & voglio, ut reliqua plura capitula  
omittam, ibi, passato che farà il termine di tanti anni,  
che sia il reddito, & c. cessi il multiplico, quibus verbis  
manifestè declaratur, testatorem noluisse præsinire  
certum tempus, quo onus hæredi injunctum dura-  
ret, sed illud tantum voluisse, quod completeretur  
multiplicum, quo completo, sicut cessaret multiplicum,  
ita extingueretur & onus, & sic finem respexit,  
18 non media, quibus ad effectum perveniri posset, l. 3.  
*C. de instit.* & *substit.* cum concord. per *Gravett. con-*  
*sil. 305. n. 2. ex contextu enim scriptura totius testa-*  
*menti, non unius tantum capituli, aptius, & melius*  
19 colligitur voluntas, l. *Mavia*, ff. de manumiss. test. &  
ex proximè scriptis, ex his scilicet, quæ præcedunt, &  
sequuntur, mens, & voluntas declaratur l. nummis, ff.  
de leg. 3. cum aliis à *Prætis lib. 2. interpr. 3. lib. 1. fo-*  
*luit. 3. ex num. 33. & n. 39.* ubi afferit pulchrum locum  
Cis-

*Ciceronis, & num. 65, & tota scriptura est pertenantia, ut ex Bald. & aliis tradit Mantic. de conject. lib. 6. sit. 12. punctando litteram, & virgulando secundum juris nostri rationem. Pratis d. dub. 1. solut. 3. ex n. 7. 20 quia etiam in minimo verbo consistit magnus effectus, cum verba sint forma intrinseca, & essentialis dispositionis, *Castr. Jaf. Curt.* & alii apud Mantic. d. lib. 3. sit. 4. in princip. à quo plura mutuavit. *Cassill. d. tom. 4. capit. 6.* ex num. 29. ad 44. nec potest dari 21 melior interpretatio, illa quam dat ipse testator, sicut nec unquam illa melior glossa inveniri potest, glossa ejusdem testatoris, *Prat. lib. 1. interpr. 1. dub. 2. solut. 5.* ex num. 17. latè *Casanat. conf. 15. num. 7. conf. 33. num. 52. conf. 47. num. 63. & conf. 53. n. 85.* iustissimè enim testator tempus, quod initio definivit oneri præstanto, cum restrictione tamen quantitatis, & temporis, ut supra, paulò post nominat sub incerto, ibi, *passato che farà il termine di tanti anni;* siquidem de iure cum terminus assignatus est respectivus certæ causæ, regulatur cursus ipsius termini ab illa causa, *I. gal. factio 49. ff. de jur. dor. Bald. Flor. & Iaf. n. 17. in l. si cui legetur, ff. de leg. 1. & aliás legatum recipit dilationem temporis ex usitato, & communi cursu exequendo, & si fiat legatum annuum, respectu certæ necessitatis debetur, durante necessitate, l. nec semel 23 l. 12. §. si inhabitationem, ubi ita illum text. summat Bart. ff. quando dies leg. cedat, idem Bart. in l. qui hoc anno, in fin. ff. de verb. oblig. *Castr. in l. Lucius Tiberius 90. §. à te peto, num. 3. ff. de leg. 2. Mantic. lib. 5. sit. 14. n. 18. & per rex. in d. §. si inhabitationem dixit Bald. quod etsi in legato non sit præfinitum tempus quandoque tamen inest tempus subintellectum de iure, à natura rei vel à consuetudine, ut in legato facto pro studio, vel itinere ad Terram sanctam, in conf. 256. n. 7. lib. 4. sicut & generaliter legatum annum interpretatur ex qualitate personarum, & do- 24 nec qualitas duret, & existat, ut in legato facto uxori viduæ, quod intelligatur, durante necessitate, non ultrà Bald. in l. 1. n. 5. C. de fideicommiss. Rom. sing. 295. legavit viduæ, cum aliis infinitis; quæ discurrit Prat. lib. 4. dub. 9. ex num. 15. 24. 28. & 32. videns enim prudens testator, quod si simpliciter certum tempus absolute præfixisset, legatum oneris iniuncti cessare 25 minimè debuisset cum tempus formam inducere soleat in actu, *Cravett. conf. 130. in 3. motivo,* & quia tempus determinato modo prolatum non recipit, alterius temporis functionem, iuribus citatis per *Natt. conf. 485. num. 6. Casanat. conf. 55. num. 16. & 67.* idcirco noluit testator præfinire omnino certum tempus, sed addidit, d. meno si prima se farà il cumulo, & iterum, *passato il termine di tanti anni,* ut his verbis aperte significaret, ut si prius completeretur redditus Montis, ante quoque cessaret gravamen; tempus enim operatur in favorem eius, cuius causa præfixum est, l. si ita relictum, §. pegasus, ubi Bald. & reliqui, ff. de leg. 2. elaplo autem tempore præfixo, certo, vel incerto certificando, testatorem, censemur, velle onus cessare, & commodum reverti ad hæredem, 27 scriptum, & hæredis hæredem, habendo respectum non ad personas, sed magis ad ius hæreditarium, l. *Titi acum testamento, §. Titi, ubi Bart. ff. de leg. 2. Castr. Alex. Dec. Paris. & reliqui, quos congerit Prat. lib. 4. dub. 9. num. 61.* nec mirum, quia ubicum- 28 que dispositio habet tractum ad futurum tempus, tunc etiam si fiat per verba præsentis temporis, tamen in qualitate adiecta inspicitur futurum, & ex futuro eventu regulatur, *Olord. conf. 168. n. 2. Rip. in l. centuria, num. 144.* & in l. ex facto, num. 38. ff. de***

vulg. *Alciat. conf. 499. num. 9.* quia in contractibus celebratis propter aliquod factum mutabile, sive variabile ex tempore, attendi mutationem contingentem pro futuro tempore, responderunt *Gabriel conf. 164. in princ. Menoch. conf. 49. in primo, & generaliter in omni materia, ex text. in clement. 2. de decim.* probavit *Casanat. conf. 44. num. 26. & 29.* 30 Et ratio est, quia legatum factum, sive onus iniunctum ob certam aliquam causam, determinatur secundum illam causam, sibi annexam, l. *Sejo amico, 10. ubi ita illam l. summat Bart. ff. de ann. leg. & Dyn.* quem refert *Alber.* aliter, summat scilicet quod di- 31 minuto onere, diminuitur emolumentum, quod contemplatione illius oneris erat relictum, & addit *Alber.* esse notabilem casum, amplians etiam in contractibus, ut determinentur secundum causam ipsius annexam, inferens ad plures questiones, quæ plurimum conferunt ad casum nostrum, & generaliter, 32 quod cessante causa legati, cesseret omne legatum, est tex. in l. qui succelam, 28. ff. de testam. tutel. Bart. in l. demonstratio, §. quod autem, num. 18. in fin. ff. cond. & demon. præsumit si legatum relinquatur propter aliquod onus; cessat enim quovis modo, cessante onere l. *alumnae, §. Seja, ff. de adim. legatis,* ubi legatum ademptum censemur, quando onus, quod fuerat legato, iniunctum, adimitur, latè *Surd. de aliment. tit. 8. privil. 23.* ubi num. 6. probat, in dubio onus censeret iniunctum causa legati ex l. illis libertis, in fin. ff. de codit. & demonstrat. post *Dec. Capbal.* & alios, latè *Osasc. decis. 98. à num. 10. ad 12.* addens l. in testamento ita erat scriptum, & l. pen. ff. de condit. & demonstrat. ubi id comprobatur auctoritate *Covarr. D. Capyc.* & aliorum de communi sententia, *Casanat. d. conf. 44. num. 77.* & sicut commodum debet regulari secundum onus iniunctum corresponditum, sic & è converso onus secundum commodum, ut in tantum quis teneatur ad onus, in quantum sit necessarium, ut legatarius consequatur commodum sibi relictum, *Bald. Angel. & Alex. in l. si duobus, ff. de leg. 1. Platea in l. 1. num. 8. circa fin. C. de apocb. pub. lib. 10.* ex quibus plures deciduntur questiones in unum congestæ per *Surd. conf. 150. ex num. 77. in princip. & in tract. de aliment. tit. 5. q. item 5. Tiraq. de cessante causa, part. 1. n. 49.* & quando diminuto, legato, quia in hereditate non inveniantur tot bona; quæ ad omium legatorum solutionem sufficient, iuxta text. in l. si verd. composta, §. 1. ff. de milit. seftam. cum concord. per *D. de Francb. decis. 236.* debeat etiam onus pro rata diminui, latè idem *Præses decis. 362.* 34 & legatum restringi, & coaretari ex causa, & ratione expressa, vel tacita, ex verisimili mente, ad vulg. l. *cum paser 79. §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* plurima ad ornatum *Cardinal Paris. conf. 13. num. 11. & 12. conf. 22. n. 35. lib. 3.* ubi dicit, solidam, & communem esse conclusionem, latè *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. n. 9. & seq.* plura *Peregr. d. art. 11. n. 54. pulcherri- mè Mantic. de contract. lib. 1. tit. 17. Socin. jun. conf. 53. n. 10. in secundo, D. Georg. in repet. feudal. cap. 9. n. 8. & alleg. 6. n. 21.* nec obesse potest, si dicatur, ita 35 demum, cessante causa legati, cessare legatum, si causa sit finalis, non item si impulsiva, prout impulsiva in dubio generaliter præsumitur, & in specie, illa, quæ respicit favorem legatarii, ut nostri DD. passim restringunt text. in d. l. *Sejo amico,* ut videre est apud *Dec. conf. 237. in fin. num. 6.* ubi in specie dicit, quod idem causa respiciens favorem legatarii, non restringit, quia præsumitur impulsiva, non finalis latius idem

idem conf.601. visu eleganti conf. Sard. de alim. n. 5. quæst. 4. n. 2. & 13. & quæst. 5. n. 8. & in pulchro casu allegavit Castell. d. som. 4. cap. 60. n. 9. & 59. Præt. lib. 4. dub. 6. ex n. 19. dicimus enim in presenti casu dubitari non posse, quin causa sit unica, & finalis ipsius legati, sive oneris injuncti, ut scilicet Mons ascendere possit ad redditum designatum ducat 25000. ipse enim testator sic expressit, dum initio, & inferius iterum ordinavit, quod statim completo cumulo, cessaret onus, ut supra dictum est, ex quibus verbis claram demonstrat, se aliter non fuisset sateturum, quo casu nemo, ex DD. dubitat, causam censem finalē, cum testator ipse hoc declaraverit Alberic. Joan. Monac. Collec. Socis. & alii relati per Tiraquell. de cessante causa limit. 1. n. 37. juncto n. 50. & ob id recte censuit Sard. d. tit. 5. quæst. 4. n. 22. & 23. vanum esse distinguere, an legatum sit factum, unius, vel alterius contemplatione, sed solum illud esse querendum, an testator foret etiam sine onere relicturus, vel non; nam alioquin, ut ipse dixerat n. 21. onus est adeo annexum dispositioni, ut cum eo sit unica dispositio, & inseparabilis, & adeo onus presumitur causa emolumenti; unde cessante onere, debet cessare emolumenntum, & è contra, juribus civitatis ab eodem Sard. causam etenim etiā impulsiva, efficitur finalis, quamdiu appetet, quod actus aliter non fuisset, gestus Bald. & Roland. citati per Fontanell. de paſt. nupt. class. 4. gloss. 1. n. 52. & causa evi-38 denter cohærens legato, nunquam dicitur impulsiva, sed finalis, l. cum sate, ff. falsum, ff. dc condit. & de-39 moſt. Salic. & Caſtr. l. 1. C. de falſa caſa adiecta lega-40 to, Mantic. in terminis, lib. 6. tit. 14. n. 15. vers. & in ſum. Tiraq. de ceſſante caſa, limit. 1. n. 46. præte-41 rea caſa respiciens commodum, honorem, aut de-42 cū testatoris, aut alicujus tertii, est finalis, non im-43 pulsiva, fecus si respiciat solum commodum lega-44 torii, l. Tisio ceſſat, ff. de condit. & demonſtr. Bart. An-45 gel. Caſtr. Cravet. & alii apud Mantic. d. l. 6. tit. 14. ſum. item 14. vers. & caſa respiciens, Tiraq. d. lim. 1. n. 52. unde, vel respiciamus caſam ereditonis Montis, illa non tam respicit commodum descendētium, quām honorem, & decus testatoris, ejusque familiæ, sive linea, ut in ff. & perche la mia, ibi, accidit in ogni tempo, e caſo poſſano vivere, & maritarſi con maggior commodità, e decoro conforme alla lor qualità, 46 testator enim honoratur in conservatione honoris ſuę posteritatis, & familie, l. 1. ff. quænāvis, vers. publicc, ff. de vñtr. inspic. adeo ut contraveniens dicatur ipſi injuriam facere, & puniatur. Paris. conf. 19. n. 59. vers. & etiam, lib. 2. sive inspiciamus caſam extin-47 cionis gravaminis, ut ſcilicet extinguitur, completo multiplico, quām verè attendi debet; hæc certè respicit favorem heredis, ut patet ad ſenſum, nè ulte-48 rius ad contributionem oneris teneatur; unde nullo modo potest pretendi, caſam respicere favorem legatarii tantum, & ſic omnino legatum, limitat, & restringit, ut non extendatur, ultrā quām ſe exten-49 dit ipſa caſa, ut doctissimè per plura consuluit Ro- man. conf. 503. diligenter inſpectis, in 2. dub. ex n. 7. nſque ad n. 9. omnino legendus, ubi ante n. 8. vers. tertio moveor, concludit, ceſſante caſa dilatio- nis uſuſructus legati, in ultima voluntate adjecta, ipſam dilationem quoque ceſſare, & legatum uſuſructus extingui, & bene quoque Decius d. conf. 237. in fin. & in terminis Rau. videndus conf. 35. n. 8. ver. quod autem iſta, lib. 2. Paris. conf. 13. ſum. 12. conf. 20. n. 31. & conf. 22. n. 35. in 3. Socin. jun. & Rota Bonon. apud Sard. de alim. d. tit. 5. quæſt. 4. in fin. n. 32. & tit. 8. privileg. 23. n. 5. & 8. privil. 24. per 102 ſum. Præt. lib. 4. dub. 6. num. 24. Castell. d. cap. 60. n. 37. 41 & 59. & faciunt, quæ de diſpositione reſtrigenda ex caſa limitata voluntatis, limitatæ potentia, aut occaſione rei, quātutatis, modi, temporis, personarum, & cauſe, ſimul congeſſit Præt. lib. 4. dub. 3. n. 26. 42 & melius ex ſum. 40. ad fin. & maximè illa, quæ ex proœmio, aut initio diſpositionis colligitur, finalis caſa præſumitur Tiraquell. d. limit. 1. ſum. 64. & 66. etiam ſi ratiocinando, & enunciatiè adjiciatur, Mantic. lib. 6. tit. 13. ſum. 2. latè Præt. lib. 2. interpr. 3. dub. 1. ſolat. 3. ex ſum. 36. optimè D. Confiliar. Georg. allegat. 31. n. 49. quinimò cum hæc non ſit caſa, quæ propriè eſt de praeterito, ſed ratio, quæ respicit futu- rum quoque ſcilicet compleatetur Mons, hæc omni- 43 nō reſtrigit legatum tanquam vera caſa finalis, quæ ratiocinativa dicitur, Bart. mirabiliter in d. l. de- monſtratio, ſ. quod autem, ſum. 18. in fin. optimè Dec. d. conf. 46. poſt ſum. 2. vers. ſecundo quia caſa, & n. 4. vers. non obſtar, quod diſcio, maxime cum generaliter influat, & respiciat totam diſpositionem omnino fi- nalib, & non impulſiva dicitur D. Georg. d. alleg. 31. ſum. 48. Beſ. conf. 45. ſum. 30. in princ. caſa autem fi- 44 nalis, hujs est natura, ut diſpositio alioquin gene- ralis, & apta comprehendere multa, re, & tempore, reſtrigatur ad id, quod necessariò includitur, ſive quoque ratio finalis extenditur, non ultra, l. ſi ba- bitatio, ſ. 1. ff. de ſuſ. & habet. cum aliis apud Decias. resp. 7. ex ſum. 13. in princ. Fontanell. de paſt. ſum. class. 4. gloss. 9. ex n. 28. pulchritè Wſembec. conf. 16. de laudem. ſum. 5. & 9. ubi paria dicit, non eſſe caſam, & eam eſſe ſinitam, quæ omnia fortius procedunt, cum ratio finalis non quidem ceſſavit, quia caſu im- pleri non potuit, ut in d. l. Sejo emico, ſed quia inten- 45 tio testatoris, & caſa finalis, priuſquam cogitave- rit, impleta eſt, & caſa eſt ſatisfactum; tunc enim ceſſat legatum, & onus injunctum heredi, non ut le- gatum, extinguitur, ſed ut impleta caſa ipſius lega- ti, l. filia 11. ubi hoc Salic. in ſpecie considerata n. 3. in fin. C. de lega. Caſtr. item n. 3. in l. Lutrix 32. ubi 46 caſteri omnes, ff. de leg. 2. & ob id, ſi quid moriens te- stator legavit uxori ad certum finem definiatum, vi- vus adhuc eidem poſtea praefaverit, legatum ceſſat, velut impleta caſa legati, Wſembec. conf. 26. de donat. uſque ad ſum. 15. latius Barbus. in l. ſi cum doceat, 23. ſ. ſi pater, ſum. 43. ff. ſolat. matrim. & majori ratione idem erit, ſi ex eventu rerum, quæ poſt conditum te- ſtamentum, & mortem testatoris evenerunt, imple- 47 ta ſit caſa legati; ſiquidem quilibet incertitudo circa diſposita per testatorem, quæ quoad perfe- ctiōnem, & exequitionem ſuę caſae, vel implementi in pendenti maneat, tunc voluntatis defuncti decla- ratio omnino fit ex eventu, qui ſequitur poſt ipſius mortem, l. Africannus, 40. aliás l. apud Jalianum, ſ. Tisio, ibi DD. omnes quam legunt ſub l. cum ſervus, 39. ff. de leg. 1. & l. ſi Tisio 52. ibi, ex eventu ſolutionis legatum valet, ff. de leg. 2. quimimò nedum omne le- 48 gatum rerum incertarum ex eventu conditionum adiectarum venit declarandum, l. Siccabum, qui meus erit, ff. de leg. 1. ſed etiam & ipſa heredis institutio, Bart. in l. ſi quis ita ſcriperit, ff. de hered. inſtit. & non ſolum ſi incertitudo veretur circa personas eo- 49 rum qui honorantur, adhuc ex eventu potest fieri declaratio, ut de legato facto future uxori ſilii, & ſum. lib. 1. quidam, ubi Socia. & alii, ff. de reb. dub. & even- tus declarat ſubſtitutiones, ipſarumque varios caſus regulat juxta diuersas ſpecies, ut latifimè apud Præt. lib. 1. interpr. 2. dub. 2. ſolat. 13. & maximè in caſu pre- ſenti,

senti, cum ex rebus ipsis, quas testator simul junxit, & Monti aggregari jussit, satisfacto prius ære alieno hæreditatis, ipsarumque pretio, & valore incerto, non potuit adeò certam conjecturam facere testator, ut certum tempus ad complendum multipicum designatum, præfigeret; igitur necessariò ex eventus expertenda declaratio, cum multi ex effectibus, inanes, alii vero pinguiores reperti fuerint, ut contingit in donatione facta per D. Joannam Caracciolam sutorum Principis, Cravett. conf. 49. ad fin. cum similib. in quo illud adverto, in ordine scripturæ, novissimo loco inter effectus unitos, esse adjectum onus contribuendi ann. duc. 5000. à Duce hærede instituto, in §. Et perche la mia intentione, unde ex 51 ordine litteræ, designando ordinem intellectus, l. si ita scriptam, ubi Bart. & DD. inferunt ad plura, ff. de leg. 1. cum aliis per Everard. loco ab ordine, voluisse videtur in subsidium gravare ad hanc præstacionem hæredem, si alii præcedentes effectus designati non sufficerent, quos compertum est ex eventu superfluere, & sic onus cessare debet, ex traditis de relieto subsidiario per Angel. conf. 392. vers. non obstat, & de efficacia argumenti ab ordine litteræ, tradit Præt. lib. 2. interpr. 3. dub. 1. col. 3. ex n. 12. fuit enim quedam humana providentia testatoris, qui, ut effectus multiplici ad beneficium vocatorum lequeretur, suaque spe minimè scutraretur, plures effectus hæreditatis, non omnes necessarios, ut eventus ostendit, ex abundantiori cautela, qua in omnibus vivens ex consuetudine usus fuerat, in unum coacervare voluntarium igitur citius effectus sequutus fuerit, quam sperare potuisset, nihil aliud est querendum, ille enim intellectus semper attendendus est, quem, effectus esse verum demonstrat, Jas. conf. 1. 28. col. 2. vers. 4. fecit, lib. 1. quod procedere etiam circa implemen tum conditionis, quæ formam inducit, in pulchra quæstione usufructus concessit ad vitam uxoris, 52 quod extinguitur, etiam ipsa vivente, per transitum ad secunda vota, ex quo resultat idem effectus, & finis consideratus à testatore, post Joann. Andr. tradunt DD. in l. 3. ubi Jason num. 2. & 4. vers. limita tamen, Dec. num. 6. C. de inst. & substat. cum infinitis congestis per Aquilinum in l. Gallus, §. & quid fitantem, in ultima parte, num. 111. vers. & ex his vetus, ff. de lib. & postb. quinimò etiam si verba videantur repugnare, si tamen idem effectus, inspeccio finali exitu à disponente considerato, sequi possit, eum ipsum solùm attendere debemus, etiam in dispositione, & actibus conditionalibus, in quibus adhuc magis effectus, & finis, quam modus, est attendendus, ut ad diversos casus, & ad plures inferunt decisiones Alexand. conf. 100. lib. 4. Corn. conf. 276. lib. 4. latissimè Præt. lib. 1. interpr. 2. solut. 12. per tot. quod & generale esse in omni dispositione, attendi effectum, & si 53 nem rei, ad quem principaliter dirigitur intentio, quinimò eandem intentionem, & mentem nobis ex effectu habito manifestari, etiam in respicientibus solemnitatem, probat Afflitt. noster dec. 378. post n. 5. vers. inde dicimus, latius Præt. col. 15. ex num. 20. & in terminis nostris in specie optimè Peregr. de fiduci comm. art. 11. qui limitando conclusionem à se propositam, num. 33. vers. regula, ut intentio, quæ ex 54 verbis saltim ex impropria, & abusiva significacione colligi non potest, non debet attendi, limitat n. 46. ubi dispositio confertur in certum casum à testatore consideratum, respectu alicujus effectus, quis si eveniet casus, per quem idem sequatur effectus, dispositio trahitur ad illum casum evenientem, inspe-

cta mente, etiam contra verba, quod præsertim erit in casu nostro, ubi citius quam testator optaverit, complebitur redditus Montis, & sic plus in tempore, attento effectu, implebitur testatoris dispositio d. §. plus autem, in fin. de action. & antequam adesse possint in rerum natura personæ masculorum, & foeminarum, ex descendantibus vocatis, & contemplatis, ut fruantur redditu dicti Montis, unde cum legatum, 55 vel donatum certis personis taliter cohæreat, ut ipsas personas in dispositione vocatas minimè egredi possit, l. cum ita legatum, ubi DD. ff. de condit. & demonstr. l. 1. ff. de leg. præst. & generale est in omni dispositione, ut limitata censeatur, ita ut ultrà personas inclusas pretendi non possit, Socin. iun. conf. 53. num. 4. in l. Præt. conf. 160. in princip. necessariò expectandum est tempus, quo personæ vocatae existant, sicut & alienans, ubi personæ vocatae, quarum contemplatione est factum fideicommissum, non adfunt, ipsum quidem extinguitur, ita ut ultimus ex vocatis liberè alienet, l. cum pater, 79. §. libertis, l. qui solidum, 80. §. pen. ff. de leg. 2. cum concord. apud Molin. lib. 1. cap. 8. num. 24. de primog. Peregr. art. 24. post num. 49. Castill. tom. 2. cap. 32. ex num. 44. & tom. 4. c. 9. num. 10. & seq. & cap. 60. num. 7. & 13. & sic ubi adesse possunt personæ in futurum, prout hic, expectandum est, quo usq; casus contingat, quo personæ existant, habeant qualitates requisitas à disponente ut redditu Montis frui possint, & haec est interpretatio, quam nostri dicunt, à convenientia, qua utitur gloss. ultima in l. quæstum, 12. §. fin. ff. de fund. in str. dum dixit, esse interpretandam dispositionem testatoris, sumpta præsumptione, tam ex rei legatæ, quam ex personarum vocatarum qualitate, & convenientia, pulcher text. in l. quæmvis, 32. in vers. & nisi ita observetur, ff. de cond. & demonstr. ex quo post Paul. & Socin. adnotavit Præt. lib. 1. interpr. 2. dub. 42. fol. 8. num. 8. circa disposita per testatorem esse servandam quandam convenientiam, prout cursus rerum, & humana fragilitas patitur, ubi latissimè prosequitur, dispositiones omnes, declaratiōnem recipere aequalē, & convenientem qualitatē, & conditioni personæ legatarii, ad ornatum text. in vulg. l. plenum, §. equitiss. ff. de usu, & habit. nec non rerum summarum, & temporis, inferens ad decisionem plurium quæstionum, sicut & alias legatum alio mentorum interpretatur, prout congruit personæ legatarii, & ut necessitas pro conservatione personarum, & cursus naturæ ex gere videtur l. legatis, 6. ff. de aliment. leg. & l. verbo vicitus, ff. de verb. signif. & sic dum quoad personæ vocatae existere poterunt, certum est, statutum multipicum fore perfectum, ad quid igitur interim onerari hæredem supervac- 61 nea præstatione; certè nullo modo tenebitur hæres, dum erogatio fructuum Montis fieri non potest, ut in terminis fere videtur decidere Cast. in l. Laciis, 90. §. à te peto, num. 2. in fin. ff. de leg. 2. & quicquid sit, 62 certum est, hæredem duplici, aut frustatoria præstatione non censi gravatum, sed minus, quam sit possibile vulg. l. unum ex familia, 69. §. si rem tuam, ff. de leg. 2. & legatum semper censemur, id quod minus est l. numinis, ff. de leg. 3. cum aliis per Surd. de alim. sse. 8. privileg. 25. quod optimè procedit, cum verba non repugnant, & legatum non redditur prorsus inutile, ut post Bar. Alexand. Socin. Dec. Gorazd. & alios, declarat Montic. lib. 9. tit. 1. num. 5. & etiam si contra hæredem concurrat favor sanguinis legatarii, imò & filiationis, l. huiusmodi, §. cum pater, ubi Jas. n. 7. ff. de leg. 1. Mont. lib. 6. tit. 11. n. 28. unde fortius

fortius in casu nostro, ubi gravatur filius primogenitus, licet ad beneficium descendantium; & quod hoc præsumptio veluti benignior, & fortior, vincat plures alias, notat idem *Cardinal. Mantic. lib. 12. sis. 17. 63* post *n. 22. 13.* & melius *n. 22. 25.* & maximè in casu præsenti, ubi hereditas, attenta qualitate hujus Magni Principis, satis est gravata, & oneribus exhausta, quod consideravit ad relevamen heredis, in terminis *Cord. Paris. conf. 13. n. 7. in 3. junctis, quæ adjicit, conf. 18. in fin. in 3. unde accedit, & cum prædictis omnibus conjungitur altera præsumptio, quæ 64 ex necessitate insurget; non enim præsumitur, testatorem voluisse providere, & disponere, nisi in casibus necessariis, id est ut duabus causis existentibus, voluntaria scilicet, & necessaria, præsumatur, testatorem disposuisse ex causa necessaria; quinimodo trahi debet ad casum magis necessarium, & sic fortius, ubi unus casus est merè voluntarius, alter necessarius, ut ex *Bart. Bald. Roman. Corn.* & aliis, in specie arguit *Cravest. conf. 149. n. 12.* idque etiam si verba testamenti sint generalia, restringuntur tamen ad causam necessitatis, & quatenus necessitas urget, quæ supremam habet potestatem super omnes dispositiones, prout latissimè *Tiroq. Bell.* de more congerit in *l. retract. 6. 26. gloss. 1. ex n. 20.* & ad propositum nostrum plurima apud *Prat. d. lib. 8. interpr. 7. dub. 2. solut. 12. n. 2. 3. 18. 22.* ubi probat, operari circa tempus instans, & non in præteritum, nec in futurum, sed quatenus urget, & adsit necessitas, & non ultra: & ne pro coronde deficere videatur decisio punctualis, mihi hoc videtur in terminis respondisse *Scevolam in l. Laci. Titius 90. 6. à se p. 65 to, ff. de leg. 2.* ubi si testator Ticio commiserit cu- ram condendi corporis sui, & pro hoc centum reliquerit si minus Titum erogare oportuerit, reliqua summa, velut impleta causa legati, heredibus proficiet, secus si causa impleta non sit ad sex. in *legatum, ff. de usufruct. legato,* ubi quando sit commutanda voluntas in aliud opus, nec apud heredem remaneat, de quo *Covarr. in cap. tria, num. 7. de testamento.* inde *Angel. in l. 1. 6. de impensa, n. 1. vers. 6. per hoc, ff. ad leg. Falcid.* per illum *text. docuit,* quod si testator 66 deputavit magnam quantitatem pecunia in constructione alicujus Ecclesie, vel Capelie, & onus imposuit executori, quod si executor minus impendit, residuum non convertetur in aliam piam causam, sed restituetur heredi, cui nihil imputari potest: & *Angel.* sequitur *Castr. ibid.* qui dicit de hoc esse bonum *text. in d. 6. à te peto,* quem *Angel.* non ci- 67 tavit, & licet *Imol. in d. 6. de impensa, post n. 29. ver. 6c. 6. per hoc dicit Angel.* prima facie dubitare videatur de opin. *Angel.* dicens, quod forte superstuum debet converti in aliam piam causam, præsertim si sequum erat expendi quantum testator jussicerat ex *l. legatum, ff. de usufruct. legato,* residet tamen cum *Angelo,* ea ratione, quod testator videatur illud plus adjecisse, quia putavit illud forte expediens, & idem si non est expediens, debet remanere penes heredem, ex quo voluntas in finali effectu est adimpta, quod secus est *d. 1. Legatum, quæ verè sunt aurea pro decisione præsentis casus,* de quo etiam agit *Capra tract. de exequi. ultim. volunt. memb. 6. num. 154.* & cum *decis. Angel. Castr. & Imol.* re bene discussa, & perpensa, pertransiunt *Herculan. col. 2. ex vers. 6. per bosc. text. per duas col. & Alexand. ex n. 2. 6. 3.* qui eam comprobant, ut commun, & veram, & ad- 68 dunt non obstat *decis. Burrig.* relatam per *Bald. in l. si quis ad declinandum, num. 10. vers. 6. sed iuxta hoc**

*quero. C. de Episc. & Cler. dum dixit, quod si testator jussicerat distribui mille libras pro malè ablatis, & non appareant tot mala ablata, quæ ascendant ad quantitatem taxatam mille librarum, quod superfluum debeat pauperibus erogari, & sic in aliam causam converti, nisi testator disponuerit, ne in aliam causam convertantur, dicunt enim isti *DD. decis. Burrig.* relatam etiam in *add. ad Specul. dc instr. edit. 6. nunc verò aliqua, in addit. incip. de bis infrā, salvare posse, ea quidem ratione, quod non constabat in casu *Burrig.* plenè, & perfectè satisfactum menti, & voluntati testatoris, siquidem licet non appareant tot male ablata, quæ ascendant ad summam expressam à testatore, tamen non ex hoc sequitur, non adesse plura male ablata; imò præsumitur, testatorem, qui taxavit quantitatem, id melius novisse, & ob id arbitratum fuisse justam summam, cum esse in facto proprio; decisio verò *Angel.* procedit in casibus, ubi constat, quod etiam si minus expensum sit, satisfactum est tamen menti, & voluntati testatoris, & ita procedit *sex. in d. 6. à te peto,* idque sufficit constare ex conjecturis, ut subdit *Hercul.* puta scilicet considerata qualitate, & conditione testatoris, & qualitate operis construendi, et conditionibus aliarum similium constructionum, quod comprobatur idem *Hercul.* in *eadem l. 2. 6. ad municipium, col. 5. vers. tertii limita ff. ad leg. falcid.* ubi ex *text. in l. decem, ff. de fideicommissum libert.* et notatis per *Angel.* concludit, 69 quod ubi quantitas est legata pro certo opere conficiendo certæ summa, et qualitatis, tunc si pro minori summa quam sit legata, perfici potest, reliquum ad heredem pertinet, velut impleta causa legati tradens exempla in legato facto pro emendo *Sticcho,* vel *Calice* certi ponderis, secus in opere inde terminato, quod minori pretio commode fieri non potest, idemque comprobatur optimè *Angel.* in *d. 1. si servus, num. 4. vers. 6. per hoc, ubi Imol. in vers. item faciunt istæ leges, ubi etiam *Hercul.* in fin. vers. extra gloss. ff. eodem tit. ad leg. falcid. ubi concludunt, in legato ducat. 1000. pro construenda Capella certæ latitudinis altitudinis, et pulchritudinis; si Capella non egeat tanta pecunia, etiam observata voluntate defuncti, residuum debere remanere apud gravatum, si è heres sit gravatus, ut in casu nostro, si è sit legatarius cui de summa sibi legata sit injunctum onus, et idem confirmat *Angel.* in *l. qui alieno, num. 33. 6. 1. post gloss. in verb. petetur in fin. ff. de nego. gest. dicens,* de hoc esse casum in *l. si quis Ticio decem 17. ff. de leg. 2. et opin. Angel.* ut veram, et communem refert, et sicco pede pertransendo, sequitur *Prat. lib. 4. dub. 1. num. 29.* nec dissentit ab his *Castr. in d. 6. à te peto,* ubi distinxit tunc demum, superfluum 70 debere remanere penes heredem, si testator se limitavit, et restrinxit, ut quia mandaverit distribui illis, qui probaverint se fuisse exortum, vel aliter limitate, ut intelligi debet, cum certum sit, exempla non restringere, secus si simpliciter mandaverit distribui, quod quidem difficulter ad proxim reduci potest, cum ut plurimum hujusmodi legata relinquatur pro male ablatis incertis, præsinita summa, quam testator arbitrari potest verisimiliter rapuisse in suo vita cursu, et quæ clara, et in occulto fieri solent, et ob id non probari, nec liquidari possunt, ut optimè considerat *Hercul.* in *d. 6. impensa. vers. 6c. concordando,* post *Alexand.* quo verò ad alterum punctum, scilicet retentionis facienda, per modernum Principem duc. 120000. ex persona D. Francisci sororis consanguineæ meæ ex quondam *Principissa D. Beatrice Ursina,****

Ursina, cuius ipse Princeps est hæres, notissimi juris est non potuisse Principem disponentem, nec auferre dotem maternam propriam filiæ, nec minus ducat. 60. mil. donatos filiæ nascituræ in capitulis matrimonialibus initis cum dicta secunda conjunge  
 71 Ursina, cum hujusmodi donationes factæ in contractu matrimonii, omnino constet, esse irrevocabiles, & pro lege servandas, cum contineant causam onerosam, juxta text. in l. 1. C. de imp. lucr. descript. lib. 10. & tradita post Guid. Pap. quæst. 145. per D. de Francib. decif. 205. & 436. num. 4. etiam quoad filios nascituros, ut in specie ex Andr. de Barolo adnotavit D. de Ponte de potestate Proreg. de assensibus super dotib. §. 2. n. 21. & 22. & latè de irrevocabilitate donationum in favorem filiorum nasciturorum in contractu matrimonii, Fontanell. de pact. nupt. clausula 4. gloss. 9. num. 4. Monter. decif. Arag. 10. hæres  
 72 autem non tenetur servare, nec ratum habere factum defuncti nullum, & contra legem, & ita imitari text. in vulg. l. cum à matre, C. de rei vendit. est text. in l. defuncto, ubi Gloss. Bart. & Salic. C. s. quid in fraud. patroni, Ifern. in cap. 1. §. donare, col. 4. post num. 8. Quæliter olim feud. alien. poter. Loffred. conf. 10. num. 24. D. Georg. alleg. 20. num. 41. & proinde conservari hæredi jura ex legis providentia, eidem competentia, ut puta est jus retrahendi bona, vigore consuetudinis: vel pacti, etiam contra dispositionem defuncti, docuit Napod. in Consuetud. si quis, vel si qua, num. 23. ubi dixit, hæredem censeri adire, salva lege municipali, nec potest hæres gravari in parte  
 73 bonorum debita vigore Consuetudinis, ut ex Napod. optimè fundat D. Confil. Georg. allegat. 20. num. 20. & plura congerit Cravett. confil. 200. ex  
 74 dispositione enim invalida defuncti non oritur actio, nec exceptio; & ob id hæres illius vigore ad nihilum tenetur, latè Gramm. decif. 93. Anna senior. finz. 236. Anna junior conf. 127. num. 39. Lanar. conf. 69. de Ponte conf. 6 t. Decian. conf. 117. num. 37. lib. 3. Surd. decif. 99. num. 6. & hæres creditor defun-  
 75 eti potest, etiam inventario non perfecto, suum creditum retinere, & deducere in præjudicium fideicommissarii, & legatariorum, & in specie, quod valcat deducere dotes maternas, & retinere etiam fructus bonorum, quæ pro dotis restitutione elegit, authoritate Bart. Castr. Roman. Alciat. Socin. jun. Zanchi, Menochii, & aliorum. latè probat Surd. dec. 92. num. 3. 4. & 6. in fin. ex quibus omnibus judicandum erit in hoc secundo puncto, Principem esse creditorem in duc. 120. mil. una cum interusurio ex persona D. Franciscæ sororis pro dotibus maternis, & donatione eidem facta à Principe Camillo in capitulis matrimonialibus in beneficium filiæ feminæ nascituræ, & proinde licere ipsi retinere, & præcapere tot bona hæreditaria non obstante quavis dispositione quondam Principis patris, salvis juribus siquæ competunt Illustr. Marchioni Bellæ quoad bona antiqua.

Et quoad primum punctum, Principem moderatorum non teneri ad præstationem ann. ducat. 15000. ex causis prædictis, & ita speratur sub censura Sacri Senatus.

Tandem mense Martii 1624. causa ista non aliter decisa ob varia impedimenta, consuluit me D. Princeps. Utrum super hoc posset fieri transactio cum Marchione fratre, & D. Joseph. cum major effectus fucrit, & dixi, quod quamvis ex novo consenserit eorum, qui sunt vocati, possint novæ conditions adjici majoratui, vel bonis fideicommissis subjectis,

1. quoties ab omnibus, ubi omnes, C. de fideicommissis Molina lib. 1. cap. 8. num. 26. Peregr. art. 40. & 52. 77 num. 94. & seq. fol. 308. hic tamen consensus, his tantum, qui nati sunt, & consenserunt, præjudicabit, non autem nascituris, Dec. conf. 398. num. 20.

78 cum aliis, quos ibi congerit Molina. Sed quoniam ista erit potius justa declaratio, secundum disposita per testatorem, nec quicquam nocere potest nascituris, cum ex supra allegatis, non habeant aliquod interesse, res erit in tuto, ut ex Bald. conf. 215. lib. 2. probat Molina d. cap. 8. num. 23.

Et sic tandem, expectata majori Domini D. Joseph Caraccioli sætate unâ cum aliis controversiis inter ipsos vertentibus, fuit transactione finita, mediante solemnij instrumento manu Notarii Jo: Simonis de Monica sub die 17. Decembris 1633.

### S U M M A R I O M.

- 1 Nerditta possessoria dicuntur quasi interim dicta, vel ab interdicendo.
- 2 Possidens tempore mortis litis, debet in possessione conservari, etiam si ei jus commune resistat, vel usque mensjuris presumptio possidenti advergetur allegando titulum presumptum, aut coloratum, & num. 4. & 6.
- 3 C. cum personæ, de privil. in 6. loquuntur in eo, casus jus commune resistit, nec docet in promptu de possessione.
- 5 Possessio licet injusta, ex antiquitate justificatur.
- 7 Agenti contra Dominum, vel Abbatii prætentente possidere jura Episcopalia, incumbit onus probandi, quod fallit, si diu in pacifice possiderint.
- 8 Tempus, cuius initii memoria non extat in convarium, potens est ad justificandum, etiam titulam laici possidentis decimas ex rebus Ecclesiasticis.
- 9 Possessorum datur in annuis præstationibus, in officiis, & aliis jurisdictionalibus, quæ in rem sunt, in iuribus homagii, vasallagii, & ceteris omnibus incorporalibus.
- 10 Factum nudum, non autem jus discutitur in possessorio summario, num. 55.
- 11 Princeps supremus de ordinaria potestate non potest tollere jus possessionis quæsumum, id est neque contra possessorem rescribere, ut sublatio jure possessionis, de petitio cognoscatur.
- 12 Doctoratus insignia metam temporis quatuor annorum jure antiquo requirebant, postea vero ob Codicem adjunctum, quinquennii spatium exigunt quo tempore nihil legitima juris scientia deesse presumitur, quod de Jure Regni, num. 13.
- 14 Ætas in doctorando 17. annorum sufficiebat, de Jure Regni, ad 21. annum auctum est quod tempore ad doctoratus gradum Bart. ascendit.
- 15 Scholarius doctorandus dupliciter de solemnitate examinari, & approbari debet, primum privaten à doctoribus, secundum à Collegio non minus 7. Doctorum, nisi ex privilegio sufficiente quatuor. & qua ratione bis examinari debet, num. 18.
- 16 Corona tripliæ victoriae coronari debet, qui ad conventum promovetur, & quæ sit, & unica examinatione non sufficit, num. 17.
- 19 Requisita quo in graduando aliquem ad apicem doctoratus exiguntur, & num. 20.
- 21 Scholaris, qui à 7. Doctoribus fuit approbatus, idoneus censetur, & Doctores imperitum approbantes dignitate privatim, non propterea est rigida examinatione exigenda à scholari doctorando.

22 Scien-

- 22 Scientia mediocris, licet non sit eminentis sufficit in scolaris doctorando.
- 23 Examinatus, et si repertus fuerit parum doctus, si est spes, quod possit proficere debet doctorari, quod ampliatur, etiam in eo, qui debito tempore non studuit, & n.24.
- 25 Doctor ignarus quod non gaudeat privilegiis Doctorum, procedit in penitus ignaro secus mediocris vel sufficientis scientia.
- 26 Doctores sunt docti ex studio post doctoratum, prout testatur de se Bart. & in qualcum locum ipse post doctoratum successit, ubi longo tempore studuit, n.27. nec gradus doctoratus de per se doctos facit, sed doctos testatur, n.28.
- 29 Jura, qua maiores solemnitatem in scolaris doctorando exigere videntur, quomodo procedant.
- 30 Possessio immemorabilis, titulum, & speciale privilegium probas.
- 31 Causi advocati allegant titulum, cumque probant ex possessione, sed non exhibent, & quando non est necessaria baccaula, n.33. & 35.
- 32 Titulus, et si virtutus non nocet, si non constat ex producentis confessione titulum dedisse causam possessioni immemoriali, & quomodo procedat, n.34.
- 35 Titulus coloratus cum bona fide, prescriptionem spatio 40. annorum compleat, sed sine titulo, tempus immemoriale requiritur.
- 36 Dispensatio, casus particulares non respicit, cum referatur ad negotium universale, id est quandoque pro iure, scilicet universalis ponitur, & concessa causa, non persona, generaliter intelligitur, n.38.
- 37 Dispensatio verè non dicitur, cum ius commune non luditur, sed potius sit ad illud regressus.
- 39 Doctorandi admitti debent ad doctoratus insignia sub certa forma.
- 40 Examinatio illi remittitur in graduando, qui evidenter doctrinæ notitiam præbet, proinde bode possumus partis lectionis recitatio doctioribus remitti solet.
- 41 Observantia doctorandi, qua bode atitur Collegium Neapolitanum inducit est ex secundo privilegio Regina Joanna.
- 42 Consuetudo interpretativa privilegii ut inducatur, sufficit tempus 10. vel 20. annorum, etiam in rebus gravibus, ubi alias immemoriale tempus requireretur.
- 43 Possessio longa ampliat titulum, ut iuxta possessa videatur concessus, etiam si privilegium de per se non sufficeret, quod ampliatur etiam in iurisdictionis concession, sicuti merum Imperium, alias non expressum, quod speciale mentionem requirit, comprehendens censetur, & n.44.
- 45 Patientia, & tolerantia Principis inducit consuetudinem, & privilegium, etiam si esset contra ius; ampliatur etiam sufficere presentiam Officialium ipsius, nam scientia Officialis est scientia Principis in præscriptione, n.46. & 48.
- 47 Constitutio Regni, Confuetudinem, requires Regis presentiam, procedit in casu particulari, quando agitur de præscribendo feudum.
- 49 Privilegium incipiens ex post facto, esse damnosum, abrogandum, vel limitandum est ex reg. capit. sugestum, de decim. sed si contingat ex eo, quod fraud in administratione inseruit, non potest regula predicta applicari, & n.52.
- 50 Forma graduandi nulla melior, nec magis stricta, illa, quo Neapol. atitur, nec etiam in Hispania melior.
- 51 Baccalaurei, qui examini unius lectionis subiiciuntur, graduati censentur in Hispania, sicut licentia, magistri, & Doctores, & maiores ibi dicuntur, quam licentiatus, qui non est gradus, sed facultas ad doctoratus opicem.
- 53 Revocatio, vel limitatio privilegii à Rege concessi, ad regem spectat, non ad Prorege, etiam si revocatio fieret ex causa abusus.
- 54 Privilegium concessum ex pto, etiam aliquo dato, vel recepto, non potest per Principem revocari, & n.56. quod ampliatur, etiam in iure quæsto ex præscriptione, & n.57. & quod nec etiam ius quasi-rem, & dominium de potestate absoluta auferit, num.58.
- 59 Regi afferenti, adesse causam revocationis privilegii, in qua, urgenter causa requiritur, non creditur, sed debet probari, ne tertiu praecidetur; ad limitationem clem. & de probat.
- 60 Lex generalis debet esse ob bonum publicum, non quod in effectu si in damnum singularis personæ, quo casu ab ea appellatur ejusque effectus suspen-ditur.
- 61 De forma graduandi, & rigoroso examine consueto in almo Neapolitano Coll. gio.
- 62 Doctores, & advocati praesertim Neap. toga inducuntur.
- 63 Toga insignia ordinis, & vestis advocatorum n.67.
- 64 Advocati Togati dicuntur.
- 65 Honorariae advocatorum, substantivo nomine appellantur patrocinia.
- 66 Togatus, virdo advocatorum dicitur.
- 68 Toga usus interdissimilis Advocatis, & Doctoribus in Regno.
- 69 Officiales Regii Doctores, iussi sunt Regio editio, Togam gestare, & n.71.
- 70 Insignia consularia, proconsularia, militaria.
- 72 Studium Neapolitanum privilegiis decoratur plurius à Regibus Regni.
- 73 Scholariis Neapolitanis fuit concessum privilegium fori, et am in propria patria.
- 74 Studium nullum in Regno, nisi Neap. & Salerni.

## ARGUMENTUM.

Possidens tempore litis motæ, in possessione etiam iurium regalium conservari debet. Forma, qua in Collegio Neapolitano graduantur scholares; utrum à forma tradita jure communi discrepet. Dispensatio, quando generalis, quando autem particularis concessa dicitur. Revocatio, sive restrictio privilegii à Rege concessi, ad quem pertineat.

**Pro Domino Principe Abellinatum**  
**Camillo Caracciolo M. Cancella-**  
**rio, Æquite aurei Velleris, & Ma-**  
**gnu armorum Capitaneo.**

Et defensione formæ graduandi, consuetudinæ in almo Neapolitano Collegio.

## CONTROVERSIA LI.

**D**ominus Princeps Abellinatum, qui ex Regis contractu, ex titulo valde oneroso regit Officium Magni Regni Cancellarii, justissime petit conservari in possessione creandi Doctores sub antiquissima forma, ultra ducentos annos, uniformiter servari consueta, iuri communi conformi,

Reginali antiquissimo privilegio subnixa, ac Regis modernis pragmaticis comprobata.

Nec interim, pendente futura lite, fortè per Fiscum movenda, non adhuc proposita, qui pro vero Regis servitio, & ejus debito, officii dignitatem, & prærogativas tueri deberet, est commodo suæ possessionis privandus.

Sub praetextu primi privilegii Regine Joannæ cōcessi ad postulationem Collegii, & defectus secundi, primū abrogantis, quod contendit Fiscus esse simpli- cem dispositionem, quæ casus tantum particulares respicere solet, non autem novam formam tribuere.

Nec etiam, & tertio, sub colore, quod privilegium ex causa publicæ utilitatis sit formandum, vel limitandum, velut ex post facto cœperit Rēpublīcam kēdere. Hæc enim quicquam Principi obstat mox patebit, si prius pandamus, judicem, cui quovis modo constet, aliquem esse in possessione alicuius rei, vel juris, debere illum, qui tempore motæ litis possidebat, conservare, ac prohibere, & interdicere ei vim super ea possessione inferri, aut aliter turbari, unde interdicta possessoria prodita sunt, quasi interim dicta, vel ab interdicendo, ut explicat Covarr. cap. 17. præf. per totum, sunt jura aper ta in cap. 1. ¶ 2. ut lite pend. clemen. 2. ubi Zabor. eodem sit. etiam si possidenti jus commune resistat, quinimò etiam si valde vehemens juris cōmuni præsumptio, quæ publicæ autoritati favere, ac patroci nari videretur, possidenti adversaretur, cap. cūm ve nissent, ubi Innoc. in princip. Panorm. num. 8. de retin. cui non refragatur tex. in cap. cūm persone, de pri vileg. n. 6. qui loquitur in eo, cui jus resistit, nec docet in promptu de possessione, ut explicat D. Capyc. decis. 189. à num. 3. vers. sed forte, cum sequent. cum quo in effectu convenit Covarr. dict. cap. 17. num. 6. vers. undecimo, & vers. tertio, ¶ quarto, & sic aliud 3 est cūm de possessione constat, & titulus, saltim præ sumptus, aut coloratus allegatur, ut firmat de com muni Menoch. in ultimo remed. retin. num. 21. ¶ 4 24. & ex nostris D. de Franc. dec. 210. n. 4. Lanar. conf. 27. num. 8. & optimè Reg. de Ponte conf. 79. n. 19. cum sequent. & præsertim n. 26. post eundem D. Capyc. decis. 13. 55. 77. 96. 189. ¶ 209.

Et maximè concurrente possessione sic antiqua, & in veterata, quæ efficit, ut possessio, alioquin injus ta. efficiatur iusta, Innoc. in cap. 2. de in integr. restitut. ex antiquitate enim justificatur possessio contra jus, et præsumitur habere justitiam permanentem, ut ex Cyso, et Bald. tradit. Afflitt. decis. 277. num. 6. Roland. Paris. et Socin. iun. citati à Mascard. conclus. 1477. incip. titulum, n. 20. et proinde possessor cōmodo suæ possessionis non est privandus, pendente lite mota, et fortius futura lite per Fiscum movenda, nec per Fisci negationem dimittere debet possessor suo jure uti, sed sufficit ad finem manutenendi, allegare privilegium tale quale, ut hæc omnia in terminis tradit Regens Lanar, videndus in conf. 14. n. 7. ad 6 10. pro hac Civitate respondens, pro qua ita fuit judicatum; estque adeò potens antiquæ possessionis vis, ut si Abbas prætendant possidere jura Episcopalia, vel quispian contendat se habere jurisdictionem in tra fines territorii Baronis, vel Principis, quo casu agenti contra dominum, omnino incumbit tenui probatio, ut ex Fabro, et aliis receptum tradit D. Cap. decis. 209. n. 4. ¶ 5. tamen id fallit, si diù is pacifice possederet, ut de comm. sentent. ex eod. Capyc. Rebuff. 8 et Menoch. tradit Mascard. conclus. 1196. num. 45. junctio num. 51. vers. eadem est intelligenda; sufficit

énim tempus, cujus initii non extat memoria in contrarium, ad justificandum etiam titulum laici pos sidentis decimas ex rebus Ecclesiasticis, & in aliis quibusunque à iure vetitis, de quibus in cap. ad decimas, de restit. spoliat. in 6. ut ex Bart. Bald. Alex. Felin. Balbo. Verallo, & aliis, probat idem Ma scard. d. conclus. 1377. n. 108. ¶ 110. incip. titulum.

Sicut enim in annuis præstationibus datur qui dam status rei, in quo possessor manuteneret, debet, de quo per Afflitt. decis. 395. ita quoque in officiis, & aliis jurisdictionibus, quæ in rem sunt, & jura re alia, ut per Angel. conf. 1. 17. col. 1. & in juribus homagii, vassallagii, & cæteris omnibus incorporalibus latissimè discurrenit, Peregr. de fidei commiss. art. 46. n. 16. qui status nudus rei attenditur tempore litis motæ de facto prout reperitur, & proinde non requiritur vera, aut ista possessio, sed sufficit violenta, aut simili detentatio destituta omni iuri administriculo, nec quicunque alius defectus obstat cum factum nudum, & non ius discutiatur in possessorio summario, ut ex Glos. in c. in litteris. de restit. spoliis. 10 plura ad propositū tradit post Menoch. de retin. pos sessi. remed. ul. 1. n. 18. Plutum, & alios Reg. de Ponte decis. 40. num. 37. cum sequent. & adeo dicitur favorabilis possessio jam quærita, ut nec Princeps supremus ex potestate ordinaria possit tollere ius posses sionis quæsum, ut est optima decisio Rotæ 99. par. 1. in novis, ubi ob id dicitur decisum, Principem contra possessorem non posse rescribere, ut sublati jure possessionis de petitorio cognoscatur.

¶ 11 Quod eo fortius erit admittendum in casu præ senti, ubi plures tituli validissimi, scilicet Regis, & legis, qui diversis respectibus optimè invicem se compatunt, non quidem præsumpti, aut colorati, sed veri, & validi, non allegantur solum sed in promptu probantur, qui nedum adversantur juri com muni, sed illi sunt conformes.

Primo enim ex posteriori privilegio Regine Joannæ, in quo motu proprio, ex certa scientia, & cum speciali clausula, derogatoria non obstante, ¶ c. con ceditur Ottino Caracciolo tunc Magno Cancellario plenaria, & omnipimoda Regia potestas in graduando, ostenditur primo, privilegio ad postulationem Collegii concesso fuisse derogatum, cui etiam per non usum, vel contrarium utentium usum, scientia, & paciente Regina, derogari poterat.

Secundò ex usu vero, & consuetudine nedum centum annorum, quo temporis spatium inducitur cen tenaria, sive etiam immemorialis præscriptio, sed ultra ducentos annos est præscripta, & inducta hæc forma uniformis, quæ hodie est in usu servata præ sentibus Regibus, post Reginam Joannam, & deinde successivè videntibus Proregibus, ob Regum à Regno absentiam, & summis Magistratibus, qui sem per Collegio præfuerint, quæ à jure communi non discrepat: jure siquidem communi in scholari doctorando meta temporis stu dii quatuor annorum 12 jure antiquo exigebatur, §. bis igitur in proam. ff. postea vero ob adjunctum Codicem, tempus quinquennii fuit statutum, quo hæc scientia finem habere designatur, ut in §. sed quia, vers. quibus si bene in eodem proam. ff. ubi Glos. & Cagnol. norat. n. 226. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. cap. 5. n. 10. in tali enim 13 tempore ius prælumin, nihil legitimæ juris scientiae deesse, ut notat in specie, Zabor. in clem. fin. n. 14. de Magistr. de jure vero Regni, ex pragm. ann. 59. statutum erat tempus trienii in pragm. 3. de scol lar. doctorand., quod postea ex Pragm. 9. ann. 87. est

est redactum ad tempus quinquennii de jure communi, etas autem sufficiebat annorum 17. l. i. §. pueritiam, ubi Bart. & alii, ff. de postulando, quod ex pragmatis fuit actum, usque annum 21. ut in Rubr. de Schol. doct. quo tempore scilicet in 21. ann. etatis suae Bart. refert, se ad doctoratus apicem ascendisse in l. quidam cum filium, ff. de verb. obli. refert Felin. in rubr. ext. de magist.

Relique autem solemnitates consistunt in duplice examine, primo scilicet privato à doctoribus, qui habent præsentare, & approbare doctorandum cum juramento, alterum in secundo examine, ubi à Collegio non minus septem Doctorum, examinari debet, & approbari, ut docent Bart. Platea & alii in l. medicos, & l. si quis, C. de professor, & medic. l. 10. ubi Bart. addit, nisi ex privilegio, ut est Perusii, ubi sufficiunt quatuor Doctores in graduando, cum hic Neapoli sint quatuordecim senes graves, ultra sex supernumerarios, hinc Archid. in c. de quibusdam 37. distinct. num. 5. dixit non sufficere illis, qui promoventur ad conventum, unicam examinationem nisi triplici corona victoriae coronentur.

[17] Primo enim coronari videntur in privata examinatione. Secundò in publica. Tertiò in licentia, quæ eis conceditur legendi, & liberi delatione, argumento leg. 1. C. de atletis, lib. 10. & reddit rationem, nam licet quis se bene habeat in privato examinatione, hoc non sequitur de alio subsequenti, quia illud potuit esse ex fortuna, argumento l. omnes, C. de prescript. 30. annorum, sequitur remissivè Bald. in §. incipite, num. 17. in proœm. ff. & ante ipsum Nicol. de Neapol. in l. 1. C. de atletis, l. 10. & sex requisita in graduando aliquem ad apicem doctoratus, notat Panorm. in cap. proposuisti, num. 15. de probat. Jo. Anan. in rubr. exir. de magistris, in fin. sequitur ex nostris Maranta conf. 25. num. 34. & decem notant Anch. in clem. ultima, ubi Cardinal. Zabar. num. 14. & Imol. num. 8. de Magistr. quæ tamen reducuntur ad minus sex. Primo scilicet etas 17. annorum: secundo studium annorum quinque; tertio quod audiventer in studiis approbat: quartò boni mores: quintò dicendi facundia: sextò interpretandi subtilitas: septimò quod sit examinatus, nisi notitia evidenter scientia doctorandi aliud suadeat: octavò quod saltim sint septem Doctores examinantes: nondò quod hoc examinantes confirmant jurejurando, quod dicit Dec. in d. cap. proposuisti, num. 16. de consuetudine generali Collegiorum Italiæ non servari; decimò quod sit legitimè natus, quod etiam servari dicit idem Zabar. in d. clem. 2. num. 14. in fine refert. Affl. in constitut. constitutione presenti num. 3. de nova militia, quod tamen Neapol. servatur, ut est de iure commun. quæ requisita, ad quinque optimè reduxit Plates in d. l. magistros, qui in specie loquitur per verba, quibus uia fuit Sereniss. Regina 20 Joanna in nostro posteriori privilegio ibi, & hinc sumitur forma discussionis idoneitatis scholiarum licentiorum, & conventuendorum, quia ante hanc approbationem requiritur examinatio facta in privato examine per Doctores præsentare volentes; secundò ipsorum præsentatio cum juramento; tertio Doctorum examinatio, & ipsorum approbatio, vel reprobatio, qui sunt septem, nisi ex privilegio sufficiant pauciores, ut Perusii; quartò superiores, sive Cancellarii licentia, quinto, quod tradantur insignia doctoratus, quæ sunt quinque usitata verbis formalibus, à Platea traditis in nostro Neap. Collegio; past. Glos. & Zabar. num. 17. in d. clemens. 2.

de magistr. & Bald. in proœm. decret. in verb. Gregorius, num. 24. & sequent. Mascard. conclus. 528. nn. 15. & subdit idem Platea in l. si quis in archistr. 21 num. 3. eodem sit. præsumi idoneum scholarem, qui à septem Doctoribus fuit approbatus ex doctr. And. de Barolo, & addit idem Platea in eadem l. medicus, n. 2. Doctores, qui examini præsunt, imperitum approbantes, incurtere pœnam privationis dignitatis, advertit tamen, quod non propterea est nimis rigida, & rigorosa examinatio exigenda à scholari doctorando, sed sufficit conveniens, & mediocris scientia, licet non sit eminentis k. sciendum, §. illud, ff. de 22 adil. edit. c. nobis olim, vers. illius, quoque de election. & ob id dixit Innocent. in cap. cum in cunctis, in princip. de election. quod quamvis exigatur, ut ex 23 minatus repertus fuerit peritus, tamen etsi parum doctus fuerit repertus, si spes sit quod possit proficer, debet doctorari, refert Alexand. ad Bart. in d. l. medicos, in prima addit. & comprobant Felin. in rubr. de magistr. ubi ampliat etiam in eo, qui debito tempore non studuit, si tamen est spes, ratione ingenii; quod continuando studium debeat proficere, licet graduari valeat, commendans author. Jo. Andr. 24 clement. 6. qui juvenem bonæ spei ad Episcopatum promovit, & addit Felin. in fin. d. rubr. quod licet Doctor ignarus non gaudeat privilegiis DD. id tamen 25 restringit procedere in penitus ignaro, fecus in Doctore mediocris, vel sufficientis scientiæ. Nec minorum, quia à communiter accidentibus Doctores fiunt docti ex studio post doctoratum, ut Bart. de se testanti contigisse, refert Cognol. in d. §. bac ausencia, nn. 242. in proœm. ff. ubi monet graduandos, ut Bart. imitentur, quia post doctoratum in amœnum secessit locum, ubi longo tempore vacavit studio, Se ob id initio mundi hoc fuit malum, ut pauci dignè attigerint doctoratus dignitatem, ut ex Cyno, & Bart. in l. omnes populi, ff. de justic. & iure, refert Panorm. in cap. proposuisti, num. 14. in fin. de probation. & 27 quod paucissimi merito graduantur, ex eod. Bart. in prima constit. ff. refert ex nostris Maranta conf. 25. num. 33. Cognol. in princ. proœm. num. 84. nec tamen ex hoc Princeps abstinere debet ab hujus honoris delatione, quod aliqui minus dignè ad doctoratum alcedant, ut innuit Panorm. in cap. cum Ecclesia, in fin. de immunit. Eccles. non enim gradus de 28 per se doctos facit, sed testatur doctos, & honore dato, ad magis studendum incitat, & viam struit Rebuff. ad §. præfatiq. ordinarii, ad vers. graduationis, de collation. in concord. Bonif. in clem. unica, per illum test. nos. 3. de excess. prælat. Peer. Gregor. de republ. lib. 18. 29 cap. 9. num. 9. in fin. iura autem, quæ forte videntur plures exigere solemnitates, non loqui in scholari doctorando, sed in iis, qui post doctoratum sunt ad ordinariam lecturam in aliqua Universitate, seu generali studio assumendi, benè declarat Lucas à Penna in l. magistros, col. 2. vers. vel dic. quod bac. C. de profess. & medic. lib. 10. & in l. 1. col. 8. in ver. patefecerint, C. de profess. qui in urbe Constant. lib. 12.

Secundò forma hæc antiquissima graduandi in almo nostro Collegio servari consueta, nedium est juri communis conformis, quia imò in multis archiis & strictior, & benè congruit, & adaptatur ad privilegium posterius Reginæ Joannæ.

Hoc enim privilegium Magnus Cancellarius non præsentavit, nec illo utitur, ut fundet titulum, sed allegavit extrajudicialiter, tanquam notorium, ut ostendat, priori privilegio fuisse derogatum per secundum, & sic non posse tractari poti ducentos annos,

- nos, quo primum fuit revocatum de observantia primi, quo verò ad formam graduandi allegat titulum, sive privilegium particulare, & probat illud ex possessione immemorabili, & sic non innititur præscriptioni, sed dicit habere de hoc speciale privilegium, quod ex immemorabili possessione in promptu producta, probatur juxta not. in *Constit. digrum*, & per *Aret. conf. 15. num. 10.* & *Dec. conf. 496.*
- Ruin. conf. 103. n. 8. lib. 5.* & ex *Bart. Felya. Alexand.* & aliis, bene probat *Dom. meus de Certe* in 1. part. divers. *seu d. cap. 16. num. 138.* & *143.* Non enim ad eadē incautē fuit actum per advocationes Principis, ut spreta fuerit cautela *DD.* relata per *Camer.* in *cap. Imperiale*, cor. 8. col. 1. littero C. relata per *D. de Curt. d. cap. 16. num. 130.* & *cap. 17. num. 12.* quod
- 31* cauti advocationes allegant titulum, eumque probant ex possessione, sed non exhibent, ut latius tradit *Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 75.* semper enim quod non constat ex producentis confessione, titulum ipsum dedisse causam possessionis immemorabili, titulus, et si vitiosus non nocet, ut benè probat, & deci-
- 32 sum testatur Cancer. variar. resolut. par. 3. c. item 3. de priqil. n. 127.*
- Verum hæc cautela non est necessaria in præsen-  
ti casu, ut possint advocationes Magni Cancellarii, si vel-  
lent judicialiter præsentare hoc posterius privile-  
gium Joannæ Secundæ illique inniti; siquidem ista  
cautela est adiuvanta, cum clare, & manifestè con-  
stat, titulum vitiosum, ac reprobatum dedisse causam  
præscriptioni immemorabili, originem, atque ini-  
tiūm; nec solemnitas alieni legitimam interven-  
tisse, ex quo is defectus suppleri possit, prout si pars  
producentis illud confiteatur, vel ex ipso instrumento  
apparet evidenter, quod ea solemnitas non interve-  
nit, quod si id hoc modo non apparet, sed potuit  
id, quod deest, etiam extra privilegium intervenire,  
quamvis in ipsa scriptura id non apparet ex imme-  
morabili præscriptione, quod deest, præsumendum  
*33* est intervenisse, quasi præsumatur ex temporis an-  
tipicitate plus autem, quam scriptum, ut post *An-  
ch. bar. conf. 136.* ex multis probat *Tiraquel. de prescr.*  
*vers. 39.* & optimè *Molina de primogen. lib. 2. cap. 6.*  
*num. 73.* & *74.* ubi advertit, ita esse intelligendum  
*conf. Castr. 8. 1. num. 7. lib. 2.* quod semper solet esse in  
ore advocationum, ut tunc dicatur titulus defectivus,  
quando ex lecturis ipsius tituli constat, non potuisse  
ex alio titulo, & ex instrumento suppleri, unde cum  
privilegium, de quo agitur, sit validissimum in sub-  
stantia, & solemnitate, nec sit contrarium formæ gra-  
duandi, quem usus subsequens approbavit, quia in d  
ei verba privilegii, vel convenienter, ut infra probabi-  
tur, vel saltim non repugnant, jure optimo possu-  
mus privilegio inniti, & eo juvari.
- 34* Præterea, & secundò procedit cautela in titulo  
prosternit nullo ex sui facie, & vitioso, cui subsequens  
possessio non congruit, nec adaptari potest, secus ta-  
men si titulus non sit evidenter nullus, quia scilicet  
sit aliquo respectu invalidus, & inefficax, dedit ta-  
men successoribus impetrantis justam causam præ-  
scribendi ex bona fide, cum titulo colorato, et sic  
cum privilegio, licet invalido, sufficiunt 40. anni, sed  
sine titulo requiritur tempus immemorabile, ut ple-  
nè declarat *Baldus de prescript. in 1. part. 5. partis*  
*princ. num. 4. vers. sed opportune. Decian. conf. 24. nu-*  
*118. lib. 1.* et sic è fortius hic, ubi adeat tempus  
sufficiens ad inducendas plures immemoriales, fa-  
ciunt optimè dicta per *Cancer. d. cap. 3. n. 24. de pri-*  
*vilg. par. 3. variar. resolut.*

Ex quo cessat omnino objectum, quod in hoc se-  
cundo privilegio Reginæ Joannæ sit permisum tan-  
tum Cancellario dispensare, non autem per viam  
generalis regulæ, novam formam inducere, cum ex  
dispensatione, quæ particulares casus respicere solet,  
non debuerit licuisse generaliter, idem quoad om-  
nes statuere.

Primo enim responderi potest, quod tamen si esset  
*35* simplex facultas dispensandi in casibus particulari-  
bus, ut *Fiscus* assert ( quod planè negamus ) atta-  
men nihil prohibetur, quia aliunde potuisse legi timore in-  
duci hæc forma universalis graduandi, quæ prohibe-  
tur ex immemoriali possessione.

Secundò dicimus, verba hujus secundi privilegii,  
quibus plenaria, & omnimoda conceditur potestas  
cum amplissimis clausulis, nullo modo hanc admittre  
re restrictionem, ut cum aliquibus dumtaxat fuerit  
permisum dispensare, sed generaliter, & indefinitè  
cum conveniandis, & sic graduandis, & sic omni-  
*36* bus, ut est de natura, indefinitè, quæ universalis æqui-  
potest; dispensatio enim non respicit casus, particu-  
lares, cum ad negotium universale, quod plurimos  
tangit, refertur *cap. 2. de tornac. cum gloss. in ver. di-  
spensatione*, ex quo iofert *Spec. de dispens. §. 1. in fin.*  
quod quandoque dispensatio ponitur pro jure, scilicet universalis, ut puta quando est debita, ut hic,  
& idem in §. genera, eod. tit. & dispensatus in aliqua  
re in genere, nemo dubitat quin possit quibuscumque  
partibus, sed specialibus ejusdem generis uti, ut  
tradit *Molina de primogen. lib. 5. cap. 5. num. 27.* nec  
dicitur ista vere dispensatio, cum jus communae non  
vulneratur, sed potius fit ad illud regressus ut collig-  
itur ex not. à *Gravell. 4. part. de antiquis tempor.*  
*37 num. 79.* & quod sit generalis, colligitur ex causa  
disponendi, ibi, quod dictæ solemnitates, à conveni-  
andis observari non possunt, quæ fortius compre-  
hendit doctiores, quos constat ex hoc esse timidores,  
colligitur & ex personis, ibi, cum conveniandis, sed  
conveniunt, & sic generaliter cum omnibus, & ex fine,  
ibi, ut idonei alias, & ibi, si alias dignus, vel  
idoneus, & c. ex quod in consequentiam necessario vi-  
detur ex tuac injunctum Cancellario, quandam con-  
gruentem formam experientia doctriæ adinveni-  
re, quæ mediocris intelligentia, & doctioribus, qui  
majori fastigio, dicendi copiam, & ingenii acumen  
ostendere non prohibetur, coaveniret hoc enim tan-  
tum videtur Reginam injunxisse, & spectasse, nec  
aliud, quod alias graduandus dignus arbitrio Can-  
cellarii reperitus.

Unde cum hæc dispensatio sit concessa cause,  
*38* non personæ, generaliter debet intelligi, iuxta doct. *Oldrad. conf. 117.* post n. 3. loquente de privilegio  
concesso causa studij, idque colligitur ex causa, ex  
personis, & fine.

Primo enim causa fuit generalis, ibi, quod predictæ  
solemnitates à conveniandis observari non possunt,  
nec est consonum rationi, ut qui idonei alias ad do-  
ctoratum existant, proper dictæ solemnitates non  
servatas, suo honore, & dignitate privari, causa hæc  
enim comprehendit non minus doctiores, quam  
alios mediocris scientias, qui, ut experientia docet,  
quanto sunt doctiores ed timidores.

Secundò ex personis: in processu enim Regina  
videtur omnes includere velle, dum ait, ut ejus inna-  
ta clementia omnibus ianuescat, & deinde generaliter  
& indefinitivè, super defectibus subditorum, & alia-  
rum quarumcunque personarum, & ibi à conveniandis,  
observari, &c. & cum predictis conveniandis, seu

*seu convenit, includendo simul graduandos, & Collegium ipsum, & deinde, & prædictæ solemnitates, &c.*

Tertio ex fine: dum insinuat Regina se nil aliud pretendere, nisi, ut tam Cancellarius, quam Collegium operam darent, ut idonei alias ad doctoratum existant, & ibi, si alias dignus, vel idoneus reperiatur, ac per priorem, &c. & in quibus scilicet graduandus, omnimodum potestatem, &c. dicto nostro privilegio non obstante, &c. ex quo, cum totum remissum fuerit arbitrio Cancellarii; & collegii, & eorum conscientia onerata, ob id necesse fuit, ex nunc ab initio, ut impletetur causa finalis, & satisficeret menti Reginæ, novam congruentem formam experientie doctrinæ ad invenire, quæ mediocris intelligentia, & doctoribus qui majori fastigio, dicendi copiam, & ingenii acumen, ostendere nos prohibentur; convenienter.

Nec fuisset Reipublicæ expediens, quinimò satis absurdum, Cancellarium, & Collegium cum aliquibus gratiosè dispensare, aliis vero id denegare, cum multo major, & plenior ansa gratificandi, ex diverso modo, & forma graduandi, Reipublicæ satis perniciosa inducta fuisset, & præsertim, cum de jure doctorandus debeat admitti sub certa forma, ut docet in specie Zabor. in d. clement. ultim. polt n. 14. verificatamen, de magistr.

39 Et ex dispensatione, & remissione solemnitatum, cum minus habili, quod est inductum ad augendam dignitatem versum fuisset ad honoris diminutionem, idque contra juris rationem, quo contrarium est statutum, ut examinatio in graduando illi remittatur, cuius notitia evidenter scientia aliud induceret Anchor. & Zubor. in d. clement. 2. de magistr. Fely. in d. rub. de magistr. col. 2. ver. scrit. anem facetas, & sic hodie postremæ partis lectionis recitatio, justa ratione doctoribus remitti solet, non aliis; & quod ita intelligi debeat hoc secundum privilegium Reginæ, ut ex eo sit inducta haec observantia, qua hodie utimur, testes sit nobis Freccia in tit. de effic. magistri Cancell. qui dicit hoc novo jure nos ut in Regno circa graduandos, facta mentione dicti privilegii, & D. Rovitus in comment. ad Prag. de scholar. doctor. post num. 4. plenissimè de hoc fidem faciens, ita ut contrarium hodie defendere pro Fisco tantus vir, qui omnia, dum scripsit optimè novit, ut oculatissimus, non sit admittendus.

Tertio esto, quod est dubium, an facultas dispensandi fuerit particulariter quoad aliquos concessa, ut Fiscus contendit, vel generaliter quoad omnes, ut justissimè nos supponimus, est tamen interpretabilis generalis ex sequuta semper uniformi observantia, quæ tanquam consuetudo interpretativa ipsius privilegii, etiam in rebus gravibus, ubi alias tempus immemoriale requiritur, sufficie ad illam inducendam, etiam tempus breve decem, vel viginti annorum, latè Decian. omnino videndum conf. 24. n. 107. lib. 1. & iterum latius conf. 124. num. 27. & seq. lib. 3. Menoch. ex infinitis, de arbitr. lib. 2. cencar. 1. casu 83. in fin. & quod sufficit decennium ad ampliandum privilegium, ut censeatur concessum iuxta possessa, latè Regess de Puse conf. 30. num. 49. & 50. & melius Consiliar. de Anna conf. 129. num. 39. & seq. idem de Puse decif. 5. in fine, & in materia Morotius respons. 14. ex n. 8. generaliter enim est, ut longa possessio profit ad interpretationem, & extensionem, privilegii, juvat enim, & ampliat titulum, ut juxta possessa videatur concessus, etiam si privilegium de per se non sufficeret, Anna sen. alleg. 52. num. 7. & 120. num. 6. Menoch. conf. 75. num. 56. lib. 1.

de Francb. decif. 56. num. 6. & 397. num. 12. & ut ex possessione subsequenti censeatur in concessio-

ne jurisdictionis, comprehensum merum imperium, aliis non expressum, & quod requirit speciem mentionem, latè Guttierrez lib. 1. præl. qu. civil. c. 86. ubi plura. Et maximè cum dicta observantia fuerit sequuta, & tolerata ab ipso initio, tempore ejusdem Reginæ, & inconcusè semper uniformiter servata, præsentibus Regibus usque ad annum circiter 1500. & deinde in antea, præsentibus, & scientibus Viceregibus, & aliis supremis magistratibus, qui interfuerunt semper in Collegio quæ tolerantia, & patientia Principis inducit consuetudinem, & privilegium, etiam si esset contra jus Bald. in proc. ff. 6. bac autem tria, Cravet. Idem antiqu. tempor. par. 4. n. 8. verf. addc. aliam, optimè Decian. d. cuns. 124. n. 16. & seq. lib. 3.. & sufficere præsentiam solùm officium Principis, quinimò ex hoc censi magis deliberatum consensum Principis, tradit latè Decian. de loco, num. 19. & 20. Cancer. in 3. par. varior. resolut.

46 cap. 19. num. 74. sub tit. de iur. brachia, quia scientia officialium, est scientia Principis in prescriptions, Sard. latè dec. 4. num. 6. & quod dicitur quod præsentia Regis sit necessaria in Regno por Conslit. Regni Consuetudinem, illud procedit tantum in casu particulari; quando agitur de præscribendo feudum ipsum, in terminis 5. si quis per 30. ut loquitur Anna singal. 194. & declarat Dom. meus de Curte in 1. par. cap. 16. num. 134. ea ratione, quia, cum Prorex non possit de novo investire, nec minus potest ab ipso prætendi præsumpta investitura, ut declarat idem d.

48 cap. num. 143. secus autem in ceteris jurisdictionibus, ubi sufficit scientia magistratus, ut etiam de jure commune hoc discrimen considerat, Cravet. videndum conf. 25. 1. n. 1.

49 Ad tertium motivum Fisci, quod privilegium sit abrogandum, vel limitandum, cum incipiat esse damnum ex reg. cap. suggestum, de decimis, cum aliis per Sard. dec. 236. in fin.

Primo dicitur, negando penitus factum nec ferendus est Fiscus, qui formam hanc graduandi ultrà ducentos annos, usu, & experientia comprobata, qua digni existimati fuere, qui examini, sub hac, qua hodie utimur, forma se subjecerunt, nunc ex tempore prætentat esse damnosam, & sub qua tot legum 50 vertices prodierunt, qui mundum ipsum illustrarunt. Et contrarium apparet in promptu ex forma graduandi in Collegiis totius Italiæ, in quibus nulla melior, nec arctior forma ista, qua hic utimur, nec etiæ in Hispania, melior est forma, ut de Regno Castille est lex expressa 9. tit. 3. 1. parsit. a. ubi Gregor. & Moskalv. ad quam se remittit Dydac. Perez lib. 1. n. 4. 51 10. lib. 5. quinimò fortius in Hispania Baccalaurei, quos constat levissimo examini unius lectionis subjici, censemur ex hoc graduati, sicut licentiati, Magistri, & Doctores, & sic possunt publicis cathedris præfici, patrocinari, judicare, & omnia quæ licentiatis, & Doctoribus conceduntur, ut latè probat idem Dydac. Perez lib. 4. tit. 4. 1. 20. ver. hinc quæri potest, quinimò dicit ipse, quod certo respectu major dicitur Baccalaureus, qui habet gradum, quam licentiatus, qui non est gradus in Hispania, sed titulus, & facultas ad apicem doctoratus in 1. 2. 1. Gloss. except. in fin. eod. tit. unde li graduati sub largiori forma in Italia, & Hispania omnia possunt administrare, quæ hic Doctores, non video quomodo hoc privilegium cæperit esse damnum, quod apud omnes ferè gentes per seque servatur. Et si aliqua fraus est

commisso, inquirendus, & puniendus est, qui officio sibi concessa abutitur, & hoc debet constare, & pro-  
52 cedi juris ordine servato, qui casus est diversus a terminis cap. suggestum, ut per Lanar. latè conf. 5. n. 22,  
13. & sequent. Pugnac. decis. crim. 36. n. 10.

Secundo, quando ageretur de revocatione, aut limitatione privilegii Rex esset adeundus pro re-  
53 vocatione privilegii à Rege concessi. Gloss. in cap.  
deces. de regal. jur. in 6. etiam ex causa abusus, id enim non sit ipso jure, sed abusus est causa inducendi Re-  
gem ad revocandum, ubi id ei licet, seu decet. Regem,  
& quod sit omnino Rex adeundus, & consulendus non autem D. Prorex, in specie Lanar. conf. 14. n. 10.

Tertio non est locus revocationi, vel moderationi  
54 privilegii, quando est concessum ex pacto, etiam aliquo dato, vel recepto, ut ex Innocet. in c. quanto, de  
vensibus, probat Lanar. videndum d. loco n. 14. ubi amplius subdit, de hoc esse tractandum in petitorio, sed in possessorio, ubi non agitur, nisi non quis possi-  
55 deat, bonum videri debere, quod tot annis retro sic visum fuit, & Fisco debet consuli per comparatio-  
nem petitorio, ita formaliter Lanar. d. conf. 5. n. 12. 13.  
¶ 14. & ita post iudicatum in illa causa, ubi aderat solum possessio circiter 50. annorum.

56 Et quod Princeps non revocet privilegium ob-  
servitia, vel precio concessum, Affl. decis. 128. n. 10.  
& 282. num. 7. nec possit contravenire contradicui-  
fuo, vel predecessorum etiam cum subditis inito, nec etiam privilegio in vim pacto concessio latissime  
57 videndus Sund. conf. 419. à num. 45. libr. 3. Moro-  
zius, qui videtur scribere in ista causa respon. 45.  
& n. 9. imò nec assert jus quæsum, etiam prescri-  
ptione, que est de jure civili, idem Moroz. respon. 64.  
n. 4. & respon. 89. n. 13. & quod non collat jus quæsum,  
nec dominium, etiam de potestate absolute, quam non considerari in Principe Christiano, latè  
58 Castill. lib. 3. quoridam. 99. c. 6. & 28. & cum non po-  
test Rex absque urgentissima causa, non statut eius  
59 assertioni adesse causam, ne teneo præiudicatur,  
sed debet illa probari, & sic limitatur Clem. 1. de prob.  
Cancer. latè dict. 3. pars. c. 3. de privil. n. 61. ¶ 75.  
& quodies constet de causa, debet retarcire damnum  
de proprio, Valosc. consil. 22. num. 25. latiss. Cancer.  
dictio cap. 3. num. 84.

60 Nec potest etiam per viam legis generalis aliter facere, que in effectu sit in dampnum singularis perso-  
nas, sed debet esse generalis ob bonum publicum necessarium, Cancer. d. loco n. 94. & 95. alioquin si re-  
spiciat odium unius, aut singularium, potest ab ip-  
sa lege appellari, & suspenditur eius effectus Can-  
cer. d. loco n. 97. Osaf. decis. 17. ex quibus omnino forma antiquitus servari consueta nullo pacto est mutanda, nec alteranda, & de forma conferendi  
61 doctoratus insignia, & quod ter sit faciendum ex-  
amen, modo examinis, & insignibus, Nicol. de Neapol.  
in l. anica, C. de atletis, lib. 10. & plura per eundem in l. Medicos, & l. magistratos, C. de professor. & medic. eodem lib. & quod in Civitate nostra exactissima fiat diligentia in graduando Doctores prævio ex-  
amine rigoroso, & tremendo Modernis. Muscateli, in pecul. tract. de doctoratus dignis, & auctor. part. 1,  
num. 35. cum seq. & in praxi iudicaria, lib. 3. Gloss.  
62 detinebatur, num. 131. & quadraginta ab hinc annis Doctores, præfertim Advocati togis induebantur,  
63 veluti insignibus ordinis, ut apud Paul. lib. 5. sentent., tit. 15. Cicero pro Sextio, Se illis fascibus, carieris-  
que insignibus summa honoris, atque imperii esse or-  
natos, & in Epist. ad Quintum fratrem, Majoraque

preferant faces illi, ac securas, dignitatis insignia, quam potestatis, Livius lib. 9. Concessim insignia sua faces, littores, arma militare, unde togatos di-  
64 cimus eos, quos advocationes, & patronos causarum, eorum qui in forensibus negotiis præmuntentes litigatoribus suum præbent patrocinium, quorum pa-  
trocinia substantivo nomine dicuntur honoraria, l. 2.  
65 s. procul dubio, C. de judic. l. ult. C. de sport. & in tit. de  
advocat, divers. judic. inde togatus ordo advocatione-  
rum, & togatorum professionem habet apud Cassiod. epist. 33. lib. 3. & qui togati dicuntur epistol. de confir.  
C. Julian. iidem causarum patroni dicuntur in epist.  
67 de confirm. digest. & toga pro veste forensi advoca-  
torum, l. 1. idem, C. de advocatione divers. judic. Brisson. in  
68 verbo toga, de verb. signif. lib. 18. hic tamen usus to-  
gæ, ut magis necessarius, ut ab aliis fecerentur  
Regii officiales, ipsique debitum honor servaretur,  
sicut interdictus omnibus doctoribus, & advocatis,  
69 ut ipsi soli magistratus illum gestarent, ut iplorum  
propria insignia, l. 1. s. casum, ff. de postul. ut de con-  
70 sularibus, & pro consularibus insignibus habetur  
in leg. 2. in princ. ff. de bis quis non infamia, & in l. 1. ff.  
de offic. Procons. ut de militaribus habetur in l. 2. s. sed  
si ita, ff. eod. tit. de bis qui non infamia, & ita hodie  
nemo, praeter Regios Ministros Doctores, toga uti-  
71 tut sub pena indicta in Pragmatica Regia anni  
1596. 13. hodie 15. sub tit. de offic. & qua ius prohib. 72  
Et de studio Neapolitanico tempore fuit habita ma-  
xima cura apud prius Reges, quippe Carolus Pri-  
mus, & Robertus amplissimum fori privilegium  
concessit Doctoribus, & Scholaribus, ut apud pro-  
prium Judicem, Rectorem, & Justitiarum activer, &  
73 passim agerent, & convenirentur, ampliando dispo-  
sitionem auct. habita, C. ne fil. pro posse, ut etiam  
Neapolitani studentes in propria patria illo frueren-  
tur, ut haec, & alia leguntur concessa in favorem  
studii generalis hujus aëre Urbis licet male servata,  
ut advertit Sebas. de Neapol. in c. Regni 268. incip.  
inter virutum doua, sub rubr. de privil. Colleg. Nea-  
74 pol. studi, quod studi um nulli bi fuit permissum in  
Regno nisi solum studium Neapolitanum, & Salern-  
ti, ubi ex privilegio speciali solum in Medicina gra-  
duari possunt Scholaris, ut in alio cap. ejusdem Ro-  
berti 269. incip. grande fuit, sub rubr. de reformatio-  
ne studii Neap.

### S U M M A R I U M.

- D Octoratus duplex examen requirit, privatum scilicet, & publicum, & publicum supponit privatum.
- Consuetudo doctorandi in Regno præfami debet, ja-  
stè, & sanctè ac magna, cum ratione introducta, &  
eq. iustior, & sanctior, quo antiquior, n. 3.
- Scientia non presumitur, quia non insita à natura  
in humine literatura tamen conjecturis, presum-  
ptionibus probatur.
- Graduanti, præscriptum ritè, & præcedentibus iuris &  
consuetudinis requisitis, presumuntur periti, &  
legibus versati.
- Doctorati in almo Neapol. Collegio sufficienes sunt,  
& de dotti Collegii, & studii antiquitate, & di-  
gnitate.
- Collegium Neapol. in doctorando strictissima nititur  
forma, facitque discrimen inter approbatos viva  
voce, & approbatos simpliciter, qui censentur re-  
probati, & n. 48.
- Scholares in almo Neapol. Collegio post privatum  
examen nonnulli monentur, ut student, & se-  
condum examen publicum non admisis solent.

9 Matri.

- 9 Matricola, & aetas in graduandis, scholaribus de jure necessaria, ex cuius dispensatione oritur dispensatio, & graduatos, possibile est, evasisse osinos ferratos, & num. 10. & 11.
- 12 Doctores neglectis studiorum possunt denuo reprobari.
- 13 Corruptela non consideratur, nisi in penitus divino, ac humano iure prohibitis.
- 14 Consuetudo praescribit immemorialis etiam rationabilis inducit jus etiam in prohibitis iure positivo, fallit, num. 15.
- 15 Princeps consuetudinem vulgariter scire presumitur, ita Vicerex, & alias minister.
- 16 Italia, quæ babeat Collegio, quæ nam studia generalia ad gradus collationem in Hispania adfint, licet ibid. non idem rigor, qui hic, servetur.
- 17 Privilegia ex simplici abuso non revocanda.
- 18 Princeps censetur velie nulli praedicare, & ejus rescripta potius invalida censerat.
- 19 Princeps adversus contractum venditionis, sicut contra testamentum, transactionem, & alio, scribere nequit.
- 20 Rescriptum mandans iustitiam fieri intelligitur secundum juris ordinem.
- 21 Princeps nec per viam legis condenda ob bossum publicum necessarium potest tertio praedicare, non daco prius bono excambio, & contraria opinio restringitur, dummodo adit argens causa favoris publici, num. 22. alias consuetudo contra ius naturale, vel gentium, non valere sine iusta causa, & num. 23. causæ iusta exempla, n. 24. remissive.
- 25 Causa iusta in Princeps non presumitur in tertio praedicatione.
- 26 Causa iusta in Princepe ad derogationem juris servari, secundum, præcisæ necessaria, sed qua de novo superveniat, & ab inicio non fuerit cognita, esse debet, & cum alter omni modo consuli non potest, n. 27.
- 28 Jus tertio quæsumus ex contractu pæcatis usurvo, mediantem pretio, per Principem tolli non potest, etiam per viam i. condenda, de quavis potestoribus plenitudine, & num. 35. & de ratione, num. 35.
- 29 Gratio, & Principis prius egius gratio si busto concessum regulariter revocabile, re non iacit ergo irrevocabile efficitur.
- 30 Principi licet ius tertio quæsumus, absque iusta necessaria, & supervenienti causa, que prævidere non potuit, derogare, est opinio Angeli ab omnibus damnata.
- 31 Officium censetur concessum secundam consuetum, & in eo ultima consuetudo attenditur, & censetur habitus respectus ad possessionem etiam facti iustæ habitam à prædecessore.
- 32 Clausula, prout melius, & pleniū, &c. transvers non tantum omnia à prædecessoribus quæstionem de facto, sed reviviscere facit extincta, etiam quoad possessionem.
- 33 Possessor jurisditionalem, & officiorum, conservandus est, probata sola facti possessione, etiam si contra ius, & forenses si cedocerat, & indubitate titulus bonitatis, aus iuris ostendatur.
- 34 Titulus collatus à Princepe censetur coloratus, & sufficit, si in sui extinse figura validus fuerit.
- 37 Jus tertii tolli non potest, nec etiam per viam legis generalis, quando privatas nimis gravatas, secesserint in modo.
- 38 Uselitas privata magna, parva publicæ preferatur.
- 39 Compromissum dominum encersum parit, cum deficiat possit, abesse lesio.
- 40 Princeps, nec per indirectum tertio praedicare potest.
- 41 Favor consideratur, quando fit regressus ad ius antiquum.
- 42 Formæ quæ nulla sit, sed abrogata, reddi non potest tempore ultima legi condenda.
- 43 Consuetudo potest abrogare legem, & fortius privilegia, si sciente Princepe voluntam legem condere, & solvante inducta sit.
- 44 Dominium non queritur ex pluribus causis possessio, utroque tamen titulo dominium confirmatur.
- 45 Regio Pragmatica circa tempus studii quinque annorum edita suis pro observantia aut quæ formæ contra tenorem privilegii derogati, quo septennum exigebatur.
- 46 Rex in penitus omisis potest statuere, quod ei habet.
- 47 Privilegium primum graduandi Magno Cancellerio concessum remissive.
- 48 Scholares approbatæ simpliciter, dicuntur reprobati.

## A R G U M E N T U M.

Discutitur eadem controversia, & probatur, formam graduandi, qua utitur alium Neapol. Collegium, non esse corruptelam, & quando Princeps per viam legis condenda possit juri tertii ex contractu quæsumo, maximè oneroso praedicare, & an existente justa, & urgente causa favoris publici, quæ an necessitate sit, quod denuo superveniat; quid in privilegio, vel gratia: possessorum jurisdictionalium, & officiorum esse conservandum in possessione privilegii, & prescriptione an quis juvari le valeat, & Regem non consueuisse formam graduandi alterare, demonstratur.

## Pro codem in eadem causa.

## C O N T R O V E R S I A L II.

Uamvis credam notoriam iustitiam Magni Cancellerii sati defensam ex prioribus scriptis, & prævisa salutaque fuisse omnia, quæ insignis Fisci patronus subtiliter de more (ut audio) pro defensione rescripti potius, quam

ut sperare possit causa victoriam consideravit, verumtamen, ut omnis abjiciatur nebula: rogo vos omnes, supremi Judices, quorum plerique estis hujus alii Collegii alumni, ut suscipiendo vestri Collegii, parentisque tutelam consideretis, Fiscum illud pro ejus, solidissimo fundamento, velut indubitatum supponere, de quo nemum potissimum disceptatur, sed cuius contrarium credo me copiosè in prioribus scriptis fundasse; nempe formam graduandi ex prisco usu receptam, esse notoriam corruptelam, & usurpationem in manfestam Regni perniciem, & ludibrium Collegii, quæ proinde nullo potuit temporis cursu iustificari, & hoc iacto fundamento, ex eo infert, posterius, privilegium esse amissum per abusum, vel revocatum ipso iure, aut revocandum à Princepe saltim per viam, legis generalis, quod fieri posse contendit, præsertim cum revertatur ad ius primi privilegii. Nec esse concedendam damni compensationem, maximè cum non directè id fiat, & quia alias hujusmodi restrictio ex Pragmaticis fuit fieri solita: cessant enim hæc omnia, sublata primo fundamento, cum aperte ostendentur hanc esse veram, & justam formam iuri communis, & consuetudinis totius orbis conformem, & inunc-

nunc addo, duplex examen tantum de jure communi ne exigi in docttorando, privatum scilicet, & publicum, adeo ut probato publico, quia publicum includit, & supponit privatum perfectè censetur probatus docttoratus, *Bald.* in *I. si solemnibus*, n. 7. *C. de fine instram.* *Alex.* ad *Bart.* in *I. conerabitur*, ff. de pignor. *Cancer.* par. 3. de privil. cap. 3. n. 169. quinidem ex recitatione in cathedra, qui præcipuus est actus in gradu probari cetera annexa, quæ in graduando dependent ex consuetudine, quæ probatur non solum per singula, sed per priora à communiter accidentibus dixit *Bald.* in *proœm. decret. verb. Gregorius*, n. 25. & 26. ubi solita enumerat insignia *Mascard.* *concl. 5. 28.* à n. 13. consuetudo autem nostra,

2 quæ pariter duplex examen continet, privatum scilicet prius coram duobus promotoribus, & deinde publicum coram toto Collegio, & interdum admissionis etiam extraneis, apertis januis, cum adeo extemporanea, difficilique punctorum recitatione, cum maximo apparatu, præsumi debet justè, sanctè, magna cum ratione introducta, *cap. fræstra*, ubi *Archibid. 8. distinct. Bald.* *Bellam.* *Dec. Tiraquell.* & alii relati à *Monceb.* de *præsumpt.* lib. 2. cap. 1. n. 4. & ed

3 *justior, & sanctior, quod antiquior, i. testamenta omnia, ibi, mos fidelissima vetustatis, C. de testam. & in autb. de quæstor, & verò vita, hinc Sveton. quæ præter consuetudinem, & morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur, & Isocratis dictum ad Nicalem in iis, inquit, ita facito quemadmodum est à majoribus præceptum, novitatem semper borauerunt Sapientes, & Tullius lib. 3. de republ. dicit versum Enni, vel brevitate, vel veritate, tanquam ex oraculo sibi quodam affatum videri, moribus, antiquis, res stat Romana verisque, quod latius ex Gellio, Tacito, & nostris Jurecons. prosequitur Tiraquell. omnino legendus in *præfat.* primog. à num. 86. & iterum à num. 189. & in primo retract. §. 30. *Gloss.* 1. num. 16.*

Probatur autem, & præsumi debet justissima hæc forma ex personis recipientium, & conferentium gradum; siquidem licet litterarum scientia non presumatur in hominē, cum non iasit à natura *Gloss.* in *cap. si forse, verb. scientia, de elect. in 6. Cravett. de antiquit. temp. in 5. p. prima par. n. 39.* tamen litteratura ipsa conjecturis, & præumptionibus probatur, ut puta si fuerit quis examinatus, & approbatus à Collegio, ut post *Gemin.* & *Corset.* tradit *Menoch.* de *præsumpt.* lib. 6. cap. 91. n. 18. & 22. ut etiam ex ipsomet gradu probari peritiam post *R. tam.*, *Bellam.* *Mascard.*, & alios probat *Mascard.* *concl. 877.* incip. idem

5 *neum*, à n. 8. præsumitur enim de jure, graduatos esse peritos, & in legibus versatos, l. 1. §. sed cum sit necessarium, *C. de Justin. Codic. confirm.* & quod promotus sit sufficiens, & dignus, l. 1. *semel;* *C. de re milit.* lib. 10. *Alciat.* de *præsumpt.* reg. 3. cap. 19. cum aliis à *Mascard.* *concl. 593.* in *cap. electus*, n. 2. & 529. ex num. 8. & præsertim in rite graduato præcedentibus requisitis iuris, & consuetudinis, *Paxorm.* in *cap.*

6 *quamvis de arte, & qualit.* & de sufficientia eorum, qui graduantur in nostro, almo Collegio testis est optimus *Afflit.* legendus in *Constit. utilitati*, n. 2. lib. 3. ubi recolens antiquitatem, & dignitatem Studii, & Collegii Neapol. sufficientes probari, & reprobari inhabiles, testatur de visu, & sic loquitur etiam de Juristis, de quibus potuit esse testis de visu, ut de illis paulo post etiam meminit in *Constit.* seq. n. 1. *vers. sic etiam*, ubi asserit, quinquennio perfici studium legale, & posse eo tempore concedi licentiam advocandi, dixit idem *Afflit.* in *constit. advoco-*

7 *tor, in fin.* sicut de strictissima forma in graduando ampliss. est testis itidem de visu *Anna pater* allegat. 123. ubi adeo rigorosè, & strictè procedi afferit, ut fiat discrimen inter approbatos viva voce, & approbatos simpliciter, qui ex consuetudine Collegii censentur reprobati, supponens, plures consueuisse reprobari, prout etiam nostris temporibus frequenter contingere ex libris Collegii iam exhibitis satis apparet, ubi etiam constat plures alios post primum privatum examen, moneri, ut per illud tempus studeant, non aliter eos ad secundum examen admittendo, unde non est credendum Fisco ex suo magno afferenti, fuisse in Collegio graduatos notoriè indoctos, & inhabiles, contra juris præsumptionem, & dignissimos *DD.* testes de viso, & potuisset dari casus in illis, quibus superiorum permisso fuit dispensatum super ætate, vel matricula, quæ tanquam de iure necessaria, ad *Gloss.* in *I. eos, C. de offic. magist. milit.* & *Bald.* in *proœm. decret. verb. Gregorius*, n. 22. & simili cum ætate justiss. definita ex *Pragm.* completere præsumitur scholaris eruditionem, ex qua dispensatione passim concessa, potuit ori dissipatio, de 10 qua per *Roland.* *conf. 6. I. lib. 1.* & istos possibile est evasisse asinos ferratos, iuxta dictum Jo: Monachi, licet loquentis in diversis terminis quoad providendum regimini Ecclesiarum, ut per *Cottam* in *singul. verb. Abbates, vers. & idem*, ubi agitur de majori periculo, scilicet, de provisione ad officia, curam animalium annexam habentia: contingere enim possit hoc his, qui in ea sunt ætate, in qua plena peritia haberi non potest, non autem in ætate provectis, in quibus ratione ætatis, & studii peritia præsumitur, ut declarat in puncto *Boer. decis. 350. n. 2.* quod etiam ex alia causa accidere potest illi nempe, 11 qui solo gradu ritè suscepto contenti neglectu studiorum, quod iam didicerant, amiserunt, qua de causa possunt semel decreto ordinis probati, si non se utiles præbent, denud reprobari, *I. Grammaticos* 2. *C. de profess.* lib. 10. ex nova etenim causa potest quis se inutilem reddere, ut in terminis advertit *Petr. Tholos.* de *republ.* lib. 18. c. 9. post n. 9. in fin. & n. 10. & sic data instantia, corrigit Fisci suppeditum; siquidem possunt reperiri graduati hodie parum dacti, quod nec virtus formæ, nec Magistris Collegii imputari potest, nec vides, in quo consistat usurpatio, pernicies reipublicæ, & corruptela, hæc enim corruptela nullo modo considerari potest, nisi in penitus divino, ac humano iure prohibitis, ut si esset contra præcepta moralia, *cap. ultimo*, ubi *Gloss.* & *DD. de consuetud. Cavallos tract. comm. contra comm. c. 585. n. 8.* in aliis autem consuetudinem præsertim immemorialem,

13 etiam minus rationabilem, inducere ius etiam in prohibitis iure positivo est *text.* in *cap. constitutus de in integr. restit.* *Glos.* 1. & ultima, in *vers. item* & ista, in d. *cap. fin.* & de efficacia consuetudinis vindenda sunt omnino curiosè congesta per *Cottam* in *vers. consuetudo facit licitum*, & in terminis nostris bellis. scripta per *Ruin. conf. 105.* à n. 5. lib. 5. & præsertim stante præsumpta scientia Principis, qui præsumitur scire consuetudinem vulgatam in loco *Menoch.* lib. 2. c. 3. n. 4. de *præf.* *Beltug. rub. 22. §. & quia*, n. 68. sicut etiam in *Vicerége*, & Ministris in specie *Cravett. de antiqu. semp. p. 4. §. absolutus*, n. 23. & 24. & verè probatur scientia, & approbatio ex perceptione fructuum officii, facta per R. Cam. dum vacavit officium per mortem. *Ducis Acheruntæ Magni Cancelarii*, quinidem fuit hæc forma, nedum prudentissime adinventa, sed præcisè necessaria Neapoli; si qui-

lim ventre regredimus, quem illic sofris precibus accedentem benignè suscepimus; & perpenso, quod talis erat, qualiter fama prædixerant, eam providimus pro sua bonitatis, & industrie meritis honoreare; sed ne ipsum ad oraculum studii, quod cœcari, in dicta scientia, pertinere temere moraretur, nisi ad caput stendum illud meritum, & debitis passibus perveniret. Sub magistro Pedro de Ferreris, Deciano Aniceto Regni Sicilia Cancellario U. J. D. dilecto Consiliario, familiari, & fidelis nostro, ad quem in ipsius Cancellaria officio, cui praest, cura principaliter de dicto studio periret, examinari præcepimus, utram dignus inventaretur, & meritus ad operem doctoratus, siveque die tertio mensis Decembris hujus 12. inductionis in manu apud Neapolim data sunt ei per ipsum Cancellarium leges duas, quae legeret in eodem die in vesperis corona venerabilis viro Guillermo de Goddorio Sacerdoti Electo, Cancellario, Roberti primogeniti nostri Ducis Calabria, decrorum doctore, Mattheo Filomarino de Neapol. Veritasq[ue] Jarvis, ac Thoma Scillas de Salerno Magna Curia nostra magistro Rationali & Nicolao de Tiro ciuitatis juris Professoribus, dilectis Consiliariis, & familiariis, nec non Ioanne Mottola decrorum doctore, Mattheo Filomarino, Ligorio Buccaplanaria de Neapol. Ausaldo Traoro, & Angelo de Afflito de Scala, Joanne Fricca de Ravello, Angelo de Ebulo, & Lousio de Frato ejusdem juris civilis Professoribus fidelibus nostris, Jacobus ipse leges legit eisdem, super quibus, & circa quos examinationes exacte, ipso cum emisit in secreto, deinde ipso die circa leges ipsas, lectio, disputatione, & examinatione finitis, Cancellaria ipse ab antiquo que doctoram, & professoram ipsorum sub religione practici exinde sacramentis exigit testimonium veritatis, de ipsis Jacobi sufficiencia signatissima, & comperto cum fore concordi testimonio singulorum omnium in eisdem iuris ciuitatis scientia comprobatur, actam quoque ad baculum, & ad apicem doctoratus, in crastinum super legem alia data sibi, quam legit, est examinationis in publico, iuxta morem, & eodem modo sufficiens est compertus, & sic sequenti die quinto mensis eisdem, in Majestate nostra presentia est per eundem Cancellarium licentias ad cathedram, & doctrinam in iuris civilis scientia memorata, eique liber exitit per eundem cum consuetis solenniis benedictionis impensis. In cujus rei testimonium presentes litteras nostras fieri, & pendentis Majestateis nostræ sigillo sufficiunt communiri. Docum Neapolii in absentia Probonotarii per M. P. de Ferreris, die 26. Februario 12. ind.

## SUMMARIO.

- 1 **B**aronia est Universitas facti continens multa seu da, sicut territorium Universitas agrorum.
- 2 Baro dicitur, qui tenet aliqua feuda concessa sub se, & sic Baronie sub qua sunt subfenda.
- 3 Casale concessum tenendum, sub Barone, dicitur membrum, & de districtu Baronie.
- 4 Diviso non presumitur, nisi intercesserit actus facti.
- 5 Consilium Minadoi 24. declaratur, & confutatur.
- 6 Jurisdictio concessa titulo particulari in certo tempore, dicitur in personas, & differt a jurisdictione Baronis, occasione territorii.
- 7 Castro concessum cum suis pertinentiis, & integro statu, veniunt ipsis deputata à jure, vel consuetudine,

- non ea, quæ speciali, vel diverso iure spellabuntur ad concedentem.
- 8 Pendataries respectu subfendi siti infra fines Baronie, retinet potestores, tam erga subfendarium, quod respectu subvassalorum.
  - 9 Vassallus vassalli mei in eadem re, dicitur mens vassallus.
  - 10 Concessio facta cum clausula, prout tui predecessores, virtute relationis continet omnia; quæ constituerant in priori concessione, quæ censes reci- viscere, licet evicta.
  - 11 Juxta appellacionis an possit judicare de his quibus in prima instantia cognoscere non potest. & n. 12.
  - 13 Juxta Ecclesiasticus non cognoscit de causis, & negotiis secularibus, nec e contrario quia utique habet jurisdictionem distinctam, & privativam ad alterum.
  - 14 Privilegium, an beneficium dicatur concessio feudi cum jurisdictione, & n. 15. & quod sit beneficium longe interpretandum, n. 16.
  - 17 Merum imperium dicitar quasi liberum.
  - 18 Appellationum causa, siue cognitio verius veriantur, si non exprimantur.
  - 19 Justiciarie, vel M. Curiae parum interest, utram do- voluantur, vel ne, ad ipsos casus appellacionum.
  - 20 Appellationum devolutus potest ad superiorum, & quo Juxta, qui iudicavit, non facit deputatas.
  - 21 Baro in castro subfenduo potest deputare judicem secundarum causarum, semota fraude, & bono zelo.

## ARGUMENTUM.

Baro, qui infra Baronie habet jus cognoscendi de causis civilibus, & criminalibus in prima instantia, & in gradu etiam primatum, & secundarum appella- tionum, utrum possit de appellationibus ipsis co- gnoscere in Casali subinfeudato in causis criminalibus emptis per subfendarium à Regia Curia Baronia, & Baro, quando verè dicatur. De autho- ritate Baronis erga subvassallos. Castro concessio cum pertinentiis, quid veniat, de quibus cognoscat judex appellationis, & aliis.

**Pro Domino Principe Abbellinatum  
Magno Cancellario, & Baronie  
Sancti Severini Regulo.**

## CONTROVERSIA LIIL

**P**rimò presuppono, Casale Ciurorum subin- feudatum per Principem Salerni habentem co- gnitionem primarum causarum Civilium, cri- minalium, & mistarum, nec non primas, & se- cundas appellationes, quæ vulgo dicuntur, seconde, & terze cause in tota Baronie terra Sancti Severini ex subinfeudatione dieti casalis, cum jurisdictione civili tantum, ita quod immediate, & in capite teneretur à dicta Curia, nedum non censi ex hoc separatum, & divisum à Baronie, quinimò fortiū annexum, eique incorporatum, & proinde Dom. Principem Abbellinatum successorem conser- vandum esse in possessione cognoscendi de appellatione etiam in casalibus subinfeudatis per suos

I suos prædecessores , siquidem Baronia est universitas facti continens sub se multa feuda , sicut territorium est universitas agrorum *Isern.* in cap. i. § similiter po-  
2 test, in addit. num. 2. de capit. qui cur. vend. qui dicit , non esse Baroniam , nec dici Baronem , nisi conces-  
3 serit aliqua feuda Baroniae in subfeudum tenenda sub Baronia , & sic subfeuda remanent de territorio , & districtu Baroniae , vel Comitatus , & ei annexa.  
4 *Afflīct.* in constit. post mortem . cum aliis per *Lipar.* in d. §. similiter , verb. *Baroniam* , litt. T. *Frecc.* lib. i. §. quis dicatur *Baro* , n. 1. & 6.

Et cum Rex concederet D. Ferdinando, prout me-  
lius tenebat Princeps Salerni ; qui concederat di-  
ctum casale , tenendum sub eo, nemo dubitare potest  
3 quin dictum casale sit membrum , & de districtu Ba-  
roniae , tantò magis , quia divisio non presumitur , nisi  
4 probetur , quod intercesserit actus facti potens ad il-  
lam inducendum , *Natta* conf. 479. n. 21. *Conf.* de *An-*  
*na* conf. 44. n. 88.

5 Secundo nou obstat *conf. Domin. Minad.* 24. ex  
quo adversarius contendit elicere decis. in terminis .  
Primò enim *D. Minad.* loquitur in satis diver-  
sis terminis . Secundò , rationes , & argumenta ,  
quibus *D. Minad.* nititur ( salva pace ) sunt falsa ,  
& proinde corruit ejus opinio , etiam in casu suo , li-  
cet diverso .

Quoad primum ipse loquitur , an censeantur con-  
cessæ causæ appellationis quoad illum , cui erat fa-  
cta concessio certæ jurisdictionis , titulo particulari  
6 in certo tempore nundinarum ; potius in personas  
potissimè exteræ confluentes ad nundinas , quæ  
ratione territorii , quæ est omnino distincta  
à jurisdictione Baronis , quæ competit ratione  
universalis territorii , unde non mirum si *Dominus*  
*Minad.* contendat , concessionem secundarum  
causalrum factam Baroni non comprehendere su-  
perioritatem dictæ jurisdictionis , ut in terminis inter  
hos casus maximum constituit discrimen *Bal.* post  
*Dyn.* in cap. i. num. 16. vers. alia quæstio , de cap.  
qui cur. vend. refert , & pluribus comprobat *Anna*  
*senior* , allegat. 29. num. 3. usque ad 8. etiam ex  
7 eo , quod concessio Castro cum suis pertinentiis , &  
integro statu , non veniunt nisi deputata castro à  
jure , vel a consuetudine , & non ea quæ specia-  
li , sive diverso iure spectabant , nec quæ non erant  
solita venire cum ipsa re , ut ex *Innocent.* in e. cum  
ad sedem , num. 2. de restitut. spol. *Isern.* in cap. i.  
post num. 3. in addit. & per *Afflīct.* post num. 16.  
versic. quarto hoc , De controvers. inter mascul. &  
fæmin. & eundem *Isern.* in cap. i. §. bæreditatem ,  
post num. 12. De pace tenenda , & in cap. i. num. 3.  
versic. si *Baro* vendit. De capit. qui cur. vendid. prob-  
ant in puncto *Imol.* & *Alexand.* in lib. 3. col. 7. in  
principi-vers. circa istam , ff. de acquir. possess. quia per-  
tinentiæ sunt illa tantum , quæ sunt uniformis natu-  
ra , & eodem jure competit cum castro , non  
diverso titulo idem *Alex.* conf. 14. ante fin. num. 5.  
lib. 7. *Jason* in l. beneficium. num. 7. ff. de constit. Prin-  
cipum , *Masuer.* in pract. *Pap.* de actione reali , verbo  
pertinentiis .

Præterea , & secundò in casu *D. Minad.* ille *Zac-  
conus* , cui erat concessa jurisdictione nundinarum ; non  
erat subfeudarius , nec in aliquo erat subdi-  
tus illi Principi , at hic sumus in feudatario , qui  
8 tam respectu subfeudi siti in territorio Baroniae , reti-  
net non modicam potestatem erga subfeudatu-  
rium , de quo *Frecc.* lib. 2. tit. quis dicatur Princeps .  
9 §. sed ut verius , quam etiam respectu vassallorum

ipsius subfeudi , qui adhuc dicuntur vassalli do-  
mini Baronie ; siquidem vassallus vassalli mei ex ea-  
dem re , pro qua vassallus mihi præstat homagium ,  
dicitur vassallus meus , *Dec.* in l. *confilii* 47. §. *socii mei*,  
num. 1. ff. de reg. jar. *Menocb.* de præsumpt. part. 1.  
lib. 3. c. 102. num. 1. *Intrigiol.* centur. 2. de seud. art. 5.  
num. 564.

Tertiò in casu dicti consilii non aderat aliqua  
precedens concessio , ad quam secunda se referret ,  
ut in hac nostra concessione Rex plures se refert  
ad concessionem factam Principi Salerni per verba  
prægnantia , quo casu videntur expresse concessio  
10 virtute relationis , omnia , quæ in primo privile-  
gio continebantur , & omnia reviviscunt , licet ex-  
tincta *Olordad.* conf. 121. in 2. qæst. ubi de illa clau-  
sula , prout tui prædecessores , *Isern.* in cap. i. aliæ  
§. *sciendam* , vers. in hoc regno fit , quib. mod. *feud.*  
constit. pot. latissimè *Gorzi.* *Mastrill.* in addit. ad  
*Petr.* de *Gregor.* de concess. *feud.* part. 7. quæst. 2. vers.  
qua conclusio , ubi ita refert decisum in S.C. nostro  
in casu *Ducis Soræ* , cum Regio Fisco *Anna* sen. in  
terminis , alleg. 62. num. 22. & 23. *Gramm.* dec. 59.  
Rationes autem *d. Minad.* non concludunt , dum  
11 num. 1. dicit , quod *Judex* appellationis non potest  
pronunciare in his , de quibus coram eo agi non po-  
test *Innosc.* cuius commentarium diligenter perlegi  
in cap. lices , in 1. & 2. de for. compet. hoc non di-  
cit , & proinde *Guid.* *Pap.* quæst. 436. vers. 73. cui  
credidit *D. Minad.* aperte fallitur , & contrarium est  
12 verum regulariter , ut *Judex* superior in gradu ap-  
pellationis non cognoscat , nisi de his , quibus in pri-  
ma instantia non potest se intromittere , sunt text-  
clari in §. *jubemus* , autb. de collator. §. nulla existente  
licentia , autb. de defens. civit. *Dominus Capyc.* in l. *Im-*  
*per.* cap. 484. *Frecc.* videndus lib. 2. de subfeud. au-  
thor. 28. in princip. & de jur. canon. est text. in cap. 1.  
de foro comp. in 6. ubi DD.

13 Nec obest simile , quod affert *Minad.* d. conf. 24.  
num. 2. de Judice Ecclesiastico , ut ad eum causæ ap-  
pellationis *Judicis* secularis deferri non possint , quia  
de rebus secularibus non cognoscit ; siquidem illud  
accidit , quia Ecclesiasticus , nec in actu , nec in  
potentia potest de rebus secularibus cognoscere , ex  
quo distinxit , & separata sunt potestates , & unus  
censemus habere jurisdictionem privativè , ab utro-  
que jure concessam quoad alterum *D. Capyc.* de-  
cis. 22.

Secunda ratio *D. Minad.* quod istud sit privile-  
gium , & idem strictè interpretandum , præcipue ad  
præjudicium *Justitiarii* , & M. C. quibus competit  
cognoscere de appellationibus . Deimus juxta ve-  
14 ros terminos , illud esse privilegium , cum aliquid  
contra legem conceditur , beneficium autem cum  
secundum , vel præter legem , *Jas.* in l. fin. num. 27.  
ff. de constit. princip. unde cum concessio feudi cum  
jurisdictione non contineat aliquid adversùs legem ,  
præsertim postquam de consuetudine hujusmodi  
15 concessiones frequentantur fieri , præsertim magnis  
Dominis ob servitia , non potest dici privilegium ,  
sed beneficium *Frecc.* in specie , lib. 2. §. 37. num. 5.  
16 & 6. & hujusmodi concessionem , tanquam benefi-  
cium , esse largissimè interpretandam , ut compre-  
hendatur omnis jurisdictione civilis , & criminis , redi-  
ditur , & proventus , tradunt *Alber.* & *Bald.* relati-  
17 per *Jas.* in d. l. fin. num. 9. ob id dicitur merum Imper-  
rium quasi liberum fuit enim collatum in Principem  
nulli necessitate subjectum l. i. ff. de legib. l. i. ff. de  
constit. princ.

18 Et quamvis causae appellationum non veniant regulariter, id faltit cum hoc exprimitur, ut hic suic expressum, Frecc. autb. 13. num. 5. quamvis nonnul. li tenuerint, venire etiam si non exprimantur lafot. conf. 161. lib. 7. Osofc. Pedem. Cocher. conf. 59. num. 5. Paris. conf. 8. num. 32. lib. 1. Cari. de ferd. part. 7. num. 32.

Nec Conflit. Justitiariss nomen, dicit id, ad quod per Minad. allegatur, nec ullo modo est considerabile iustitiae Justitiarrii, aut Magnæ Cur, ut mediatè, vel immediate ad eos appelletur.

20 Ultimò non obstat, quod de jure appelletur ad eum à quo is, qui judicavit, fuit deputatus; quamvis enim hoc non sit absoluè verum, ut idem Minad. dicit, esse in hoc differentiam inter jus Canonicum Civile, & in specie id non procedere in Barone, tradit Frecc. autb. 13. num. 8.

Amplius dico, id procedere quoisque Rex alteri non concedat causas appellationum, prout concessit Principi, quia tunc ad eum est appellandum, & tandem est omnino videndum Freccia lib. 2. in 28. 21 auftorit. ubi concludit, Baronem in Castro subinfeudato posse deputare Judicem secundarum causarum, semota fraude, bono zelo.

### S U M M A R I U M.

1 Possessorum resistenda conslituit, ut quis non molestetur, & requirit possessionem tempore litis motæ, num. 2. idemque in possessorio summariifimo quod, interim, appellatur, num. 3.

4 Negatio adversarii non obstat possidenti.

5 Titulus possessionis valde utilis in hoc possessorio, & de effectu exhibitionis ipsius, num. 6. 7. & 8. præsertim si titulus sit habitus à Principe supremo, num. 9.

10 Sententia nocet ratione solitus scientia.

11 Ferdinandi Fornarii laudes.

12 Possessio subsequens declarat titulum debitum.

13 Decreta lata cum anno, nocent alteri in possessorio.

14 Decisiones consimiles pro Regalis Sancti Severini contra alios subfeudatarios, & quod faciunt ius, num. 15.

16 Causa liquidationis instrumenti, via Ritus Mag. Cu. ria, utrum dicatur civilis, vel criminalis, num. 19. & 21.

17 Procurator non admittitur in causa criminali, & sic in citatis saper tenore instrumenti, via Ritus, & num. 18.

20 Iudices civiles, quare cognoscunt de causis liquidationum instrumentorum ad formam Ritus.

22 Pœna amputationis manus antiquitas constituta debitoribus non solvontibus condemnatis ad formam Ritus.

23 Dominus Guasterius Galeota nominatus à compilatore Ritus; qui p̄t se gessit cum debitore.

24 Possessio partis in iuribus operatur retentionem possessionis quod reliqua in concessione contenta, aliud in præscriptione, quid in rebus corporalibus, num. 25.

26 Innovare minimè dicitur qui possessioni infistit, suo jure utendo.

27 Confessio adversarii in judicio prodest ad conservandum.

28 Attentatum ut quid dicatur, quæ requirantur.

29 Scientia requiritur acquirentis ius, & ejus, cui illa nocet, ut patientia prejudgetus.

30 Atius possessionem fundantes debent esse clari, & non equivoci.

31 Clausula immediatè, & in capite adiecta in empione iurisdictionis criminalis, facta per subfeudatarium Baronis, non includit, quia Baro non posso cognoscere de appellationibus vigore sui privilegii.

### A R G U M E N T U M.

De possessorio in jurisdictionibus. Titulus quantum profit, maximè si sit habitus à Principe Supremo, aded ut possessio partis conservet quod reliqua vigore concessionis, secus in præscriptione, & declararetur titulus ex sequenti possessione: Qui actus sint necessarii ad possessionem: de innovatione. attentatis. De clausula immediatè, & in capite, & num causa liquidationis instrumenti vigore Ritus, sit civilis, vel criminalis, dilucidè explicatur.

### Pro eodem Domino Principe in eadem causa.

### C O N T R O V E R S I A LIV.

JUDICium hoc intentatum per Antinorium, qui prius ad judicium provocavit, petendo sibi restitutus acta transmissa ad Judicem secundatum causarum, & nihil innovari, vel est recuperantur, & negotium est absolutum pro Principe, vel est retinendæ, in quo concluditur, ut adversarius à molestatione desistat, juxta Bar. in l. 1. §. doc interdictum, num. 5. ff. uti possid. Menoch. de retinend. in prælad. & in hoc, nisi probetur possessio tempore litis contestata, intentans omnino succumbit, §. sed hodie, insit. de interd. DD. in l. 1. C. uti possid. & adversarius est absolvendus uti auctore non probante requisita necessaria, Gratia formaliter confil. 50. num. 22. & 43. lib. 1. idemque in possessorio summarissimo, quod DD. Hispani, interim, appellant, quod in hoc æquiparatur possessorio ordinario retinendæ DD. relati per Covarr. cap. 17. pract. post init. & num. 3. vers. secundo cavere debet, Cagnol. in l. in pari num. 6. & 7. de regul. iur. nec per negationem Antinorii debet Princeps impediri, quo minus jure suo utatur, nec est commodo suo possessionis privandus, ut ex Innocent. & alii probat Lanar. confil. 27. num. 8. & 9.

Præterea D. Princeps in promptu exhibet titulum concessum ab invictissimo Philippo II. immor. mem. cum primis, & secundis causis, & in quibusunque causis civilibus, criminalibus, & mixtis, feudis quaternatis, & non quaternatis, planis, feudatariis, & non feudatariis, & aliis clausulis amplissimis; ut in nota facti plenius explicatur: hic enim titulus est tanti ponderis in interdicto uti possidetis retinendæ possessionis, ut nedum operetur, ut inter duos æquales habentes probationes, ille vincere debeat, qui titulum exhibet, cap. licet consam, de probat. ut uno ore omnes scribere post Bar. in l. si duo, ff. uti possidetis, refert amplissimè Menoch. de retinend. possid. remed. 3. num. 733. vers. decimas casas, qui num. 735. ob id firmat, articulos, & depositiones de proprietate esse admodum pertinentes, & hoc est, quod vulgo dicitur titulum apprimè necessarium ad colorandum possessionem Nevix. confil. 79. n. 9. Menoch. de recuperand. remed.

remed. i. num. 180. & n. 226. *Mascard. conclus. 80.*  
 n. 31. & *coclus. 1096. n. 44.* & in eo, qui afferit, se  
 7 quasi possessionem habere, iurisdictionis titulus est  
 praeceps necessarius ad obtinendum. *Faber. in h. re-*  
*tinenda, inst. de interd. D. Capyc. dec. 209. n. 4. Gr. 5.*  
*Mascard. d. conclus. 1096. num. 45.* sententia etiam in  
 dubio pro iusto posseffore est ferenda, *Bald. in l. or-*  
*dinaris, n. 10. de rei vendic. cum aliis à Menoch. de*  
*retinend. remed. 3. n. 715.* sed quod magis est ut si neu-  
 tra partium aliquid de possessione probaverit, is vin-  
 cere debet etiam in possessorio, qui solum juri-  
 8 sum exhibet, ut in terminis nostris, jure decisum  
 probat *Thesaur. decis. 206. in fin. vers. ego post,* ubi  
 refert casum notabilem, & maximè in titulo habito  
 9 à Principe supremo, de cuius validitate dubitari  
 non potest, per ea, quæ tradit *Mascard. conclus. 199.*  
 n. 13. & de possessione titulata, quod si fortior, latè  
*Boer. decis. 239. vers. bene ramen versus.*

Item confirmatur, Principem fovere bonum ius  
 ex sententia lata per commissarium redintegrationis  
 de anno 1557. qua, audito ipso Antinorio, fuit de-  
 claratum, spectare Terram Sancti Severini DD. de  
 Gonzaga, à quibus causam habet D. Princeps cum  
 iurisdictione primarum, & secundarum causarum,  
 civilium, & criminalium, nec non cum primis ap-  
 pellationibus, tam in prima causa, quam post pri-  
 mam cum feudariis subfeudatariis, Baronibus, &c.  
 fol. 18. quæ sententia nocet Antinorio ratione solius  
 scientie, ex not. in l. scpl. ff. de re judic. *Innec.* in ter-  
 minis in cap. ex parte Decani, de rescript. & Fisco,  
 cum à Rege hoc fuerit tributa auctoritas reintegra-  
 tori, & à Fisco sententia approbata, cum in sui com-  
 modum præcipue huiusmodi sententias, & commis-  
 siones factæ fuerint, qui commissarius fuit Ferdinandus  
 11 das Fornerius Brundusinus, qui post omnes gradus  
 defensionis, & protectionis Regii Patrimonii, ad su-  
 premium spicem Collateralis Consiliarii, & Regen-  
 tis in Supremo Italico Consilio, & Locumtenentis  
 Reg. Cameræ, cum maxima fama doctrina, & inte-  
 gritatis, enectus decepsit: quatenus autem titulus  
 12 fuisset dubius, possesso sequens declaravit, in ipso  
 comprehendendi generaliter iurisdictionem secunda-  
 sum causarum, etiam in casalibus subfendatis,  
*l. boc legas. 3. ff. leges. 3. Bald. in concessione Cæstri,*  
 cum iurisdictione cons. 245. in fin. lib. 3. & de regali-  
 bus etiam expressis, quod veniant, latè cumulant  
*Beccas. conf. 101. n. 39. Sard. conf. 94. n. 37. lib. 1.*  
 ut latius scripti pro casalibus Aripalda, ex n. 39.  
*Gr. 44. cum sequent. istud autem privilegium concep-*  
 sionis Sanseverini, hanc interpretationem recepit  
 per decreta lata cum aliis ex similibus subfendata-  
 riis; decreta enim cum uno lata nocent alteri in  
 possessorio, *Florianus in l. servientes, la grande, ff. de*  
*servit. lequitur Dom. Capyc. dec. 209. n. 6.* & in spe-  
 14 cie apparet ita alia decilum per Regiam Cameram  
 inter Cesarem Gonzagam Sanctiseverini Regulum,  
 cum Metello de Roggerio subfendatario catalum  
 Ajelli, & Acquæ de Mela, referente doctissimo Prä-  
 sidente David postea itidem Regente, & Regia Ca-  
 meræ Locumtenente; unde sententia Regia Came-  
 ræ, tanquam sententia Princeps interpretativè la-  
 15 ta, jus facere debet etiam inter alios, *Afflit. de-*  
*cis. 96. n. 11. per l. fin. C. de legib. Lazar. conf. 1. n. 52.*  
*Gummam omnino decis. 128.* item exhibiti sunt plu-  
 res actus possessivi, cum eodem Barone Ciurano-  
 rum, & licet adversarius objiciat, actus predictos  
 concernere instrumentorum liquidationem, sive  
 exequitioam ad formam Ritus, quam dicit con-

16 numerandam esse inter causas civiles, non autem  
 criminales; prout civiles Judices de praeditis co-  
 gnoscunt in Mag. Cur. dicimus tamen, quod causa  
 17 dicitur criminalis ubique poena venit applican-  
 da Fisco, non parti; ut accidit in materia Ritus de  
 liquidatione instrumenti, *Bart. & cum DD. in l. Prae-*  
*tor ait, ff. de sepulchr. viol. & in l. 1. C. quando civil.*  
*actio criminis, prælad. Marant. in l. diffinit. judic. civil.*  
*vel crim. n. 3. et idcirco sicut erit in causa crimi-*  
*nali tenentur personaliter comparere, nec admittit-*  
*tur procurator, pariter etiam debitores citati via*  
 18 *Ritus personaliter comparese debent, ut in Ritus*  
*166. Carav. n. 11. et Ritus 269. et quod causa liqui-*  
*dationis quoad plures effectus dicatur criminalis,*  
 19 *bene probat Frecc. de liquid. instrument. part. 6. per*  
*socum, et stylus, ut Judices civiles cognoscant de*  
 20 *instrumentorum liquidatione, fundatur, ut Judices*  
*criminalis faciliter vacare possint expeditioni tam*  
*ingentis numeri carceratorum; pro quo de mane,*  
*et de sera regunt Tribunal, et nihilominus citatio-*  
 21 *nes super tenore instrumentorum non possunt ex-*  
*pediri, nisi cum subscriptione Magist. Actor. cau-*  
*rum criminalium, ex quo evidenter patet in sui origi-*  
*ne attinere ad criminalia, præsertim cum antiquo*  
*ire statuta fuerit debitori non implenti, promissa*  
 22 *ratione perjurii, poena amputacionis manus, ut in*  
*ritus 171. ubi compilator iussu Regine Joanae Se-*  
*condæ dicit haec verba, Ut vidi scribere tempore Re-*  
*gis Ladislai contra Notarium Andream Barronum,*  
 23 *contra quem presentaverat instrumentum D. Gual.*  
*terius Galeota de Neap. veram non suis exequuta*  
*pars; quia habebat concordiam cum creditore, nec al-*  
*ter fieri potuisse, cum maiores, et gentiles mei de*  
*domo Galeota crudeles nunquam fuerint: item ex*  
 24 *possessione partis, præsertim virtute privilegii cen-*  
*setur retinuisse possessionem quoad omnia in privi-*  
*legio contenta, ut in specie in acquirenda, et reti-*  
*nenda iurisdictione in eo, qui habet concessionem ab*  
*aliо, qui habet ius concedendi, ut si utatur iurisdi-*  
*ctione in uno actu, retinet in omnibus, Bart. in l. 1.*  
*§. si quis hoc interd. dicens aliud esse in prescriptione,*  
*ff. de iis. actaq. privat. Pasarm. in conf. 71. col. 2. lib. 2.*  
*citans l. soc. in cap. dilectus, de religio. dqm. et hanc*  
*esse verissimam opinionem in jurisdictionibus, et*  
*aliis incorporalibus, ex l. si stillicidi. §. fin. ff. quemad-*  
*modum ser. amitt. tenet post Bart. Alex. in l. 3. post*  
*n. 22. ff. de acquir. poss. et ut communiter receptam*  
*probant Ruin. conf. 5. n. 14. lib. 4. Mascard. conclus. 270.*  
*n. 11. Anson. Gomme. in l. 45. s. aur. n. 42. vers. scunda*  
*conclusio, quamvis aliud sit in rebus corporalibus*  
*etiam unius hereditatis, in quibus, adepta unius rei*  
 25 *possessione, non acquiritur possessio alias, etiam*  
*anima intercedente, iuxta opin. l. ser. in cap. 1. quid*  
*si invexit. quam latè defendunt Peregrin. de fidei-*  
*com. artic. 48. n. 72. Gr. 77. Boer. decis. 239. col. 6.*  
*vers. 3. q. a. nec dicitur innovare, qui jure suo uti-*  
 26 *tur, et possessionem continxat, Gloss. in verb. reduc-*  
*dam, in cap. non salvo de appell. in 6. l. n. 1. in c. 1.*  
*ut lise pendente, Lazar. conf. 27. n. 75. et dum Anti-*  
*norius ipse confessus fuit Principem nostrum esse in*  
 27 *possessione, ex hac partis assertione judiciali, dum*  
*conqueritur, quod Princeps cognoscebat, proba-*  
*tur possessio dicti Principis, l. n. 1. in cap. querelam,*  
*in 2. cal. in fi. de electio. Lazar. d. conf. 27. n. 1. nec po-*  
*test dici, quod sit attentatum, quia duo copolative*  
*requiruntur, ut sit attentatum, videlicet innovatio-*  
 28 *& pendentia litis tempore, quo fuit innovatum Jo:*  
*Moscas in c. exp. 1. de elect. in 6. Bald. & Salic.*  
*in*

in l. *appellationem*, C. *de appellat. Petras de Beniten. decis. 76.* in princ. quorum neutrum hic aderat eo tempore, nec obstat objectio partis, quod quandoque homines Ciuranti, habuerint recursum ad reg. Auditorem appellando, omisso medio, pro causis tamen levissimis; non enim obstat, quia scientia est necessaria, ned um illius, cui acquiritur sed ex parte alterius, cui præjudicatur: nam alias defuit patientia sine qua in his possesso non acquiritur, l. 3. §. dare, ff. *de usufruct. Ripa. in d. cap. cùm Ecclesia, num. 40. in fin. & 29. de caus. possess. Riuin. cons. 122. num. 7. lib. 5.* tum etiam, quia cum Regia Audientia in omni casu sit Judex *appellationis*, licet mediatus, non mirum, si interdum subditi ad illam recurrissent omisso medio; actus enim possessionem fundantes debent esse clari, simplices non æquivoci, *Burr. in cap. fin. de caus. possess. & propriet. Socin. cons. 187. col. 7. lib. 2. Anna singul. 3.* nec tandem aliquid obstat Antinorium emisse jurisdictionem criminalem a Regia Curia pro ducat. quingentis; cum clausula, *immediate*, & in capite; hæc enim clausula nihil aliud operatur, nisi ut habeat Antinorius hanc jurisdictionem, ut feudum quaternatum, & servitium præstetur Regiæ Curiae, sed non prohibetur ex hoc, quin D. Princeps recognoscat de primis *appellationibus*, & ut uterque Princeps scilicet, & Antinorius jurisdictionem recognoscant à Regia Curia, *Iscr. in cap. 1. §. similiter, col. 4. de capit. qui cur. vend. cum aliis per Cumiam in cap. si. aliquem, Regni Siciliae, verb. in capite.*

## S V M M A R I V M.

- 1 **U**xor mariti nobilitatem, vel dignitatem sive sit ex genere, sive ex accidenti quæsita, consequitur, & de ratione, n. 6.
- 2 Argumentum à correlativis an validum?
- 3 Mulieres viri genere nobilitantur matrimonio durante, aut si eo soluto, aliis inferioris dignitatis non usurperis, & eorum forum sequuntur, deinde posterioris mariti conditionem sequantur, & n. 4.
- 5 Vir radis nobilitatis uxoris coruscare non potest, sicut è contra, & ratione, n. 13.
- 7 Vir non potest à sua potestate uxorem dimittere, sicut matrix Ecclesia non potest subditas Ecclesias à se eximere.
- 8 Caput non potest exonerari, aut decorari à dignitate membra, & accessoriis.
- 9 Dignitas ad inferiores, non ad superiores descendit.
- 10 Masculus præstantior fæmina, & majoris dignitatis & præminentiae triplici modo.
- 11 Uxorem radiis viri etiam mortui splendere, & ipsius domicilium retinere equiparantur.
- 12 Forum uxoris vir non sequitur, nec retinet.
- 14 Uxor vidua durante viduitate, iis, quæ sint inductæ ex privilegio statuti in beneficium mariti non gaudet, sed in certis tantum casibus à jure expressis.
- 15 Privilegium viro concessum ad uxorem non extenditur, & privilegium concessum Regi non communicatur Reginæ, nisi id fuerit expressum, & sic servatur in Hispania, nisi in casibus specialibus, ubi ex privilegiis, vel ll. Regni aliter est prouidum, & n. 18.
- 16 Maritus Comitis, vel Principis, neque de jure neque de consuetudine generali potest appellare, aut uti jure Comitis, vel Principis, sed speciale est in marito Reginæ, ut possit vocari Rex.
- 17 Fidelitatis juramentum, & homagium Reginæ præ-

standum, non ipsius viro.

- 19 **R**egina accipiens militem in conjugem non facit eum Regem, quia non possunt esse duo Reges in solidum, vir tamen hoc casu radiis uxoris coruscat, & dignitas, mortua uxore expirat, & n. 21.
- 20 Privilegium competens uxori propter officium mariti etiam habens dignitatem annexam, extinguitur morte mariti, sed aliud est privilegio competenti uxori ob nobilitatem, vel dignitatem viri.
- 22 Regnum non potest dari in dotem, nec privatus ducens Reginam in uxorem, habet dominium ex titulo dotis.
- 23 Administratio Regni, quam maritus Reginæ habet ex tacito, vel expresso consensu uxoris, morte Reginæ extinguitur, sicut mandatum morte mandantis.

## A R G U M E N T U M.

Privatus ducens uxorem Principem, soluto sine liberis matrimonio, utrum vir superstes, adhuc Princeps de jure nominari possit, & principalibus titulis, & prærogativis frui, præsertim ad aliorum præjudicium.

**R**ogatus à Domino Principe Abbellinatum Camillo Caracciolo, ut super hoc articulo scriberem, subscripta in medium rectuli.

## CONTROVERSIA LV.

- 1 **S**icut durum, & per difficile estimatur, casus singularis, & peregrinos in vasto juris oceano brevi perquirere, ac invenire, ita difficillimum semper censui in quæstione ab aliquo insigni viro, plena manu discussa, & ruminata de jure respondere, hinc cum super illo articulo, utrum si privatus, qui uxorem Comitem, aut Princeps duxerit, ea defuncta, solutoque sine liberis matrimonio, ejusmodi vir, adhuc Comes, vel Princeps nuncupetur, fruaturque titulorum prærogativis, ac præminentiis, præsertim in aliorum præjudicium, aded latè scripserit D. Reg. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de divers. provis. §. 1. à num. 16. ad finem, ut nulli reliquus sit scribendi locus, idèò hæc pauca subiicere vix potui. Cum autem negari non possit, quin vera sit, et communis opinio in casu contrario nobilitatem mariti, sive procedat ex genere, sive sit ex accidenti quæsita, in uxorem perduci, juxta sex. in §. non tamen permittimus, in autb. *de uspt. cum simil. à Gailio de pace publica, cap. 7. num. 24. Decian. consl. 35. num. 9. lib. 1. vñtrà Tiroquell. de ll. consub. lib. 1. gloss. 1. n. 18. idcirco videndum est;* num in hoc casu valeat argumentum à correlativis, ut dispositum in uxore, censeatur quo que dispositum in viro juxta, l. fin. C. *de indict. viduit tollend.* si enim ex disparitate, vel diversitate rationis, probabitur, leges concedentes viro nobilitatem, vel dignitatem, uxori etiam viduæ, donec in viduitate permanferit, illasmet denegare viro nobilitatem, vel dignitatem uxori competentem in turgo erit propositio, ut vir uxoris Comitis, nullo jure possit appellari Comes, nec ut Comes heberi, præfertim ea mortua, et contrarium sentientes apertissime decipi lex. igitur mulieres 13. C. *de dignit. lib. 12. repetita ad litteram,* in l. ultim. C. *de incol. lib. 10. dum*
- 2
- 3

dum dicit, mulieres bonore moritorum erigimus, gener nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia matamam: si autem minoris ordinis virum postea fortia fuerit, priore dignitate privata, posterioris mariti sequuntur conditionem, i. feminina 8. ff. de Senator. ibi, feminæ nupse clarissimæ personis, clarissimorum personarum appellatione consistentes, & paulo post, feminis etenim dignitatem clarissimam mariti tribuant, & iterum, tandem clarissima feminæ erit, quandis senatori nupta est, vel clarissima, aut separata ab eo ob inferioris dignitatis non nupse, cum quibus concordat i. c. 10. & i. fin. C. de nupt. i. quodam 3. C. de privil. scol. lib. 12. §. hoc itaque, vers. decet enim, in artib. de Consul. & d. g. non tantum, in artib. de nupt. i. fin. C. de bon. matern. cap. si quis in fine de sepult. in 6. Gallo de Bened. in rep. cap. Raym. in verb. duas habens filios, num. 119. & iterum, part. 3. in vers. qui cum alia, num. 138. cum seq. de testam. & Socia. jux. conf. 76. 5 n. 129. lib. 1. non procedere nempe dispositionem harum legum in casu contrario, ut vir nullo modo coruscare possit radiis nobilitatis, vel dignitatis uxoris, ultra doctrinam Bare. iu. i. fin. num. 3. C. de verbor. signif. quam ibi sequitur post alios Jas. 27. dicens, uxorem irradiari viri radiis, non è contra, citans §. hoc itaque, artib. de consul. sequitur Lopez in rep. c. per vestras, §. 31. num. 6. & §. 32. num. 1. de donas, inter viram, & uxorem, probat etiam Gallo. Bened. in cap. Raym. in verb. cuidam Petro, n. 90. Menoch. conf. 204. num. 22. lib. 3. in id citans i. si angusta, ff. de leg. 2. & i. feminæ, ff. de senas. & iterum conf. 496. num. 26. lib. 5. ultra citatos per Tiraq. de nobilit. c. 18. num. 15. & 18.

6 Probatur primò viva ratione, quod enim dignitas mariti ad uxorem defuit, id ex eo contingit, quia vir est caput uxoris, ut dicit Apostolus ad Corinthios, & ut caput mulieris, vir est ab uxore observandus, & exornandus, c. admonere. §. expressis 33. q. 2. & membra non debent à capite deviare, adeò ut vir non possit à se abijere, neo sua potestate uxori rem dimittere, sicut matrix Ecclesia non potest subditas Ecclesiæ à se exire, & virum sequi debet uxori ex necessitate, non è contra, i. 2. §. nulla, in fin. C. de veter. jur. enucleand. ut pluribus latè probans discurrevit Luc. de Panno in i. quicunque 10. col. 2. verificatrum tale mundum, C. de re militari, lib. 12. si igitur mulier est membrum viri, & accessorium debet vestiri à principali, ut quantum vir in altum tollitur, tantum conjugi accesserat, ut sentiat ejus fulgorem, i. fin. C. de nupt. non autem è contra, & sic vir tanquam caput non potest exornari, & decorari à dignitate membra, & accessori, ex not. per Gloss. in i. iuris signis, §. quoniam, ff. de past. ad quod poterat melius citare, i. se ex pupilli, ff. de vulg. & i. 2. ff. de penu leg. tradit in terminis Jo: de Plat. in d. l. mulier. col. 1. vers. quid autem è contra, C. de dignit. lib. 2.

7 Secundo probatur ex teste clato cum Gloss. fin. ubi Bare. & cæteri in i. 1. ff. de Senator. ubi probatur, dignitatem descendere ad inferiores, non autem ad superiores, unde cum vir sit caput, & uxor membrum, & ut ait Aristot. lib. 2. polis. c. 3. mari, & feminæ à naturam tributum esse, ut hic præsit, illa pareat, cum masculus præstantior sit, deterior feminæ, viri enim majoris sunt dignitatis, & præminentis triplici modo, ut ex Bonaventura probat Cognol. in i. feminæ, 10 n. 8. ff. de reg. jur. Benedict. in d. verb. cuidam Petro, n. 97. & 99. & latiss. Tiraq. in II. connub. in i. leg. Gl. 1. n. 95. & seq. ex hoc sequitur, ut non possit, ut

bene tradit idem Plato in i. in faeris, la terra, C. de proxim. sacrorum scriniorum, lib. 12. & in d. l. mulier. num. 1. in fine, C. de Incolis.

11 Tertiò, induco text. in i. filii libertorum, 22. §. viii. ff. ad municip. ibi, vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ persona per maritum facta, sed utramque aliis intervenientibus nupsiis permutatur; & qui paratur igitur isti casus, uxoret radiis mariti, etiam mortui splendere, & ipsius 12 domicilium retinere, ut etiam probetur, in d. l. mulieres, de dignit. ait vir nullo modo, uxor's domicilium, nec forum sequitur, nec retinet, juxta not. in i. exigere dotem, ff. de judic. ergo pariformiter nullo modo radiis uxoris decorari, aut indui potest, & ob id non sine ratione inductum in uxore, non debere 13 extendi ad virum, cum id non inveniatur de jure provisum, dixit Gloss. in §. mater. vers. nisi tamen, in artib. de nuptiis, idque præsertim, cum subest diversitatis ratio, quo casu dispositum in uno correliatiorum, non censi dispositum in alios, est elegans tex. in i. caratore; cum ibi notat. per Gloss. Cyn. & DD. C. de interd. matrim. & pluta tradit in proposito Eventu. loco à correlatiis, num. 8.

Quartò aded verum est, virum non irradiari radiis, & dignitate mortuas uxoris, ut nec in casu contrario habeamus legē, quæ per modum generalis regulæ dicat, mulierem viduam in omnibus haberi, ac si esset in matrimonio, & idem quod ea, quæ sunt inducta ex privilegio statuti, non gaudebit etiam uxor 14 vidua, durante viduitate, sed tantum in certis casibus à jure expressis, ut latè probat Alex. conf. 207. post n. 22. vers. tamen quoad ea, lib. 6. cui adstipulatur Tiraq. in 16. leg. connub. Gloss. 2. n. 59. ubi probat, hanc dignitatem esse fictam, & impropriam, ut potè, quæ longè minor est dignitate vira competenti, quinimò privilegium viro concessum, nec extendi 15 ad uxorem, pro reg. tradit Jas. in i. non tantam, n. 4. ff. de re jad. sequitur Cogn. in d. l. in omnibus, n. 12. quæ regula probari videtur in i. Princeps, ff. de legib. in i. quod Principi, cum seq. ff. de leg. 2. ex quibus privilegium concessum Regi non communicari Regi, nisi id fuerit expressum, probat Jo: Andr. in c. ne. aliqui, de privil. in 6. Alberic. in l. 2. n. 9. C. de Episc. & Cler. Aretin. in i. maritum, col. pen. ff. sol. maritim. & probari videtur in i. super, §. immunitati, ff. de jure immunit. in i. 1. à contrario sensu, C. de uxor. militum, D. Copye. dec. 76. & 172. & nè desit decisio Doctoris ultrà allegatos per D. de Punte, qui in specie decidat, 16 maritum Comitissæ, vel Principissæ, neque de jure, neque de consuetudine generali, posse dici, vel appellari, aut uti jure Comitis, vel Principis, latissimè hoc defendens is est doctis. Franc. Aviles in II. Prætorum Hispaniæ, in proœm. à n. 1. asq. ad n. 20. præser- 17 t. n. 7. 13. 17. allegans ad id insignem D. antiquum Signorollum de Homodeis hoc tenentem in rep. i. Princeps, col. 2. ver. quaro de ratione, ff. de legib. & n. 11. amplius dicit, ita se videre servari in Hispania, & num. 43. speciale esse in marito Reginæ, ut possit vocari Rex, potissimè ubi ea viget consuetudo, quam dicit induci ex tucito consensu populi, & frequen- tia actuum, num. 15. secus verò in aliis dignitatibus inferioribus ipso Rege; tametsi, & ipse maritus Reginæ etiam constante matrimonio non sit propriæ Rex, adeò, ut fidelitas juramenti, & homagium, non sit præstandum per Regnum ipsi viro, sed Reginæ, juxta conf. Neviz. 40. num. 2. & idem cum Doct. Aviles sentit etiam Burgos de Pace in lo- 18 go citato per Jo: Garziam de nobilit. §. 1. Gloss. 1. n. 45. quam-

quamvis ipse contrarium teneat innexus sole authoritati Hispaniæ. qui hoc non firmat de jure , sed ubi viget consuetudo , & eandem opin. contra virum probat Jo: Ave ab Occatoria de nobilit. Hisp. par. 4. c. 8.

18 post n. 3. ubi tamen subjicit hæc verba: Bene veram est, quod ex privilegiis quibusdam specialibus à Regibus nostræ Hispaniæ concessis , aliquando mariti gaudent immunitate ex personis uxorum, ut est Salmantica, ex las que son de los linajes, & in aliis, privilegiis tam à ll. Regni expressis , quam specialiter concessis, & in corpore juris non inclusis ; & sic aperè insinuat, etiam in Hispania hanc opin. servari, nisi ubi aliter ex privilegiis, aut ll. Regni in talibus specialibus est provisum; nec Bald. in c. significavit, n. 3. de re script. etiam in milite accipientem Reginam in 19 uxorem , aliter sentit ; quinimò clare firmat, Reginam non facere eum Regem , quia non possunt esse duo Reges insolida, & ex aliis, & quamvis postea dicat, te non negare in casu virum coruscare radiis uxoris, non sine maximo juris mysterio, dum Bald. ad hoc probandum potuisse allegare , l. mulieres , cum aliis legibus sup. citat. quæ clare hoc dicunt in casu contrario scilicet in uxore respectu viri , placuit tamen allegare l. i. C. de præpos. laborum, lib. 12. quæ loquitur in officio præpositi laborum , & sic de 20 lateralitate officialis, unde cum de jure privilegium competens uxori propter officium mariti, etiam habens dignitatem annexam, extinguatur morte mariti, l. sordidorum , C. de excusas. muser. lib. 12. licet aliud sit in privilegio competenti uxori ob nobilitatem, vel dignitatem mariti, ut de commun. sententia resolvit Barbosa in l. quam tale, n. 24. in fin. n. 27. & 31. versic. & idem illi, ff. solat. matrim. intelligendo, ut fieri debet d. Bald. scilicet juxta l. quam citat,

21 clare sentit, illam dignitatem, etiam in Rege, mortua uxore, expirare ad instar dignitatis competentis ratione officii , & ob id etiam ponderat Bald. Regnum non posse dari in dotem , ita ut privatus du cens Reginam in uxorem non possit prætendere dominium ex titulo dotis , quinimò nec esse paraphernale , nec in administratione viri nisi quatenus Regina permittat, unde si maritus non potest prætendere , nisi titulum administratoris ex tacito , vel expresso consensu uxoris, juxta l. maritus, C. de procuraz. & tradita etiam in feudalibus, per Afflict. dec. 44. & latius per Tbesaur. dec. 187. sequitur , ut aperè senserit Bald. omnem titulum mortem Reginæ, extinguui, cuiusmodi certum est, mandatum morte mandantis omnino finiri, l. vaundatum, ff. mand. cum sim. unde si hoc sentit Bald. in marito Reginæ , fortius in aliis inferioribus.

Unde cum in præsenti casu certum sit , Principatum non fuisse in dotem datum , quinimò neç dari potuerit , cum mulier in isto casu non aquam fuerit declarata Domina , sed dumtaxat simplicem , ac eandem momentaneam possessionem vix cœpisset, paulò post restricta ad alimenta annuorum ducatorum decem mille, integro statu sub sequestro , ut prius extiterat in posse Regii Delegati, remanente ex decreto Supremorum Tribunalium , non video quomodo ipsius vir , quamvis alias genere , & propria virtute nobilissimus, & dignissimus possit uti Privilegio ex persona uxoris mortuæ, in præjudicium tot Procerum , & Magnatum Regni , quod forte , nec viva uxore sibi de jure competit.

S V M M A R I V M .

1 C ontractus dotalis potest transfundi in contractum mutui , amplia num. 2.

- 3 Mutuum sumit vires à substantia obligationis præcedentis , alia non sufficeret .
- 4 Substantia accipitur pro causa primordiali ipsius obligationis .
- 5 Causa primordialis contractus attenditur.
- 6 Depositum factum ob gratiam mutui secundum naturam mutui regulatur.
- 7 Contractus , nomen , & substantiam sumit à preci- pua contrahentium intentione.
- 8 Cessio , quæ accessoriæ sit , ratione præcedentis contractus , non requirit solemnitates per statutum requisitas .
- 9 Debitum ex causa dotis transfasum in causam mutui , transit cum eiusdem privilegiis.
- 10 Usuræ in contractibus bone fidei , provenient ex sola mora .
- 11 Cum privilegia insunt ex legali dispositione favore creditoris , vel cause , intelliguntur repetita : quæ tamen conclusio limitatur in odiosis , Num. 12.
- 12 Usuræ debita ex mora sunt odiosæ , non autem interesse conventum .
- 13 Dispositio l. Lutius, ff. qui pot. in pig. hab. procedit nedum in usuris , sed interesse convento ; sed etiam in hypotheca contracta , nulla facta usurrum mentione .
- 14 Interesse , scilicet usura dotis non soluta debentur generali ratione onerum matrimonii , quæ subliest , secluso pacto , & num. 16.
- 15 Fructus corporis in dotem datis cedunt loco domini emergentis .
- 16 Dotis privilegium censetur repetitum in contractu mutui .
- 17 Decisionem 183. D. Capyc. non obstat , refertur , & de ratione , num. 20.
- 18 Contractus plures , uno , eodemque die conserti , unus judicatur .
- 19 In eadem scriptura , vel contractu non datar prius , nec posterius .
- 20 Contractus transfunditar de uno in alium cum omnibus suis privilegiis .
- 21 In jure universalis , prout dotis , debitum ex uno contractu potest converti in alium .
- 22 Capit. 21. Regis Catholicæ , circa , assensum legis tacitum super feundis , comprehendit tam instrumentum dotis , quam mutui .
- 23 Cum non sumus in contractu puri mutuui , potest certa quantitas pro interesse taxari .
- 24 Solutio censetur facta in causam duriorem .
- 25 Actus censetur gestus , prout utilius est gerentis .
- 26 Falsitas potius , quam rei sua iactatio præsumitur .
- 27 Cum pecunia alicui datur , præsumitur data ex causa , ex qua minor resultat iactatio .
- 28 Creditor ad hoc ut in locum dimissi succedat , tria requiruntur : in actione vero personali duo contractum requiruntur , num. 32.
- 29 Secundus creditor non potest subrogari in jure exigendi redditus futuro , jam extinctos ; declaratur tamen pro rata interesse legalis debiti pro minori quantitate , num. 34. & ita plures judicatur , num. 36. & 39.
- 30 Creditor anterior pro sorte , est etiam anterior pro usuris , scilicet interesse , & exornatur regul. l. Lutius, ff. qui potior. in pign. hab. & num. 38.
- 31 Creditor anterior pro sorte , ut sit anterior etiam pro rata interesse , quæ includitur sub tertii novi contractus , an procedat solidum post rescissionem , vel etiam pro rata ante decursu .

AR-

## ARGUMENTUM.

**C**ontractus dotalis, seu ex dote dependens, transfusus in causam mutui, eadem privilegia, ac prærogativas retinet, ac si esset mere dotalis, & licet ex eo petitur, & taxatur certa quantitas pro interesse, ratione onerum matrimonii, quæ maritus substinet: quæ requirantur, ut creditor succedat in locum prioris creditoris dimissi, & quomodo secundus creditor subrogari non possit in locum dimissi quoad tertias conventas debendas ex novo contractu, declaratur, & reseruntur decisiones S.C.

**P**ro hæredibus quond. Christophori Spinulæ contra hæredes quond.  
Gioffredi Spinulæ.

## CONTROVERSLA LVI.

**H**æredes quond. Christophori Spinulæ pro credito pecunia per ejus authores converte in emptionem annuorum introituum cum Principe Sulmonis D. Horatio della Noy, & anteriores sunt tempore, ex calendario contractuum, hæredibus quond. Gioffredi Spinulæ, & potiores ex iuribus D. Beatricis della Noy sororis, & creditricis pro dote de paragio eidem legata super bonis Principis D. Philippi patris, & D. Isabellæ Columna matris, in cuius dotis satisfactionem expressè cautum fuit, ut pecunia verteretur, & cum effectu versa, cum obligazione in solidum dictæ D. Beatricis, & proinde frustra laborant hæredes Gioffredi pecuniam assignatam avocare: tametsi enim creditum dotis D. Beatricis pro rata ducatorum 12 mil. fuerit cum duobus contractibus eodem die, & momento celebratis, transfusum in causam mutui, transeat cum eisdem privilegiis quoad usuras, & interesse dotis, subdubius tamen sentire videatur, quod retineat eadem. privilegia quoad tacitam hypothecam, & alia, non autem quoad usuras, quæ tanquam odiosa non debent intelligi repetitæ cum eisdem privilegiis, prout de ipso velut dubitate, licet perfundorū meminit. *Regens Lazar. conf. 18. num. 9.* attamen casus noster est latius diversus à casu proposito per D. Capyc. ibi enim duo supponit: primum, quod primæva actio erat nedum expressè novata, sed erant irrata facta omnes præcedentes promissiones, & sic tota lege extinguita primæva obligatio: secundò loquitur de privilegiis actionis novata, provenientibus ex sola juris dispositione absque partium conventione, ut sunt usuras, quæ etiam in contractibus bona fidei proveniunt ex sola mora in odium debitoris morosus, ut istæ non intelligantur repetitæ in secundo contractu, ut propriè loquitur Bar. cui D. Capyc. innititur, in l. aliam 29. in ali. verbis, ff. de novation. ubi l. mol. declarans doctrinam Bar. dicentis, quod quando privilegia insunt ex legali dispositione favore creditoris, vel causa, intelligantur, repetita, nisi aliud actuatur, ut in diff. l. subdit l. mol. exemplificans in privilegio dotis, & tute, hujusmodi privilegia transcant etiam in secundam stipulationem novantem, nisi causa vitandi privilegium sit facta novatio, quod

- 2 limitat non procedere in privilegio, quod inerat primitivæ obligationi ex solo odio, & est cursus usuratum in judicij bona fidei ex sola mora, & periculum interitus propter moram; ut ista non intelligantur repetita; & addit in fine, quod ex prædictis etiam habes casu, in quo per novationem tollitur & primitiva ipso jure, & tamen remonet firma obligatio pignorum, licet de hoc nihil sit actum, quod dicit esse notab. secundum Angel. in quo licet Cœstr. ibidem plus voluerit, quod etiam privilegium quoad cursum usuratum remaneat, & censeatur repetitum, nisi ubi expressè, vel tacite fuisset actum, quod principalis obligatio novaretur, & tolloretur, autoritate Glos. in l. 2. §. parvi, ff. de privil. cred. in glos. in verb. ubi cendi; dicens, quod hec opinio forte verior est in judicando, ut per eum in ultimis verbis, quicquid tamen sit, & si effet vera limitatio

tio Bart. & Imol. nos sumus in diverso casu ; siquidem non versamur in usuris debitibus ex sola mora , & ex juris dispositione , quae sunt odiosae , ut in Imperio , & In novatione , ff. cod. tit. de novatione . sed in inter 13 resse debito ex partium conventione , quae in casu morsे expresse convenerunt , ut ex tunc censerentur in solutum dati anni quidam duc. ex introitibus , quos Princeps promissor dotis tenebat emptos super Regia dohana , quo casu iidem DD. nempē Bart. Angel. Imol. Castr. & alii , non negant , transire etiam privilegium quoad intereste debitum ex conventione , quod ex eo patet , quod concedunt absque dubio manere privilegium hypothecæ , & pignora , & sic dabitur nedum pro sorte , sed etiam pro tertiiis , seu intereste convento , ex l. Lusius , ff. qui posterior in pignore , cujus text. dispositionem , nedum procedere 14 in usuris , & intereste dotis conventis , & puncto debitibus , de quo nemo dubitat , ut per Ripam. in l. privilegia , num. 5. ff. de privilecio . Mar. decis. 929. num. 3. sed etiam in hypotheca contracta , nulla facta mentione usurarum , vel intereste dotis , quinimò & in tacita hypotheca legali contra Bald. novel. & verius , & receptius , & pluries judicatum juxta opin. Bart. tradunt Mynfinger. centur. 1. obseruat. 64. Surd. decis. 240. num. 15. & 16. & comen. & i. a millies decism testatur Regens de Pont. conf. 77. num. 2. & aliis relatis Hisp. Rodoricus d. l. b. 3 quæst. 7. num. 69. ver. super est modo , & num. 70. quæ opinio est indubitate in bonis in omnem casum obligari permisit , & in præjudicium obligantis , licet fuerit dubitatum , an etiam procederet in præjudicium tertii , cui bona sunt restituenda vigore fideicommissi , quomodo procedit disputatio apud D. de Franck. dec. 613. per totam , præfertim num. 16. quod etiam comprobatur ex vulg. dec. 102. in c. salubriter , de usur. ubi constat , in- 15 teresse , sive usuras dotis non soluta deberi genere superviventi propter onus matrimonii , tam si ab initio fuerit ex conventione moderata certa quantitas , vel annua pensio ipsi genere præstanta , donec dos fuerit persoluta , etiam nullis datis pignoribus , ut contra opin. Joann. Andr. firmarunt Calder. Anchær. Panormit. Bart. Roman. Imol. Alexan. & reliqui infiniti congesti per Rodriguez. de annuis redditibus , lib. 3. quæst. 6. num. 44. ampliar. 2. post Molin. de primo gen. lib. 4. cap. 5. num. 6. quam etiam si citra pactum , & nulla præhabita conventione de lucrandis fructibus , vel solvendo interesse , fuerit duos promissa ratione matrimonii contracti , ut resolvit Valascus dicens , ita judicatum conf. 8. num. 1. & probat latè examinans Rodriguez d. lib. 3. quæst. 7. num. 46. ver. amplio quartu , idque quia , eti expressè pactum de lucrandis fructibus loco interesse non intercesserit , ex subiecta materia dotis , tacite cen- 16 setur intervenisse pactum , ut maritus incretus fructus , ut ex eis substinere valeat onera matrimonii loco interesse damni emergentis , nam si dos esset soluta suo tempore , maritus ex illis fructibus substinnisset onera matrimonii , & non ex suo , & sic necessario tacitum pactum saltim intervenisse præsumendum est , in terminis d. cap. salubriter , ut optimè explicant Covarr. resolut. lib. 3. cap. 3. num. 3. ver. secundo constat , Perez tit. 2. lib. 8. ordin. Menoch. conf. 7. num. 15. lib. 1. & alii , quos refert latè Barb. in l. de divisione . 5. post num. 2. ff. solvit. maritim. ubi ex hoc intent , non esse speciale in dote , ut hu- 17 jusmodi pactum valeat , sed potius iure communi , cum illius fructus vel cedunt loco damni emergentis , vel etiam loco satisfactionis illius tacite promit-

fonis , quam videtur facere , dotem promittens , sed in eo consistere specialitatem , ut propter illius naturam semper tacitum pactum intereste videatur de lucrandis fructibus , donec dos solvatur , ut latius per Barbo d. num. 2. in fin. & propterea non mirum , si privilegium à jure concessum doti , ut censeatur tacite præmissa damni recompensatio ex præsumpto pacto , & partium conventione censeatur repeti- 18 tum in contractu mutui , in quem præcedens contractus dotis fuit transfusus eum expressa conventione de solvendis annuis introitibus loco intereste quod in puncto fieri posse , etiam si annuus redditus excederit fructuum estimationem , & eorum intereste in vim anni redditus redimibilis , optimè docuit Covarr. d. l. 3. resol. cap. 4. num. 6. vers. oīāpud inferatur , ante finem , & frequenter id fieri in contractu matrimoniali , docet Molin. d. lib. 4. cap. 5. num. item 5. & 6. quas usuras apprimè favorabiles esse , nihil autem odiosi retinere , docet Roland. conf. 65. num. 4. lib. 4. & latè Thesaur. decis. 45. ex alio autem non obstat decisio Domini mei Capyc. siquidem non est decisio S. C. cum nihil decisum in eo puncto referat , quinimò innuit se solum contra aliorum sententiā id sentire , dum sum. 3. dicit , aliqui dicebant , sententias de Collegis , & deinde post num. 4. dicit , ego eram in voto contrario , unde solus ipse contra sentiebat unde non est multum curandum , cum nemo solus sapiat ; & tertio relata per D. Capyc. procedunt juxta terminos simplicis novationis , an privilegia remaneant in actione novata , cuius novationis 20 natura est , ut fiat ex intervallo , absoluto primo contractu expressè , vel evidentibus conjecturis , ut constat ex congestis per Menoch. præsumpt. 1. 34. num. 36. Gregor. Lopez. l. 15. tit. 14. part. 5. glos. fin. ad fin. at nos propriè loquimur in transfusione unius contractus in alium eodem die , & momento facta , ubi non potest dici propriè novatio , cum unius , 21 & idem prorsus dicatur contractus ex temporia unitate , & correspectivitate , adeò , ut non dicatur primus absolutus , nisi perfecto secundo , iuribus citatis per Frecc. lib. 2. quæst. 16. num. 7. D. de Franck. decis. 369. num. 4. latè D. Conf. Georg. alleg. . . 22 & alios congerit Rodriguez d. trati. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 3. n. 52. ver. idem si uterque in eadem autem scriptura , vel contractu non datur quid prius , neque posterius , ex not. in l. contractus , C. de fide instrum.

Sed ut cesset omnis dubitatio in puncto , & terminis proprii casus nostri , quod transfuso contractus dotis in mutuum , & in contractum censualem , sive constitutionem annuorum redditum , quem Siculi , subjugatorum ad formam Bullæ , de censibus , ap- 23 pellant , quod contractus transfundatur de uno in alium cum omnibus privilegiis , & qualitatibus , quæ primo inerant tam pro capitali , quam pro tertiiis , & interfructu , & quod generalis praxis ita servat , tam in dotibus constituendis , quam restituendis , & ita fuisse judicatum in Concistorio Sicilie , optimè , & latissime Castillæ decis. Sicil. 5. ex num. 37. usque ad num. 45. ver. sic. sed exinde , ubi optimè , præfertim , quod in jure universalis , cu- 24 jusmodi est titulus dotis , debitum ex uno contra- etu potest converti in debitum ex alio , ita quod prius non tollitur , ex theoria Bart. in l. singula rega num. 40. quod introitus empti ex pecunia dotuli , præfertim in casu nostro , ubi expressa est facta mentio , quod emptio fiebat ex pecunia dotali , interveniente quoque expressè in contractu ipsa

ipsa D. Beatrice; efficiuntur dotaes ex traditis per *Lanar. conf. 26. n. 13.* ubi id dicit procedere, etiam si fiat emptio non nomine uxoris, cui addo latè congettata per *Barbos.* in *3. par. rub. ff. solat. matrim. sum. 77.* in quo est advertendum, quod *Castill.* non se fundat principaliter in expressa reservatione, sed generaliter hoc firmat, dicens esse commnn. opin. ex *Alex. n. 38.* & *n. 44.* concludit ex *Ripa Negus. Turreto,* & aliis, quod quoties sunt repetita pignora, quod supra fundavimus censeri indubie repetita, etiam sententia *D. Capyc.* censeri quoque repetita cum privilegio præstationis, licet hoc dicat multò magis procedere, ubi sunt expreßè reservata jura, *n. 39.* quod 25 hic quoque non deficit, & ex his dispositum fuit iuxta juris tramites in *cap. 21. Regis Catholici,* prævilegium etiam assensus legis tacite concessum super feudis, in quo alias stricta, solet fieri interpretatio non extendi quidem, sed ex mente respiciente dotis conservationem comprehendere, nedium instrumentum dotis, sed mutui, in quod frequenter promissio dotis transfundi solet, quod bene consideravit *Camer.* in *cap. Imperiale, eart. 52. & 53.* & noviss. *Reg. de Ponte de potest. Proregis de assens. super dote, tit. 6. num. 42.* & *44.* ubi severè objurgat suum gentilem *Lanar.* velut sine sapore loquentem, dum de hoc dubitavit in *dict. confil. 17.* ex quibus cum non simus 26 tam in simplici contractu puri mutui, quam dotis, non est necesse differere, utrum ab initio in contractu mutui possit taxari certa quantitas ratione interesse in casum morte, quam & in mutuo posse etiam ab initio definiri ratione interesse in damno consistentis, quod vere sentiret mutuans, omni dolore, & fraude velandi usuras cessante, ut saltim sublineatur hujusmodi taxatio in vim probationis postea deducta, resolvunt ex *Theologis, & Canon. Lupus de usuris comment. 1. §. 6.* ex *n. 121. & 126.* & *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 386.* apud quos latissime, neque prædictis obseruit, quod cum *Christopharus*, de summa crediti ascendentis, ad ducat. *40278.* alienaverit ferè dimidiā partem, ita ut penes eum remanserint solum ducat. *21380.* non videatur uti posse juribus D. Beatricis, cum in summa aliis concessa, & alienata contineri possit creditum dictæ D. Beatricis; siquidem ea ratio- 27 ne, qua censetur facta solutio in causam duriorēm prout magis utile est solventi, pari ratione præsumitur in dubio, cedentem, vel alienantem partem crediti, id egisse, ut sibi utilius esset, & minus damnosum ipsi cedenti, vel alienanti, ut ex reg. *l. 1. l. 4. & l. cum ex pluribus, ff. de solution.* generaliter infert hoc *Bart.* ad omnem actum, ut gen- 28 stus videatur, prout utilius est gerenti in *l. gerit,* *num. 21. vers. in contrarium, & in vers. & intelligo,* infert etiam ad possidentem, ut intelligatur quis rem possidere ex causa, quæ sibi utilior est, & minus damnosa, & ut quilibet diligens homo fecisset, citans *d. l. 1.* & sic censebitur *Christopharus*, remanentes introitus possidere ex causa utiliori, nec verisimile est; ipsum alienasse meliora, & potiora jura sibi maxime necessaria pro tuitione sui reliqui crediti, ut excludatur jactatio propriæ substantiæ, quo casu potius fatuitas præsumitur, quam rei, 29 sive juriū jactatio, & *Bart. doctrin.* sequitur *Alex. confil. 55. num. 2.* & *13. lib. 5.* & *confil. 185. num. 2.* *lib. 6. Corn. conf. 308. col. 3. littera M. vers. & idcirco, lib. 1. Tiraquell. in 1. retract. §. 30. gloss. 1. n. 32. in fin. vers. nam & alias, *Rimin. juv. l. 1. num. 93.* C. qui qđmissi, latè *Menoch. præf. 136. nam. 16.* cum*

*præced. lib. 3. Surd. decif. 15.* post *nām. 16.* hisque accedit, quæ respondit *Betr. conf. 65.* quod quando pecunia alicui simpliciter datur, in dubio præsumitur data ex causa, ex qua inducitur minor iactatio dantis, sequitur *Cravett. conf. 116. nām. 11.* & utroque relato *Menoch. conf. 121. num. 44. in fin. & 45. lib. 2.* qui propriè est casus noster; siquidem qui vendit, dat, & transfert, & eadem omnino est ratio in dante, quæ in cedente, nec pariter prætendere poterunt adversarii temporis, prioritatem aliquam quoad partitam, quæ ab initio fuit convenitum cum Principe debitore, ut solveretur D. Portia, & Victoria Spinulis, & sic fuit soluta pecunia in banco, cum prædicto vinculo iuxta formam primi contractus, ex post facto non sine fraudis suspeitione mutato pacto, ac convento, ut eadem pecunia solveretur Dominis de Surgente, quibus postea non solum non fuit satisfactum de pecunia Goffredi, sed post quoddam tempus dimissi fuerunt ex pretio Terra Grumi, & sic ex aliis effectibus Principis; siquidem absoluti juris est, tertium de cuius pecunia dimittitur alterius creditor, non 31 aliter succedere in hypotheca prioris creditoris, quam si tria omnino copulativè concurrant, nempe; primò, ut expreßè detur, quod priori creditori solvatur; secundò, quod cum effectu pecunia perveniat ad primum; & tertio, ut cum debitore conveniatur, quod ipse mutuans succedere debeat in locum primi, quibus tribus precisè intervenientibus, succedit tertius loco primi non aliter, iuxta *Gloss. notab. in l. 1. Gloss. 2. vers. tertio scilicet, ubi Bart. Bald. Salic. num. 3. Bart. in l. arist., n. 4. Salic. num. 2. ff. quæ res pign. quinimò, et si ad succedendum in personali actione non requiratur tanta solemnitas, ut inquit *Gloss. præd. in dict. l. 1. in fin.* procedit tamen, ut non requiratur tertium tantum requisitum; nempe pactum, quod in locum primi 32 succedat, sed omnino etiam ad acquirendum personale requiruntur duo alia requisita, inter quæ præcipuum semper, & substantiale est secundum, quod ex hac pecunia prior ille creditor dimittatur, ut declarat *Negant.* in *5. par. 3. membr. §. 1. num. 45.* & bene probat *Rodríguez de annuis reddit.* *lib. 1. quæst. 14. num. 21. in fin. & seq.* & latè habetur apud *D. de Franceb. decif. 134.* & *Reg. de Ponte conf. 6.* unde cum hoc esset in casu nostro, quinimò appareat ex alia pecunia debitoris, super qua aliis poterat satisfieri, nunc creditorem dimissum, nullo modo poterunt adversarii illius jura ex cessione repræsentare, sicut, & novissime, neque poterunt aliquam temporis prioritatem prætendere quoad redditus, sive tertias ipsiis debitas ex novis contractibus, in quibus, prævia facultate redimendi, seu jure luendi ipsis, cesso per Principem debitorum, in priorum creditorum locum ingressi sunt; hæc enim repræsentatio, & subrogatio fieri non potuit, nisi quoad sortem, & redditus in præteritum debitos, de quibus intelligenda est lex l. ibi, & in locum ejus succedat, & l. 2. ibi, & ejus locum, cui pecuniam numerasti, consequitus es, C. de his, qui priorum, & l. si pupillorum, §. fin. ff. de rebus eorum, secus vero quoad redditus, sive tertias, quæ ex novo 33 contraetū deberi incipiunt; siquidem prior redditus redemptio fuit extinctus, & bona libera affecta sunt, unde secundus creditor subrogari non potest in jure exigendi redditus futuros, redemptio jam extincto, arg. l. *Modestians. ff. de solution.* quod tamen temperatur, ut licet pro annuis introi- Z tibus*

tibus secundo loco emptis, non detur prioritas, nisi à die posterioris contractus emptionis factus per secundum emptorem, tamen pro rata interesse legalis debiti, quæ est minoris quantitatis, quam imponerent tertiae debitis conventione, vigore secundi contractus, negari non potest, quia secundus emptor remaneat anterior, quandoquidem sicuti creditor est anterior pro sorte principali, sic etiam manet prior pro rata quantitatis legitimam interesse ejusdem fortis, ex reg. l. *Latus*, ff. qui potior, in pignore habeantur, latius exornata per *Bursas*. conf. 103. lib. 1. *Consil. de Anna in collectan. num. 1.* *Barbosam* in l. 1. par. 3. num. 28. ff. *solutus*, *matrem*. *Francis de sis*. 613. lib. 4. *Felicion de censibus*, lib. 3. cap. 5. post n. 16. vers. *dubitatum est*, *Surdum de aliment. tit. 8. privileg. 49. post Affl. 7.* qui limitat in pena, ubi etiam *Ursill. decis. 186. sequutus Castr. in l.* & idem, ff. *de compensat*, ut in puncto utrumque caput, paucis, sed aureis verbis singulariter docuit *Salic. vendendus in l. per retensionem*, num. 1. in 1. & 2. no. tab. C. de usuris, latius explicat doctus *Casses*, in repet. cap. *volentes*, & *non eris ociosa questio*, n. 12. & 14. quem sequitur *Dam. mens* sacer *Camill. de Medicis* conf. 12. in fin. *doctissimus Consil. T beodor. allegat. 7. num. 17. in fin. & allegat. 54. similiter in fin.* & ita passim judicatum accepi, & vidi. Verum 36 in hoc ultimo dubitari potest, an hec prioritas pro rata interesse procedat solum pro tertius decursis 37 post rescissionem contractus, in quo tempore cessat decursus tertiarum conventarum, sed debetur interesse legitimuna commune ad eandem rationem, vel etiam eadem prioritas concedatur pro rata interesse etiam pro tertius debitibus, sive decursis ante rescissionem, & non solutis, & licet prima opin. ut prioritas detur solum pro rata tertiarum decursorum post rescissionem, quæ verè debentur ex mora, non autem pro rata decursa ante rescissionem sub majori summa tertiarum, cum eo tempore tertia deberentur ex conventione, & sic ex secundo contractu novæ venditionis, qui non potest producere effectum prioritatis, nisi ubi per moram sequatur rescissio, & sic res reducitur ad statum primi contractus, in quo fuerunt pro sorte, & usuris, bona obligata, ut colligi videtur ex dictis per *Socie. conf. 41. col. 2. lib. 4.* verum cum generaliter nostri doceant, prioratem non concedi pro tertius debitis ex novo contractu ad beneficium secundi emptoris, nisi pro rata interesse legalis, quæ continetur sub tertius, nec distinguunt, vel exigunt, ut sequatur rescissio, difficile esset obtinere in praxi, fieri hoc discrimen; siquidem pro interesse rescisso 38 contractu, concedi creditori anterioritatem pro integra summa ad rationem tertiarum conventarum, est indubium ex reg. d. l. *Latus*, unde ut questio cadat super dubitibili, oportet fateri, ut intelligatur de rata interesse contenta sub decursu tertiarum conventarum, pro tempore ante rescissi nem, pro quibus non est gravatus debitor, idemque venditor, nec ejus creditores, ut in terminis ferè considerat *Rodriquez de oxnus redditibus*, lib. 2. quest. 26. post num. 53. vers. tertid quia sicut, cum seq. & melius post num. 61. vers. quintus casus, praesertim in fine, in puncto vero sive articulo principali distinctionis *Salic. in d.l. per retensionem*, inter tertias, quæ debentur ex veteri, vel novo contractu, novissime est facta decisio per *Sac. Conf. in causa Ursulae Faralda cum D. Principissa Scilla*, in aula D. *Consil. Caesaris Frecciae*, penes *Burrellum*,

ita ut omnino sit standum decisioni S.C.

S V M M A R I U M.

- 1 *E* Major tenetur litem venditori denunciare, cum que requirere, ut venias ad defendendam causam, alias de evictione agere non poterit, quod ampliatur, n.e. etiam si venditor sciverit litem motam.
- 2 *Denunciatio ubi requiriatur de forma non solum ad certificandum; sed etiam ad incitandum alium, us quod faciat, vel non faciat, etiam scienti facienda est.*
- 3 *Emperior non solum tenetur aperte litem venditori denunciare; verum etiam ad eum copiam libelli transmittere adversus eum producti, ut sit nomine certus de qualitate litis motæ.*
- 4 *Imolae doctrina, afferentis, emptorem litem non denunciantem posse adhuc de evictione agere, si assuntes omnes probandi, quod et si infrastructus est per venditorem, adhuc tamen succubuisse, recusat, & reprobatur, num. 6. & contra communem esse detectur.*
- 5 *Denunciatio in materia evictionis requiritur de forma.*
- 6 *Imolae opinio temperatur, & quomodo procedat, declaratur.*
- 7 *Affidencia extrema, ut actor obtineat, fuit probanda.*
- 8 *Salvieno interdicto, vel hypothecaria solo posseffio avocatur, & idem venditor de evictione non tenetur.*
- 9 *Affidencia remedium ex Salviano, & hypothecaria proditum est in Regno.*
- 10 *Venditor, evicta re emptori iudicio affidencia, quo sola posseffio avocatur, de evictione non tenetur, sed actione ex emplo, alias tenetur emptori ad interestesse.*
- 11 *Privatio supponit habitum.*
- 12 *Pater stipulando pro se, & filiis, an pro filiis uti bæredibus, vel filiis tantum stipulari videatur; magna est altercatio inter DD. & *Gloss.* & *Bart.* opiniones recensentur, num. 15. & 16. & sacer distincionis opiniones concordantur.*
- 13 *Filiis censori vocati uti bæredes, non uti filii, cum pater stipulatur ab extraneo donante, qui nullum potest verisimiliter habere affectionem ad liberos donatoris, sed solum videatur donare patris contemplatione, secus verò si donans sit conjunctus.*
- 14 *Filiis debent esse bæredes patris, & non dicantur vocati uti filii, quando donatio fit soli patris, & ipse pater recipiat pro se, & filii: secus vero si donans donat patre, & filiis.*
- 15 *Filiis, & descendentes discuntur vocati ex propria persona, si avus donavit filio, & nepoti, corumque descendentiibus.*
- 16 *Sequens dispositio non trahitur ad ea, de quibus supra clare fuit dispositum, & specialiter certo modo provisum: quod ampliatur maximè procedere in dispositione hominis, num. 21.*
- 17 *Hæredum denominatio apud imperitos Notarios, intelligitur de liberis.*
- 18 *Hæredum mentio ex conjectura mente disponentis accipi debet pro filiis, & descendentiibus, & sic de bæredibus sanguinis, non bæreditatis.*
- 19 *Mascularum vocatione, de descendentiibus, non auctem extraneis bæredibus intellexisse quis videtur.*
- 20 *Prohibitio de non alienando in contractu, non impedit dominii translationem, nisi adit specialis hypotheca,*

- ca, vel generalis cum iuramento.  
 26 *Juramentum habet vim specifici, & expressi.*  
 27 *Clausula, quod possit extendi ad consiliani sapientis, operatur tantum, ut legitime liget contractus, & cautè in ampio, & meliori forma, qua fieri potest.*  
 28 *Mulier promittendo evictionem pro alio vendente, videtur intercedere contra S. C. Vellejanam, & contra Regiam Pragmaticam.*

## ARGUMENTUM.

Litis denunciationem necessariam esse in materia evictionis, ut venditori fiat ab emptore rei, ipsamque pro forma requiri, nec sufficere solam scientiam venditoris litis motæ; & quomodo dicatur sequi evictio in iudicio assistentia, sive Salviani interdicti ad effectum agendi, subtilissimè diffinitur: quando pater stipulans pro se, & filiis, dicatur pro filiis, uti filiis, vel uti heredibus stipulari, distinctionis fôderer terminatur.

## Pro Pyrro Joanne, &amp; fratribus de Afflito.

## CONTROVERSIA LVII.

**N**illum jus competere fratribus de Risis contra Pyrrum Joannem, & sorores de Afflito de Civitate Castrimaris super petita refectione damnorum expensarum, & interesse ex causa prætensis evictionis passæ, ex infra scriptis juris articulis, tam in actione personali, quam in actione reali, luce claris ostendere pro viribus conabor.

- 1 Primò, quia istos fratres de Risis emptores, nullo modo in processu appetunt, lites denunciasse ipsis de Afflito, ut assertis heredibus venditorum, cum tamen explorati juris sit, oportere emptorem litem denunciare venditori, eumque requirere, ut veniat ad defendendam causam, alias non poterit agere de evictione, l. i. C. de peric. & commode rei vend. l. emptore fundi 8. C. de eviction. cap. fin. de empition. & vend. quod procedit etiam si venditor sciverit litem motam: etenim cum denunciatio non solum requiritur ad certificandum, sed etiam ad incitandum alium, ut quid faciat, vel non faciat, ut contingit in materia evictionis, ut venditor veniat ad defendendam causam, etiam scienti denunciatio facienda est l. parentes, C. de eviction. Alexand. conf. 38. num. 4. lib. 7. Dec. conf. 74. Covarr. resolut. 3. Duen. reg. 241. 4 Cabal. de eviction. §. 3. num. 4. quinimò non solum tenetur emptor litem aperte denunciare, verum etiam ad venditorem transmittere copiam libelli adversus eum producti, ut sit nominatim certus de qualitate litis motæ, ut post Bart. in l. nos solam; §. morte, num. 48. tradunt Covarr. d. capit. 17. nu. 3. vers. tertid, Duenas reg. 243. Gamma decis. 79. num. 1. & ita in praxi servari assertit Cagsol. in l. venditor 49. num. 4. ff. de judic. Cabal. de eviction. §. 3. & quamvis Imol. in cap. fin. num. 24. vers. sed adverte, de empition. & vend. docuerit, quod emptor, qui litem non denunciavit, possit adhuc agere de evictione, si assumat onus probandi, quod tametsi instructus esset per venditorem, nihilominus succubuisse,

quia jus actoris erat perspicuum, & penitus irrefragabile, quod videtur, licet perfunditorie concludere Afflito. decis. 49. nam. 3. ubi post Rubicum, Alexand. quem citat affirms Urfil. ibidem post num. 2. quod in casu praesenti in facto non concurrit, cum hoc onus probandi tam evincere, & perspicuum iustitiam actorum evidentium, isti fratres de Risis emptores, nec probaverint, nec probare suscepserint, quinimò, ex in facto deductis, vel clare constat ex diversitate confinium, bona vendita per autores conventorum, non esse eadem, sed longè diversa à bonis evictis, vel saltim de-hoc probabiliter dubitari potest, quod si fuissent venditores in jus vocati, lucidius hoc demonstrassent; attamen nec de jure opinio Imolæ est vera, nec communis, quinimò indistinctè, emptorem, qui venditori non denunciavit, non posse contra eum agere de evictione, etiam si onus probandi suscepserit, jus evincens fuisse nitidum, & irrefragabile, voluerunt Gloss. in verbo posse in fin. & ibi Bart. & Salyc. in l. emptorem, in princ. ff. de action. empti, Alber. in l. at qui natura, §. cum me absence, in fin. ff. de negot. gestis Aret. in §. fin. num. 3. in fin. de empt. & vend. & hanc esse commun. testatur Dec. conf. 74. col. fin. post princ. Gratias conf. 1. nu. 57. lib. 1. Crotus conf. 248. nam. 3. lib. 3. & late defendit Socin. in l. 2. §. fin. num. 15. ubi Alciat. num. 29. ff. foliat. matrim. & hanc opinionem esse in praxi servandam, dicit Rebuff. 3. tomo ad II. franc. de dilation. art. 5. Gloss. unica, num. 37. sed & Imol. in fin. distinct. in d. cap. fin. concedit, hanc secundam opinionem esse tutiore evidenti ratione, cum denunciatio ista requiratur pro forma, Bald. in l. 1. nam. 6. C. de perit. & comm. rei vend. & à forms data per legem, nullo modo recedi potest, l. constitutionibus, ff. ad manu. vel saltim in re dubia admitti debet distinctio Ripe, qui in l. 2. §. voluntatem, ff. foliat. matrim. distinguist, ut opinio, quæ tribuitur Imolæ, & sequacibus affirmativa, concedens emptori, ut possit agere de evictione, si onus suscipiat probandi, & verè probet jus clarum. & irrefragabile evincens, ita demum sit vera, si tempore motæ litis erat notorium, nullam posse competere defensionem venditori, secus verò si eo tempore non erat notorium, sed ex post facto incepit constare de non jure venditoris; hoc enim casu poterit emptor se excusare sub prætextu, quod non denunciaverit, quia esset notoria in justitia venditoris, cum tempore inchoata litis de hoc non constaret, & id est fuit in manifesta culpa, & magis dolo non denunciando, unde nullatenus de evictione agere poterit, l. si fundas 53. §. fin. ff. de eviction. sequitur Aymon conf. 83. num. 6. & conf. 179. in 6. quam distinct. veram esse, & juridicam, non autem verbalem, à frivilis impugnationibus Caball. defendit noviss. insignis Barbos. in d. l. venditor 49. num. 33. ff. de judic. unde ex hoc primo capite deficit omnibus, & actio tam personalis, quam realis actoribus.

Secundò deficit actoribus pariter omnis actio super prætensa refectione interesse in utraque causa evictionis occasione debiti contracti per Vincentiam de Fusco in beneficium Contessæ de Tudsonis; deficit actoribus actio personalis, quia non probavit conventos esse heredes Vincentiæ debitricis; nec quidem competit realis, quia tantum abest, ut non probaverint, bona, super quibus petitur assistentia, fuisse in bonis, & de bonis Vincentiæ tempore contractæ obligationis, aut saltim possea per eam acquisita, juxta distinct. Afflito.

*decis. 535, nū. 8. & decis. 139. nū. 7.* ut iudicem actores contrarium confessi fuerint, nempe bona, & præsertim domas fuisse quondam. Gabrielis de Afflito senioris, ac ejus descendenterum, non autem Vincentiæ, Gabrielis senioris nurus, & quamvis Vincentia in simul cum Jo; Baptista, & Nicasio, filiis donatoris quondam. Gabrielis avi, in venditione intervenierit, cum ex actis constet non Vincentiam, sed filios fuisse bonorum venditorum dominos, aut saltem cum actores non probaverint, Vincentiam ullo tempore fuisse dominam, non poterunt hæredes Jo; Baptista, & Nicasii, qui fuerunt Domini, & venditores, teneri de evictione occasione debiti contracti, & evictionis sequuta culpa Vincentiæ, sed sunt vocandi hæredes Vincentiæ, & expetenda ejus bona, & super illis experiri, poterunt emptores; cum enim *avocatur sola possessio*, quod fit per hypotheciam, vel Salvianum interdictum, ex quibus constat proditum esse remedium afflentia, quo in Regno *utimur*, venditor non tenetur de evictione, *i. 3. ubi Bart. & alii, ff. de actione, empti cum aliis per Caball. de evictione. §. 5. n. 44. casu 15.* sed solum tenetur vendor actione ex exempto, quasi re non tradita, liberare rem venditam ab onere, & nexu hypothecæ, alias tenetur emptori ad interesse, *i. si rem meam, & ibi, Bart. ff. de solut. cum aliis per Rebuff. de cossit. reddit. art. 1. Gloss. 14. nū. 42. tom. 2. & Cabal. d. tract. §. 4. nū. 15. 3. & seq. unde cum bona ipsa vendita, constet non fuisse d. Vincentiæ, sed filiorum de Afflito, & ut eorum bona fuerunt habita, dum pro altero credito, & legato Nicolai Andreæ de Afflito fuit super ipsius præstata assistentia, sequitur ut cum nulla potuerit contrahi obligatio per dictam Vincentiam super bonis non suis, quæ obligari nullo modo possunt *i. rem alienam 28. cum Gloss. quæ reddit rationem, ff. de contrab. emptione, Surd. decis. 253. Barbos. in l. qua dotis, post nū. 140, ff. soluto matrim. pariter ad nihilum cogi possunt fratres de Afflito, qui non possunt teneri exime. 13 re bona à nexu obligationis, quæ nullo modo contrahi potuit; privatio enim præsupponit habitum, argumento *i. decem. ff. de verb. obligat.***

Tertiò tam quoad caput evictionis passæ occasione debiti contracti per dictam Vincentiam, quam alterius debiti dependentis ex legato facta per Nicolaum Andream, cessat prætensa evictione super bonis possessis per conventos, siquidem constat, domos ad Campum Molæ, conventos possidere vigore donationis factæ per Gabrielem de Afflito seniorem de anno 1514. Nicolo Andreæ filio, & Gabrieli nepoti, stipulante eodem donante avo pro eodem Gabriele nepote omnibus filiis procreandis ex legitimo matrimonio, cum expressa, & omnimoda prohibitione ne dictus Nicolaus Andreas, & ejus filii possint distractere, hypothecare, & aut aliter quomodounque alienare, & licet in puncto generali ( quando non est specialiter inhibita alienatio, prout est in casu nostro ) magna sit DD. altercatio, utrum stipulando pater pro se, & filiis videatur pro illis uti hæredibus stipulari, ita quod duo requirantur, scilicet, quod sint filii, & hæredes, & prainde ejus factum approbare teneantur, vel potius censeatur ipsius jus quæsumum uti filiis ex propriis personis, non ut hæredibus, & sic videantur plures donationes ad tempus factæ, nec successor teneatur ad debita contracta per prædecessorem primam etenim opin. *15 firmavit Gloss. in l. si ibi, & si pactus, in verb. proderit,*

*ff. de pactis, & cum ea videatur esse Mern. in cap. 1. 16 num. 10. de alien. feud. patern. contrariam verò firmavit Bart. in l. si mibi, & Titio, num. 6. ff. de verb. obligat, & in l. Seja, num. 1. verf. ad secundum, ff. de donat. causa mortis, idem Isern. in cap. 1. nū. 9. vers. bac deferuntur, de success. feudi, Camer. in cap. 1. quæst. 1. num. 10. & 50. an agnatas, post quorum semitas adeò DD. turba in diversas est scissa sententias, ut vix discerni possit, quæ sit magis communis opinio, ut patet ex latiss. relatis per Surd. decis. 322. tamen ex eorum dictis colligi potest distinctio, ut tunc censeantur filii vocati uti hæredes, non uti 17 filii ex propriis personis, & sic procedat prima opinio, cum pater stipulatur ab extraneo donante, qui nullam potest verisimiliter habere affectiōnem ad liberos, & descendentes donatarii, sed solum donare videtur, patris ejusdemque primi donatarii contemplatione, prout ita loqui videtur Isern, in d. cap. 1. de alienat. feu. patern. ubi ibi se declarare videtur, num. 14. secus verò cum is, à quo primus donatarius stipulatur, est conjunctus ipsi donatario, & liberis eius, veluti avus, vel alter conjunctus, quia tunc videantur omnium possessio, in quos confertur liberalitas, pariter ex eadem sanguinis affectione contemplatæ, ut latè probat Paris. conf. 4. nū. 10. vol. 2. & per DD. in l. ex fcto, §. fin. ff. ad Trebell. & ita procedit altera opinio.*

Vel secundum, & melius constituenda est differētia, utrum donans concedat soli patri, tunc licet pater recipiat pro se, & filiis, vel liberis, dicuntur tamen filii habere à patre, recipiente, non autem à donante, & idem non possunt venire filii nisi uti hæredes, & ita procedant omnia, quæ in contrarium afferri possunt, quæ in his terminis procedunt, non in aliis, ut plene appareat ex dictis per Surd. d. decis. 322. ex num. 32, at secus si donans, vel concedens ipse in contractu donationis donet patri, & filiis, seu liberis ejus, quo casu quæritur jus liberis non ex simplici promissione patris recipientis, sed ex provisione iphius concedentis, ut in terminis opin. discordantes multorum autoritate conciliat idem Surd. decis. 324. num. 6. & seq. de qua licet ipse dubitet, num. 8. in fin. tamen eam summa ratione niti, & in praxi recipiendam sine ulla dubitatione, affirmat Modern. Hispan. Fontan. de pactis nuptial. claus. 4. Gloss. 9. part. 1. nū. 10 fol. 79. a terg. & sic sive quia in casu nostro donans non est extraneus, sed avus, sive quia expressè Gabriel senior avus donavit filio, & nepoti, eorumque procreandis ex legitimo matrimonio, & pro eis ipse stipulatus est, omnino jus quæsumum censebitur omnibus descendenteribus ex propriis personis, nec his obstante verba, quæ subsequuntur in donatione, ac eorum, & cuiuslibet ipsorum hæredem, & successorem, quasi ex his declaretur, filios vocari ut hæredes, non uti filios.

Primo enim dicitur, quod cum supra sit facta expressè donatio Nicolao Andreæ filio, & Gabrieli nepoti eorumque filiis ex legitimo matrimonio, sequens hæredum mentio non potest de eisdem liberis intelligi; sequens enim dispositio non trahitur ad ea, de quibus supra clare fuit dispositum, & specialiter certo modo provisum, ut ex multis latè probat Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita part. 6. num. 217. ff. ad Trebell. Roland. conf. 59. num. 48. lib. 3. Gabriel comm. opin. lib. 6. de claus. conclus. 9. num. 8. idque maximè procedit in

in dispositione hominis vulgaris, & imperiti, & præfertim, ubi ab imperito Notario scriptura est confecta, qualem hic cernimus imperitissimum ex lectura instrumenti: hæc enim denominatio hæredum apud imperitos intelligitur de liberis, ut latè probat, Simon. de Præsis de inscript. ultim. volant. lib. 3. fol. 22 l. t. 5. num. item 5.

Secundū, mentionem hæredum ex conjecturata mente disponentis, accipi debere pro filiis, & de scendentibus, & sic hæreditibns sanguinis, non hæreditatis, probant latè DD. in l. Gallas, §. quotidam recte, & alii congesti per Sard. decis. 322. n. 19. Card. Manica de conject. ult. volant. lib. 8. t. 14. n. 18. juxta varias hujus nominis significaciones, de quibus Simon de Petris d. solus. §. in prin. quod autem dicta mentio hæredum intelligi debeat de filiis, & liberis sanguinis, non hæreditatis, declaravit idem testator in altero instrumento, paucò post tempore facto, ubi simpliciter se filiis donasse declaravit, & addidit etiam, se intellexisse de masculis, & sic nulla alia interpretatio est admittenda, quam glossa ipsiusmet testatoris Bald. conf. 407. lib. 1. cum aliis per Casanetem conf. 15. n. 7. & maxime, cum de masculis sit mentio, ex qua etiam masculorum vocations, de descendebus, non autem extraneis hæreditibns, disponentem intellexisse, aperta est DD. traditio apud eundem Simon de Præsis d. lib. 3. solut. §. n. 11. Peregr. de fideicommiss. art. 32. n. 45.

Ultimò adeò expressa prohibitio hypothecandi, aut aliter quovis modo alienandi bona donata; & licet regulariter in contractu prohibitio de non alienando non impedit dominii translationem, nisi ad sit specialis hypotheca, tamen sufficere etiam generalē hypothecam, præfertim cum juramento, quod habet vim specifici, & expressi probant Duez. reg. 240. n. 7. Gomes. lib. 2. variar. cap. 3. n. 9. Villalobos in crario comm. opin. l. 1. n. 139. & 140. Suarez in Theffazur. recep. in verb. alienatio, & verbo, obligatio, Partidor. lib. 2. quotidian. cap. fin. p. 4. §. 5. n. 17. & magis commun. & vetiorem, relatis omnibus, Cevaglio tract. comm. cap. 673. & in fortioribus terminis Gassierez in l. n. 1. possit, n. 45. ff. de legist. 1. & hoc est sine difficultate in casu nostro, ubi est adjecta clausula, quod possit extendi ad consilium sapientis, quæ clausula operatur, ut legitimè liget contractus, & cautè, in ampla, & meliori forma, qua fieri potuit, secundum, Specul. de empt. & vend. §. 1. n. 9. vers. sed quid si, Beriz. de claus. cap. 42. n. 9. in fin. quod, & sic non est ferendum adjecta hac clausula, quod prohibitio de non alienando suum non operetur esse. Etum.

Non obstat tandem nova prætensio actorum, quod velint sibi satisfieri super nomine debitoris, scilicet super dotibus debitibus Vincentiæ super his bonis, ex reg. autb. res que, C. comm. de legatis, cum quia hac via non est actum, & noviter est præsentatum assertum instrumentum crediti dotium, adversis, quod conventis competit defensio, cum hæc sit nova petitio, et consequenter debent ordinarie dirigere gressus suos, dato termino, tum etiam quia in termino probari poterit satisfactio dotium, et forte restitutio in eisdem stabilibus, in dotem dotis, et plenius, si quid doest, probabitur, bona vendita non fuisse propria Vincentiæ, sed filiorum, ex quo lequeretur, quod ipsa promittendo evictio nem in re ad alios spectante intercessit, unde con-

28 tractus redderetur nullus ex Pragmatica de S. C. Vellejano, maximè non apparente Regia dispensatione, & mille aliae similes exceptiones occurserunt in termino concedendo, quæ prævideri non potuerunt ante quam hæc nova prætensio proponeretur,

## S U M M A R I U M.

- 1 **O**nus probandi, affirmanti alienationem Ecclesie, iustifica rei validam, incumbit; & de ratione nam. seq.
- 3 Solemnitas extrinseca, an & quando temporis diuturnitate intercessisse credatur, non probata, scientia, cuius consensus requiritur, & n. 4. & 7.
- 5 Filius familiæ, quare solo cursu temporis hæreditatem ipsius patris adivisare præsumatur.
- 6 Confirmatio præsumitur ex longa possessione, scientie confirmare debente.
- 8 Licentia Papæ in alienatione bonorum Ecclesie non præsumitur, nisi probetur scientia Pontificis de alienatione, fallit n. 9. & 10.
- 11 Dispensatio ex cursu longissimi temporis non præsumitur, existente nimia difficultate in perficiendo ipso actu principali, etiam pro eo, qui erat in possessione, sed quasi faciendo actus, & n. 12. maxime in contractu contra jus commune, vel publicam utilitatem, vel in iure impræscriptibili, & n. 13. & 14.
- 15 Licentia præscriptionis majoratus ex cursu temporis non præsumitur, en quo à Principe difficile conceditur.
- 16 Venditio Ecclesie Deo dicatae, cujas etiam iure civili nullum est commercium, est contra jus commune, publicam utilitatem, & impræscriptibilitatem dispensatione.
- 17 Sacra, & religiosa semel, semper talia remanent, etiam si ab hostibus capta sint.
- 18 Loca sacer remaneant, etiam diruto adiicio, ita ut vedi nequeat absque dispensatione, quæ tamen propter difficultatem impossibilis reputatur.
- 19 Solemnitas, & cet ex tempore in alienatione bonorum Ecclesie præsumi posse, non tamen in alienatione ipsius Ecclesie.
- 20 Bona Ecclesie non indistinctè prohibentur alienari sed bene tamen servata solemnitate, ideo præscriptibilia, secus Ecclesia ipsa, & alia res sacrae, n. 21. & 22.
- 23 Solemnitas extrinseca præsumitur, ubi agitur de modico præjudicio.
- 24 Præjudicium grave dicitur, cum agitur de amittendo domino.
- 25 Alienatio, divisio, & profanatio Ecclesie est magis præjudicis, cum sit dominus Christi.
- 26 Bona Ecclesie etiam temporalia, quoad substantiam pauperum sunt, quoad administrationem clericorum, & quoad dominium, Christi.
- 27 Calices, & alia sacra pro redemptione captivorum vendi possunt, non tamen Ecclesia.
- 28 Decretum necessarium in alienatione bonorum Ecclesie exigit scripturam.
- 29 Solemnitas extrinseca quæ scripturam requirit, non præsumitur.
- 30 Alienatio bonorum, & iurium Hyerosolimitanae Religionis, & confirmatio etiam de licentia Sedis Apostolicae, absque tamen expressa licentia Magistrorum, & Conventus, nulla est quacunque præscriptione non obstante.

- 31 *Solennitas præsumpta non sufficit, ubi requiritur expressa.*  
 32 *Affensus præsumptus in Regno non sufficit in alienatione feudorum, sed expressus requiritur, licet aliter de iure communi.* & n.33.  
 34 *Tempori innitens, in circumventione fundatur, quibus tempus nocet per conventionem lœdi dicuntur.*  
 35 *Præsumptio ex antiquitate frivola est.*

## ARGUMENTUM.

*Solennitas extrinseca in alienatione bonorum Ecclesiæ ex lapsu temporis utrum intercessisse præsumatur, & quid in alienatione partis ipsiusmet Ecclesiæ.*

**Pro Fratre Luca Fortunato Hyerozolimitanæ Religionis & Rectore Ecclesiæ Divi Augustini in platea Constantiorum, contra Hieronymum Rozzettam.**

## CONTROVERSIA LVIII.

**E**st adeò nota, & certa prohibitio ab utroque iure tradita, alienationis bonorum Ecclesiæ, ut ei, qui dixerit alienationem rei ecclesiasticæ valere, incumbat onus probandi, *Bellam.* *conf.33.col.13. Dec.conf.142.num.4. Rebaff.tract.de alien.rer. Eccl.x.10.iz fin.* quia adversarius interim, velut regulæ inhærens, dicetur habere intentionem fundatam, *Gloss.magna in C.sicut, de re iudic.Bal.in cap.1. de alienat.iud.mas.cauf.sac.* & eo fortius uti regulæ huic innixus iste Rector Ecclesiæ Divi Augustini sperat obtinere, cum pedum bona Ecclesiæ, sed iphius Ecclesiæ dignorem partem, qui vulgo (*Cupula*) nuncupatur, à suo prædecessore sejunctam, destruam, & prophanatam, suo corpori reintegrale, & reunire intendat, cuius pium desiderium supremi Judices fovere debent, nec justissimæ prætentioni actoris obstare quicquam poterit lapsus triginata annorum, quo casu solennitas extrinseca, quæ alias non præsumitur, *i. quæcunque §. ultimo, ff.de publican.* intercessisse creditur propter temporis diuturnitatem, *i. si filius familias, C.de pet. bæred. i. qui in aliena, §. 1. ff.de acquir. bæred. notant. DD.in l.sciendum, ff.de vrb. oblig. Gloss. & Canon. in cap. per venit, de censib. cum simil.* hæc enim propositio quamplures habet declarationes, quæ ad casum nostrum optimè adaptantur, secundum commune, & veriores DD. sententias, omisis aliis multis, quæ controverti possent.

Primò enim procedit, quando verisimiliter is, cuius consensus pro solemnitate requirebatur in actu, scit actu, qui dicitur solenniter sive factus, & de contentu illius, secus si verisimiliter ignoravit, quia tunc ex diuturnitate temporis ea solennitas non præsumitur, quia in scientia iphius, à cuius potestate dependent solennitas actus, fundatur decisione *t.c.* in d. *i. si filius familias, & in i. qui in aliena, §. 1. in quibus fundatur propositio:* non enim aliter probaretur, quod filius familias adjuverit hereditatem iussu patris, qui est in iphius aditione necessarius ex solo cursu temporis, nisi ex quo per dictum tempus ille possedit scientie, & patientie.

te patre, ut declarant *Bart. Bald. Salye.* et alii in d. *si filius familias,* et proinde inferit ex hoc, *Bald. 6 num.1.*, quod si electus, sciente eo, ad quem pertinet confirmatio, diu possedit præsumitur confirmationem præcessisse initium possessionis; et propterea consuluit in specie *Alex.* quod ubi in alienatione rerum Ecclesiæ consensus Pape est necessarius, cum ex lapsu temporis non probetur scientia Pontificis, cum ignorantia regulariter præsumatur argumento, *i. verius, ff. de probat. reg. præsumitur ignorantia, de reg. ier. in 6.* et ex consequenti non potest inferri, quod ex ejus tolerantia præsumatur, licet iam interveniente: ex hoc sequitur, quod nullo modo ex lapsu temporis præsumitur hæc solennitas extrinseca, ut bene is probat, *conf.9. num.8, lib.3.* sequuntur *Felis.* qui exclamat, et dicit, se ita consuluisse, *Locce in cap. fiscus,* post *num.33. vers. bene fatur, de sentent. & re jud. Corn. conf.98. col. 2. vers. præsumpto autem, vol. 1.* ubi dicit, quod præsumpto, quæ procedit ex dictis juribus, in quibus probatur, quod solennitas extrinseca præsumitur, resultat ex actibus, seu patientia ejus, de cuius præjudicio agitur, vel illius, cujas consensus requirebatur, & idem probat, *Dec. conf. 409. num.13.* et hos sequuntur propè innumeri DD. qui 8 omnes unanimiter sentiunt cum, *Alex.* ut licenter Papæ in alienatione bonorum Ecclesiæ non præsumatur ex cursu 30. annorum, ubi non est probatum in specie, Papam habuisse notitiam alienationis, quos videre licet apud, *Afflit. in decis. 107. in fin.* qui testatur ita decisum per S. C., *Tiraq. tract. de prescript. §. prima, gloss. 4. vers. 39. nono, in alk. vers. 2, Confil. Fabius de Anna conf. 112. num. 41. 2. vol.* et ante eum, *Aymon. Cravet, de antiqu. temp. par. 3. cap. 1. num. 18. vers. secundo limitatur,* et iterum *cap. fin. num. 29. d. par. 3.* notabiliter hoc sublimitans, quando esse elapsum tantum tempus, cuius initium memoria non esset in contrarium; tunc enim solum ipse concedit, solemnitatem extrinsecam præsumi, etiam non probata scientia iphius, cuius consensus requiritur, sed etiam quod tanto tempore probatur actus ipsiusque substantia, et hanc opinionem firmant etiam *Bald. Barb. Jaf. Roland.* et alii citati per *Qusich. decis. 173. num. 5. Socin. jun. Ruin. Gozad. Bertaz.* et alii congesti per *Muscard. conclus. 1322. n. 29. Crutus. Ripa. Curt. jun.* et alii relati per *Menoch. d. præsumps. lib. 3. cap. 132. num. 70. & 71.* ubi comm. probat limit. *Cravet.* et addit aliam, nisi contractus fuisset celebratus eo in loco, in quo esset notorium, et consequenter verisimile, quod Princeps sciverit, quod non est in casu nostro, aliter limitat idem *Confil. de Anna conf. 112. num. 42. 2. vol.* et ex his sublimitationibus confirmatur limitatio nostra in casibus non exceptis, quam sequuntur etiam *Rimin. Anton. Gabr.*, et alii relati per *Surd. conf. 28. num. 99.* *versic. secundo tollitur vol. 1.* et ultimo optimè illam defendit, *Fabius. lib. 1. controvers. juris cap. 67.* dicens, semper ita consuluisse, et non semel sic judicasse, resolvens leves oppositiones *Hieron. Gabr.* qui solus aliter pro cliente respondit.

Secundo declaratur, ut solennitas extrinseca ex cursu longissimi temporis non præsumatur, quando aderat minima difficultas in perficiendo ipso actu principali, ut puta qua sine Principiis dispensatione explicari non poterat; tunc enim non præsumitur dispensatio ex temporis antiquitate, author est *Bellamer. conf. 20. col. 20. vers. & si dicas,* qui

qui quidem, ut rectè animadvertisit Cravest. qui eum sequitur d. part. 3. cap. 1. num. 20. vers. tertio limitatur, 12 indistinctè dicit, quod non præsumitur dispensatio ex antiquitate temporis, etiam pro eo, qui erat in possessione, scilicet qualibet faciendi actus qui citra dispensationem fieri non poterant; & licet in exemplo tracto per Bellam, ejus qui possedit duo beneficia incompatibilia, visus sit aliter sentire Panor. in cap. lices Heli, n. 24. de finior. ut concurrente ultrâ lapsu temporis qualitate beneficiati, nec non & conditione superiorum predecessorum, qui ipsum toleraverunt, presumatur solennitas, & sequuntur alii relati per Feliz. in d. cap. sicut, in vers. quinta adverte, post n. 31, tamen Panorm. se declarat, nisi jus commune esset in contrarium contra possidentem, ut tunc non sufficiat nec ille tacitus consensus superioris, ut optimè advertit Cravest. d. part. 3. num. 21. ibi, quæ tamen præsumptio, unde DD. relati per Menoch. d. præsumpt. 132. num. 72. & 75. pro opin. Panorm. comprobant omnino hanc limitationem, pro qua faciunt optimè verba Frecc. in terminis lib. 2. de sub- 14 fœud. quæst. 28. col. 3. in fin. dum dicit, fingere dispensationem in materia rigorosa, non est quid facile, in aliis dispensationibus, vel reram alienationibus non sic jus publicum leditur, nam ibi de recip. præjudicio tractatur, hæc ille, & hanc declarationem bene probat Alex. conf. 101. n. 4. lib. 6. dicens, quod rex in l. si filius familias, C. de p. hered. cum concord. non procedit in acquisitione juris contra jus commune, scilicet contra publicam utilitatem, nec in jure impræscriptibili, citans rex. in cap. ad decimas, de restit. spoliis 15 & cum Alex. sentiunt alii multi relati per Gabr. qui & ipse hoc sequitur, de præsumps. conclus. 1. n. 63. in 1. limit. & omnium optimè hanc limitationem, ut supra expressam, ut verissimam, & receptam amplectitur Fernand. Vasquius lib. 2. controvers. illa str. cap. 64. num. 15. tradens longè melius exemplum in re majoratus vendita, quæ cum circa Principis licentiam vendi non possit, illa cum non facile concedatur, ferè impossibilis reputantur, L. apud Julianum, §. constat, ff. de leg. 1. quod etiam constat ex latè traditis per Molin. de major. lib. 1. cap. 28. & lib. 3. cap. 3. num. 11. siveque par est, ut ex cursu temporis non præsumatur: unde cuen verissima sit limitatio, & DD. varia conentur adaptare exempla, nullum erit accommodatiū, quām in Ecclesia Deo dicata 16 vendita, cuius etiam jure civili nullum est commercium, nullaque venditio, & sic contra jus commune, contra publicam utilitatem, & est impræscriptibilis sine dispensatione, l. continuus §. cum quis, ff. de verb. oblig. ubi Glos. in verbo relata sunt, limitat, nisi id fiat per Principem statuentem jus, quod quasi impossibile reputatur, cum per solum Principem fiat, d. l. apud Julianum, quod enim semel Deo dicatum est, non est ad humanos usus ulterius transferendum reg. semel Deo, de reg. iuri. n. 6. cum insin. concord. in Glos. magna, ubi Dyn. dicit, id procedere secundum juris possibilitatem, secus verò juxta Summi Pontificis potestatem, qui potest sacrum, prophanum reducere, sed id reputatur impossibile, cum unius potestati subjiciatur, quod multis comprobat ibi 17 Boer. in addit. & propter regulariter, quæ semel sacra, & religiosa evaserunt, semper talis permanebunt, ut per Bart. Bald. & Salic. in l. si nondura, C. de sarc. Fabr. & Aret. in §. sacra, inst. de rev. di. vii. etiam si capta sint ab hostibus, de jure tamen canonico, ut per Mol. & Zabor. in clement. in plerisque de elect. Asinum, in l. cum loca, & in l. si quis sepulchrum,

§. 1. ff. de relig. quinimodo & de domib. Imperatori consecratis, idem dicit text. in l. 1. C. de palat. & dom. lib. 1. de quo meminuit Glos. in c. quæ semel, 19. q. 3. 18 & remanet sacer locus, etiam si dirutum sit edificium, ita ut yendi non possit, l. æde sacra, 73. ff. de contrabend. empl. l. in tantum, §. semel autem, ff. de rer. divisi. Glos. in verbo laicus, in cap. possessionis, de reb. Eccl. non alienand. nisi Papa, cui nihil est impossibile, de jure positivo dispensem, quæ tamen dispensatio propter difficultatem reputatur impossibilis, ut tradit etiam Rodoan. de rebus Eccl. non alienand. 19 quæst. 3. a n. 37. usque ad 40. unde licet præsumi possit solemnitas ex tempore in alienatione bonorum Ecclesie, aliud erit in alienatione ipsius Ecclesie, inter quæ maxima est in hoc differentia, ut in terminis probat Glos. in c. ad bcc. 4. in vers. mandatis usibus, in fin. de relig. domib. reddens rationem, quia bona Ecclesie spiritualia non sunt, & possunt alienari, se 20 expedit; non enim est simpliciter verum, quod bona Ecclesie etiam cuiuslibet generis, sint prohibita alienari indistincte, sed bene non servata solemnitate, Panorm. in cap. can nos licet, num. 7. de prescript. refert, & sequitur Rodoan. de reb. Eccl. quæst. 4. n. 14. & communiter alienantur, et facile expediuntur à Curia commissiones cum clausula si ea evidenter, ut refert D. Pres. de Franc. decis. 19. & 235. nec tanta solemnitas observatur, hodie prout anti- 21 quetus, ut per Rodoan. quæst. 3. 1. cap. 18. num. 8. et lex hoc sequitur, quod bona Ecclesie prescribi possunt juxta text. in cap. illud, de prescript. cap. audiis, de in integr. rest. quia non sunt omnino prohibita alienari, sed cum modificatione, secus verò in re omnino prohibita alienari juxta distinct. Glos. Bart. Bald. et Salic. in leg. fss. Cod. in quibus cons. in integr. rest. relatum per Bald. de prescript. in 5. par. 5. port. princip. quæst. 4. num. 6. cuiusmodi sunt Ecclesia ipsa, et aliae res sacras, et etiam spiritualibus annexas, quæ nullo modo prescribi pos- 22 sunt, cum nec possideri, cap. causam, quæ prescript. nedium spatio centum annorum, sed nec per mille annos, ut per Feliz. in cap. accedentes, col. 4. vers. fallit tertio, de prescript. cum aliis per Rodoan. de reb. Eccl. quæst. 64. num. 18. Balbum de prescript. in 5. part. 5. part. princip. & 9. post num. 4. quæ prohibito fundata est favore publico utilitatis, ut est clarissimum, et in specie probat Alex. d. conf. 101. n. 3. lib. 5. 23 Tertiò sublimitatur fallentia, ut solemnitas extinsecus præsumatur, ubi agitur de modico præjudicio, ut in casu d. l. si filius familias, ubi tantum agitur de prejudicando filio in spe hereditatis, et acquirendo patri, cui ipse idem erat successurus, secus ubi ageretur de gravi præjudicio, ut post Bart. in l. cum de in rem verso, ff. de usur. probaverunt iniuncti DD. congesti per Tiraquell. d. lac. de prescript. §. 1. Glos. 4. q. 39. vers. sed & malis, Gabr. de præsumps. conclus. 1. num. 53. in 1. limit. Mascord. conclus. 1322. num. 27. limit. 3. Sard. conf. 28. num. 98. 24 lib. 1. dicitur autem parvum præjudicium, quando solemnitas respicit lucrum ejus, qui petit, vel parvum damnum adversarii, secus si magnum, ut putata de amissioni dominii, quia cum agitur de amittendo dominium dicitur grave præjudicium; ita optimè exemplificat Osasco. decis. 173. in principio referens Alexand. consuluisse, ut contractus venditionis factus ante annos quinquaginta duos, non præsumatur solemniter gestus, ratione gravis præjudicii 25 cii amissioni dominii: quis autem dicere audebit, quod

quod alienatio, divisio, & prophanatio Ecclesias sit res modici præjudicii, cum amissio domini rei prophana sit gravis præjudicii: dicitur enim Eccl. 26 clesia domus Christi, & ipsius bona, etiam temporalia quoad substantiam sunt pauperum, quoad administrationem Clericorum, & quoad dominium ipsius Christi, Jo: Andr. & Pers. in cap. fin. de rebus Eccles. non alien: in 6. unde licet Calices, & alia sacra pro redemptione captivorum vendi possint, non tamen Ecclesia consecrata, quia major, & solennior consecratio adhibetur Ecclesiæ quam Calici, ut latè per Archid. in cap. auram 12. quæst. 2. & multa attert Rodoas qna. 7. num. 19. 27. & 28.

Posset, & quarta sublimitatio afferri in solennitate requirente scripturam, cuiusmodi est alienatio bonorum Ecclesie, in qua requiritur decretum, quod exigere scripturam, probat Roland. conf. 33. num. 10. volum. 1. Menoch. de arbitr. casu 171. num. 26. & 28 quod ista non presumatur, authot est Innocent. in cap. super bis, col. pen. vers. quando autem, de accusatiis sequuntur relati per Tiraquell. dict. loco, vers. fani item, qui cum, in fin. per Sard. d. conf. 108. vers. tertio responderet, post Gabr. d. loco, num. 60. qui simpliciter sublimitationem sequuntur.

Quintus, & ultimus casus iste caret omni dubitatione ex privilegio Apostolico sacrae Hierosolimitane Religioni indulto, ubi omnes alienationes quocunque honorantur, cuiusmodi est Ecclesia nostra cum instrumentis, & confirmationibus forsitan inde sequitur etiam de licentia Sedis Apostolicæ, absque tamen consensu, sed expressa licentia Magistri, & conventus quacunque præscriptione, seu longissima pacifica possessione non obstante, irrita, & nullæ delectantur: cum igitur requiratur expressa licentia, necesse est, ut vere appareat, vel probetur, non autem presumatur, quia presumpta solemnitas sive assensus, de qua in d. l. si filius, non sufficit in dicto casu, ut docet Andr. in cap. 1. §. bac editali, de probib. feud. alien. per Loibar. quem sequitur Afflict. in c. 1. de controversiis. ut latè probat Frecc. lib. 2. quæst. 28. de subfeud. inferens propterea, quod in Regno non sufficit assensus præsumpus; ex quo per Constitutionem const. diuina mem. requiritur specialis licentia quod idem est ac si diceret, expressa, quanto fortius igitur in casu nostro, ubi manifestè dicitur, sine expressa licentia Magistri, & nos sequuntur Camer. D. Capyc. & alii congetti per Lipar. ad Isern. in d. c. 1. §. bac editali, vers. in Regno, Anna se. optimè in repes. const. Constitut. diuina memoria, n. 50. cum aliis per Lanar. conf. 60. n. 124. & 130. quamvis de jure communij feudorum tacitus assensus sufficiebat, Hieron. Schurff. const. feud. 134. num. 3. lib. 1. Wsem. de feud. cap. 11. num. 13. nec omittam quod ii. quibus tempus nocet, dicuntur lædi per quandam fortunam circumventionem, & qui tempori innititur, in circumventione fundatur, §. alii verd, in aut. ut si, qui ingred. ad appell. quod bene annotavit Andr. nosfer in §. sanctissimus, col. 2. qno temp. miles, ex quo dixit Natta conf. 172. num. 29 lib. 1. quod ista præsumpta ex antiquitate frivola est, & fragilis apud eos quos iudices, & sequitur Cavalc. dec. 46. num. 21.

In hac eadem causa pro parte contraria scripsit don. Etissimus advocatus morum candore, & virtute præstantissimus Annellus de Amato, postea Reg. Came. re Præses dignissimus, mihi maxima necessitudine conjunctus const. 63.

### S U M M A R I U M.

- 1 Personæ extrinsecus nanguom subintelligitur, nec fit intentio de uno ad alium.
- 2 Hæredes censentur gravatis minus, quād sit possibile.
- 3 In legatis non est recedendum à propria significacione.
- 4 Testator, ubi voluit, expressis, ubi noluit tacitis.
- 5 Mobiliū appellatione, bordeum, frumentum, ceteraque virtualia à solo separata tempore condisci testamenti continentur.
- 6 Fructus pendentes, & matari tempore mortis testatrix, vel testamenti, quamvis tempore mortis sint à solo separati, sunt hereditis.
- 7 Vinum, olearium, ceteraque fructus pendentes, mortis, vel testamenti tempore immobiles censentur.
- 8 Fructus terragiorum, scilicet decimarum, an fini cananderandi inter nomina debitorum, vel inter fructus feudales, & num. 9.
- 10 Decima debetur tempore recollectionis, idēque minus iuste probabit vassallo ne eo inscio colligat.
- 11 Depositibus, patre prædisfundo, non minus, quād filii legitima debetur.
- 12 Filiis, sive nepotibus non conceditur eligere legitimam in bonis alteri legatis, vel alienari prohibitis.
- 13 Legatarii regulariter præscruntur etiam creditoribus in rebus legatis.
- 14 Legitima non minuitur ob voluntarias alienationes.
- 15 Filio pro legitima nedum recentio sed actio concedatur contra hæredes, & legatarios pro rata, cetera hereditas exarta repertur, amplia n. 16. & 17.
- 18 Disposita in allodialibus procedunt quoque in fidelibus ubi contrarium non est dispositum.
- 19 Legitima debetur primogenito etiam inseadis dignatum, aut jure francorum, & num. 20.
- 21 Feuda, in quibus vivunt jure francorum ad instar legitime dicuntur individua ratione dignitatis, vel individualitatis annexa.
- 22 Feudum totum, & integrum, est legitima successio ipsius primogeniti.
- 23 Pater potest cum assensu donare feudum secundogenito, primogenitus habet tamen querelam in officio donationis.
- 24 Legitima primogeniti in feudo, cum non potest præstari in corporibus ex natura feudi individui, præstat in estimatione.
- 25 Pater non potest nocere filio primogenito in sua legitima in feudo hereditario, scilicet cum assensu, salium respectu estimationis.
- 26 Legitima ubi in corpore, vel re præstari non potest, in estimatione traditur.
- 27 Legitima debita primogenito in feudis est tercia pars totius valoris feudalis patrimonii.
- 28 In computatione legitima debite primogenito habenda est ratio utriusque patrimonii, scilicet feudalis, & burgensiaci.
- 29 Cum plures hæredes succedunt, fit contributio pro rata valoris honorum, & onorum.
- 30 Verba dicta ad alium finem non alterant principalem dispositionem precedentem.
- 31 Testator non videtur sibi contrarius, in eadem scriptura non censetur incontinenti se revocare.
- 32 Querela in officio testamenti spatio quinquennio durat,
- 33 Infantes, & minores adversus querelam non intercessam resistuntur, & quid in majoribus, ibidem.
- 34 Filius honoratur quovis recti titulo, ideoque querela non habet, sed actionem ad supplicationem.

- mentum legiūpe.  
 35 Actio ad petendum supplementum legitime non minori temporis spatio præscribitur, quam 30. annorum.  
 36 Actio cum dirigitur ad supplementum, querela amplius non competit.  
 37 Jus petendi supplementum legitime, non censetur renunciatum per aditionem hereditatis vigore testamenti factam, nec per acceptationem, & retensionem bonorum hereditatis.  
 38 Hereditis assertio sufficit scilicet tantum esse in bonis, & prætendens conservarum tenetur probare, amplia, n.39. & 40.  
 41 Uxor si probet, maritum esse alieno gravatum fundatam habet intentionem si dicat bona sufficer, & num.42  
 43 Legati causa cessante, legatum cessat.  
 44 Legatum relictum ob causam, determinatur secundum causam sibi annexam, & minuitur, causa diminuta.  
 45 Legatum in dubio censetur factum favore legatoris, limita n.47.  
 46 Lex præsumit legatum factum pro labore administrationis, id est tutor non administrans perdit legatum.  
 49 Cum qualitas persona instituta (pata infantis cum qua commorari jussus est legatorius patitur) semper presumitur factum legatum favore hereditis.  
 50 Legatum censetur factum in favorem illius, in cuius principaliter aliquid disponitur.  
 51 Ille dicitur principaliter contemplatus, qui in litteris testamento, sed in ordine scriptura prius exprimitur.  
 52 Legatum censetur factum favore heredum, quando legator ob fidem, & probitatem legatoris.  
 53 Legatum factum sub causa de futuro, contradictrum sapit.  
 54 Condicio si impeditur per casum, mortem, vel aliam iustam causam, deficit legatum.  
 55 Legatorius quando impeditur facto tertii non directe ordinato ad impeditendum obsequium, vel servitum injunctum legatorio, condicio non habetur pro impleta, amplia, n.56.  
 57 Legatum extinguitur in omni causa, in quo apparet cessare causam legati,  
 58 Conjectura, ex quibus colliguntur, legatum, non favore hereditis, sed legatoris, recensentur.  
 59 Legatum licet fiat principaliter in favorem legatoris, si subest iusta causa, legatum non debetur.  
 60 Legatum alimentorum, et si condicio deficiat, non interdictum declaro n.61.  
 62 Conditiones dividantur in merè potestativas, casuales, & mixtas.  
 63 Legatum factum sub onere iniustito, habet tractum infuturum, & conditionem importat.  
 64 Cum condicio, non legatorio, sed alteri tertio impensa est, censetur omnino casualis, & in eventum posita.

## ARGUMENTUM.

Dispositio non potest porrigi ad alias personas, ultra expresse vocatas, cum persona extrinsecus nunquam subintelligatur, nec extensio fiat de persona ad personam, maximè quando eadem partio non militat. Feudum totum, & integrum, est legitima successio primogeniti: in casibus tamen, in quibus legitima debetur primogenito in sustentatio-

ne, in feudis juris francorum, & est tertia totius valoris feudalis patrimonii, habita quoque ratione alodialium. Legatum relictum determinatur secundum causam sibi annexam, & minuitur, causa diminuta, & quid in legato alimentorum, & quando censetur factum legatum favore hereditis, vel legatarii, latè discutitur.

## Pro Domina D. Polisena Fristinbergh Jesualda Principe Venusui.

## CONTROVERSIA L IX.

**P**ostquam iussu Excellentissimæ Domine D. Polisena Fristinbergh Jesualda Principis Venusui, fere ex tempore, in consilio cum Dominis collegis, Caivani habito, fuerunt nonnulla dubia proposita, & discussa, circa intelligentiam dispositionis Excellentissimi Principis D. Caroli socii è re faciendum existimavi; si paulo maturius, re diligentius examinata, quid sentirem, infra scriptis exararem.

Circa primum igitur, utrum in legato mobilium, facto in beneficium montis erigendi, juxta cap. 10. includantur bona mobilia, sive earum pretium, in beneficium conjunctorum de domo Jesualda, etiam existentibus feminis, prout adsunt, descendentiis testatoris, vel ita demum si extinguerentur descendentes, ex corpore ipsius testatoris, ut innuere videntur verba cap. 8. fuit jam per insigne collegas, quamvis habuendo, resolutum, & nunc subdubius confirmo, quod licet in 10. capitulo claram sit dispositum, quod in beneficium, & augmentum montis, & successivè vocatorum, cedat pretium omnium bonorum mobilium, tamen id intelligi debet in beneficium posthumi masculi, qui tunc nasci sperabatur ex nuru prægnante, qui dumtaxat repertum vocatus in dicto 10. capitulo, in quo nihil disponitur de monte in beneficium aliorum conjunctorum de domo, non descendentiis à testatore, sed tantum in beneficium dicti posthumi, & sic inclusio mobilium in augmentum montis, non potest porrigi, ad alias personas ultra expresse vocatas, & inclusas, ex regula quod persona extrinsecus nunquam subintelligatur, nec est facienda extensio de persona, ad personam, præsertim quia non militat tanta ratio in conjunctis de domo quanta in masculis descendentiis ex filio, præsertim ad præjudicium propriæ sobolis hereditis institutes quamvis essent feminæ, quæ ex juris interpretatione debent censem in minus gravata, quam sit possibile, 1. unum ex familia, & si rem, ff. de legat. 2. cum aliis per Crav. Rain. Paris. Decian. & alios congestos per Castil. de usufr. o.42. n. 12. præsertim, quia dum testator ulterius progrediendo in 14. cap. in defectum descendéti masculorum ex filio unigenito prædefuncto quia, vel non nascetur posthumus masculus ex nuru, qui casus evenit, vel etiam si nascetur, & deinde ille, vel ejus filii decederent, absque filiis masculis, vocavit conjunctos de domo, non vocavit illos ad omnia bona, ex quibus superius in dicto 10. cap. jusserrat erigi montem, in beneficium posthumi masculi, sed restriktè, & limitate ad quedam bona specialiter in d. 14. cap. descripta, dum dicit, lascio le sardette estrate di docati 200. mila, casai, crediti, nomi di debitori, cb' in qual'evoglia modo si spettasse, ut supra, & sic cum vocavit conjunctos de domo, non délcidentes, illos ad quedam bona nominatim,

- 3 tim, & specialiter expressa admitti voluit, non ad alia quia in legatis non est recedendum à propria significatione, & strictissimam interpretationem recipiunt, *l. nummis, ff. de legas. 3. Dec. in l. in testamen- tis, ff. de regulis sur. Castil. d. cap. 42. n. 11.* idque clarissime colligi videtur ex dispositis in *cap. 18.* ubi dum testator consideravit, & prævidere voluit quid esset agendum in casu, quo deficerent, sicut extinguerentur omnes descendentes ex corpore, in tali casu, & sic restitutè, & limitatè, quali dixerit in dicto casu & non in alio, arguendo ab inclusione unius, vel à contrario sensu, in quo vocavit conjunctos de familia Gesualda, cum ordine prælationis inter eos in dicto c. exprefso, præcepit, quod cederent in ipsorum beneficium introitus pervenienti ex pre-  
tio mobilium, ut supra, & insuper introitus per-  
veniendi, ex onere juncto ducatorum 200. milia, & sic  
4 ubi voluit, expressit, ubi tacuit, noluit, ex regula, *l. unica, §. fin. autem deficientis. C. de caduc. tollendis, ap-*  
paret enim, esse manifestum constitutum discrimen,  
inter unum, & alterum casum,
- Secundò fuit dubitatum, utrum in augmentum montis in dispositione facta in 10. capitulo appella-  
tione bonorum mobilium, cedant, frumentum, hordeum, vinum, oleum, & reliqui fructus perven-  
ti, & perveniendi in anno, quo testator deceperit, ex suis bonis feudalibus, & burgensaticis: &  
quidem cum testator testatus fuerit, & deceperit  
5 de mense Septembri 1613. nullum erit dubium quoad hordeum, frumentum, cæteraque victua-  
lia, quæ à solo jam erant separata tempore condi-  
testamenti, nam hæc, inter mobilia computantur, & ob id cedunt in augmentum montis, in bene-  
ficium tamen descendantium, juxta resolutionem in præcedenti dubio factam; fecus vero in fructi-  
bus pendentibus tempore mortis testatoris, &  
etiam in his fructibus, qui tempore testamenti pen-  
debant, & maturi erant, licet tempore mortis reper-  
6 ti sint à solo separati: hos enim omnes cedere in beneficium hæredum, ex regula *l. si ita, & l. fin. ff. de auro, & arg. leges. rejecta opin. Castr. consil. 132. in 1. Decii consil. 262. alias 472. num. 5. & di- stinet. Cardinal. Mantica de conject. lib. 9. tit. 4. n. 6. vers. ego vero, verius cum opin. Gabriel. consil. 98. numero 5. in 1. & Abcas. consil. 182. lib. 9. res- det, & latè comprobat. Hispan. Castill. de usufr. cap. 42.* unde indubie vinum, & oleum, cæteri-  
7 que fructus similes, nullo modo comprehendendi pos-  
serunt sub legato mobilium, uti qui velut fructus pendentes tempore testamenti, vel mortis Prin-  
cipis, omnino immobiles censendi sunt, ex *l. fru-*  
*ctus, ff. de rei vindic. cum aliis per Ludovic. Peras. decis. 79. & 83. Barbos. in l. divortio, in princip. part. 2. num. 79. vers. ex eo igitur sit, 1. conclus. ff. solut.*  
8 *matrim. an autem fructus terragiorum, sive decima- rum debitum Domino Principi, sint connumeran- di inter nomina debitorum, ita ut indistinctè com- prehendantur in legato facto in augmentum montis in dicto 10. capitulo in illis verbis, si debbia uni- re con tutti, & qualis vogliano censi, crediti, de- narii, animali, & novi di debitorum, vel potius sint*  
9 *computandi, inter fructus feudorum, & sic sit facien- da distinzione in præcedenti capite facta inter fru- ctus jam maturos, & à solo separatos, & fructus pen- dentes mihi hoc ultimum verius videtur, ut decimæ terragiorum non sint computandæ inter nomina debitorum, cum sint verè, & propriè fructus feudi, & dicitur decima prædialis debita Baroni ratione*

utilis dominii, & reverentia, ad instar decimæ prædialis debitæ sacerdotibus, ut latè per *D. de Francb. decis. 124.* & debetur hæc decima tempore recollectionis fructuum, & ob id dominus prohibere potest vassallo, ne ipso incio fructus colligat, ad tex. in *l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debeatur*, quia debetur ex ipsis fructibus, tempore re-  
collectionis, ut latè tradit *Frecc. lib. 2. in 12. art. bor. Anna allegat. 94. num. 8.* late *Baeza de decima tau- tor. cap. 28. num. 11. in fin. vers. comprobatur hæc opinio, & latius cap. 31. latè Vivius decis. 4. præsertim num. 30.* unde cum debeatur ut fructus, non ut nomen debitoris, de ducimus idem erit statuendum, quod de fructibus in præcedentibus diximus.

Tertiò principaliter supposito, Dominam Princi-  
pissimam neptem ex filio fuisse nimium, & in excessu gravatam, & ex oneribus injunctis circa montis erectionem, & particularia legata, patrimonium ferè absorberi, adeò ut non supersit ei integra legiti-  
ma: primum ex hoc sequitur, quod cum nepotibus in bonis avi, patre prædefunto, velut primum lo-  
cum tenentibus, legitima ejusque supplementum de-  
beatur, non minus quam filiis ipsis, ad not. in *art. b. 12. novissima, & in specie Crassus §. legitima, quæst. 4. in princip. licet filiis, sive nepotibus non concedatur eligere legitimam in rebus alteri legatis, neque in rebus alienari prohibitis, ad tradita in *l. in quar- tam, ff. ad l. Falcid. & ple. e apud Gabriel. lib. 6. tit. de 13. legitima, concl. 6.* & regulariter legatarii præferuntur etiam creditoribus, in rebus legatis, qui ob id de-  
bent agere contra hæredem *l. fin. C. de heredit. action. Natta conf. 199. n. 8. Surd. dec. 316. num. 12. nihilominus, cum hæreditas est onusta, sive exahu-*  
14 *stalegatis, quibus constat non diminui legitimam, in qua descendentes inter credores numerantur, & constat non minui per voluntarias alienationes. Bart. in leg. Titiā, §. imperator, ff. de leg. 2. Ber- trand. cons. 474. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 32. num. 28. lib. 1. omnino legitimam tanquam æs alienum, est ita primis deducenda, adeò ut filio pro legitima, si- 15 vè ejus supplemento, nedum retentio, sed etiam actio concedatur contra hæredes, & contra legata- rios pro rata, cum legatis hæreditas exhausta reperitur, ut docet Angel. in leg. Papiez. §. se conditioni, numero 5. vers. ad ipsam autem supple- mentum, ff. de inoffic. test. idque præsertim procedit 16 cum non sunt legata corpora, sive species, sed pecunia, ut ex omnium mente relolvit distinguenda *Vasq. de success. creat. §. 10. num. 392. Crassus dict. §. legitima quæst. 18. Surd. dict. decis. 316. num. 3. & 15. cum enim testator legatis, sive fideicommissis oneravit hæredem ultra modum a lege definitum, adeò ut non remaneat integræ quarta debita 17 jure naturæ, quod excedit pro rata ejus, quod cuique legatum est, detrahendum erit, ita ut omnia legata ad legitimum modum à jure definitum redigantur *l. si quis testamento 82. §. opus Julianum, ff. de legat. 1. cum aliis per Surd. de aliment. tit. 8. privil. 30. in initio, quod procedere etiam in lega- tis piis post Bart. in aut. similiter, C. ad l. Falcid. ut receptum contra Surd. tradit Parlador. rerum quo- tid. lib. 1. cap. 18. in quo licet plerique voluerint supplementum legitimæ esse faciendum pro rata. de legatis, & donationibus inter vivos, ut non minus donatarii, quam legatarii agnoscant, pro 18 rata, onus, ut concludit Salsc. in l. 1. in fin. C. de inof- donat. tamen contraria sententia verior est, & magis comm. ut prius rescindantur legata, & fidei- com.****

commissa, quām contractus, ut latē probat Gratian. lib.2. discept. forens. cap.247. num.61. & 62. quea tamen disposita sint in allodialibus, & de jure feudali de legitima nihil dispositum reperiatur, cum tamen omnia illa, que expedit nou sunt determinata per leges feudales, relinquuntur dispositioni juris communis cap.1. de feudi cognit. idcirco etiam in feudis dignitatum, aut ubi vivitur jure francorum legitimam deberi primogenito, latissimē auctoritate Isern. fundavit Camer. in rep.5. præserea ducatus, cor.99. col.2. vers. primam si regnum, & cor.102. col.4. vers. circa tercium caput, ubi tandem care. 104. col.2. ad princip. Istr. F. colligit conclusionem ut ubicunque lex civilis dat legitimam filio in re burgenstica, eadem modo competet legitima primogenito in feudo, cuius doctrinam latissimē comprobet resolvens objecta Aramon Pistorius tam s. part. a. quæst. 38. ex num. 10. vers. bisectionem non obstatibus, & sequitur Rosenthal. de feudi. rono 1. cap.7. cap.10. n. 7. non quidem ut dicimus, ut totum feudum individuum, in quo vivitur jure francorum, dicitur legitima primogeniti vero, & absolute, de quo latē differit Isern. Afflct. Dec. Paris. & alii congesti per Annam frap. 197. feudum tam, Frecc. de differ. inter feud. regal. & alia different. 39. sed hujusmodi feuda ad instar legitime dicantur individua ratione dignitatis, vel individualitatis annexa, ut, & si hereditaria sint, debentur primogenito ex necessaria restituitione, cum qualitate hereditaria, ut contra Oldrad. Alberic. & alios circa intellectum, cap. licet de voto, resolvit Camer. ex d. cor. 99. col. 2. in fin. & 3. usque ad cor. 101. a. cor. col. 2. in fin. vers. quæstiones, & cor. 102. col. 1. in fin. vers. quæstiones, & ceteris, sive, ut explicat Freccia in differ. iustor feud. ex patto, & hered. c. 10. vers. dico quod feudum, ipsum feudum totum, & integrum est legitima successio ipsius primogeniti, non legitima aliqua naturalis, & proinde licet feendum dicatur legitima primogeniti tenetur tamen primogenitus ad onera, quia capit, ut heres, ut post Frecc. adveruit Reg. de Ponte de potest. Proleg. de offens. Regis super doce, §. 3. num. 19. in fin. rerum si pater donet feudum hereditarium secundo genito cum assensu, quod facere potest Regis a sentiente quo casu de jure civili competenter primo genito querela ex capite inofficiose donationis, fuxta l. 1. & 8. C. de inoffic. donat. vel si aliter exhaustum velorem feudalis patrimonii onere legatorum injunctio taliter, quod de jure civili competenter querela inofficiose testamenti ad cuius similitudinem constat esse induxit, & ad ipsius instar redactam querelam inofficiose donationis, l. fin. C. de inoffic. donat. Bald. in l. in princip. & col. 2. in 3. vocab. C. cod. sit. Costa in cap. 5. pater verb. privare non possit, num. 2. de testament. in 6. vel jus petendi supplementum legitima, quod loco querere subrogatus, l. omnimodo. C. de inoff. testament. in his casibus tamen omnino est reservanda legitima primogenito in feudo, que cum non possit praestari in corpore ex natura feudi individuali, praestabitur in estimatione, ut, promissa longa disputatione, tradit Camer. à cor. 102. col. 4. vers. circa tercium caput usque ad cor. 104. in fin. vers. sed ranc, ubi d. cor. 104. col. 1. vers. non obstat quæcumque, resolvit generaliter, ut sicuti pater in re burgenstica non potest nocere filio per viam inofficiose dispositionis, sic minime nocebit in feudo quaternato instar legitime debito, primogenito, per qua dictum concludere in causa inofficiose donationis etiam cum assensu domini, patrem non posse nocere filio

primogenito in sua legitima in feudo hereditario, saltim respectu estimationis consequenda, ut latissimē, ut receptum infinitis cumulatis tradit Conf. de Ass. omnino videundus conf. 130. ex num. 23. resolvens conf. Dec. & Paris. quod & regulare est, ut ubi legitima, que videbantur contrarium induere in corpore, vel re praestari non potest, saltim in estimatione tradatur, ut ex Bald. & aliis in l. scimus, & replecionem, & illud C. de inoffic. testament. Isern. in pluribus locis tradit Pistor. latius Camer. opin. explicans, & extornans d. quæst. 38. per totum, præfertim n. 14. vers. num. 9. si verum, num. 12. & 30. que legitima in estimatione debita primogenito in feudi juris francorum, non erit dumtaxat tertia pars portionis, unius, sed testia totius valoris feudalis patrimonii, quandoquidem ex dispositione auct. novissima, constat legitimam esse tertiam illius partis, que ab intestato primogenito competet, cui absolutum est ab intestato totum competitum feendum si pater inofficiose non disposuerit, ut optimè fundat idem Camer. d. cor. 104. col. 2. vers. sed ranc. incidens, in quo illud in presenti casu advertendum duxi, ut in computatione hujus tertiae partis valoris totius feudi, que erit legitima debita Excellentissime Domine Isabellæ primogenitus, fit habenda ratio valoris utriusque patrimonii; castrensis, scilicet & paganici, sive mavis feudalis, & burgenstici, quia tametsi alias videantur quasi duorum hominum hereditates, ad test. in Leon, qui certarum, s. i. ff. de milite. testament. Bald. in auct. ceſſante, num. 4. C. de legib. heredi, cum aliis per Leon. conf. 80. n. 14. attamen quoad computacionem, legitimam, cum vere, & in effectu à principio dicatur habuisse unicum patrimonium, quamvis diversa bona, l. i. p. 1. & c. 2. in fin. & c. 3. in fin. ranc, tam iplius feudi, sive ejus estimationis, quām reliqui patrimonii allodialis ratio haberi debet, super quibus si primogenitus legitimam sibi non solum ex bonis liberis, sed etiam ex ipso feudo debitem consequeretur, tunc omnis ceſſaret querela inofficioſi testamenti, si ex bonis burgensticis supereret tantundem, quod equivaleret legitimam debitem, teriam super feudis, ita in individuo Pistorius d. q. 28. num. 4. 1. vers. erit tamen, Rosenthal. pulchris verbis id explicans etiam ex Camer. Lapo & aliis d. cap. 7. conf. 13. num. 8. vers. ex quibus, & hoc consecutarium est.

Unde secundū, circa modum estimationis legitimæ sequitur parum prodesse investigare utrum legatum ducatorum 200. mille ad erectionem, sive augmentum montis, in beneficium masculorum descendientium, & his deficientibus pro aliis conjunctis de familia Gesuata sit impositum universo patrimonio etiam paganico, vel potius injunctum sit dumtaxat super feudo, in quo si inspiciamus verba principalis dispositionis factæ in 10. capitulo nemo insciare poterit, onus predictum fuisse injunctum heredi, & sic non minus respicere patrimonium allodiali, quām feudale, cum verba sint aperte directa ad heredem, ibi, & de più voglio che desso mio herede paghi altri d' noate 200. milia, &c. quo casu cum heres 29. gravatur, qui in utroque patrimonio succedit, vel etiam plures succedant heredes certam est contributionem, sic faciendam pro rata valoris bonorum, ut, pro rata emolumenti onus leviant, non habita distinctione onerum, unde processerunt, ad latē tradita per 12. meam Capyc. decif. 198. Frecc. in 13. different. in se feud. ex pat. & hered. quod pro lege servari hodi: testatus Reg. de Ponte in tract. de potest. stat.

*Stat. Pro reg. tit. de offens. Regiis, super dote, §. 3. num. 8.* nec debet censeri mutata principalis hæc dispositio claris verbis expressa ex verbis subsequentibus in 18. cap. dum in vocatione, quam subjicit conjunctorum de familia in defectu masculorum descendantium addit ea verba, & anco tutto quello de più che potesse apportare lo stato feudale delli predetti ducati 200. milia lasciati per compra d'istrate à beneficio 30 di detto monte, tum quia verba ista incidenter dicta ad alium finem non alterant principalem dispositio- nem præcedentem clarissimè expressam, tum etiam, 31 quia ne testator sit sibi contrarius in eadem scri- ptura, nec censeatur se incontinenti revocare, pos- sunt hæc verba declarari, ut voluerit prædictis con- junctis de familia legare, quod supereffet ex introi- tibus feudalibus, ultrà ducatos 200. mil. scilicet ra- tam ipsorum, pro qua feuda in contributum venire debebant intelligendo verba testatoris secundum ju- ris dispositionem, ad tradita in *I. heredes mei, §. cum ita ad Trebell.* sed ut jam diximus supervacanca om- nind est hæc disceptatio, cum et si hoc onus effet in- junctum durrat super feudo, adhuc tamen pro conseqvenda legitima debita primogenito super feudo universi patrimonii erit ratio habenda etiam allodialis, ut supra ex *Pistor.* & *Rosenthal.* fuhdavi- mus.

Tertium, quod ex his oriri potest dubium, circa tempus, infra quod Domina Principissa poterit se læsam conqueri, & petere, ut legitima illesa sibi re- servetur etiam in feudis sine aliquo onere, in quo si concederemus hoc casu competere querelam inof- 32 ficiosi testamenti, luce clarius effet, vitam hujus remedii non protrahi, ultrà quinquennii spatum, *L. si 33 quis filium in fin. C. de inoffic. testam.* sed daretur restitutio huic Dominæ jam adhuc infanti, adversus non intentatam intra quinquennium querelam, qui- nimo minorcs ipso jure tuti sunt, maiores vero resti- tutionis beneficio potiuntur adverius lapsum tem- poris, *I. 1. C. in quibus caus. restit. non est neces.* qui- nimo minores si finant labi tempus sola taciturnitate, erint absque ope restitutiois ipso jure tuti, sint autem renuncietur querelæ, quod contingit. etiam cum dissimulatione non tacita, sed actuali, que ex actibus inducentibus testamenti approbationem re- sultat, tunc restituentur in integrum adversus re- nunciationem querelæ, & testamenti approbationem *Alberic.* & alii in *I. 1. C. de restit. in integr.* optimè *Sfortia Oddus in suo aureo tract. restit. part. 2. qu. 85. artic. 5.* & *quest. 89. artic. 4.* sed quoniam hodie per secundam juris prudentiam confirmatam per tertiam, non abrogatam per quartam ubi filius ho- noratur quoquo relieti titulo, nunquam, ei con- 34 ceditur querela, sed solum petitio supplementi le- gitimæ; *I. omnimodo,* & *I. quoniam novella, C. de inoffic. testam.* *Angel.* optimè in *d. I. Papin.* §. si con- ditioni, post num. 7. ff. de inoffic. testam. cum in fin. congestis per *Gratian.* d. cap. 147. num. 64. cum in præsenti casu primogenituræ, nedum relieti, sed in- stitutionis titulo fuerit honorata, ipsi non aliud remedium, quam supplementi ad integrum usque legitimam competere poterit, quod, et si loco querelæ subrogari videatur, attamen communis calculo improbata opin. *Burt.* in *d. I. si quis filius,* per *Bald. Sa- 35 lyc. Castr.* & alios, actio ad petendum supplementum legitimæ non minori temporis spatio præscribitur, quam triginta annorum curriculo, ut ex recentiori, latè *Balbus* in 4. part. 4. part. *principalis de præscrip-* g. 23. cum enim actio dirigitur ad supplementum, eo

36 ipso significatur, querelam non competere; unde non est mirum, quod non assumat tempus, quod erat quærelæ concessum, cum ad diversa competant, ut de magis comm. *Bald. Saly. Castr. Alexand. Jaf. Gratian. Tiraquell. Dec. Menob.* & alios latè tradit, *Gratian.* cap. 247. num. 71. qui amplius probat: quod 37 huic juri pertendi supplementum legitimæ non censeatur renunciatum per aditionem hæreditatis vigore testamenti factam, nec per acceptationem, & retentionem bonorum hæreditariorum, cum censemantur facta, salvo jure pertendi supplementum, in quo filius non dicitur venire contra factum defun- eti ut latè *Gratian.* d. cap. x. 41. 45. 51. & melius in fi. n. 73.

Quartum, & ultimum dubium, quod circa hoc tertium caput principale versatur, cuius sit onus probare bona alia non adesse, vel pretium bonorum non sufficere ad exoluenda legata, salva legitima hæ- redis scilicet an legatariorum, qui sunt, vel erunt actores, & an ex descriptione introituum, & corpo- rum feudalium, facta in Regia Camera, ob mortem retro Principum offerendo relevium pro obtinenda revocatione investituræ, probari possit sufficientes valor feudalis patrimonii, in quo dixi ex tempore, & nunc consulto confirmo *Gloss.* in *I. cum de lege 17. 38 ff. de probation.* decidere, sufficere hæredis assertio- nem, tantum esse in bonis, si etenim legatarii con- tra asseverent, tantum remanet penes hæredem; quod sufficit ipsi debent probare, ex dec. *Gloss.* in *I. fin. §. licentia, C. de jure delib.* cuius *Gloss.* opin. sic commu- niter a DD. probari testantur latè, *Becius conf. 100. n. 22. Gabriel conf. 138. num. 6. in secundo,* & eis do- strinam verissimam, & temerarium ab ea recedere, dixerunt *Jaf. Cart. sen.* & infiniti alii congesti à *Ma- scard. de probas. conclus. 852. incip. bares eo ipso,* & *conclus. 49. incip. inventarium confessum,* & iterum *concl. 205. incip. bona non sufficere,* ubi n. 14. ampliat etiam si agatur de magno p. & judicio, quam opin. esse magis comm. in practica omnino servandam te- stantur in fin. *DD. congesti à Fulvio Paciano in co- dem tract. de probat. I. 1. cap. 46. ex num. 24. cum seqz.* ubi licet num. 26. in fin. vers. verum prædic. pleroq. *DD.* in contrarium citet, neminem tamen ex eis re- fert, qui ausus fuerit dicere opin. contra *Gloss.* esse comm.

39 Quod si (ut in præsenti casu) non sit quæstio de quantitate patrimonii, & sic an plura bona reman- sent in patrimonio, quam hæres afferat, sed de valo- re rerum, quia sit controversia solum de bonorum estimatione, tunc sine dubio hæredi dicenti tantum valere, & non plus creditur eo ipso, quod contra- rium non probatur, & hoc casu facilius locum obtinebit opinio *Gloss.* in *d. I. cum de I. ut post Butrig. Al- ber. Florian. Imol. Rom. Alex. Corn.* & alios probat *Loffred. conf. 32. n. 11. vers. quinimo, Gloss. ista,* & latè *Pacian.* d. loco num. 33. & 34. & sine ulla penitus controversia locum obtinebit decisio dictæ *Glossæ*, ubi, vel hæres negans alia bona non adesse, vel præmium non sufficere, sit reus, vel etiam si sit actor conficerit solemne inventarium, quo casu omnino credendum est hæredi afferenti non esse plus in bonis nisi contrarium proberur, ut de commun. & recepta sententia latiss. testatur idem *Pacian.* d. c. 46. num. 39. 40. præsertim in fin. vers. ego tamen, *Natu- ta conf. 109. num. 11. Cbacher. decis. 68.* post nu- mer. 11. *Muschard. d. conclus. 940. num. 4.* & omnium optimè *Castr. conf. 177. lib. 1.* quam latè sequitur, *Simon. de Præsis de interpret. ultim. volum. lib. 5.* dubit.

**dubit. 4. num. 279.** ubi in specie probatur, quod hæreditibus filiis conventis à legatariis, & dicentibus bona hæreditaria etiam pluris, per testatorem testimonia non sufficere pro eorum legitima, onus probandi incumbit legatariis, quod bona extant tanta, & pro legitima sufficientia, quinimodo plus voluerunt DD. ut nedum in hærede, qui ratione injuncte, & servata solemnitatis inventarii habet juris presumptionem pro se, dum dicit bona, vel 41 eorum pretium non sufficere, sed etiam uxore, quæ si probet maritum ære alieno gravatum, habeat fundatam intentionem si dicat bona non sufficere, iuxta opin. Bart. in leg. si constante, num. 7. ff. solum. matrem. à qua in judicando non esse recendum dicit Jacob. in l. fin. §. licentia, in 6. C. de jure delib. quod latius probat Barbos. in l. maritum 13. ex num. 24. ad 27. ff. solat. matrem. quod sine ullo dubitatione procedere, cum pro muliere ne- 42 gante urgeat aliquid aliud adminiculum ipsius negationi favens, ut traducat Aret. Jas. Alcias. & ab aliis, quos congerit idem Pacian. dict. c. 46. num. 16. vers. sunt, qui dicunt, & num. 47. vel etiam aliqua probabilis verisimilitudo, ut optimè resolvit opiniones diversas concilians Barbos. in d. l. maritum, num. 25. vers. ego autem opiniones ita concordarem, vel etiam suspicio, ut probat Alcias. de præf. reg. 3. cap. 20. num. 3. unde, cum hic non levè concurrat adminiculum, ex probatione resultanti ex listis releviorum presentatis in Camera, & diligentiis, & informationibus circa quantitatem & qualitatem corporum, & reddituum exactissimè factis per fiscum pro ejus indemnitate, de quibus alias in similibus maxima est ratio habita per S. C. omnino D. Isabella habebit intentionem fundatam super negativa, bona, sive eorum pretium non sufficere ad exsolvendum tam ingens onus impositum.

In quartò principali dubio, an stante dispositio- ne Excellentissimi Domini Principis, qui in capitulo ordinavit. Cbe non si debbano mouere in modo alcuno dalli servitii della sua casu, & dalli carichi, & pei che bora si contengono insiso à nove persone nominate in dicto capitulo à quali ordina se li dia la solita provisione, & vito atque l'ban- no servizio fedelmente, dubitari nunc contingit; utrum illæ personæ ex nominatis, quarum opera, & servitio non egent hæredes pupillæ, & proinde Excellentissima Domina mater, & balia tum hac, tum alibi justis de causis renuit eorum opera uti, nec ad continuandum servitium admitti cen- fuit, possint hoc non obstante salaryum, occasione servitii relictum, petere, cum per ipsos non stet adimplere servitium, argumentum l. jure civili, ff. de condit. & demonstr. cum concord. in puncto per Coler. de aliment. lib. 2. c. 12. n. 82. fol. 8. 18. quod ut re- solvam negativè nullum deberi eis salaryum, subscriptas subjicio conclusiones.

Prima, legati causa cessante legatum cessare, l. cum 43 pater, §. dulcis. ff. de leg. 2. Bart. in leg. demonstratio falsa, §. fin. propè finem, ff. de condit. & demonstr. & idem cum legatum relinquitur propter onus, ces- sat, onere cessante, l. alumna, §. sejca, ff. de adim. legat. l. qui tutelum in princip. ff. de testam. tutel. plura Tiraquell. in l. part. de cessant. causa, num. 101. vers. legati causa, Surd. plenè de aliment. tit. 8. pri- 44 v. leg. 23. in princip. & legatum relictum ob cau- sam determinatur secundum causam sibi annexam, l. si ipso quæ ibi ita summat Bart. ff. de ann. le- gau, idem Bart. in sua distincto in leg. libertis 4.

num. 5. ff. de alim. & cibar. legat. ubi in causa de fu- turo, dicit legatum limitari, & restringi, citans plura jura, praetertim in casu præsenti, ubi ex ver- bis legati principaliter apparet, testatorem respe- xisse ad servitium præstandum ejus hæreditibus, in quo, dispositio legati omnino est fundata, & cum sit de futuro, conditionem sapit, ita ut ea cessante cesseret legatum. Oldrad. Bart. Anebar. Paris. Ruin. Ti- raq. & aliis, quos congerit, hoc bene probans Simon de Pratis de interpr. lib. 4. dub. 3. cap. 7. n. 7. fol. 475. à terg. quibus addo Roman. conf. 438. post n. 4. vers. & bajar est ratio.

45 Secunda conclusio, licet regulariter legatum cene- featur factum favore legatarii, Bart. & alii in leg. 1. C. de leg. Socin. Sen. conf. 69. num. 6. lib. 1. Dec. conf. 485. num. 3. & conf. 601. in fin. latè Menoch. conf. 146. num. 9. lib. 2. & de præsumpt. lib. 4. cap.

46 123. in princ. attamen secus est, cum testator legan- do mandat, aliquos penes suos hæredes commorari, vel illis servitium, aut obsequium impendere, tunc enim in dubio semper præsumitur, non favore hæreditis, vel alterius, cui legat, cum quo lega- tarius commorari habet, legatum relictum, Bart. in leg. illis liberis 83. ff. de condit. & demonstr. Au- ebar. conf. 237. num. 2. vers. & in dubio semper. Dec. conf. 601. num. 1. hinc fit, quod legatum factum tutori designato in testamento semper videtur re- 47 ligatum in premium administrationis tutela, & sic favore filiorum principalites, l. nesciuus 35. in fin. janeta leg. seq. ff. de excus. tutor. ubi omnino filio- rum favore, ob tutelam administrationem tutori legatum præsumitur, nisi evidenter pater expres- serit, velle se dare, etiam si tutelam non administra- verit, & sic non oportet aliter constare de mente testatoris, qua lex præsumit relictum pro labore administrationis, cuius præsumptioni omnino stari 48 debet, nisi evidenter aliud constet, & idem tutor non administrans amittit legatum l. legatum, §. amittere, ff. de his quibus ut indignis, quod juribus, & autho- ritatibus probat latiss. Baeza de decima tutor. præ- standa, cap. 5. ex num. 21. cum seq. ubi num. 27. ex Angel. & Alexand. idem probat, ut equeitoribus videatur relictum ratione laboris, non autem in eorum favorem.

Tertia est conclusio id potissimum, & indubie pro- 49 cedere, quando qualitas personæ, cum qua com- morari, vel cui in servire iussus est legatarius ejusmo- di est, ut testator cogitare potuerit opus esse filio industria, & servitio legatarii, ut puta si filius institutus esset infans pupillus, vel aliter agens aliorum opera, tunc enim omnes DD. fatentur censerit lega- tum favore hæreditis non legatarii, l. sed si hoc in fin. ibi, quid magis cura liberorum, quam viduitatis injungeretur, ff. de condit. & demonstr. Imol. in l. si ita relictum, §. pegasis, ff. de legat. 2. Dec. conf. 485. num. 7. conf. 5. 26. in casu occurrenti, num. 5. 601. num. 1. & 2. & conf. 621. num. 4. cum aliis per Surd. dict. tit. 8. privil. 23. n. 8. & hoc concedit Menoch. dict. lib. 4. cap. 123. num. 3. & 15. quamvis in dict. conf. 146. num. 3. 19. & 25. aliter declarare vi- sus sit, ex particularibus tamen facti circumstantiis, quæ concurrebant in casu illius consilii in favo- rem uxoris satis à testatore dilecta, luper quibus se fundat, ut patet n. 10. 12. & seq. & advertit in specie Simon de Pratis de interpr. lib. 4. dubit. 8. num. 63. in fin. qui ex n. 59. cum seq. plurimum prædicta confir- mat, quod fecit etiam lib. 1. interpr. 2. dab. 2. solut. 6. num. 84.

50 Quarta conclusio, legatum censetur factum in favorem illius, in cuius favorem principaliter aliquid disponitur, & in quem major cadit dilectio, ut post Bald. in l. i. vers. anum scias, C. de legat. arg. h. si quis nec causam. & Lrogatis, ff. si cert. pet. tradit in puncto Dec. dict. conf. 601. Vix eleganti, num. 4. 51 iunctio, num. 6. & amplius ille dicitur principale contemplatus, cuius respectus in litteris testamenti, sed in ordine scripturar, prius exprimitur, & ob id illius favor debet attendi, & præponderati, velut conditio, sive qualitas prius expressa in testamento, ita Dec. in punto d. conf. 485. num. 8. & conf. 601. num. 5. vers. & cum respectus, unde cum in praesenti casu principaliter in hoc legato sit contemplatum servitium domus, & haeredum illudque prius expressum omnino illud velut principale debet attendi, & præponderari Simos. de Præcis lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. syllo. 6. n. 8. & 14.

Quinta conclusio, tantum abest, verba addita in fine dicti capituli, atroso ex banno servito fidelimento, non importare, ut ex his verbis censeatur testatorem voluisse respicere favorem legatariorum principaliter, nec incidenter, ut ex præd. verbis, si atia non concurrent, probaretur, legatum fuisse factum favore haeredum non legatariorum, idcirco enim voluit, ut filii uterentur eorum opera, quia ipsos noverat fidèles, & sic favore filiorum, Dec. dict. conf. 485. post n. 9. quem refert, & sequitur Menoch. dict. conf. 146. post num. 4. vers. quarid ag. cedit, & dict. cap. 123. num. 18. Socin. jan. optimè conf. 52. g. num. 11. vers. secundū hæc conclus. lib. 3. ubi ex eo dicit probare legatum favore haeredum, quia dixerat legare ob fidem, & probitatem legatarii, quam expertus fuerat, quod repetit in fine dicti consil. unde cum tota vis consticerit in ostendendo, quod legatum, de quo agitus factum fuerit in favorem haeredum, non legatariorum, sicut principaliter; diligenter prescrutando verba testamenti, & mentem defuncti, ut existimavit in punto Dec. dict. conf. 485. post num. 5. vers. tota ergo vis, Sard. dict. privil. 23. num. 5. vers. dubium autem, ex præd. sequitur. Sexta indubitata conclusio, quod legatum factum sub causa de futuro, quam conditionem sapere dixi supra ex Simon de Præcis dict. lib. 4. dubit. 3. o. 7. num. 7 & sic sub conditione casuali vel mista, quæ pendet ex facto implere debentis, & alterius, vel in casu, si conditio impediatur per casum, puta per mortem, vel aliam non injustam causam, deficit legatum Gloss. in l. in testamento, la secunda, ubi Gloss. magna, in fin. Bart. Socin. & alii. ff. de condit. & demonst. Dec. d. conf. 485. num. 4. conf. 55 526. nam. 3. Socin. jun. d. conf. 58. num. 10. lib. 3. ubi, quando legatarius impeditur facto tertii, non directo ordinato ad impediendum obsequitum, vel servitium injunctum legatario, sive conditionis implementum, conditio non habetur pro impleta, & sic legatum non debetur, ita Bart. in dict. l. in testamento, la secunda, col. 2. vers. aut impeditur per servitium Regin. conf. 42. num. 19. & 16. lib. 2. Socin. jan. conf. 110. num. 7. lib. 1. & sic etiam non debetur legatum, quando implementum conditionis, vel oneris injuncti legatario à casu, de quo per Cyn. in leg. 1. col. 4. vers. aut impeditur per casum, C. de insit. & subsit. quod non negavit Menoch. dict. conf. 146. n. 31. in fin. vers. quarus est casus, ubi respondit, in casu suo legatum fuisse factum principaliter, favore legatarii, unde cum vel à casu, quia nata post huma, quam testator sperabat futurum

masculum; vel factus metris non ad hoc principaliter ordinato, sed in utilitatem pupillarum, quibus legatariorum opera non est necessaria, sunt impediti, legata omnino cessant, nec dicatur DD. in d. k. in testamen. la secunda, & in aliis locis citatis per supra allegatos DD. loqui cum conditio desicit per mortem haeredis, vel filii cum quo legatarius commorari, vel eidem inservire jussus est, secus igitur in aliis casibus, ubi non evenit mors, vel simile impedimentum, in quo non adsit tanta ratio.

56 Primò etenim dicimus DD. generaliter loqui, cum implementum deficit facto tertii, vel casu contingenti, in personam ejus, cui est adimplementum faciendum, extinguiri legatum, & de morte loquuntur tantum exempli gratia, ut colligitur, ex Bart. Bal. Cast. Socin. Jan. Regin. Socin. jun. Vusquio, & aliis congestis per Sard. d. sit. & privil. 24. in princip.

Secundo, quod dicunt DD. de morte haeredis, procedere ex idemperitate rationis in omni casu, quo filius, vel haeres, cui opera præstat jussus est legatarius favore iphius fui non indigat opera legatarii, probat in punto Decius omnino videndus dicta conf. 521. alias consuli, post sum. 57 4. vers. & quod dictum est de morte, ubi probat extinguiri legatum in omni casu, in quo appareat cessare causam legati, num. 6. vers. unde non indiger, & in vers. & sic videtur cessare, dicit in terminis idem esse, ubi constet, haeredem, cuius contemplatione est factum legatum, non indigere opera, vel servitio legatarii, qui propriè est casus nostri, & loquitur etiam in matre legataria, & sic in casu fortiori, quod confirmatur, ex responso Scevola in leg. Mevia 13. ff. de ann. legatis, ubi, quemvis legatum esset factum si negotia, non pupilli, ut in casu nostro, sed puberis administrasset, itemque legatum fuisse expresse quadam viveret legatarius ex quibus conjecturis colligitur legatum, non 58 favore haeredis, sed legatarii factum esse, ut notat Menoch. d. conf. 146. n. 3. & 12. Decian. qui respondit pro eadem D. Paula conf. 49. n. 28. vers. item in causa Dec. legatum lib. 1. quo casu legatum non extinguitur, ut inquit Menoc. d. 123. de præsumpt. n. 22. ad ut tamen respondit Scevola, quod si non proper frater aliam vñ, quam justam causam improbande operas causa remotus esset à negotiis; qua administratore vel ex percepturum legatum, & sic & ubi legatum sit principaliter in favorem legatarii, si subest juxta causam, legatum non debetur, & sic d. l. Mevia, quam in contrarium citat Decianus d. conf. 49. n. 28. nedum non obest, sed favet nostra opin.

Nec tandem obstabit si dicatur, quod in casu nostro finit, legata alimenta, ibi la solita provisione, & vivio, quo casu speciale est in legato alimentorum, ut etiam si conditio casu deficiat, legatum non intercedat, ut in legatario sub conditione, vel præcepto 61 habitandi, cum aliquo, tradunt DD. in l. i. C. de leg. cum aliis à Sard. dict. privil. 24. num. 2. & seq. Dicimus enim id procedere in dubio cum non constat cuius favore principaliter sit factum legatum an haeredis; vel legatarii, secus cum constat expresse, vel ex conjecturis, præcepit esse injunctum favore haeredis, quia tunc legatum, etiam alimentorum, deficeret si eveniat mors, vel altera justa causa, qua opera legatarii, uti non expediat, de comm. testatur Sard. d. privil. 23. num. 8. & privil. 24. num. 5. nec differt Menoch. dict. conf. 146. n. 15. & 17. quod latius probant Crassas, & Martin. Color. ubi præmissa distinctione conditions di- vidi

vidi in merè potestativam, casualem, & mistam, uter  
62 que infinitis relatis de comm. omnium sententia,  
63 probat legatum factum sub onere injuncto aben-  
te tractum in futurum, quod conditionem impor-  
tare absolutum est, cuius implementum partim  
pendeat ex potestate honorati, partim vero ex for-  
tunæ casu, scilicet quod heredes indigeant legata-  
riorum opera, nec eis justa causa suppetat recusan-  
di servitium, omnino deficere, & extingui, sive  
hoc, sive illo modo illa deficiat, ille scilicet *Craffus*  
in §. legatum, quæst. 46. in princ. & n. 11. & 12.  
juncto num. 22. vers. aut vero relatum, *Coleras* ve-  
ro de aliment. lib. 2. cap. 12. num. 68. juncto nu. 92.  
94. & 95. & addit *Craffas* num. 17. quod cum con-  
64 ditio non legatario, sed alteri tertio imposita est,  
censeri omnino casualem, & in eventu positam, de  
comm. cum *Cyn.* & *Acosta*, quod etiam hic appli-  
cari potest, cum adhibere servitium dependeat ex  
facto tertii recipere debentis, quod ex eventu pen-  
det.

## SUMMARIUM.

- 3 **P**rocuratorem non revocare promittens cum ju-  
ramento adhuc eum revocat; secundam rece-  
piorem DD. traditionem, & ibi de ratione, &  
num. 3. & 11. idem jus militat in testamento, &  
nraque asserto multifariam ampliatur, & n. seq.  
2 Majoratus etiam in contractu celebratus, & consi-  
tutus prævio Regis beneplacito, adhuc non mu-  
tat suam primordialem naturam, ut possit revo-  
cari.  
5 **H**eres, ex quo est ejusdem potestatis cum defuncto,  
poterat eodem revocationis jure, quo ille, imo  
d' fortiori, & num. 4.  
6 Perjurii effectus quare non transcat ad heredem.  
7 Mandatum extinguitur ob statu mutationem, id-  
que illustratur exemplis.  
8 Si quis mancipiis, si quis impubes, ff. de instit.  
intellectus.  
9 Balius, sive tutor idem est quod Dominus, habetque  
administrationem, cum libera.  
10 Tutori incumbit constituere procuratorem ad litum,  
sed cura distinctione, de qua bic remissive.  
13 Testator quare non possit tutoris vel balii potestatem  
imminuere, sed limitare, legis potestas non debet  
pendere ab alieno arbitrio.  
14 Hominis dispositio, quando non sit servanda in pro-  
pria forma.  
15 Testatoris voluntas non est semper, & perpetuo ob-  
servanda, & remissive, de pluribus causis illam  
excludentibus.  
17 Heres in feudis non tenetur servare factum defun-  
cti illegitimum.  
Hinc notabiliter insertur ad speciem facti habitam  
per Ann. jun.  
18 Alienatione prohibita, censetur omne id, ex quo il-  
la potest subsequi.  
19 Inimicitia, quando dicatur contracta, & num. 16.  
20 Inimicus patris dicitur inimicus filii.  
21 Recusationis causa ex capite inimicitiae protendi-  
tur, usque ad decimam gradum.  
22 Pupilli procurator esse non potest; qui est Tutoris  
inimicus, & ibi de ratione.  
23 Judex, praecipitatis causis potest una ex duabus, bic  
relatis recusari.  
24 Procurator ex levissima causa recusari potest.  
25 Tutor testamentarius, quando ex verisimili ejusdem  
testatoris voluntate, sit repellendus.

26 *Creditor, aut debitor non possunt, esse causores pu-*  
*pilli, & ibi de ratione.*

## ARGUMENTUM.

Plura de actibus de sui natura revocabilibus. Item de  
testatoris potestate; nec non de mandato, quod  
ob status mutationem, & aliis de causis extingui-  
tur, succinctè explicatur.

Pro D. Balii Principissæ Venusii,  
contra Archangelum Ro-  
manum.

CONTROVERSIA LX.

**P**otuisse, & posse Dominas Balias Principissæ  
Venusii, legitimo jure revocare mandatum pro-  
curationis ad lites, in personam Archangeli  
Romani, aliumque procuratorem constitue-  
re, non obstante asserta dispositione facta in testa-  
mento, Principis D. Caroli, in ipsius Archangeli  
beneficium.

Primo probabitur, id sine ulla causa ex arbitrio  
ipsis à jure concesso, fieri licuisse.

Secundo intercessisse quoque justissimas causas,  
ex quibus permisit quoque fuisse hujusmodi revo-  
catio, etiam si fuisse aliquin prohibita, prout  
non est. Quoad primum, vera est, & comm. tra-  
ditio, promittentem, cum juramento non revo-  
care procuratorem à se constitutum, posse nihilom-  
inus, eum revocare, in hunc sensum, ut revo-  
catio teneat, licet revocans sit perjurus, ea ratio-  
ne, quod quoties quis promisit, cum juramento  
non facere, id quod aliis ex natura rei de jure lice-  
bat, prout est revocare procuratorem constitutum,  
quod dependet solum à voluntate constituentis,  
potest, non obstante juramento, cum revocare,  
licet incidat in perjurium, si sine justa causa id fa-  
ciat *Gloss.* ubi add. *Jo. Andr.* & cæteri omnes in cap.  
fin. verb. *revocatus de procurat.* in 6. *Angel.* mira-  
biliter probans infinitis, & pulchris rationibus hoc  
pactum, vel præceptum, esse contra naturam con-  
stitutionis procuratoris, & contra jura civilia, &  
naturalia, & proinde, neque penam promissam  
deberi in cons. 225. cum infinitis congestis per *Ga-  
briel.* in *commun.* conclus. tit. de jurejur. conclus. 1.  
num. 9. ubi sum. 8. firmat non minus revocari pos-  
se procuratorem, quam testamentum, non obstan-  
te pacto de non revocando, & num. 10. ampliat,  
ut nec consuetudine introduci possit, ut quis non  
valeat revocare testamentum, aut procuratorem,  
& latiss. *Boer.* decif. 207. qui ampliat etiam, in cau-  
sis spiritualibus, ubi juramentum strictius ligat,  
addens, quod nec revocans incurrit perjurium, si  
ex aliqua justa causa id faciat, & communem ve-  
ram, & indubitatam esse hanc conclus. prædicat  
*Gassier.* de juram. confirm. par. 1. cap. 1. num. 80. 81.  
83. non enim bonis moribus, nec honestati, aut  
juri convenit, ut quis alterius negotiis se ingerat  
Domino negotiorum invito, *I. quæ omnia, vers. nec*  
*ferendus, ff. de præcug. Angel.* in specie, in d. cons. 225.  
hinc dicunt DD. testamentum coram Principe fa-  
ctum, vel ipsius assensu validitatum non adeo minus  
esse revocabile latè *Frec.* lib. 2. q. 10. & majoratum  
constitutum, etiam in contractu, cum Regis assen-  
su, & cum pacto de non revocando cum juramento,  
esse adhuc justa sui naturam revocabilem, firmavit  
latiss. *Mol. de primog.* lib. 4. c. 2. ubi n. 4. & lib. 1.

c.12. *Tiraq. de primog. q.68.* unde si idem D. Carolus, tamen si mediante stipulatione, cum juramento, & poena, promisisset eidem Archangelo, illum non revocare, adhuc contravenire potuisset, ut in specie tradit *Gutierrez d. cap. 1. n.83.* fortius hujusmodi revocatio permittetur ejus hæredibus non obstante simplici præcepto, facto in testamento, sine juramento, & absque poena, & partis presentia, quod enim licet defuncto, licet, & hæredi, qui ejusdem est potestatis, & juris, cuius erat defunctus, ut notat *Bald.* in *cap. 1. §. si quis vero, de pace jur. firm.* & idem revocatio permissa defuncto, permissa quoque censetur hæredi, ut de commun. post *Ifern. Afflct. D. Capyc. Loffred.* & alios firmar *Anna* in *repet. constitut. num. 248.* ubi *num. 250.* probat compete-re hæredi facultatem revocandi, ut hæredi, & ut novo Domino, & in terminis nostris in revocatio-ne procuratoris est *text.* in *leg. post litem 17. §. non solum, ff. de procur.* & facilius competit, jus revocandi, hæredi, sive ejus balio, siquidem constat juramentum esse personale ex parte jurantis, & idem non transit ad hæredes effectus perjurii, *c. veritatis de iure iur. Guttier. de iur. confirm. part. 3. cap. 12. num. 7.*

Præterea secundò, et si mandatum expressè post mortem collatum substineri possit, quoisque revocetur ab hærede, tamen, cum testator decedens reliquit hæredes pupillas, vel infantes, ut in casu nostro, quæ sub tutoris, sive Balii potestatem incidunt, mandatum, quamvis expressè post mortem, duraturum, ipso iure censetur, revocatum, quasi ex persona, mandantis ad hæredem contin-gat mutatio status, sicut enim si natura possibile es-set, quod Dominus, qui constituit procuratorem duraturum post mortem, efficeretur pupillus, mutatione status revocaretur mandatum, quia debent pupilli, per tutores regi, sicut furiosi per curatores, & cum ipsorum autoritate procuratores con-stituere, *i.e.g. neque tutores, C. de procur.* ita cum Dominus moritur, relicto hærede pupillo, iuris interpretatione fingitur, quod maior effectus sit pupillus, & idem mandatum, etiam post mortem duraturum, ex ficta mutatione status, ipso iure rescindit, sicut quoque contigeret, relicto hærede furioso, ut singulariter explicat *Socin.* dicens comm. nec reperire contradictem, in *confil. 112.* alias *172. n. 12. & 13. lib. 1.* ubi dicit optimum verbum in proposito, quod procurator post mortem, dicitur procurator hæredis, & non defuncti, quia verè est hæredis, & fictè dicitur esse procurator defuncti, & resolvit contrarium de *text.* in *l. si quis mancipijs, §. si quis impubes, ff. de inst. d. n. 13.* ut procedat spe-ciali ratione in mandato institutoris, quod respice-re dicitur actus universales, & idem non extinguitur sic de facili propter utilitatem promiscui usus, ut docet *Paul.* per *Socin.* relatū, non sic in manda-to procuratoris, quod dicitur generale, nec ratio illa universalitatis, nec utilitatis versatur in litibus, *Ruin. conf. 115. n. 5. lib. 1. D. de Franch. decis. 466.* & *Socin.* doctrinam in puncto principali extollunt, *Stracca de Mercat. tit. mandati. n. 49. in fin. Anchbar. iun. qq. famil. par. 1. cap. 23. in fin. Anna singul. 330.* & his non relatis, ut comm. sequitur *Gabriel.* de pro-curat. conclus. 2. num. 17. vers. 2. tertio sublimita.

9 Accedit tertio, quod cum balius, sive tutor idem sit, quod Dominus, *l. qui fundam, §. si tutor, ff. pro emp.* & habeat administrationem cum libera *Bart.* & *DD.* in *l. pactum curatoris, C. de paci.* adēd,

ut negotium pupilli dicatur suum, cura, & solli-citudine, *l. si pupilli, §. item queritur, ff. de negor.* 10 gestis plura *Decian. resp. 20. in princ. lib. 5.* & proinde ad tutorem spectet, procuratorem ad lites con-stituere, cum distincte, de qua in *l. neque tutores 11. C. de procur.* idem non potest testator tollere, nec re-stringere, aut coartare potestatem tutoris, quia li-11 cet tutor nominetur à testatore, officium tameo ha-bet à lege, quod maximè procedit in balio ex quadam gratia, & dispositione Regis, de qua in *cap. 12. Regni feudarij, & ob id tutor, & fortius ba-lius non tenetur sequi consilium illius, qui non est particeps officii, quia scilicet non est contutor, etiam alioquin posset esse particeps offici: receditur enim in hoc à voluntate testatoris, ne potestas legis pen-deat ex alieno arbitrio, *l. quidam decedens, §. Popis.* 13 cum *Gloss. in verb. integrum, & verb. voluntatem, & l. Titium, & Mevium 48.* ubi etiam *Gloss. & Bart. num. 1. & 3. usque ad finem, ff. de admin. tut.* latius idem *Bart.* in *leg. 1. §. si plures, post num. 2. & n. 7.* ubi optimè *Castr. num. 6. ff. de exerc. action.* *Bald.* in *autb. ingressi, col. 1. vers. quid si testator, C. de sacrosanct. Eccles.* ubi dicit, quod in officiis, 14 quæ non sumunt formam ab homine, sed à lege, non est servanda dispositio hominis, in propria forma, & in specie in balio, ne deficit decisio pun-ctualis videndum est omnino *D. Reg. de Postre dec. 20. num. 19.* dicens ita iudicatum pro *Ducissa Arche-runtiæ*, nec est novum ut persepe à voluntate te-statoris recedat prætor, *l. 1. in princ. & leg. 2. in fin. Gloss. verb. ultra vires, citat concord. ff. ubi papill. adsc. deb. Afflct. decis. 183. num. 5. ubi Ur-fill. num. 3. D. de Franch. decis. 350.* in initio, id-15 que nedum ex causis à iure expressis, sed ex aliis similibus, latè *Guttier. de tutcl. part. 2. cap. 8. n. 4. & part. 1. cap. 8. num. 95. & 96.* idque maximè ad-mittendum est in casu nostro, ubi huiusmodi di-spositio, & restrictio circa feuda, & caras feuda-les potissimum versatur, in quibus constat, hæ-16 redem, in feudiis non teneri servari factum defuncti illegitimum, scilicet, sine assensu, ex congestis per *Ann.* in *repet. constitut. num. 47. & 248. Frecc. de subfeud. lib. 3. form. 3. num. 11. Decian. latiss. respon. 117. num. 37. & seq. lib. 3. ex quibus, & aliis consulvit *Anna filius consil. 29. num. 6. vers. neque, num. 13. & 15.* non valere dispositionem defuncti mandantis, quod filius nihil agat sine consilio trium, vel duorum ex tribus quos eidem curatores constituit, ultra tempus, quo baliatus expi-17 rat in feudiis, & si, etiam in allodialibus, inter alias rationes, ex quibus à iure prohibetur fieri procurator irrevocabilis, est illa, ne Dominus, ex mala gestione procuratoris ad summam inopiam ducatur, ut dicit *Angel.* in *d. conf. 225. vers. si 18 autem procurator, eò fortius in feudalibus, ubi dum prohibetur alienatio, censetur quoque prohibi-tum omne id, ex quo alienatio sequi potest, ut de facili contingere potest, ex facto procuratoris rem male gerentis, *l. oratio, ff. de sponsal.* & notat *Anna* in *repet. constitut. num. 213. & 181.* & si prædicta non militarent, prout ex prædictis omnino causa Victoria sperari debet, attamen ex abundanti addimus, supervenisse quoque iustissimas causas removendi ipsum procuratorem.***

Primò enim est effectus inimicus *D. Donnæ Poli-senæ matris, & D. Ducissæ amitæ, baliarum ob multa, quæ facto machinatus est, & verbis reme-rari, de more est obloquutus, contra istas generoflas do-*

dominas, ut est notissimum, ex quibus, cum voce, & opere se inimicum ostenderit, & inimicitiae sint contractae ex odii declaratione, juxta notat. per Abb. in cap. cum sporesse, num. 24. & in cap. inquisit. §. 3. num. 9. de accus. sequitur, ut hic pro curato, effectus jam inimicus matris, prout erat quoque capitalis inimicus b. m. D. Emmanuelis ejus patris, ut est notorium, sit quoque inimicus filiarum, ut est casus, in l. tutor, §. si tutor, ff. de suspect. sator. Alexand. conf. 99. num. 4. lib. 1. Ausfr. de recus. caus. 50. 21 num. 49. extenditur enim causa recusationis ex capite inimicitarum, etiam usque ad decimum gradum, juxta not. per Abb. & Dec. in cap. postremo, de appell. per DD. in l. quis jurisdictioni, ff. de jurisdictione. caus. iud. plura D. de Ponte decis. 30. nec potest esse 22 procurator pupilli, qui inimicus est tutoris, cum procurator pupilli dicatur esse procurator ipsius tutoris. Castr. conf. 16. lib. 1.

Secundò, est vassallus Dominorum de Gesualdo, cum quibus pupilla litigant, de majori parte patri. 23 monii, & status, unde, si judex subditus adversarii potest justè recusari, vel etiam si sit solum suffraganeus juribus citatis per Ausfr. de recus. num. 13. 14. & 22. vel etiam si adversarius, sit vassallus judicis, ut per eum num. 20. quanto fortius procurator, qui ex leviori, quinimodo levissima causa recusari potest. Dec. in terminis in cap. postremo, de appell. Roland. conf. 32. num. 26. in fin. lib. 3. Marant. in 3. pars. verific. quandoque appellatur, num. 73. Milan. decis. 15. num. 4. lib. 1.

Tertio, fortius est inimicus effectus ipsarum 24 pupillarum, si verum est quod ipse Archangelus expavit in ejus supplicatione, quod in dicta lite cum Dominis de Gesualdo, idem ipse non potest intervenire, quis controvertitur validitas testamenti, ipse enim hoc afferit, & fatetur, quod est advertendum, quod si ita est, cum ipse in hac lite maximum habeat interesse, pro validitate dispositionis in eum factæ, palam est esse effectum inimicorum capitalem pupillarum, ex lice majoris partis ipsorum bonorum, & sic in nihilo posse se intromittere.

Quarto jam sunt plures institutæ lites à balia contra ipsum Archangelum.

Primo enim, tenetur reddere compotum ducatum sexdecim mille per eum exactorum usque ad annum 608.

Secundò, de aliis ducatis vigintimille, & quingenium, ab eo tempore, usque in præsens tempus exactis.

Tertio de aliis ducatoris 50. mil. in circa desperditis culpa, & dolo dicti Archangeli.

Quarto super restitutione ducatorum sexmille in circa perceptis pro ejus salario ad rationem ducatum 500. quolibet anno, cum contra formam pacti, cum Principe inhibiti, aliorum negotiis vacaverit nec dicat, lites praedictas esse affectatas per balias, ut ipsum removeant, siquidem quod principum caput ducatorum sexdecim mille, est lis præposita ex speciali ordine, & expressa voluntate Principis D. Caroli, qui repetitis protestationibus in publicis instrumentis, rogatis per duos menses ante mortem, enixe præcepit, & statuit, ut de his summis, exigeretur integra ratio ab Archangelo, ex quibus scripturis appetit quoque quam suspecta esset apud ipsum fides Archangeli, & scipsum timore jacture suorum causarum, ut animo conceperat, vir timidus, plura contra ejus voluntatem fecisse, & facturum fore pro Archangelo, ut deteriora vitaret, quod

solum sufficere deberet ad removendum hunc hominem.

Quartum vero caput similiter proponitur ex speciali pacto, quo sibi profpixit Princeps, ut dum ingens salaryum annum ducatorum 500. homini huic statuisset, voluit sibi prospicere, ut solum ejus servitio vacaret; quod si aliorum procurations quoquomodo suscepisset, omne salaryum restitueret, & sic, quo pacto lites istæ affectatae dici possint, quæ pro exequatione ordinum, & pectorum, cum Principe inhibitorum, & in tanta justitia fundantur, non video; unde cum sint jam exhibita scriptura, quæ fundant justitiam capitum propositorum contra Archangelum, dubitari non potest, ut, tanquam ex causis de novo supervenientibus, sic procurator iste removendus, non obstante quavis dispositione testatoris tutor. enim ethi testamentarius, & à testatore dilectus, & approbatus ex supervenienti inimicitia, detectione malorum morum, & aliis confirmari non debet, sed alter eligi, l. 3. §. quoniam, ff. de admin. tutor. idque ex verisimili voluntate testatoris, ut latè comprobat D. de Ponte decis. 20. à num. 20. ad 27. sicut enim tutor creditor, aut debitor pupilli removetur, ex eo, 26 quod suspicio sit ne supprimat scripturas spectantes, ad actiones, vel exceptiones pupilli juribus citat. per Decian. conf. 49. in fin. lib. 1. ita etiam in suspecto procuratore, qui lites etiam per collusionem perdere potest, nedium scripturas supprimere, nec gloriatur Archangelus de distinctione facta in testamento, quia quomodo hoc dispositio processerit Deus novit; nec fuit electa solius hominis singularis industria, sed admista ejus persona, cum aliis novem, aut decem infimi ordinis familiaribus, qui cellæ vinariae, & stabulo procurant, & licet adiunt aliqui honestæ conditionis, ut sunt Franciscus Antonius Staihanus, & tres alii à secretis, sicut in his servari non potest dispositio, cum Staihanus non possit esse perpetuus Auditor Status, neque Capitanus Gesualdi, ut erat, jure, & Pragmaticis resistentibus, nec expediat pupillis habere tot homines à secretis, ita quoque nec expedit, neque possunt, nec volunt, hujus hominis opera uti pupilli, in earum litibus, & negotiis.

Cause decisio, adhuc pendet.

### S U M M A R I U M.

- 1 **A** Diectus solutioni dicitur, qui solutioni recipienda, pro creditore destinatur.
- 2 **R** ei debendi dicuntur, qui principaliter, & insolidae obligantur, et si alienam suscipiantur obligacionem.
- 3 **R** ei debendi differunt à fidejessore, qui obligatur accessori.
- 4 **R** ei debendi, sunt correi quoad creditorem, licet quandoque sint inter se fidejessores.
- 5 Intelleximus dasur ad tical. Cod. plus valere quod agitur.
- 6 **E** mptor tenetur ad pretium, quavis probet se uadane nomen habere.
- 7 **E** mptor tenetur ad pretium, licet venditor scias nandum nomen habere.
- 8 **R** ei debendi sunt correi quoad creditorem, et si negotium ad alterum pertinet.
- 9 **R** ei debendi conveniuntur a creditore, nulla præceden-

- cedente excussum illius cui negotium pertinuit, quando insolidum obligantur: & quid si fine clausula insolidum, reperiuntur obligati.
- 10 Creditor eligit qua via agat, si plures modos agendi babet.
- 11 Sententia lata profidejassore indemnitas, non prodest principali debitori.
- 12 Res judicata non dicitur, si pendet appellatio.
- 13 Appellatio suspendit sententiam, & facit causam durare.
- 14 Exceptio rei judicata, non competit inter diversas personas.
- 15 Exceptio rei judicata, non origitur ex eadem causa defensionis, si personae sunt diverse.
- 16 Sententia inter alias lata, alteri non nascit.
- 17 Jus congrui, an detur contra Ecclesiam, vel pro Ecclesia, sive Clerico, de jure communii est dominium.
- 18 Jus congrui, nec activa, nec passiva Ecclesia competit, ex consuetudine Civitatis Neapolis.
- 19 Jus congrui in foro Ecclesiastico Neapolitano, non servatur canonico.
- 20 Empor non agit de evictione, si non deasuncione item venditori.
- 21 Abstulivi absolti, implicant conditionem, que prius debet impliri.
- 22 Empor, cui per retractum res evincitur, non liberatur a solutione pretii, si evincens non est facilis ad conveniendum.
- 23 Empor debet petere cautionem de fiducia prestitum a retribente, si est difficultas ad conveniendum.
- 24 Creditor eligere potest, contra quem corrum agat.
- 25 Protestatio confessus iuris protestans.
- 26 Exceptio cedendarum non obstat, si creditor referavit iure agendi contra corrum.
- 27 Interesse, pretii non soluti, potest excedere fructus rei vendite, dum modo non excedat interesse commune, secundum infimam Regionem.
- 28 Evictionis actio dasur contra proprium Antiborem.
- 29 Empor liberatus a solutione pretii si, per retractum res evictetur.
- 30 Empor non liberatur a solutione pretii, si sponte rem alteri cedit, & non coactus per retractum, & num. 33. & 34.
- 31 Argumentum a cessante ratione, fortissimum.
- 32 Succurritur magis, facienti actum ex necessitate.
- 33 Empor liberatur a solutione pretii, per retractum, in casu permisso.
- 34 Dispositio omnis intelligitur, cum terminis habilibus.
- 35 Empor non liberatur a solutione pretii, per retractum, in casu iustum.
- 36 Jus congrui non servatur inter Ecclesias, sed jus commune.
- 37 Empor non liberatur a solutione pretii, per retractum, in casu iustum, vel per negligenciam admissum.
- 38 Jus congrui non servatur inter Ecclesias, sed jus commune.
- 39 Jus congrui non est inductum de iure ciuitatis, nec canonico, num. 40, ubi datur intellectus, cap. constitutus.
- 42 Empor non appellans a sententia iusta, non agit de evictione.
- 43 Collusio presumitur ex actu, quem communiter alii non fecerint.
- 44 Usus sunt omni iure prohibita.
- 45 Usuram permittuntur, ratione damni emergentis, & lucri cessantis.
- 46 Usuram recompenfantur, ratione interesse, permittuntur in emptore, non solente pretium rei vendite, & iradita.
- 47 Interesse pretii non soluti, potest taxari a principio in certa proportionabilis quantitate, licet quandoque excedat fructus rei vendite.
- 48 Census annuus potest constitui ex pretio non soluto, licet excedat fructus rei vendite.
- 49 Interesse compensativum dicuntur, ubi adest mora irregularis.
- 50 Census annuus, pars interesse, quia capitale pretii non potest, licet quandoque petatur ex pacto in panam non solevis, & n. 51.
- 52 Census annuus excessivus fructum rei, super quo imponitur subtilius, quia est ad libitum redimibilis.
- 53 Bulla Pii V. quod requiratur pecunia numerata in ceteroru censuali, non est usu recepta in Regno.
- 54 Iudex, cuius brachium imploratur; potest denegare equeuationem sententiae iusta.
- 55 Exceptio sententiae iusta correum non iuvat.
- 56 Interesse rei vendite, non potest excedere fructus ejusdem rei, sed inservit pretii non soluti, potest.
- 57 Sententia pro corrum lato, correum non iuvat.
- 58 Juramentum corrai, corrum prodest, & quare.
- 59 Correus, vel fidejussor constituitur contrabendo cum communi creditore.
- 60 Advocatus altera doctrinam, dabit esse fortunatas.

## A R G U M E N T U M.

Adiecti soluzioni, & ceteri debendi, qui dicuntur.  
 Empor rei an venditori ultimam scienti obijcere possit ipsum nudum nomen habere, quia vere pro alio emit, ut hac ratione ad pretii solutionem non urgatur, cuius occasione datur intellectus ad titul. C. plus valere, quod agitur. Si ex duobus reis ad alterum tantum negotium pertinet, an alter etiam dicatur obligatus, & an requiriatur excusus correi, ad quem negotium vere spectabat, & quid adjecta clausula insolidum. Sententia lata pro correto, feliciter de jussore indemnitas utrum profit correto, Jus congredi non habet locum contra Ecclesiam, & in foro Archiepiscopali Neapolitana non omnino servatur. Exceptio cedendarum non obstat, si adest reservatio agendi. Re evicta per retractum, an empot sit liberatus a solutione pretii, & quid si sponte cedit, vel retractus per iustitiam iudicantis, aut negligentiam ementis fuit admissus. Interesse pretii non soluti, an possit excedere fructus rei emporis; maximè si de pretio constituantur annus census, ubi latè de materia t. carabit, ex quibus acerrime confutatur confit. 153. D. Regent. de Ponte lib. 2. in hac eadem causa ex adverso, pro eodem Regente, & sub ipsius nomine impetratum.

## Pro Monitiis contra D. P. de Ponte.

## CONTROVERSIA LXI.

**C**um bonis memoris Doctor Michael Angelus Monitius, vendiderit suam domum magnam, Dominis Joan. Francisco de Ponte, & Horatio filio, pro pretio duc. 9000. in quo ferè, integra substantia venditoris consistebat: coactus venditor, ne dicam precibus, sed Imperio maximo, quo tunc

tunc temporis, & prorsertim in hoc negotio, Regens ipse usus fuit, ut ex suis litteris, fol. 10. appareret, & ad praedicti pretii solutionem, dicti Domini de Ponte, se obligassent in solidum publico instrumento mediante, cum pactis & clausulis executivis ad formam Ritus M.C. in forma strictiori, qua fieri potuit, cumque bonus vendor, passus fuerit per decennium, & ultra ab anno 600. ad 611, differre iudicium, quoad potuit, contra dictos obligatos, ad praedicti solutionem: & nunc, jam instructo processu, pauperes pupillæ filie, & haeredes ipsius, instarent tandem pro consequuntione pretii, & causa expeditione, opponunt emptores aduersus publicum instrumentum.

Primo ipsos habuisse nudum nomen: siquidem verè emerunt domum, non pro scipis, sed pro Monasterio Santissime Trinitatis: unde ipsi tanquam solutioni adjecti, & non principales, ad aliquid tenenti, non debent.

Secundò objiciunt, quod cum aëtrices prætendant interesse pretii dictæ domus, ad rationem conventam scilicet septem pro centenario, pendente solutione, & affrancatione pretii, & jam per Rotam Romanam, inter dictum Monitum venditorem, & Monasterium Sancti Andreae, sit decisum deberi tantum ad rationem fructuum, debere proinde obstat exceptionem rei iudicatae.

Tertiò opponunt isti emptores, ipsos fuisse liberaeos & nexti obligationis pretii; omneque onus fuisse transsum in Monasterium Sancti Andreae, quod vigore retractus, ratione juris congrui, obtinuit præferri in dicta emptione, Monasterio Trinitatis.

Quarto allegant, occasione litis intentate, per Monitum Rome, contra Monasterium Sancti Andreae, & sententie prædictæ late, per Rotam, impediri ipsos Dominos de Ponte agere contra dicta Monasteria, vigore indemnitarum promissarum; ex quadam inhibitione facta per Rotam, Curia Archiepiscopali Neapolitanæ, ne procedat in dictis causis, ex quo prætendunt, obstat, exceptionem cedendarum, quasi, quod facto Monitii, impediuntur agere, veram breviter, & dilucide demonstrabitur, has oppositiones aduersus instrumentum publicum garantigatum, nihil obstat, quod minus prontuariandum sit pro ipso, Bald. Merfil. & Cravett. dicit Lancelotus Gallus conf. 123. num. 4. & 5.

Non obstat igitur primum objectum, quod emptione fnerit fiduciaria, & quod ipsi emptores non proficerent, sed pro Monasterio Santissime Trinitatis, sciente Monitio, domum emi pro Monitibus, & ex hoc dicantur adjecti, & proinde cum, attenta veritate negotiorum ad alios pertineat ipsi ad aliquid tenui non debeant, ex regula C. plures valere, quod igitur.

Hoc est, enim hoc esse apud me novum, & inauditum; eum, qui pro alio obligatur, etiam accessorie, tanquam fidejussorem, nendum principaliter, ut hic, tametsi de negotio militis ad alium pertinet, posse aduersus creditorem, qui illius fidem sequuntur fuit objicere, ipsum non teneri, ex quo suae solutioni adiectus, vel creditorem scivisse negotium ad alium pertinere, non ad ipsum obligatum; ex his evitare promissæ pecuniae solutionem, contra recte, in leg. 4. C. de duob. reis, cum tamen sciatur, adiectum solutioni, juxta veros terminos illum tantum esse, qui solutioni recipiendæ procuratore destinatur, item qui ita, s. qui sibi, i. Julia-

sus, s. qui fundum, ff. de verb. obligation. l. sed si filio, 3. ff. de constit. pecunia, Cornelius consil. 289. lit. E. in fine, lib. 3. Ruyz. & olli, citatis per Ursil. dec. 62. num. 7. nec usquam audiverim, eos qui se obligarunt principaliter, & insolidum suscipiendo in se alienam obligationem, atque nomine nuncupari, nisi eos debendi, l. vir uxori 17. s. final cum l. seq. ff. ad Senat. Conf. Vell. & per hunc tex, expresse Bar. in Leadem 10. num. 6. ff. de duob. reis: l. reos. s. cum in tabulis, ubi DD. ff. codem, Anton. Gomez tom. 2. var. resolution. cap. 12. de duob. reis, num. 1. Mozzius de contract. titul. de stipulation. rab. qui possint stipulari, & quos. num. 6. & seqq. Schrader. de contract. sit. de duob. reis, num. 29. & seqq. & in hoc differunt à fidejussoribus, qui tenentur accessorie, l. 1. 2. & 3. ff. cod. titul. Bar. in d. 1. 2. & l. fin. quast. 6. ff. cod. Sard. planè docif. 308. num. 1. & l. seq. Partador. differentiarum juris, differentia 59. & taliter obligati priacipaliter, semper suauit duo reis quoad creditorem, licet quandoque inter se sint fidejussores Gabriel. cons. 63. num. 5. & 10. lib. 2. Cravett. consil. 77. num. 3. Sard. consil. 150. num. 75. Vinc. de Franc. decif. 55. num. 8. & bis fuisse decisum per Ros. Roma. testatur, Ludovisi decif. 167. num. 7. ubi Beteram. in addit. ex doctrina Bar. in l. reos 11. num. 1. ff. de duob. reis. Nec terminis, tituli Codic. plus valere quod agitur, sunt applicabiles, quia simulatio de persona, ad personam de qua in l. 2. cod. titul. & de causa, ad causam, de qua in l. 3. procedunt inter ementem, & alterum, cuius nomine emitas ut acquiratur illi, nec ne, & ut teneatur emens præcisè cedere, juxta l. si eos ea, & l. si ut proponis, C. de rei vendic. ut docebat, distinguens casus Bald. in l. 1. num. 4. C. eod. quæ alias appellatur emptio fiduciaria, l. 4. s. ab ipso, ff. de manumiss. ac secus quoad creditorem, qui non contraxisset nisi promissor fidem suam astrinxisset, argument. l. procurator. 67. ff. de procuras. junctis traditis à Socin. consil. 154. s. 6. volum. 1. & cui factum debitoris nulla modo nocere potest. Glos. & DD. in l. 1. C. debitorem vendition. pignor. impeditre non posse.

Sed magis in puncto; certum est de jure, quid si quis emit, sed verè empius ad aliud pertinet, non per hoc emptor ipse excusat ab obligatione pretii, licet nudum nomen habeat, quia ipse contraxit, & quo vendor recepit obligationem pretii solidi videmus enim quod habens mandatum contrahendi certum, negotium cum Ticio, si simpliciter contrahat, obligat se licet admundantem, negotium pertinet: Ratio est, quia contractus ligat eos, inter quos perficitur, & forte, cum mundante non fuisset contracturus Ticio, ita Bar. in l. qui alienat 6. s. si qui scribat, nn. 2. ff. de acquir. bicer. clariss. Alciss. de præsumpt. regal. 2. præsumpt. 24. n. 4. & Cal. das de emptione. cap. 7. n. 24. citatis ad hoc text. in leg. Italianas. 9. s. 1. ff. ad Senat. Conf. Macedon. sed melius probat text. quem citat Alciss. ubi supra, in l. post mortem s. 1. ff. quando ex facto rupris, ubi tutor contrahens propria nomine, licet in causam pupillarem, finita tutela tenetur, idque verum est licet admundemus, Monitum, scientiam habuisse quod Dominii de Ponte habebant nudum nomen in emptione sua domus: cum notitia, & scientia hæc fuerit ex ira contractum; & ideo non considerabilis, in contractu enim non est dictum, Dominos de Ponte emere nomine Monasterii. Ratio est evidens, quia qualitas adiecta in contractu, regulat illum, & hec qualitas, nomine, Monasterii adiecta non est: unde sequitur à fortiori, quod licet Dominii de

de Ponte ; fuissent Procuratores Monasteri ad emendum , & hoc sciret Monitus ; tamen si hæc qualitas nomine Monasteri expressa non est in contractu, proprio nomine intelliguntur obligati , quia colligitur ; quod Monitus vendens , contrahere noluit cum illis uti procuratoribus sed proprio nomine tantum , ita probatur in l. final. ff. de insitior. action, ubi Bar. Bald. & Paul. & is l. procurator. 67. ff. de procurat. Menoch. præfampt. 49. à n. 16. ad 21. Cadas d. cap. 7. n. 25.

8. Præterea , & in duobus reis , quamvis negotium ad alterum tantum pertineat , non per hoc alius non est obligatus ; Anton. Gomes. tom. 2. varia. resol. cap. 12. de duob. reis , num. 2. versic. quero tamen , & planè tangit articulum Alexand. Trentacing. rota. 2. var. resolut. titul. de solution. resolut. 34. num. 39. 9. ubi est advertendum , quod licet sit dissensio inter DD. an prius sit facienda excusio contra illum , ad quem verè negotium pertinet ; tamen id fallit quando insolidum obligantur , ut semper sit , ita limitat Trentacingue ubi supra , Anton. Gabriel. com. mun. conclus. titul. de fideiassor. consol. 2. num. 11. Scaccia qui multos refert in tract. de sentent. & re iudic: gloss. 14. quæst. 22. num. 20. 21. & 22. nisi velimus cum Anton. Fabro , subtilissimo , & gravissimo Authore , tenere indistinctè , sine ulla excusione , semper duos reos , ad electionem creditoris posse conveniri , licet negotium ad unum illorum verè pertinuisse , uti fundat , latissimè ad partes discussio articulo lib. 11. coniectur. iur. cap. 1. ex quibus constat , nihil obesse venditori , emptorem quidum nomen habere , si in contractu fidem suam astrinxit , & bona obligavit.

Ad secundum dicimus , adversarios supponere , Monasterium Sancti Andreae esse fideiassorem indemnitas , & Monitum , contra ipsum , uti tam dicto nomine egisse , & hinc inferunt sententiam Romæ latam , pro fideiassore indemnitas , parere exceptionem rei iudicatæ , in beneficium principalis debitoris , scilicet ipsius conventi ; ex teg. text. in l. final. §. final. in fin. ff. de iur. iurando , sed rogo advertatur , Monitum non subsisteret in facto , & in jure convinci partem ex eisdem Doctoribus , quos citat. in facto verum est . Monitum non egisse , contra Monasterium Sancti Andreae , uti fideiassorem indemnitas , sed facta assertione de venditione per eum facta dictis de Ponte , & eorum promissione de solvendo interesse conventum , & etiam sortem , sub certa conditione , & quod Monasterium Sancti Andreae , inscio , & in auditio exponente , possessionem dictarum domorum , assequutus fuerat , & in ea reperiebatur de presenti , sub conditione solveudi pretium expontenti , ad illud condemnari petiit : & sic Monitus direxit gressus , contra Monasterium , tanquam possessorem domorum , ex regula l. si me , & Titius cap. 32. ff. si certum peto ut Rota Genua dec. 171. & exinde , magis obligatum ad pretij solutionem juxta formam sententiae obtentæ per idem Monasterium , dum in ea expressa conditio adjicitur , solutis pretijs ante dictis , per Moniales oblatis , ex quo sequitur , quod quamvis inscio Monitio , Monasterium Trinitates , stante cessione , sibi facta per dictos de Ponte emptores , eisdem promiserit indemnitatem , & deinde sequuta sententia ad instantiam Monasterii Sancti Andreae , quod evicit dominum , idem Monasterium promiserit , ex post facto evictionem Monasterio Trinitatis , dum Monitus

non se direxit , contra Monasterium Sancti Andreæ , tanquam fideiassorem indemnitas , non potest dici sententia lata , pro fideiassore indemnitas , qui habens plures vias , & domos agendi contra eundem , potest eligere illam , quæ magis placet , l. recusare , §. Titius , ubi Imola , ff. ad Trebell. & creditor eligit , quo nomine agat contra corrum , Imola in l. reos , ff. de duob. reis , Natta cons. 52. num. 3. Surd. dec. 309. num. 3. & præfertim , cum de bujusmodi promissione non appareat Dominum Monitum habuisse notitiam ; unde non potest dici sententia lata cum fideiassore indemnitas , cum non sit petitum , quod nec actor , nec Judex in judicio sensisset , l. si ex testamento 20. ff. de exceptione rei iudic. l. si cum testamento 21. ibi & codicilli postea prolati , eodem titul. leg. non est ferendus 12. ff. de transact. 161. dum de eo dumtaxat se cogitasse , quod illarum tabularum , quas tunc noverit scriptura continetur .

Secundò sit verum , sententiam prædictam fuisse latam pro fideiassore indemnitas ; tamen vera , & communis est opinio ipsam non prodesse principalibus debitoribus , ut sunt isti rei debendi de Ponte ; & hæc est differentia , inter juramentum , & sententiam , ut contra opinionem Dyn. in regula ratiabationem , de reg. iur. is 6. simpliciter dicentis victoriuni unius , alteri prodesse , distinxit Riccard. Malumbre , cuius opinionem sepuit Bart. in leg. daobus 28. §. de fideiassore , num. 7. in fin. ff. de iur. jurando , ubi Castren. num. 5. format questionem , & in fine , d. num. subiicit hæc verba , Richard. contra in alia disputatione , quia aliud in iuramento , quod habet vim solutionis , & aliud in sententia , quæ non habet banc vim , & est strictis iuris , & lata pro uno , non prodest alteri , ut C. res inter alios acta , Bart. hic videtur sequi opinionem Dyn ego tenerem opinionem Richardi consulendo , & credo , quod Bart. in dict. l. duobus , inadvertenter fuerit loquutas , & non fuit recordatus de dicta disputatione : hæc Paul. eandem opinionem expresse tenent Imola in leg. ex duobus 16. num. 6. ff. de daob. reis , ubi Aretin. col. ultima , vers. circa quartam questionem , Alexand. in dict. l. duobus , §. quod autem , num. 6. ubi testatur cum opinione Richardi , & Bart. ibi transire Bald. in letter. antiqua , & Fulgas , & Paul. & quamvis dicat Bart. in leg. amissi 53. §. final. ff. de fideiassor. & Angel. in dict. l. ex duobus tenere opinionem Dyni ; tamen subdit Imolam in pruriibus locis tenere opinionem Bart. in dict. l. duobus , §. 1. & plerumque habere maiorem autoritatem iuramentum , quam sententiam , & subdit Alexand. & hanc opinionem sequor , & cum eadem opinione tanquam veriori , & communi , residet Jas. in d. l. duobus , num. 11. subdens quamvis contrarium sequerunt Bart. & Angel. in d. l. amissi 53. §. final. ubi tamen adverso Bart. male notari de contrarietate , nihil num. 161. firmat , sed remittit se ad dicta per ipsum in d. l. duobus , §. à fideiassore , ubi exprelat Riccard. opinionem fuit sequutus , quam serè omnes sequuntur , ut videre est apud Franc. March. dec. 5. 18. pars. 1.

Tertiò dicitur est , quod esset verum , Monasterium Sancti Andreae fuisse conventum , ut fideiassorem indemnitas , & assumptionem de iure , sententiam latam pro fideiassore indemnitas prodesse , & parere exceptionem rei iudicatæ , in beneficium principalis ; id tamen procederet , si esset verè res iudicata , unde cum in facto , constet ex scriptura producta , per partem ab illa sententia Rotæ , fuisse applicata:

pellatum per Monitium, & appellationem pendere.  
 12 hoc casu nullo modo dicitur res judicata, ita quod  
 exceptio rei judicata, ex ea sententia oriri possit, ut  
 notat Rebaff. in terminis ad consit. Francia, tom. 1.  
 tit. de sentent. exequator. in praesc. 8. 9. & 10. cum  
 seq. & tom. 3. tit. de appellat. artic. ultim. gloss.  
 unic. num. 15. cum seq. Res enim judicata, dicitur  
 lis finita, à qua non potest appellari, Gloss. in cap. non  
 solum 7. de appellat. in 6. in verbo innovata, Dec. in l.  
 res judicata 208. ff. de regul. iur. quia alias sententia  
 13 per appellationem suspensa, adhuc causa durare di-  
 citur, ut præclarè dedit Oldrad. conf. 225. Bald. in  
 autb. bodie num. 6. C. de appellat. plura in terminis  
 Gail. lib. 1. obseruat. 70. ss. 4. & notatur in Clemens.  
 si appellationem de appellat. in 6. in cap. 1. §. final. de  
 except. in 6. in c. super eod. 10. & cap. sapç 43. de ap-  
 pellation. cum aliis per lafson. in l. 1. num. 8. vers. pro  
 parte, Canonistarum, & num. 9. 12. & seq. ff. de re judi-  
 cato. cum appellatio extinguit, vel suspendat judica-  
 tum, l. 1. §. ultimo. ff. ad Tarpillian. Bald. optimè in l.  
 tale partum 52. §. qui provocavit à n. 1. ad 10. ff. de  
 post. Barbas. conf. 21. n. 12. & 13. Bovadill. com. 1. lib. 2.  
 cap. 1. n. 219. sequitur ob id perneceſſe, ex nihilo,  
 nullum effectum produci posse.

14. Ultimò diversitas personarum, omnino facit ceſ-  
 fare exceptionem rei judicatae l. cum queritur 12.  
 cum seq. ff. de exceptione rei judicatae, & eiſ casus ſu-  
 gularis, in l. ſi cum uno 14. ff. eodem, ubi ſi cum uno  
 ex heredibus, depositi fuerit actum; & cum ceteris  
 heredibus rectè agetur, nec exceptio rei judicatae  
 eiſ proderit, & redditur ratio: nam eiſ eadem qua-  
 ſtio in omnibus judiciis vertitur, tamen personarum  
 mutatio, cum quibus singularis ſuo nomine agitur,  
 aliam, atque aliam facit rem: ecce ergo in caſu for-  
 tiori, quod ſententia lata pro uno ex heredibus, non  
 prodeſt alteri coheredi in eodem negotio, contrà  
 eundem agentem, & licet gloss. penultima, ibi, dicat,  
 15 id non procedete, ubi una fuit cauſa defenſionis, ut  
 in l. ſi quis separatis 10. §. fin. ff. de appellation. tamen  
 Bart. in d. final. in 2. oppositione, ſi fide, concludit  
 dicta in glossam maledicere ſecundum omnes, qui  
 etiam ſi eſt eadem cauſa defenſionis, ſententia pro  
 uno lata, non prodeſt alteri in cauſa principali, ut in  
 d. l. ſi cum uno, ſecus in cauſa appellationis, ubi agitur  
 de ipſa ſententia, qua eſt individua, cap. fin. de ap-  
 pellation. Hartman. lib. 1. queſt. 47. Scaccia de appellat.  
 queſt. 12. num. 77.

Ad tertium, breviter dicimus, quod licet non ſit  
 ita abſolutum, ut ex adverſo ſupponitur, emptorem,  
 a quo res empta retrahitur jure congrui, vel conſan-  
 guinitatis liberari à ſolutione pretii, praesertim cum  
 ad id ſe obligaverit, mediante instrumento cum pa-  
 elo, & clauſulis exequutivis, & juramento, quod ob-  
 ligat præcise ad factum, quo caſu, non loquitur  
 Tiraquell. nec aliud, tamen in hac cauſa non eſt  
 opus diſpungere hunc articulum.

Primo, quia domus, non fuit abducta vigore re-  
 tractus a conventis de Ponte emptoribus, & prin-  
 cipalibus promiſoribus, cum quibus voluit Mo-  
 nitius contrahere, & eorum fidem ſequi; ſed à Mo-  
 naſterio Trinitatis, cui per dictos emptores fuit ceſ-  
 ſa domus, abſente Monitio, ut ex instrumento patet  
 itaque retractus locum habuit, non in contractu  
 Monitii ſed in contractu ipsorum de Ponte empto-  
 rum, qui aliis vendiderunt, unde cum in dicto judi-  
 cio ſuper retractu, Monitius non fuerit vocatus ſen-  
 16 tentia tanquam inter alios lata, ipſi nocere non  
 potest, l. 1. ff. de except. rei judic. & ſoro ſi nulo Cod.

quibus res judicata non nocet, Auguſt. Barb. axiōnate  
 199. num. 11. maxime, quod ſi fuifſet vocatus, po-  
 tuifſet justiſſimè excludere retractum, quia licet  
 17 de jure communi, magnum ſit dubium utrum in re  
 vēndita per laicū clericū, vel Eccleſia habeat lo-  
 cum retractus Constitution. Regni Sancimus, de quo  
 per Marant. diſputat. 9. Boer. deciſ. 231. Pater Diana  
 part. 3. resolution. moral. trahit. 1. resolutione 43. tamen  
 18 de jure Regni, & noſtro Consuetudinario Civitatis  
 Neapolis, in Eccleſia active, & paſſive ceſſat ius con-  
 grui, ut in conſuetudine ſi Eccleſia de jure congrui,  
 de quo meminit D. de Franceb. deciſ. 385. in princ.  
 19 & in foro Archiepiscopali Neapolitanō, ceſſat  
 omnino ius congrui, ſed ſervatur ius commune,  
 ut patet in ritu illius Curia 22. ubi Alberic. Oliva,  
 & D. Episcopus Campanilis. num. 5. 16. & 20. & ſic  
 deciſum refert D. Episcopus Riccius deciſ. 180.  
 part. 3. faciunt tradita per D. meum Copyc. deciſ. 98.  
 num. 2. ubi addentes: ſicuti ergo, emptor non  
 20 agit de evictione, contra venditorem, cum non  
 denunciavit, cum venditor aliiquid potuifſet oppo-  
 nere, l. emptor. 8. C. de evictio, cum concordant,  
 per Anton. Gomez tom. 2. var. refolat. cap. 2. de em-  
 pionage, & vendit. n. 39. vers. item adde, ſic pariter  
 conventi emptores non poterunt opponere de re-  
 tractu, cum item, adverſus quam, venditor ju-  
 ſtas parere potuifſet defenſiones, non denunciave-  
 rint, argumento eorum, qua notat Affili. & Ursili.  
 deciſ. 49.

Secundò non poſſunt conventi objicere adverſus  
 Monitium ſententiam retractus obtentam per Mo-  
 naſterium Sancti Andreæ; ſiquidem in ea dicitur,  
 iſipsum in poſſeſſionem eſſe immittendum domus  
 Monitii ſalutis per iſipsum oblatis, & depositis pre-  
 tii iſipius domus, ut clare patet ex iſipia ſententia  
 qua verba ablativi abſoluti, important conditio-  
 21 nem, vulgata l. à reſtratore, ff. de condit. & demonſtr.  
 qua conditio prius debet impleri, ut bene probat  
 Chartar. dec. 69. num. 1. 2. 3. & 4. & ſic ſententia non  
 poterat exequi, niſi impleta conditione, quo caſu,  
 nullum prajudicium fuifſet illatum Monitio, qui  
 habuifſet ejus preium; unde cum culpa conve-  
 ntorum, & Monasterii Trinitatis cefſionarii, & cauſam  
 habentis à conventi, Monaſterium Sancti Andreæ,  
 fuerit de facto immissum in poſſeſſionem domus,  
 non ſervata forma ſententie, ut aliis Monitius alle-  
 gavit, non poſſunt conventi ſententia praedicta ſe-  
 juvare.

Tertiò, tunc de jure poſſet procedere, opinio-  
 tenientium, emptorem liberari, à poſſeſſione ſo-  
 lutionis pretii, re evicta jure retractus, cum evi-  
 22 cens eſt facilis ad conveniendum, ſecus ſi eſt diſſi-  
 cilis, ut in clericō exemplificat, gloss. in l. 2. ff. qui ſati-  
 dare cogantur, ita Guid. Popa conf. 16. 1. poſt num. 3.  
 vers. & hoc verum, qui ſubdit ſubveniendum eſſe  
 per conditionem, ſine cauſa, & ſequentibus Tiro-  
 quell. in 1. retract. 6. 1. gloss. 18. num. 47. qui num. 45.  
 23 verſic. quid enim, & num. 46. dicit ſaltim emptorem,  
 in dicto caſu debere exigere idoneam cautionem  
 à retrahente, deſolvendo preium, tempore debito,  
 quod cum hic non fecerint conventi, non poſſunt  
 ex eorum negligentia juvari, in damnum pauperum  
 venditoris.

Non obſtat quartum, quod ex facto Monitii  
 conventi impediuntur agere, quod enim fecit,  
 Monitius, jure permittente fecit, cum in l. reos 23.  
 24 C. de fidei juſſoribus dicatur reos principales, vel man-  
 datores, ſimpliſter acceptos, eligere, vel pro parte  
 con-

convenire, vel non satis faciente contra quem egerat primò, post illum, ad alium reverti, cum nullus de his electione liberetur, licet; potuit igitur unum ex debitoribus, vel possessorem, vel fidejussorem, ut dicit adversarius, rectè convenire ut latè probat *Guid. Pap. decis. 348. num. 1. ex l. non recte 3. & l. jure nostro, C. cod. tit. post Bart. in l. duobus. §. ubi duo, ff. de duob. reis*, ubi quod potest creditor agere contra unum, etiam pendente judicio contra alium, non expectato fine, an primus fuerit solvendo, necne *Capyc. decis. i. 19. n. 7.* & præsertim prævia protestatione facta in primo libello oblato per Monitium, ut essent salva jura contra dictos de Ponte, & cum potestate variandi; quæ protestatio conservavit omne *jus protestantis, juxta notata in l. non solum, §. morte, ff. de novi oper. sunc. potissimum*, cum primus judex Dom. Episcopus Palumbus expreßè in sententia reservaverit jura prædicta, ibi, *salvis tamen, & reservatis juribus contra Dominos de Ponte obligatos*: idemque, & non aliter fuit factum in sententia Romana Lancellotti, qui quamvis in gradu appellationis, sententiam prædictam in pejus reformaverit, in beneficium Sancti Andreæ, ut non teneretur ad interessus conventum ad rationem septem pro centenario, sed pro rata fructuum percipiendorum ex pensionibus: attamen in reliquis omnibus partibus, dicta secunda sententia appellationis confirmavit primam, & sic in specie remanet confirmata prædicta jurium reservatio contra dictos de Ponte, ex quo si volunt opponere exceptionem dictæ rei judicatae, facilior poterit sequi condemnatio, quia obstat contra ipsos reservatio jurium, in eadem sententia, & re judicata facta, *l. evidenter 16. ff. de except. rei judic.*

Unde, cum Monitius legis permisso egerit contra dictum Monasterium, eique fuerint reservata jura in ultraque sententia, non debet sibi obesse, quod sub prætextu causæ appellationis introductæ in Romana Curia ab ipso Monitio, qui coactè provocavit à sententia, minus justè lata contra ipsum in articulo, in quo passim contrarium judicatur, & observatur, ut infrà dicetur, fuerit inhibitum Curia Archiepiscopali, quod non procedat, prout prætentitur, ad instantiam ipsorum de Ponte contra Monasterium Trinitatis, & successivè in altera causa inter ipsa Monasteria.

Quæ inhibitione vel non comprehendit ipsos de Ponte, qui non sunt in judicio in Curia Romana, vel si comprehendit; id velut injustè factum à Judice, alteri tertio nocere non debet, quominus suum jus prosequatur, ut in simili dicit *Gloss. 2. in l. creditor, ff. mandati, appellationem suspendere inter ipsas partes, iecus quoad alium.*

Ed maximè, cum non sit præsentata in processu copia dictæ inhibitionis, & non appareat de causa ipsius, in quo fundata sit, et si specificè loquatur de causa ipsorum de Ponte, sed tantum obscura quædam, & consula fides Actuarii Curiae Archiepiscopalis, fundata in copia copiæ, & si clare loqueretur de hac causa inhibitione, debuissent conventi, quorum culpa domus pervenit ad manus Ecclesiæ ex cessione, Romæ instare pro revocatione ipsius inhibitionis, quod facile impetrassent, stante diversitate personarum, causæ, & modi agendi, ex quibus sicut non observet exceptione rei judicatae, eodem jure non observet pendentia litis, vel saltim potuissent Romæ sua jura proponere, & prosequi, quod non fuit, eis prohibatum in dicta inhibitione, nec prohiberi poterat.

*26 Nec Monitio obstatre potest exceptio cedendarum, cuius termini hic applicari non possunt: tantum enim abest, ut Monitius aliquem ex correis liberaverit, in quo casu agitur de exceptione cedendarum: quod instantissimè prosequutus sit Neapolis, & Romæ magnis impensis non correum, sed Monasterium Sancti Andreæ possessorem, non ad alium finem, nisi ut evitaret, si potuisset, litem agere cum Dominis de Ponte, cum expressa tamen iurium reservatione contra ipsos, & declaravit animum, nolle sibi præjudicare; si non posset agere contra alium insolidum, quo casu, etiamsi correum hoc modo liberasset, non obstatet exceptio cedendarum, Afflict. decision. 184. num. 14. & latè Dom. de Francb. decis. 476. à num. 2. ad 15.*

Ultimò, cum totum fundamentum conventorum sit in sententia Rotæ Romanae, ergo adversatur, illam sententiam fuisse contra acceptam, & consuetudine approbatam opinionem secundum quam doctus vir, & benè versatus, Dom. Episcopus Palumbus prius judicaverat; eius sententia fuit reformata; etenim venditorem, data dilatione ad pretii solutionem, licet pacisci posse usuras pretii non soluti, etiam ab initio contractus ad certam quantitatem, quæ verisimilis sit, & conveniens quantitatib; quæ verè intersit, saltim in vim probationis veri interesse, etiam quod excedat fructus rei venditæ; modo non excedat quantitatem interesse communis, juxta morem regionis; probat post *Buld. Dcc. um, Pui par, Gloss. Parisiens. Medin. & alios, Covarr. variarum, lib. 3. cap. 4. num. 5. versic. septimè, & num. 6. in princ. versic. imd posset; idemque ex Bart. Iason. Socin. Rebuff. & aliis, ex communi sententia L. pus in tract. de usur. commentar. i. ad l. carab. §. 7. nu. 146. & in fortioribus terminis Rodriguez de annuis redditibus, lib. 3. quæst. 5. num. 41. alios recenset Mafscard. concil. 934. num. 30. qui amplius dicit ita communiter tenere Theologos, & omnium optime Paris. consil. 60. num. 31. ad 36. lib. 1. ubi id potissimum admitit, attenta consuetudine, & more Regionis, ut propriè Neapoli notorium est frequentari, Ioseph Ludovic. conclus. 56. & decis. Perusin. 53. num. 3. & tandem de veritate hujus conclusionis est mihi locupletissimus testis, ipsemet Marchio de Ponte conventus, postea visus, qui in suo tracta. de potestate Proregis titul. de regal. imposition. §. 5. à num. 64. ad finem, hanc opinionem, uti veriorem, & communem, auctoritate Doctorum, & Theologorum, & usu forensi in Regno probatam, contendit, qua consuetudine stante non est dubitandum de validitate conventionis; plenè Rota decis. 316. num. 6. & 7. in recollectis per Farinac. & in hac materia attendi consuetudinem loci, firmat Bellon. decis. 194. quem refert, & sequitur Dom. Episcopus Riccius collectan. 199. Itaque cum de justitia causæ principalis, & contra sententiam Romanae Curiae satis constet, in qua consistit totum fundamentum conventorum, omnino cessant omnia per eos opposita.*

Longè post hæc scripta, prodijit in lucem secundus liber consiliorum Domini Regentis de Ponte, contra quem præsens causa agebatur; in quo adest consilium 153. ad ejus defensionem scriptum, sed non credo ab ipso compositum; dum se citat vocando Regentem, duobus locis, n. 8. & 19. ut cumque sit, vix est hic addere Apologiam iis, quæ dicto consilio habentur, quamvis ex supra scriptis rectè consideratis, motiva fuerint prævila, & resoluta.

Paris

Pars adversa sciens confundi ex tunc à me scriptis, jam supra deductis, non audet, ut prius dicebat, affirmat, Dominos de Ponte non teneri, eo quod emptio verè ad Monasterium Trinitatis pertinebat: sed assentitur scribens, illos esse principales debitores respectu Monitii venditoris, ita nam. 10.

Tamen vim facit in duabus exceptionibus. Prima, non teneri ad intereste conventum, sed solum ad intereste, juxta fructus, si vè redditus domus emptæ; idque fundat exceptions sententia Komæ lata inter Monitium, & Monasterium Sancti Andreæ. Secunda, neque teneri ad præmium capitale, quia emptor domus, à quo evincitur jure retractus, liberatur à solutione pretii, ex quo in petente retractum transfertur obligatio pretii solvendi, uti subrogato, atque suffecto in locum primi emporis, à quo retrahit.

Incipia nunc, novis considerationibus confutare prædictas exceptions, ab hac ultima tanquam præjudiciali; nam si eximitur per retractum à solutione pretii, per consequens eximitur à solutione intereste ejusdem pretii.

Primo igitur dico, partem deficere in facto, quia Domini de Ponte emerunt domum à Monitio, & eandem domum cesserunt, sed vendiderunt Monasterio Trinitatis, à quo retraxit Monasterium Sancti Andreæ, & sic retractus accidit Monasterio Trinitatis unde quamvis supra diximus, Monitio venditori non obstat retractus, quia non fuit vocatus in tali iudicio, dico nunc amplius, neque potuisse vocari, & ideo tanto minus obstat, quia in simili 28 materia evictioribus, non quisque laudat authorem suum, ut si sit locus evictioni *Gloss. in l. si pro re, 22. si pro evictione, ff. de evict. l. p. res, 59. ubi Bald. ff. cod. Peregrine. decif. 89. num. 3. & 4.* Si ergo Monasterium Trinitatis non vocavit Dominos de Ponte ejus autores in iudicio retractus; nec domini de Ponte poterant vocare Monitium, & à pretii solutione se excusare.

Secundò, licet retractus liberaret emporum à solutione pretii, qui a retrahens loco primi emporis subrogatur, ex doctrina *Tiraquell. de retract. lignagier. §. 1. gloss. 18. num. 39.* cui addo *G. urba decif. 55. a num. 1. ad 7. & novissime D. Regens Rovit. decif. 96. num. 4.* & 5. cum multis allegatis per eos: tamen in praesenti casu ipso de Ponte liberare non posset, tunc enim liberat, quando coacte vi gote retractus 30 evincitur res à primo emporum, secus si sponte eam alteri cedit, vel vendit: hoc namque casu, non subest illa ratio succurrendi emporum, qui invitus amittit rem, ne teneatur ad pretium; nec dicere potest, contractum subjacere resolutioni retractus, qui sponte illum dissolvit, ut hi fecerunt cedendo. • Monasterio Trinitatis. Ita probatur tum argumento 31 à cessante ratione, quod in iure fortissimum esse comitat ex traditis ubique per DD. & *Tiraq. in suo peculiari tract. & Everard. in Topica*, tum quia magis 32 succurrit facienti actum ex necessitate, quam ex voluntate, *l. si fidejussion. 7. si necessaria, ff. qui satisfare cogantur, l. q. si minor. 25. §. restitutio, ff. de minor. l. si pugnori. 30. ff. famili. exercit. l. rem legatam 18. ff. de adimend. legatis, Sard. conf. 140. num. 14. Gramian. tom. 2. desp. cap. 376. num. 26.* tum etiam, quod in terminis post Jo: Andr. Satie. Paul. & Panor. ex quorum doctrina id colligit, ita scribit *Tiraq. in d. tract. lignagier. §. 29. gloss. 2. num. 7. & de retract. conventional. §. 6. gloss. 2. num. 3.* pro qua sententia 34 induco sex. in *Hedcket 27. ff. de adi. edict. ibi case-*

*ram si sua sponte datam esse proponatur, non imputabitur, neque enim debes quod quis suo arbitriatu dedit, à venditore, exigere, & sic in hoc textu probatur, quod in actione redhibitoria non deducit empor quod sua sponte dedit; ita non possunt Domini de Ponte, Monitio retractum imputare, dum domum sponte cesserunt, & à pretii solutione se deducere.*

35 Tertiò, tunc retractus liberat emporum, quando in casu permisso res ab empori evincitur, atque retrahitur; quia omnis d. spositio intelligitur, data 36 habilitate terminorum, *l. us gradatim 11. ff. de max. & bonor. l. i. ubi Bart. in l. lectur. num. 2. C. de Sacros. Eccles. Bald. conf. 207. num. 3. lib. 2. Cravett. conf. 307. num. 2. Marzar. conf. 39. num. 15. Macerat. resolut. 40. per totam lib. 2. alias si sit locus retractui, ubi esse non debet, dici non potest esse liberatum 37 emporum; quia sententia injusta, vel negligentia emporis, sicut non admittunt evictionem, *l. si per imprudentiam, 51. ff. de evict. l. si rem quam 29. §. si dupla, ff. cod. l. empor. 8.* & *l. si obligata prædia 19. C. de evict. cap. final. de emptione, & venditione, DD. communiter his locis, quibus sufficiat addere novissime Mangil. qui ceteros refert, in tract. de evict. quæst. 9. & 16.* ita retractus injustus, & per negligentiam admissus, emporum à solutione pretii non reddet immunem; unde si ponemus, Monitium vendidisse tam Monasterio Trinitatis, quam Dominis de Ponte, quibus tamen solidis vendidit, & ipsos passos esse retractum à Monasterio Trinitatis, non ideo excusarentur à solutione pretii, cum retractus fuerit injustus, & per negligentiam admissus, non defendendo sua jura tam aperta.*

38 Quia inter dicta Monasteria, servari debuerat jus commune, ut in *Constitutione Sancim. in fin. Franciæ. decif. 285.* quod certissimum est non dare retractum, tam si attendamus jus civile, quam canonicum, textus enim in *l. dudum 14. C. de contrabend. emptione, retractum abolevit, Afflict. in tract. de jure Pro bonis. in principio rubrica, Nopodan. in rubr. de jure congrui, Tiraquell. de retract. lignagier. in prefat. à num. 16. cum sequent. Cassan. in Consuetud. Burgundia, rubric. 10. de retract. in principio, Rebuff. tom. 1. ad Constitution. Franciæ in proemio, gloss. 5. num. 61. Anton. Gomez. in l. tauri 70. num. 1. Hartman. observation. 191. Paul. Chrißin. tom. 3. decif. Belgicæ, decif. 55. num. 1. Marta de jurisdicitione, part. 4. casu 30. n. 2. & 3. Dom. Regens Rovit. decif. 24. num. 19.*

40 Jus vero Canonicum, neque induxit retractum sed solum certi loci consuetudinem approbatam, quæ retractum induxerat, permisit, & hic est versus, & litteralis sensus, *cap. constitutas 8. de in integr. restitut. ubi gloss. in verbo Consuetudinem, & Joanna. Andr. num. 17. Tiraquell. in dict. prefatione, num. 13. & 20. Sard. conf. 2. num. 47. & decif. 168. num. 6. Hartman. lib. 2. quæst. 11. num. 9. & 13. Alberic. Oliva in ritu Archiepiscopali 22. num. 5. imd, cum à sententia retractus injuste lata, contra jus municipale, & commune, poterant semel, atque iterum provocare; ex hoc solo quod non est 41 appellatum in causa tam justa, Monitio retractus nocere non debet, quia collusio presumitur inter colligantes, qui tenebantur appellare, *l. si sponsus 5. §. si vir uxori, ff. de donation. inter virum, & uxori, Gomez. tom. 2. variar. resolution. cap. 2. num. 3. Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. pars. 3. num. 50. latè**

latè Molin. de Hispan. primogen. lib.4. cap.8. num.7. 8. 9. 10. qui extendit ad omnes casus similes, ubi novissimi Hispani addentes multa cumulant, & est text. notab. in l. Herennius 63. ff. de evit. & cum ibi tradit. per Bald. in addition. glossæ, quod emptor 42 non appellans à sententia iusta, non agit de evit. & sequitur Gomez. dicto cap. 2. num. 39. in fine, versic. secundus est casus, quando emptor non appellavit, optimè Franc. Marc. decis. 586. part. 1. faciunt tradita per Afflitt. decis. 49. & Dominum meum Capyc. decis. 106. & cum statim ab eis domus fuerit relaxata, contra formam ejusdem sententie, quæ præ- 43 cipiebat prætii solutionem, quod nullus fecisset, additur collusio collusioni, ita in simili Facchin. conf. 79. num. 26. lib. 1. Paçian. de probat. tom. 1. c. 53. num. 57. igitur sit firma conclusio; retractum non obstat, ideoque Dominos de Ponte ad præmium teneri, & contraria procedunt cum terminis habilibus quando retractus est admissus secundum juris dispositionem ex necessitate, non autem sponte, per negligentiam emptorum, ut hic evenit.

Venio ad aliam exceptionem solutionis interesse, juxta redditus domus, non juxta conventionem; de qua licet satis probaverim, verius, & receptius esse, ut juxta conventionem sit facienda taxatio: liber nunc latiū articulum examinare, ut firmiora redantur, quæ scripsimus.

44 Supponendum est igitur, quod licet usuræ sint prohibiteæ, cap. 3. & 4. de usur. clement. unic. § final. cod. titul. Lessius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 20. dubit. 4. Tole. in summa lib. 5. cap. 28. in fine, Beccan. in 2. 2. D. T. bona par. 2. quæst. 78. tract. de usur. quæst. 2. per- 45 mittuntur tamen ratione damni emergentis, & lucri cessantis, DD. communiter in l. I. C. de summa Trinit. & fide catholic. Vivius opinon. 1048. Lessius dubit. 10. & 11. Tole. cap. 32. & 33. Beccan. quæst. 3. & 4. locis citatis, quæ propriè interesse dicuntur, ut iidem sa- tentur; sic pariter usuræ recompensatiæ eadem ra- 46 tione interesse, permittuntur, quando vendens do- dum non habet ab emptore præmium; nam emptor tenetur ad interesse ex causa fructuum quos percipit à re vendita, ex traditis in l. curabit 5. C. de action. em- pti, Afflitt. decis. 20. T. bef. decis. 258. Anton. Faber in suo Cod. titul. de usur. dec. 6. num. 10. & decis. 8. & 35. Anton. Gabriel de empl. & vend. conclus. 3. & 4. Ca- varr. variar. lib. 3. cap. 4. Vivius opinion. 390. Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 1. titul. de emptione, & venditione, resolut. 2. Bonac. de contractib. disput. 3. quæst. 2. punct. 7. § 1. num. 5. dubitant verò Scriben- tes, an hoc interesse recompensativum in casu pra- 47 posito possit à principio contractus deduci in cer- tam quantitatem à contrahentibus, absque labo usu- ræ, & multi negant relati per Gabriel. d. conclus. 4. n. 23. Facchin. & Lup. locis iusfrâ citandis, moventur, quia si est recompensativum, proportionatur ad fru- ctus, in quibus certa, & æqualis perceptio semper esse non potest, consequenter quia potest excedere fru- ctus, contractus declinat in usuram: sed affirmentes respondent, satis esse, si probabiliter interesse con- ventum proportionetur ad fructus, licet quoque ex- cedat; & horum sententia prior est, quæ fundatur, quia sicut potest excedere fructus, ita possunt fructus excedere interesse conventum, & ratione huius du- bii eventus, cessat usura, per text. singular. in cap. fi- nal. de usur. & hanc sententiam sequuntur infiniti Authores relati per sequentes, qui illam tinentur Co- varr. d. cap. 4. num. 5. vers. septim. Lopus de usur. com. ment. 1. § 7. num. 146. strenue disputat sicutus

lum, & sic concludit Facchin. lib. 2. controvers. cap. 32. vers. tertio controvertitur, Gabriel d. conclus. 4. n. 26. & 27. Burfut. conf. 11. n. 25. & 26. vers. minus obstat, lib. 1. Alex. Trentacing. d. resolut. 2. vers. quintus est casus, & postea vers. secundus est casus, ubi dicte hanc esse communem, & magis communem, Cancer. variar. resolut. tom. 3. cap. 7. de pacis, n. 73. 74. & 75. qui multis relatis dicit contrariam sententiam esse erroneam, Guttier. de iuram. confiamat. part. 2. cap. 2. num. 3. 4. 5. Pontanell. de paci. nuptial. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 14. num. 16. 17. 18. & 19. optimè Stepb. Gratian. tom. 2. discep. cap. 587. num. 14. 24. 25. 27. & 28. Scaccia de cambiis, §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 33. 34. & 241. qui cumulant decisiones Rotæ Ro- manæ, quibus addenda est decis. 892. num. 1. apud Farinac. in recollect. Rotæ Genue dec. 194. & Senat. Portugallia decis. 84. n. 1. apud Pereiram, D. Reg. Ro- rit. in pragm. 1. n. 61. de usurar. qui allegat Bimium 48 conf. 127. lib. 2. maius verò dubium est, si ex hoc pre- tio fundetur à principio annuus census excessivus fructuum rei venditæ, & traditæ, super qua consti- tuitur idem census, contractus sit licitus, & hunc ca- sum posuit in individuo Covarr. d. cap. 4. num. 6. vers. imd posset, dicens esse permisum: Verum quia Covarr. non fundat suam intentionem, imd de eius doctrina dubitat Lopus d. num. 146. & num. 147. & novissime Anton. Merenda, lib. 6. controversiarum, cap. 27. n. 29. idè pro veritatis cognitione, discutienda sunt fua- damenta negantium, tria igitur obiciunt Lopus, & Merenda adversus Covarr. Primo, has usuræ esse re- compensativas, & consequenter proportionandas fru- ctibus. Secundò, etiam censum, esse proportionandum fructibus rei, super qua imponitur. Tertio ad- dit Merenda, ut fiat census, requiritur pecunia nu- merata, ex Bulla Pii V. quæ hic deficit, sed hæc ob-jecta facile diluvuntur.

49 Primum, quia tunc est interesse recompensati- vum, quando adest mora irregularis, id est sine interpellatione, & pro servanda æqualitate contra-ctus, interesse in præcio petitur, ut affirmant iidem DD. non quando mora est regularis, ut cum statim ex conventione constituitur in mora solvendi præ- premium emptor, & propter dictam moram, sine qua, si pecuniam haberet venditor, faceret annum cen- sum redimibilem cum alio, facit tamen cum eodem emptore, & transundo de contractu simplicis emptionis, ad contractum census, mutato prorsus primo contractu venditionis per hunc contractum census, in quo emptor fit venditor, & è contra, nec rema- net amplius locus petitioni prætii, cum in censu, 50 capitale habeatur pro demortuo, & eius solutio stat solum ad libitum venditoris, propter quod determina- natur illa quæstio, quod anni census pariunt inter- esse, & habentur loco capitalis, Francb. decis. 254. num. 9. & seqq. & per totam, ita in terminis relati- det, & distinguit Cæsar Manent. videndus in tract. de contract. Livellar. q. 5. num. 77. vers. rursus usque ad num. 83.

Nec valeret replicare, solutionem capitalis non esse ad libitum, cum videamus rescissio contractu, cogi ad solutionem etiam capitalis, quia id acci- dit propter pactum speciale, initum in pœnam non solventis, non ex propria natura census, ita subtiliter Ant. Fabr. d. sit. de usur. decis. ultima, & D. Reg. Rovit. in pragmat. 2. de censibus, num. 4. vers. quo fit.

Secundum tollitur, quia census, licet excedat fru- ctus rei, substatetur eo, quia est ad libitum redimibi- lis,

lis, & propter hoc vilius omittitur, ut late probat, *Gratian.* tom. 1. *disceptat.* cap. 4. à n. 24. ad 34. referens ex *Fucebino*, qui idem tenet, *lib. 3. controversie. 4. 3.* in fine, ita sive judicatum per *Sanctum Pontificem Gregor. XIII.* idemque fundat *Scaccia de cambis*, d. §. 1. q. 7. p. 7. par. 2. ampliar. 8. à n. 36. ad 39. qui refert rationes, & plures Rotar decisiones, & multas differentias inter unum, & alterum casum, quare in materia, *I. curabit* intetesse regulariter correspondet fructibus, non sic in censu, ponit *Mavente loco supra citato.*

Tertium resolvitur, quia ex consuetudine in hoc 53 Regno recepta, & DD. autoritate comprobata, *Bulla Pii V.* non est usu recepta quoad hoc caput, ut requiratur pecunia numerat, ita in terminis testatur *Reg. Constant.* in *leg. 1. Cod. de fiscalib. ssqr. num. 43.* & 44. nec fit scaus Bullæ, dum adest realitas crediti, *Guttier.* in *puncto lib. 2. præct. quæst. 172. num. 8.* faciunt tradita per *D. Reg. Rotar.* in *præg. 1. de censib. num. 8.* imo ut probat idem *Guttier.* dict. quæst. 172. num. 4. ex hac novatione, sed translatio ne contractus, simplicis venditionis, in contractum cedulas, singitur pecunia numerata pro pretio rei vendite, & postmodum retro data, à venditore emptori pro constitendo censu, argument. *I. singularia*, ff. si cert. per. hanc *Covarr.* sententiam, sequitur *Hoveded.* conf. 44. num. 37. lib. 1. *Trentacing.* d. *resolut. a. vers. secundo est casus.* *Ludovic. Menia,* & *Burgos.* de *Pax* quos refert, sequendo doctrinam *Covarr.* *Guttier.* de *instrument. confirmat. part. 1. cap. 2.* num. 5. vers. addit. tamen, & d. quæst. 172. num. 3. vers. sed contra, num. 4. & ita decisum refert *Paul. Castrenf.* decis. *Belgia* 75. num. 6. vol. 3. si igitur Domini de Ponte, promittendo certum interesse annuum verisimile, secundum morem Regionis, cum potestate solvendi, & affrancandi quandocunque fecerunt contractum omni jure legitimum, atque iustum & proinde, sententia Romæ leta fuit iniulta, dum voluit interesse, supradictis modis, conventum non posse excedere fructus; cum tamen posse exce 54 dore, sit clarè, & firmiter probatum, quapropter exceptionem dictæ sententiae potest *Sac. Cons. rejice*re, & talem injustitiam cognoscendo, exequutionem illi denegare, ut in terminis *Roschegall.* in *l. ex duobus*, post num. 38. ff. de *duob. reis*, & regulariter notant *Iser.* & *Affl.* in *Consil. Regni post mundi machinam.* *Roland.* conf. 37. lib. 1. *Pinell.* in *rabr. C. de res.* *vendit. par. 1. cap. 2. num. 28. vers. boc autem.* *Sard. ple*nè *conf. 358. num. 14. Marta latissimè de jarisd. par. 1. cap. 1. à n. 20. ad 35. D. Episcopus Ricchius resol.* 282. *tom. 1. praxis,* facit pulcher text. in *l. 4. C. si contra ius,* vel *utilitas public.* & in *leg. 2. in fine,* *C. de dilatation.* 55 frustra ergo opponitur exceptio sententiae, parum justæ, & quæ exceptionem non meretur, quæ idem, neque alterum correum, lata pro fidejussore indemnitas, qui etiam reus principalis est. sed si fideiuss. 25. ff. de post. juvare potest, in puncto post *Castrenf.* conf. 288. num. 4. lib. 1. & *Stephan. Feder.* loco per eum citato, firmat *Roschegall.* in dict. *l. ex dub. 16. num. 37. in fin. ff. de duob. reis* sequuntur *Felician.* in *tract. de censibus*, *tom. 2. lib. 3. cap. 2.* num. 7. qui dicit insuper, ita se obtinuisse, in quadam lite, pro sua locru; vel possumus salvare, ab injustitia, sententiam Romæ latam, constituendo differentiam terminorum, quam eleganter, & latè declaravit, ex mente *Covarr.* & *aliorum*, *Merend.* 56 dict. *cap. 27.* ubi distinguit, & probat, quod quan-

do agitur pro interesse rei venditæ possesse per emptorem; tunc interesse regulatur à fructibus, quando vero pro interesse pretii; tunc interesse con ventum potest excedere fructus: ex quo sequitur, quod cum sententia Romæ lata condemnaverit Monasterium Sancti Andreæ, uti possessorem, & tunc contra talē conventum per Monitium, forte judicavit bene pro rata fructuum, quia interesse pretii erat deductum in contractu inhibito inter Dominos de Ponte, & Monitium, et non cum Monasterio Sancti Andreæ, et propterea, ex diversitate cause, et personæ, non potest applicari exceptio rei 57 venditæ, de uno, ad alterum, sed ultra haec verius est indistinctè, sententiam pro correto latam alterum juvare non posse, ut clarissimè probat text. in *leg. amiss. 53. §. final. ff. de fideiuss.* ibi, plures rei debendis, eiusdem pecunia credenda mandatores, si unus iudicio eligatur, absolutione quoque sequata, ceteri non liberantur: idque sequuntur *Roschegall.* in repetitione *l. ex duobas 16. d. num. 34. & seq. ff. de duob. reis*, ubi latè probat dicens esse communem, sive super jure, vel facto, sive in reis sociis, vel non sociis sententia pro uno lata sit, *Felician. d. tract. de censibus*, *tom. 2. lib. 3. cap. 2. n. 7. Sard. conf. 20. n. 24. & seq. & conf. 436. n. 4. Scaccia in tract. de sentent. & re indicat. gloss. 14. §. 12. n. 108. & eadem *Gloss.* qu. 22. n. 22. in fin.*

Nec quid quam faciunt leges, quod in contrarium allegantur, loquuntur enim iuramento, ut ad literam 58 videri potest, maxima verò differentia est, inter jura mentum, & sententiam, quia juramentum, vim solutionis habet, *l. ins. iurandi 27. ff. de iur. iurando,* sententia secus: Etenim creditor, quia refert juramentum videtur acceptata, quod correus juraverit esse verum, & juramentum loco satisfactionis recipere, in puncto *Guttier.* de *instrument. confirmat. par. 1. c. 63. n. 11. 13.* & 14. & ita in juramento consentit creditor, si reus jurat non deberi, sed à sententia dissentit, si correus absolvatur: unde non valet illatio de uno, ad alterum, *Roschegall.* & *Felician.* locis citatis, & DD. communiter in *leg. ex duobas. ff. de duob. reis.* *Donell.* lib. 16. *commentar. cap. 25. vers. tertio causa:* est verò animadversione dignum, quod tollit omne prouersus dubitationem jura, & DD. supradictos, supponere pro indubitate, ambos, sive correos, sive debitorem, & fidejussorem indemnitas, Contraxisse cum communi creditore, quod hic omnino deficit itaque non video, quomodo pars applicet, terminos istos legales, à facto cause longè diversissimos, dum non sumus, nec in correis debendi, nec in fidejussore indemnitas, ad quos constituedos requiri 59 tur obligatio specialis, facta communī creditori, §. 1. & 2. *ss. de duob. reis*, §. 1. *inst. de fideiuss.* ubi DD. communiter, & *Cusac.* in *notis.* Azo. in *summ.* G. de *duob. reis*, & *de fideiuss.* Duares. in *suis commentar.* sit. de *duob. reis*, & *de fideiuss.* cap. 1. & 2. *Pctr. Gregor. syntagma. iur. lib. 24. cap. 7. num. 2. & cap. 8. n. 3.* & *fons integr. sit. ff.* & *Cod. ff. de duobus reis*, & *de fideiuss.* quia Monasterium Sancti Andreæ non contraxit, nec uti correus, nec uti fidejussor indemnitas cum Monitio, sed spontanea cessio domus & indemnitas processit ex facto inter ipsos salos de Ponte, & Monasteria. Quid ergo hac ad Monitium, quid ad præsentem causam attinent, ut dicantur correi debendi, vel fidejussores ii, quorum fidem nunquam sequutus est Munitius vendens: necessè est igitur fateri, ex omib. his, omni jute

Dominos de Poate teneri Monitio, juxta conventionem.

Licet vero causa hæc non fuerit decisa; veritas tamen patet ex dictis; varie namque sicut fata causarum, quæ sua sydera habent, & quandoque oportet, advocationem, ultræ doctrinam, etiam esse fortunatum, 60 sicut scribit Advocatus ille maximus Joān Vinc. Anno, in Constitutione Divæ memoriae, n.72. & hec de praesenti Controversia satis.

### S U M M A R I U M.

- 1 Possessoria conservanda quasi possessionis, an debatur pro annuis introitibus non debitum occasione alicuius rei corporalis, & n.2.3.
- 4 Afflīct. decif. 395. declaratur.
- 5 Possessio non datur, ubi prestatio est diffarmis.
- 6 Incertitudo viciat possessionis acquisitionem.
- 7 Possessio non datur super incertis.
- 8 Actus, ex quibus fundatur possessio debent esse certi, & clari.
- 9 Tutor non transfert possessionem per actus factos, & num. 12.
- 10 Numeratio pecuniae fit ad liberandum, non ad obligandum.
- 11 Possessio in corporib[us] consideratur, ut facta quasi possessio.
- 13 Quasi possessio quando ex unica actu acquiratur, & quos requirentur prestationes, n.15. Et ut iste actus sit legitimus, sex requisita, n.16. 17. 18. 19. & 20.
- 23 Filius nil operatur, ubi versus actus exiguntur.
- 24 Compensatio non dicitur vera solutio.
- 25 Animus præcise enigatur in acquirenda possessione.
- 26 Pronomen jure suo proprio importat idem, quod propria manu.
- 27 Exigendi quasi possessio, ut queratur quid requiriatur.
- 28 Dominiam quando probatur ex pensionis perceptione.
- 29 Solutio quando arguat possessionem.
- 30 Voluntas, quæ ex facto colligitur, ad qua extenduntur.
- 31 Vluntas tacita non prevaleat, sicut expresso.
- 32 Minor quando restitutatur aduersus solutiones factas à turice.
- 33 Restitutio datar etiam in possessorio ex receptiorum opinione.
- 34 Interesse debet probari, aliud non debetur etiam ex mera.
- 35 Interesse, quando non debetur.
- 36 Tutor potest adiudicare pactum obligandi minorem.
- 37 Minor restitutar aduersus solutionem, quando erat indebitum opere exceptionis.
- 38 Indebitum quod dicatur.
- 39 Solutio in causam usurarum, quando extenuet formam principalem.
- 40 Usura autem sunt indebita,
- 41 Solutio presumitur in causam tertiarum liquidandorum, non autem non liquidandorum.
- 42 Pactum maioris, vel minoris, non prejudicat ipsi minori.
- 43 Solutio facta per intericem non prejudicat filio, & num. 45.
- 44 Pralatus faciendo, non potest prejudicare Ecclesia.
- 46 Solvens sine mandato, quid probare debet.
- 47 Verba relativa in instrumento alterius instrumenti nullam fidem faciunt, amplia num. 48. limita num. 49.
- 50 Instrumentum quando dicatur probatio probata.

51 Exceptio inventarii impedit litis ingressum; & exequationem sententie, n.52.

53 Heres pendente discussione inventarii, neque super bonis hereditariis epiam molestandas.

### A R G U M E N T U M:

Possessorium servanda quasi possessionis, an detur pro annuis introitibus, & quando; non nulla de restituitione minorum adversus solutiones factas per tutorem, & in possessorio; & solutio facta presumitur in causam liquidam, & certam; & aliqua de beneficio inventarii.

**Pro Dom. D. Gaspare Ajerbe de Aragonia sequiti de Montelia, Marchione Agrottariz, Callani Princeps, viro sororis authoris.**

### C O N T R O V E R S I A L X I I .

- A**ntiqua fuit questio, utrum remedium conservande possessionis, competeret pro annuis prestationibus personalibus, non debitum occasione alicuius certa rei corporalis, in qua quatuor Canonistæ amplexi fuerint affirmativam, ex test. in cap. querela 22. de elect. nihilominus non effice solet ponere os in coelū, si cum Aeneo, Jacobo de Arezo, Petro, Cyro, Alberico, & aliis in l. si certis annis. C. de part. Bart. in l.2. ff. quorum bonorum, ubi Ripa num. 3. diceremus opinionem Legistarum veterem, nullo modo hujusmodi possessorium posse considerari super jure, & obligatione personali in dictis annuis introitibus non debitum occasione alicuius certa rei, & secundum eam debere Sacrum Consilium indicare, postquam eam nendum veriora, sed magis communem probavit Mosochius, dum longa serit recensuit omnes, Doctores, de recip. possess. remed. 1. quest. 8. num. 87. vers. posteriorum itaque & cap. querela, bene respondent Bart. Ripa, & alii à Mosoch. relati, quod ibi supponi debent termini habiles, pensionem scilicet, fuisse debitum pro re corporali, quod placuit etiam Joanni Andrea, Ponter. & aliis Canonistis, qui dixerunt, opinionem Legistarum esse veriorem, in cap. p[ro]venit. de cens. pro qua est sent. operari in L[egi]s[ta]tor 7. Cde usur. ubi ait Imperator creditas instrumentis suis probare debet, quæ incedit, & usuras se stipulat, si potest, nec enim si aliquando ex consensu practica sunt, obligacionem conficiunt, qui sex. loquitur in specie in terminis de prestatione usurorum, & sic indistinctè, ut nullam admittat restrictionem absque divinatione, & violentia: nec obstat decif. Afflīct. 395. quia licet Afflīct. num. 4. vers. fuit tandem, referat decisum pro annua prestatione dari saltim quandam statum, ad quem posse peti, ut fiat restitutio, tamen num. 8. vers. sed ego, se declarat, quod in casu illius decisionis illa annua prestatio erat fundata super jure reali cuiusdam gabellæ subrogata loco primæ, & super hoc referat fundatam decisionem, juxta opinionem DD. utriusque censure, num. 10. in fine, & sic illa decisione non est extendenda, ultimæ limites facti occursentis in illo casu, sed data pro vera opin. Canonist. licet contra communem Legistarum probabitur, Beroni Quinque frōdium, ejusq[ue] uxori actoribus in hoc asserto remedio possessorio pro usuris, & interest.

teresse dotium intentato adversus Marchionem Agrotariz, deficere jus, & probationem, idque pluribus modis, ex quo omnino erit dandus terminus tantum in causa principali; sed maximè stante opposita exceptione discussionis inventarii paternæ hereditatis, & hoc tam quoad assertas solutiones factas sub nomine tutricis, quam quoad unicam, eamque tacitam solutionem, quæ prætenditur facta à Marchione.

Primo enim deficit jus quoad omnes solutiones, cum sint disformes, & incertæ, quæ non conveniunt, nedum summæ usurarum ad rationem septem pro centenario, petitæ pto sorte duc. sempem mille, sed ad nullam rationem, ut in nota facti: igitur nulla cadit possessio, ubi præstatio non est uniformis, sed disformis, ut clarè colligitur ex eodem cap. querelam, ibi, quod pensio sexdecim denariorum Papensis monetæ fuit annuatim per multa tempora persoluta, & advertit in specie Galiel. de Caneo, quem sequitur Bart. in leg. solent, §. non vero, num. 4. ff. de offic. procons. ubi Bald. dicit, quod ex rei varietate certa obligatio præsumi non potest, sequitur Alexand. conf. 127. num. 4. lib. 5. Dec. conf. 214. & in dict. l. si certis annis, post num. 19. Menoch. latè lib. 3. de præsupt. cap. 131. num. 88. Vassilius contr. illustr. lib. 2. cap. 84. num. 34. limitat. 6. generaliter in certitudo vitiat acquisitionem possessionis, leg. 3. §. incertam partem, ff. acquir. possess. cum aliis à Tiraquell. de jure const. possess. part. 3. limit. 19. num. 1. ubi in fine reddit rationem, quia super incertis non cadit possessio, Menoch. conf. 178. num. 25. lib. 2. quinimo actus, ex quibus fundatur possessio, debent esse certi, clari, & non æquivoci, ut probant congesti per Annam sen. alleg. 131. num. 11. & singul. 3. post Regin. conf. 122. num. 8. lib. 5. & hoc præsertim in casu nostro, ubi actores, seipso adstrinxerunt ad certam præstationem ducatorum septem pro centenario, qua non probata, reus est absolvendus.

Secundò deficit jus ex alio quoad imaginarias solutiones, quas afferunt factas à tutricè, quia vera est juris conclusio, tutorem non posse transferre possessionem per actus fictos, Bart. Ripa, & alii in leg. 1. ff. de acquirend. possession. cum concordantibus per Tiraquell. de jure const. possess. part. 3. limit. 15. Dom. Capyc. decif. 14. num. 11. quamvis autem prima facie, videatur, acquiri possessionem in istis annuis præstationibus per actum facti, & sic verum, scilicet numerationis pecuniae, non tamen quasi possessio resultat immediatè ex ipsa numeratione; quinimò potius contrarium, cum numeratione non fiat ad obligandum; sed potius ad liberandum, ut dicit Bald. in d. leg. si certis annis, num. 4. præstatio autem, sed ex ea lex fingit conventionem, sive stipulationem præcessisse de solvendis certis usuris, & sic omnino intercedit actus fictus, vel præsuptus, ut docet in specie Bart. in dict. l. solent, §. non vero, num. 6. in fin. ff. de offic. procons. & in dict. l. si certis, num. 12. & 14. ubi pulchre Bald. num. 6. & 8. vers. ubi erratur, & num. 10. in solut. controversi. unde cum in translatione hujusmodi possessionis intercedat quoque necessario actus fictus præsuptæ conventionis, tanquam causa immediata, quæ magis attenditur, sequitur ut illa à tutore transferri nequeat, & hoc eo magis cum nedum intercedat actus fictus in translatione possessionis, sed ipsamet possessio in hujusmodi præstationibus, & aliis in corporalibus non consideretur,

11 ut vera possesso, sed tantum ut facta quasi possesso, leg. servus, §. incorporales, ff. de acquir. rerum dom. cum aliis, quæ congerit Guttier. hoc bene probans in repet. §. sui, num. 71. instit. de bæred. qual. & differ. Tiraquell. de jure const. part. 3. limit. 1. num. 9. & 10. non enim possidetur pecunia pro censu, etiam super re debita, sed illud jus pereipendi censum, in quo vera possesso dari non potest, deficiente naturali apprehensione, l. cum bæredes, ff. de acquir. possess. unde si tutori denegatur transferre etiam veram possessionem per actus fictos, quod minus est, cum omnibus passim id liceat, juxta not. in l. quod meo, ff. de acquir. possess. ergo pernecessè prohibitum censeri debet tutori, id quod majus est, 12 scilicet transferre factum possessionem per actus item fictos, etiam ne duo fictiones circa idem concurrent, ut in terminis tradit Tiraquell. d. tractat. 3. part. limit. 4. in princip. & limit. 5. num. 3. & 4. ubi idem etiam si una esset præsumptio, altera fictio. Deficit tertio actoribus jus quoad prætensum actum taciti consensus præstiti à Marchione in mandato procurationis, ex quo prætendunt colligere, Marchionem soluisse.

Primo enim prætendi potest, quod quamvis hic esset verus actus solutionis, quem non esse, infrā patebit, tamen unicum actum non sufficere, quia 13 licet plures DD. dicant, ex unico actu quasi possessionem acquiri, modò habeat plura juris requisita, de quibus infrā, ut per Covarr. cap. 14. præt. vers. 14 tertium imò, Urvill. dec. 67. Anna all. g. 131. tamen horum opinio restringitur non procedere in quasi possessione, seu statu exigendi aliquod jus mere personale, ut in terminis, quod ex solutione usurarum non acquiratur iste status exigendi requisitus per cap. querelam, probant Antonius de Butr. in dict. cap. querelam, Ripa in l. 2. num. 5. ff. quor. bonor. pro quo est text. clarus in d. cap. querelam, ibi, annuatim per multa tempora persoluta, & in cap. 1. §. si vero vassallus, ibi, duobus, scilicet tribus acceptiōnibus quietis quasi possideat, Quid sit investitura, & fuit opinio Bart. loquentis nuncupatum in præstatione usuratum, in l. cum de in rem verso, num. 8. in fin. C. de usur, ubi Salic. num. 10. reprobat contrariam opinionem Angel. & plures congerit Decius, ibi num. 5. 6. & in fin. Menoch. de præsupt. lib. 2. cap. 131. post num. 59. 84. & 85. Surdus latissimè de alimento. tit. 4. quæst. 16. num. 29. & tit. 8. privil. 22. num. 10. & plures actus requiri ad finem acquirendi istam quasi possessionem, firmant Gajd. Pap. qu. 407. 15 in fine, Sard. decif. 10. num. 10. quot autem præstations sufficient, Ripa in d. l. 2. num. 6. concludit, remitti arbitrio Judicis, considerata qualitate personarum, & præstationis, cum quo convenit Afflitt. decif. 67. num. 1.

Secundò, esto quod unicus actus sufficeret, quod 16 tamen nullo modo concedimus, ad hoc tamen, ut iste actus sit legitimus, plura requiruntur, quorum si aliquod deficiat, nulla est de eo habenda ratio, Afflitt. d. dec. 67. num. 1. sex autem requisita congerit Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 91. & 92. & quinque tradit Menoch. lib. 2. arbitr. centur. 2. c. 160. & 161. quorum subscripta ad rem nostram faciunt.

17 Primo enim requiritur, quod exigens, iure suo proprio usus, actum illum exerceat.

18 Secundò, vera, & realis, puta præsentatio, vel electio; non enim sufficeret, ut ait Ripa, coadunatio patronorum vel mandatum factum ad præsentandum,

- dum, secundum *Gemin.* conf. 127. & sic à simili ad solvendum, vel admittendum partitas.
- 19 Tertio, requiritur scientia tam illius, cui acquiretur, ad hoc ut habeatur animus acquirendi possessionem, quā ex parte alterius, cui praejudicatur, nam aliā deficit patientia, sine qua in his possessio non acquiritur. *J. 3. b. dace. ff. de usufr. Ripa in d.c. cum Ecclesia. num. 40. in fin. & num. 92. Menoch. d. cap. 161. Ruin. consil. 122. num. 7. lib. 5.*
- 20 Quartò requiritur, quod electio, vel presenta-  
tio habuerint effectum, & quod electus adeptus sit possessionem beneficii, & in casu nostro, quod verè creditor pensionem exegerit, & penes eum pecunia cum effectu pervenerit, quae omnia deficiunt in praesenti casu: nihil enim in actis legitur Baronem exegisse aliquid a Marchione exercentem  
21 jus illud jure suo proprio tanquam creditorem affi-  
nitorum introitum, quod requiritur, ex text. in l. fin. ff. quoad serv. omist. sed si spectamus initium, quod in qualibet re potissimum spectandum est, Mar-  
chionissa jure familiaritatis consignavit propriam pecuniam Abbatii Giffoni, quis non erat ipse credi-  
tor, sed alius extraneus, ut mercionis sericorum illam implicaret, quo nullum jus potuit Abbatii  
22 queri, etiam si ipsem fuisse creditor. *Ripa ubi supra num. 39. & 40. Menoch. d. cap. 160. num. 13. & 16.* nec mandatum, quod assertur factum, à Mar-  
chionissa minoris aetatis, ignorante alienum factum in primis diebus traductionis in longinquum domi-  
cītrum viri, potest dici vera, & realis solutio; si-  
quidem necessario sagitte reterē soluta pecunia per  
Abbatem, eidem denuo soluta in aliam causam, &  
sic unus actus occultatur per fictionem, argumen-  
to leg. singularia, ff. si certum per. unde ubi actus  
23 verius exigitur fictio nihil operatur, sicut in simi-  
li compensatio non dicitur vera solutio; ita ut,  
qui jerat solvere, non adimpleat compensando,  
*Affl. decif. 163. & 331.* & hoc eo fortius, cum  
is, cui singitur facta solutio, non sit ipse verus  
creditor, sed ejus frater, ut dicunt, naturalis,  
cui etiam si esset utrinque legitimè conjunctus,  
non apparente mandato, non potuit recte solvi,  
& sic paria sunt non esse solutum, & nulliter, vel  
saltim non probata scientia actoris, interim prae-  
24 sumptus ignorantia, unde deficit animus, qui in ac-  
quisenda possessione præcisè exigitur, in specie a di-  
ctis DD. in materia cap. querelam, ex quo multo  
minus ex his apparet, pecuniam fuisse realiter, &  
cum effectu solutam per Abbatem Baroni, nomine  
Marchionis prætensi debitoris, & ex alio etiam se-  
quitur, non posse prætendi Baronem, actum hunc,  
25 jure suo proprio exercuisse, quod pronomen ne-  
dum importat dominium, leg. quinque, ff. de au-  
ro, & argento leg. sed idem significat; quod pro-  
pria manu, ut in terminis exactiōnis, & percep-  
tionis fructuum, probat *Anna allegat. 104. num. 9.*  
& 10. nec etiam concurrit ex parte alia, scientia  
vera Marchionis, in cuius detrimentum jus fuisse  
quæsumus actori ex solutione; licet enim in man-  
dato inserto dicatur, cum assensa Marchionis præ-  
sensis, tamen etiā Marchio consenserit mandato  
uxoris circa quietationem faciendam dicto Abbatii,  
non tamen ex hoc probatur, Marchionem scivisse  
in contractu promissionis, dotum non contineri  
promissionem interesse, & quod illud adhuc solve-  
re voluerit, quod requirebatur ad hoc ut adversari-  
26 duo optimè probat *Dec. consil. 226. in causa D. Fran-*  
cis, in fin. dicens, quod licet patronus, qui sciat,  
& consentiat, beneficium sui juris patronatus libe-  
re conferri, sibi præjudicet in illo actu, non ta-  
men taliter conferens poterit dici in statu, vel in  
quasi possessione conferendi in futurum, & colla-  
tionem illam liberè fieri, quia data ignorantia ha-  
rum qualitatum, non potest dici conferenti quæsita  
quasi possessione, & sequitur *Ripa*, dum citat *De-  
cium* ubi supra num. 92. ubi enim requiritur scien-  
tia, illa non sufficit, nisi in specie sint notæ omnes  
qualitates, quæ possunt agentem inducere ad facien-  
dum actum, vel illum removere quinquo plus dixit  
28 *Guid. Papa* conf. 144. n. 2. in fin. quod perceptio pen-  
sionis non probat dominium, neque possessionem,  
nisi solvens, & recipiens declarant, quod animo, &  
intentione acquirendi possessionem, recipienti sol-  
vatur, nec sufficeret nudum factum, cito *Joan.  
num Fabrum*, & alios, sequitur *Dec. consil. 214. n. 4. lo-*  
quens de consuetudine; quod comprobatur, quia so-  
glutio ipsa de per se est actus tacitus, quia non est pos-  
sessione, sed ex eius probatione resultare potest pos-  
sessionis probatio præsumptiva, *Raynus consil. 122.  
n. 5. lib. 5.* voluntas autem quæ ex facto colligitur,  
non extenditur ultra quā ex ipso facto de neces-  
itate inferatur, *Bars. in l. 5. hoc interdicto, ff. de  
sister. obliqu. priv. Sard. decif. 33. num. 18. & de ali-  
31 mensis, tit. 4. quæst. 17. num. 28.* tacita autem, vel  
præsumpta voluntas non est tantæ efficacia, sicut  
expresa, nec ita latè interpretatur, *Crores. con-  
sil. 33. num. 3. Sard. consil. 10. num. 24. lib. 1.* scientia  
autem licet regulariter non præsumatur, nisi pro-  
betur, ex circumstantiis tamen hic manifestè igno-  
rantia probatur, quia agitur de facto alieno, sci-  
licet de instrumento confecto à tutrice tempore,  
quo Marchio erat infans in anno 99. quæ aetas,  
quidquid videt, ignorat: concurrit brevitas tem-  
poris, quo præteritus iste actus geritur post paternos  
meses à morte matris, per quod tempus Marchio  
aberat à domicilio, ubi negotium erat gestum, sed  
degebatur Neapoli, ubi non ista sibi tempus: quia  
uxorem duxerat, quæ cum fiducialiter numerasset  
pecuniam Abbatii Giffoni, & jam traducta in do-  
mum visi rationes exigeret, dum is satis callide  
vellet retinere partem pecuniae, quam fixxit ipius  
fratri deberi à Marchione viro, pro usuris dotum  
fororis, justè credere potuit Marchio, illa fuisse pro-  
missas, liquidatas, & debitis, & erubuit uxor ju-  
venis in primis illis diebus denegare solvere de suo,  
quod à viro deberi forori, sibi assertum fuit, nec  
Marchioni visum fuit, aliud investigare, nec re-  
cusare videbatur uxoris in cum liberalitatem.
- Quartò principaliter deficit auctoribus jus in  
utroque prætensa solutionis, acta, tam à tutrice,  
quā per uxorem, ipso eo modo consentiente tem-  
pore, quo adhuc Marchio erat minor 18. annis:  
minor enim tam adversa solutiones factas à tutri-  
ce sola, quā à seipso, etiam cum autoritate  
tutricis, vel curatricis, restituitur in illis casibus,  
in quibus ei non competit condicō indebiti, *Az-  
32 gel. & Castren. in l. 2. C. si adver. sol. data sibi ele-  
ctione agendi, vel contra tutorem, qui lexit, vel  
petendi restitutionem adversis solutionem, *Glos.*  
& *Bald. in leg. fin. C. si tutor. vel curas. Roland. con-  
sil. 72. num. 47. lib. 3. Boc. consil. 59.* & hoc etiam  
in possessorio, in quo dari restitutionem, esse ve-  
ridis, & receptiū, probat *Menoch. de adipis. po-  
33 scis. remed. 4. num. 906. & de retin. remed. 3. quæst.  
107.* ubi prælestum ponderat rationem maximam  
præ-*

præjudicij, quod ex amissione possessionis paratur, n. 858. & Sfort. Oddus de restit. par. 1. q. 34. art. 2. Iesio autem est evidens, quia solvit tertias non promissas, ad quarum solutionem tutrix, nec minor urgeri poterant; & quamvis actor ex mora potuisset petere interesse, cogebatur tamen probare interesse 34 palsum, nam alias illud, etiam præcedente mora, non debetur, ut de communis resolvit Covarr. lib. 3. variar. cap. 4. Surd. latè conf. 194. num. 20. lib. 2. & decis. 262. & in facto ad exclusionem interesse probasset Marchio, quod nunc probare offert, actorem per plures annos non subtinuisse onera matrimonii, sed recepisse à socru alimenta, cum uxore: & famili in Terra Agrottaria, & proinde interesse non deberi, juxta Gloss. in leg. fin. 35 §. præterea, ubi Bald. 1. not. C. de jur. dot. & alia plura in facto, & in omnem casum opus erat judicio condemnationis, & altero liquidationis interesse, unde non potest inficiari Iesio, cum saltim; solvendo ante tempus, plus solverit, & amplius poterat eam quantitatem solvere in causam capitallis, quod sibi ex pacto licet, ex quo fuisset impeditus cursus usurarum prò illa rate, validè utilius pupillo; nec poterant tutrix, vel minor, post contractum dotis perfectum, facere ex intervallo novum actum, vel conventionem de solvendis usuris non promissis, qui, tanquam novus contractus exi- 36 gebat novam solemnitatem, l. si ad resolvendum, C. de præd. minor. licet in ipso contractu possit tutor incontinenti adjicere pactum obligandi minorum, l. contra iuris, §. filias fam. ff. de pact. leg. 1. §. fin. ff. de rebus cor. de quo latè Pinell. in l. 1. par. 3. num. 53. C. de bon. matern. ergo multò minus potuit id facere per actum tacitum solutionis, ex quo resultat ficta conventio, ut supra, & in solutione facta per minorem, quando erat omni jure debitum, 37 sed indebitum ope exceptionis dilatoriæ tantum, quod ope restitutionis repeat, tenet Sfort. Oddus de restit. par. 2. q. 52. art. 1. ubi potissimum dicit procedere, quando potuisset in aliud pecuniam utilius implicare, & quod indebitum dicatur illud, quod ab invito exigi non potest, ubi deficit, scilicet ci- 38 vilius, & solemnis obligatio, quamvis naturaliter debatur, in terminis Dec. in d. si certis annis, n. 4. C. de pact. & ob id fortius attentari potest, quod cum usu- ræ prædictæ fuerint indebitæ, prout nunc etiam sunt, quia non promissæ, nec liquidatae, quod solutum pro usuris ipso jure extenuaverit sortem absque beneficio restitutionis: quamvis enim regulariter, ubi debentur fors, & usuræ, solutio cen- seatur facta prius in causam usurarum, quam for- tis, l. 1. C. de solut. cum concord. in Gloss. & hac 39 maximè, ubi debitor hoc expressit, tamen quando usuras sunt indebitæ, sed fors tantum debetur, li- cet principalis debitor solvat ex causa usurarum indebita, lex convertit solutam indebitæ in causam vere debitam, & sic extenuat ipso jure sortem prin- cipalem, leg. in iis, §. Imperator, ff. de solutio. leg. post rem judicatum, §. primo, ff. de transactio. Bart. & Jacob. in leg. creditor, §. fin. ff. de solut. cum aliis per D. de Pont. conf. 70. num. 25. quod autem ulu- 40 ræ, sive interesse sint indebitæ, probat benè Anna sen. post Corn. & Regin. alleg. 112. num. 6. vers. demonstratur, ubi idem, dicit in tertius non liquidatis, quod sint indebitæ, & proinde non posse censeri aliquid solutum in illam causam, & iterum allegor. 54. in fin. ubi refert ita decisum, & idem pro- 41 bat author. Bay. Bald. & Angel. in l. 1. ff. & C. de

solut. Felician. de censib. lib. 4. 10. 2. c. fin. post n. 33. ed fortius hoc procedit in solutione facta per tutri- 42 cem, vel per ipsummet minorem, ex quorum facto vel paeto, etiam expresso, minori præjudicari non potest, l. pactam curatoris, ubi DD. C. de pact. Cor- neus conf. 143. col. 3. lib. 4. Dec. conf. 147. in fin. & de solutione facta per matrem tutricem, quod non præ- 43 judicet filio, Silvan. conf. 66. Cephal. conf. 58. in fi. lib. 1. reddentes rationem, quia habuisset tutrix po- testatem, & fuisse quasi Domina, administrando re- stè, non autem male, l. qui fundum, & si tutor, ubi Bart. ff. pro empt. l. tutor, qui tutelam 28. ff. de ad- ministr. tutor. & idem in Prælato, quod solvendo non præjudicet Ecclesie, quia licet negligendo possit præjudicare, non tamen faciendo, Dec. in d. si cer- tis annis, n. 13. in fin. sed in casu nostro, quod magis est consideratione dignum, prætensiæ solutiones non sunt factæ à tutrice; & sic subintro sextum articul. 44 in quo fundabitur, deficere actoribus nedum jus, sed probationem: quod enim ad primas solutiones in vita matris, nullo modo appetet de ipsius man- dato, scientia, nec ratihabitione, unde dum extra- neus solvit absque mandato, qui, alio non apparen- te, censetur solvere de propria pecunia, l. & magis, ff. de solut. duo ex hoc pernecessè sequuntur.

Primum, quod hujusmodi solutiones factæ per 45 istum tertium, nihil penitus præjudicant tutori, nec pupillo ignorantibus, Decianus in terminis confil. 43. n. 35. lib. 3. Surd. conf. 419. n. 36. & 39. qui id 46 ampliat, etiam si solutiones essent factæ à matre, & tutrice, vel curatrice, num. 40. & 41. lib. 3.

Secundum, quod dum non potuit hic extraneus efficere duriorem conditionem ejus, pro quo non appetet habuisse mandatum, præsertim ad solven- dum in causam interesse non liquidati, solutiones prædictæ debent cedere in causa fortis, quæ, stan- do instrumento, poterat dici debita, pro qua qui- 47 libet tertius, etiam debitore, & creditore invi- tis, poterat solvere, l. solvendo, ff. de negot. gest. cum concord. per Don. de Ponte confil. 6. num. 21. Cartarism decis. Genuæ 61. num. 4. ed maximè, quia solvens sine mandato, tenetur plenè probare pecu- niā versam in utilitatem eius, pro quo solvit, Jaf. in l. civitas, num. 18. ff. si cert. pot. deficit etiam probatio omnino asserti mandati, in quo prætendit- 48 tur interventus, & consensus Marchionis, quia non est productum principale instrumentum, sed fit de eo mentio relativè in alio instrumento, & sic nullam fidem facit, Autb. si quis in aliquo doc- 49 mento, C. de edend. etiam si totus tenor instrumen- ti sit insertus, ut decisum testatur Afflict. dec. 273. latius Surd. conf. 419. num. 2. & 3. lib. 3. ubi n. 23. & 25. dicit indistinctè procedere in contractibus, & instrumentis, licet secus in privilegiis, unde deficiente etiam probatione, non video quomo- do actores obtinere possint: sic quoque deficit pro- 50 batio utriusque actus possessivi, tam in vita ma- tris, quam alterius post mortem fundati in di- cto instrumento mandati; siquidem dum adver- sus scripturas, & instrumenta publica, quantum- vis authentica, quæ actor producit initia litis ad probationem, reus opponit, & negat esse talia, ut puta non esse rogata à Notario, vel non esse scripta manu Notarii, aut dicit esse simulata, vel aliter nulla, talia instrumenta, quamvis produ- go cantur in forma solemni, nihil probant, donec actor in termino hæc omnia probet, & resolvat, ut ex Speculator, Oldrado, Anchurano, & aliis Gra- B b 3 yett.

52 *vetus conf. 72.* & 150. & licet alijs instrumentum dicitur probatio probata, procedit cum producitur in modum exequutionis, secus si ad probationem, adversario opponente, *Bellamera decisi.* 193. cum aliis per *Muscard. concl.* 907. & 911. novissime ex alio non potest Marchio cogi ad salvendum, stante exceptione discussionis inventarii inter alias oppo-

53 sita, quæ impedit litis ingressum, & processum ad ulteriora, *Bald. in l. fin. §. & si præfata, num. 5.* ubi *Corn. C. de iure delib. latè consult.* 52. num. 43. *D. de Francb. decis.* 272. num. 5. & *decis.* 531. num. 4.

54 & 5. quinimò impedit exequutionem sententiae, cum sit modificativa, etiam si ante sententiam fuisset inventarium presentatum, *Mastrill. latè decis. Sicil.* 24. & sic fortius in principio litis operabitur, debet enim hæres cum beneficio inventarii ab omni molestia, & vexatione personali, & onere litigandi immutatis conservari, quod non esset si interim cogeretur solvere, & proinde prevaluit semper 55 in S.C. illa opinio, ut pendente inventarii discussione, nec etiam super bonis hæreditatiis hæres sit molestandus.

Præsens hæc causa partium transactione sopia, ulterius non processit.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Lites inter conjunctos per communes amicos ser- minori debent.*
- 2 *Patrimonii vires nostra interest non pandi.*
- 3 *Statutum denegans compromissum, ubi agitur vi- gore instrumenti liquidum intelligitur, quando agi- tur exequutivè, non autem si agitur via ordina- ria, & num. 5. 6. 7. 8. & 9.*
- 4 *Constitutio loquens de instrumento garantigato, intuligenda est, si agitur exequutivè, secus si via ordinaria.*
- 10 *Compromissum super re dubia, transactione equi- paratur.*
- 11 *Compromissum denegari non debet super instru- mento, si contra illud pœsi opposit aliquam exce- ptio, quia ex illa, res efficitur dubia, & n. 23. 24. 25. & 26.*
- 12 *Argumentum à cessante ratione limitationis adictæ id statuto, & à contrariis adversis, sive pugnan- tibus validum est.*
- 13 *Statuta de causis compromittendis interpretantur à jure, ubi non agitur de exequutione sententia, vel instrumenti liquidu.*
- 14 *Statutum continens idem quod jus commune ab ea- dem interpretationem recipit.*
- 15 *Compromissum si denegatur, ubi agitur vigore in- strumenti etiam via ordinaria, intelligendum est quoque reus aliquam exceptionem opponas, li- cet coloratam, num. 16. 36. & 39.*
- 17 *Instrumentum liquidum quod dicatur, præsertim in materia compromissi, num. 18. 19. 20. & 37.*
- 21 *Dubia res quando, & num. 42.*
- 22 *Exceptiones peremptorice, in quibus casibus possint opponi post sententiam.*
- 27 *Exceptiones enervantes vires instrumenti, qua- sint, & num. 28. & 30.*
- 29 *Instrumentum quomodo dicatur probatio probata.*
- 31 *Instrumenti requisita ad ejus validitatem in hoc Regno, & in hac Civitate Neapolis, num. 32.*
- 33 *Exceptio simulationis tollit consensum de contra- dictu, nec unquam censetur exclusa, præsertim in statuto de compromissis, num. 34. & 35.*
- 38 *Decisio Capycii 48. declaratur.*

- 40 *Præsum terra probatur ex releviis, nec ex singu- lorum affectione, & ex redditu, & communi estimatione, & num. 41.*
- 43 *Negatio quando officias rem dubiam.*
- 44 *Compramissum debet fieri super factu dubio, non autem super questione iuris clara.*
- 45 *Dots inofficiosa que dicatur.*
- 46 *Dots inofficiale actio, an detar constante marri- mario.*
- 47 *Minor dotans forare immodecum, mediante tutore, an si fuit læsus, restituatur.*
- 48 *Constitutio Regni, In aliquibus, cessat in succe- sione fratrum, etiam in eisdem bonis.*
- 49 *Articulus juris controversus equiparatur ques- tioni si facti, etiaca in materia compromissi.*
- 50 *Instrumentum quoties controvertitur, an sit liqui- dum, hic articulus compromissi debet.*
- 51 *Statutum de compromissa inter conjunctos, habet locum etiam in dote, & ipsius interesse, & n. 54.*
- 52 *Statutum generale comprehendit etiam causam do- tis, que non reperitur in illo casu specialiter privilegiata.*
- 53 *Argumentum à doris interesse ad alimenta, quando procedat.*
- 55 *Arbitrii juris succedens loco judicium.*
- 56 *Pragmatica de compromissi inter conjunctos habet locum, ubi agitur de quantitate paragii super feudo.*

### A R G U M E N T U M.

*Pragmatica prima, sub titula de arbitris, denegans compromissum, ubi agitur vigore instrumenti li- quidi, intelligitur si agatur exequutivè, secus si ordinatur aliqua exceptio, etiam coloratè; & locum habet etiam si agatur de questione juris du- bia, vel de dote, & ipsius interesse, aut de quan- titate paragii super feudo. Plura de exceptionibus peremptoriis post sententiam admittendis, ac de ex- ceptionibus enervantibus vires instrumenti. Deci- sio Capycii 48. declaratur: & quando dicatur in- strumentum liquidum tam in materia compromissi, quam presentationis via ritus, optimè enucleantur.*

### Pro codem Dom. Marchione Pri- cipe Cassani.

### C O N T R O V E R S I A L X I I I.

*J*uridicam omnino censi debere exceptionem compromissi petiti per Illust. Marchionem Agroti- tariorum adversis, petitionem sororis ejusque viri, ducatorum septemille ex resta dotum, quæ præ- tenduntur promissæ per ejus tutricem, & interesse ipsarum, & omnino reformandum decretum S.C. ex tempore latum, ex eo manifestè apparere poterit, quod fundatus super notissima dispositione casus clarissimæ Pragmaticæ existentis in viridi observan- tia, cuius dispositionem non odiosam, sed favorabi- lem, & continere in se æquitatem, & honestatem, ut lites inter conjunctos per communes amicos sine strepitu terminentur, argumento text. in *l. congruen- tius. C. de patria potestate*, magis communiter tenent DD. in unum congregati per *Marc. Antonium Blancum de compromissi. q. l. n. 3. vers. contraria opinio, & ma- xime in casu nostro, ubi de viribus patrimonii, quæ no-*

nostra interest non pandi, *I. fin. C. de arbit. uscl.* & de inoficioseitate dotis, & justo paragio, ubi necessario subintrat questio qualitatis, & parilitatis conjungum, quam congruentius intra domesticos parientes ab arbitris determinari, non minus auctorem, quem reum deceret. Verum, quia pars (ut audio) ad exclusionem compromissi tres affert exceptiones ad Pragmaticam, conabor clarissime ostendere, nullam ex limitationibus, quibus inhæret, applicari posse ad causam nostrum, & proinde regulæ inhærendum,

Et sic non obstat. Primo, quod agitur vigore instrumenti. Secundo de dote, & interesse dotum, quod interesse succedit loco alimentorum. Tertio, de re feudali, cum agatur de actione ad feudum.

Et quoad primum, dum statutum loquitur de instrumento liquido, & non simpliciter de quovis instrumento, necessario debet intelligi quando petitur exequutio instrumenti, & sic agitur exequutivè simpliciter vigore ipsius instrumenti liquidi, scilicet vigore pacti exequutivi, juxta tradita per Bart. quæst. 5. in *I. creditores, C. de pignor.* non autem quando agitur via ordinaria servato juris ordine, ut ex theorica, Bald. in *I. planè, ff. quod falso tutor, auct. gestum est, scribentis audivisse, Bart.* dicentes, quod valde differt producere instrumentum in modum exequutionis, & in modum probacionis, quod ineffectu scriptù etiam, *Bart.* in *I. si fides, ff. quod cum eo, quem ad hoc cum aliis citat, Milan. decis. 13. num. 35. part. 2.* concludit in specie, *Roman. cons. 300.* quod constitutio loquens de instrumento garantigato, vel liquido intelligentia est, quando immediate agitur vigore ipsius instrumenti, & exequutivè, non autem cum agitur via ordinaria, & producitur instrumentum ad probacionem, quae valde differunt; ut in terminis nostris in individuo in omnino simili statuto, optimis rationibus, & juribus relato Romano, fundat *Socin. cons. 5. i. in princ. & per totum, vol. 5. præsentim cum statutum loquens de rejectione petitionis compromissi, limitat seipsum, dum in principio generaliter loquitur de compromesso faciendo, ergo cum veniat correctivè finis ad principium debet strictè intelligi, vulg. *I. præcipimus, C. de appellat. cum simil.**

6 & ante *Socin. consuluit Anchær. cons. 183. pro clariori intellectu, ubi in casu ejusdem statuti concludit, esse semper locum petitioni compromissi, cum lis, vel causa instituitur, ut in *I. litis nomen, ff. de verb. signif.* in qua libellus, vel petitio contra consanguineum dirigitur ubi opus sit termino, & ordine judiciario, quæ ad sententia validitatem requiruntur; tunc vero solum cessare, cum executivè agitur, vel ubi solum judicis officium imploratur, ubi nulla petitio, vel libellus formatus contra debitorem porrigitur, nec actio presupponitur, *I. qui per collationem, §. 1. ff. de action. empti,* & in terminis tradit etiam, *Houde deus cons. 9. n. 16. lib. 1.* quod fundatur ex clarissimis verbis nostræ Pragmaticæ, quæ loquitur de causa, & lite ordinaria, ibi, *odia, quæ ex litibus occurruunt, & ibi, in causis civilibus, vel misis quædam cumque arte divisionem termini ad probandum, & ibi in procedendo,* & sententiando, & iterum, ad cognitionem, & decisionem ipsius causæ se processuros, & ibi, causam ipsam per sententiam terminare, & paulò post, per suum laudam causam expediā, & iterum, *si causam non expedierint, & in fine ibi, effectualiter causam diffidere,* quæ toties geminata, & reiterata verba satis apercè demonstrant, ut tunc habeat locum compromissum,*

quoties verè agitur de lite, & causa, & sic ordinariè, fecus vero quando via exequutiva, ut in terminis ejusdem statuti arguit ex dictis verbis, *Fulgo. in I. eleganter, n. 5. vers. vos defendatis Bartol. ff. de condit. indeb. ea ratione, quia cum verba statuti non convenient, cessat ipsius dispositio, quod dicit probari in I. post rem, a contrario sensu, ff. de re judic.* & hoc expresse voluit, *Anna sen. declarans prag. in constit. constitutionem, n. 285. in fin.* & ultra verba Pragmaticæ, probatur hæc verissima opinio viva ratione; ideo enim statutum negat fieri compromissum, ubi agitur vigore instrumenti liquidi, obligationis, vel sententia, quia cum ista habent exequutionem paratam, res est certa, clara, et liquida; et sic cessat compromissum, cu-  
10 jus natura est, ut fieri non possit, nisi super re dubia et lite incerta, quia transactioni equiparatur, ut est *tex. in §. 1. in art. ut differ. judices, et utrumque tradiit Jaf. in I. 1. n. 1. juncto n. 13. vers. quarto principali- ser nota, ff. de transact. et in I. si causa cognita, C. eod. 11 sis. at ubique contra instrumentum potest opponi aliqua exceptio, non obstante statuto prohibente exceptiones opponi, tunc propter talē exceptio- nem permisam cessat exequutio parata, et per consequens res efficitur dubia, unde super tali exceptione compromissum denegari non potest, ut est clarissima theor. *Bar. in I. post rem 11. n. 2. & per sos. ff. de transact. junctis ultimis verbis, quam ita reali- mit, et dicit communiter approbari, Socin. cons. 5. I. n. 6. vers. quarto nulli dubium, volum. I. quæ conse- quentia necessario sequitur, sive arguamus a ces-ante ratione limitationis adiectæ in statuto, sive a contrariis adversis sive pugnantibus, quod utrum- 12 que fortissimum est argumentum, ut per Everard. in sua Topica, loco & contr. & a ratiō. I. stricta, et hoc eo fortius, quia de jure communi quamvis in statuto talis exceptio sententia, vel instrumenti liquidi non esset ullo modo expressa, tamen hujusmodi statuta de causis compromittendis, ita a jure, inspecta mente statuentium, interpretantur, ut 13 non habeant locum, ubi agitur de exequutione sententia, vel instrumenti liquidi, ut est communis, opinio DD. ut latè probat, *Alexand. cons. 135. lib. 6. cum concord. per Blancum de compromiss. quæst. 4. n. 3. vers. dictum hoc, & Frecc. de præsent. instrum.***

14 p. 7. in princ. n. 14. igitur tale statutum continens in hoc idem, quod jus commune, ab ipso jure communi debet interpretationem recipere, ut in omnibus casibus, in quibus de jure communi potest fieri compromissum, quod est cum agitur via ordinaria non exequutiva, in ejusdem casibus, per statutum censetur inducta necessitas compromittendi, prout in specie latè disputando, concludit, *Blancus in d. q. 4. n. 2. 1. vers. in contrarium autem est veritas.*

Secundū, si concederemus, quod cum agitur vigore instrumenti, etiam via ordinaria, cesset compromissum, fateri oporteret, illud eousque cessare quo- usque reus aliquam exceptionem apponenteret pluri- 15 mum enim scripturæ tribuitur, quod pars contra illam nihil opponat, ut pluribus probat, *Crovet. de antiquis. p. 1. c. incip. queritur etiam in hac materia, n. 23. et in terminis, Frecc. de præsent. instrum. par. 7. in princ. num. 13. in fin. Lancelotus de attentatis par. 2. cap. 12. lib. 9. num. 8. Mascal. concl. 911. quod ampliatur etiam si exceptio colorata dumta- 16 xat sit, ut ex *Natta cons. 388. num. 4.* et aliis docet pulchre *Martinus in responsa pro uxoris Amata, n. 11. & in post decis. Aragon.* unde cum in casu no- stro plures substantiales sint oppositæ inferius an- notatæ,*

notatae, omnino compromisso locus erit.  
 Probatur assumptum ex eo, quia compromissum tunc cessat ex statuto, cum instrumentum, cuius vi-  
 gore agitur, est liquidum; at quicquid sit in materia  
 præsentationis instrumenti, vigore ritus, ubi ritus  
 expressè declarat illud in sua materia dici liquidum,  
 17 quod est per se liquidum sine alia probatione, vel  
 petitione danda ad probandum liquiditatem; ut ex-  
 pressè dicitur in *Ritu* 167. ubi *Carav. num. 3. & 14.*  
 18 tamen in materia compromissi, ut dicatur instru-  
 mentum liquidum, necesse, ut nulla exceptione op-  
 posita valeat impediri, quia si aliquantulum in du-  
 bium refricari possit instrumentum, vel ipsius fides;  
 non dicitur amplius instrumentum liquidum, ut ar-  
 gument. *I. divisus 14. ibi, si tibi liquido compertum est, &*  
*ibi, nec subest ulla suspicio, ff. de offic. praesid. & I. fin. ibi,*  
*si causa liquida sit, & non multis ambagibus innodata,*  
*C. de compensat. & in cap. si beneficia, de præbend. in 6.*  
 19 ubi illud dicitur esse liquidum vel certum, quod  
 absque dubitatione, & contrarietate juris est ut per  
*Jo: Andr. in cap. si Episcopus, de præbend. in 6. sicut, &*  
*sententia, adversis quam possibile est aliquam exce-*  
*ptionem opponere, non dicitur liquida, quia illud*  
 20 *dicitur liquidum in materia compromissi, quod*  
*exceptione aliqua elidi non potest, ut in individuo*  
*in terminis statuti de compromissis necessariis, tra-*  
*dit Bald. in d.l. post rem, n. 8. vers. nono nota, quod ge-*  
*neralia statuta de compromissis necessariis non ha-*  
*bent locum in debitis liquidis, quæ non possunt ex-*  
*ceptione, vel negatione infringi, & ibi Angel. dicit,*  
*quod ideo lata sententia, quæ fecit transitum in rem*  
*judicatam, vel ubi de debito constat per instrumen-*  
*tum guarentigie, quod habet exequitionem para-*  
*tam, non poterit compromitti, quia res non est du-*  
*bia, nec per negationem post effici dubia, secus ve-*  
*rò, quando res est dubia, quia tunc habet locum*  
*compromissum, & ut declararet quando possit esse*  
 21 *dubium, subjicit exempla, si negetur judicatum, vel*  
*debitum, & inter alia dicit, tunc fieri rem dubiam, si*  
*allegetur, aliquam exceptionem competere contra*  
*scripturam, quæ potest objici post sententiam, vel*  
*contra instrumentum guarentigie, citans I. i. cum*  
*gloss. C. de juris, & facti ignor. ubi notantur casus, in*  
*quibus exceptiones peremptoriae possunt opponi*  
*post sententiam, & ita dicit Angel. illis diebus con-*  
*suluisse Papie, quinimò fortius voluit Paul. de Ca-*  
 22 *stro in I. si causa cognita, n. 4. C. de transact. quod licet*  
*instrumentum habeat exequitionem paratam; ex*  
*forma statuti, ita quod non sit opus dare libellum, vel*  
*litem contestari, si tamen in tali exequitione pos-*  
*sent objici omnes exceptiones, quæ possent objici*  
*in judicio ordinario ante latam sententiam, quia*  
*tamen ex hoc non haberet per omnia vim rei judi-*  
 23 *catae, adversis quam regulariter non admittuntur*  
*exceptiones peremptoriae, propterea in tali exequi-*  
*tione admittitur compromissum, sicut etiam transac-*  
*tio, cuius doctrinam comprobavit optimè Alexand.*  
*ibid. n. 9. vers. quod intelligi Paul. & cum Bald. Angel.*  
*Castr. & Alex. transiunt Bart. Bald. & ali in Legan-*  
*ter, ff. de condit. in deb. & cæteri in aliis locis congestis*  
*per Ias. in d.l. post rem 11. n. 1. in princ. in vers. nota di-*  
*ligenter, & n. 5. vers. quare fallit, ubi dicit hanc do-*  
 24 *ctrinam esse notabilem, & auream, & n. 3. ampliat,*  
*nihil in instrumento, sed etiam in schedula scripta*  
*manu mercatoris, si tamen per statutum plenè proba-*  
*ret, & nihil contra eam opponi posset, & sic dum*  
*contra instrumentum non prohibentur exceptiones*  
*opponi, prout est in judicio ordinario, res per illa-*

rum oppositionem involvitur, & redditur dubia,  
 25 unde compromissum non excluditur, prout latè  
 probat *Socin. conf. 4. viss actis, col. 1. volum. 1. quod*  
*in effectu voluit etiam Gratius conf. 155. num. 17. lib.*  
*2. idemque latè, & doctissimè, juribus, & rationibus*  
*manifestis, consuluit *Alexand.* ante *Socin.* de quo il-*  
 26 *le non meminit confil. 166. viso punto lib. 2. ubi in*  
*eodem statuto omnino de compromittendis causis,*  
*& litibus inter conjunctos cum eadem exceptions*  
*expressa, nisi de debito constaret per instrumentum*  
*liquidum, probat, quod priusquam Iudex decernat*  
*non esse locum compromisso, debet plenè constare,*  
*instrumentum esse publicum, & liquidum, cum sta-*  
 27 *tutum de tali loquatur, quia plura possunt adver-*  
*sus instrumentum opponi, puta illum, qui illud con-*  
*scripsit, non esse Notarium, vel esto quod is, à quo*  
*dicitur, rogatum fuerit Notarius, non tamen fuisse*  
*ab eo conscriptum, quod potissimum dicitur procede-*  
*re ubi instrumenta veniunt de longinquo, ubi non*  
*est nota persona, vel manus Notarii, quo casu onus*  
*actoris est utrumque probare concludenter per legi-*  
*timas probationes, sicut opponi quoque potest, in-*  
*strumentum fuisse simulatum, quo casu non datur*  
*amplius instrumentum, deficiente ipsius substantia,*  
*& proinde decisivè concludit in casu suo, ubi adver-*  
*sus instrumentum erat prædictæ exceptions op-*  
*positæ, omnino locum esse compromisso, quod autem*  
 28 *prædictæ exceptions, non est Notarius, qui dictum*  
*instrumentum confecit, vel non est rogatum ab illo,*  
*aut scriptum ipsius manu, dicantur enervare vires*  
*instrumenti, adeo ut nedum non dicatur liquidum,*  
*sed nec instrumenti nomen mereatur, quoque pro-*  
*ducens instrumentum hæc omnia probet, latè pro-*  
*bat idem *Alex. confil. 198. viso processu, lib. 7. per to-**

part. post Specul. Oldrad. Anchar. & alios congestos per *Cravett. conf. 72. 150. & iterum de antiquis temp. part. 3. in cap. incip. vidimus in genere, ubi dicit hoc esse absolutum in instrumentis factis de recenti, ut est casus noster, & tradit modos probandi has qualitates, quas exceptions opponi posse, etiam stante statuto rejiciendi omnes exceptions tradit post *Crotum*, & alios, *Milan. decis. Sicil. 8. num. 5. & 6. lib. 2. & cum *Alexand.* & aliis concordat optimè decis. Bellam. 193. incip. si Notarius, & alii congesti per *Ma-***

29 *scard. d. conclus. 911. qui in concl. 907. limitat illud vulgare, ut instrumentum dicatur probatio probata, procedere modò adversarius acquiescat, & nihil objiciat, alias secus, cum *Butr. Socin. Dec. Capbal.* & aliis, quod latè de oppositione partis ponderat *Cra-**

30 *vett. d. conf. 150. quæ omnia potissimum procedere in Regno nostro, ubi in stipulatione instrumenti, nedum requiritur Notarius, sed Judex ad contractus, qui simul cum duobus ad minus testibus non solùm intervenire debent, sed se propria manu subscribere in instrumento, cum de jure cummuni sufficeret, testium nomina describi per Notarium, patet ex traditis in *Constitutione Instrumentorum robur*, & per *Affl. in Constitution. Bajulos, num. 20. in 8. requisito, juncto num. 23. vers. undecimo requiritur, & per eundem in *Constitut. Consuetudinem, n. 13. ex quo in Regno non probat instrumentum in carta de bom-***

31 *bice, non obstante quavis contraria consuetudine, nisi instrumentis confectis in Civitate per Notarios Neapolitanos, ubi de facili potest haberi veritas ex protocollo, ex quadam tolerantia S.C. de qua per *Affl. in d. Constitution. Consuetudinem, num. 11. unde cum in casu nostro contra prætensum instrumentum sint omnes prædictæ exceptions oppositæ, & insu-**

insuper gradatim alia exceptio peremptoria simu-  
33 lationis, quæ tollit consensum de contractu, ad no-  
tata per Bald. in l. 1. *C. plus valere, quod agitur, &*  
*sic remaneat corpus sine anima, ut per D. Ponte conf.*  
34 2. n<sup>m</sup>. 72. & 73. ita ut nusquam talis exceptio  
censeatur exclusa, ad tradita per *Carol. de Graff.*  
*de except. c. 12. omnino sequitur, ut compromis-*  
35 sum excludi non possit virtute dicti instrumenti, ut  
latè & doctè post *Socin.* in *dict. consil.* & *alios*, quos  
citat. tradit *Lanfranc. de Oriano*, in *tractat. de er-*  
*bitris*, in 7. *divisione*, quæst. 50. n<sup>m</sup>. 100. quod ul-  
trà *DD.* extros validissime comprobat ex *Regni-*  
*colis*, *Freccia*, in terminis nostræ *Pragmaticæ*  
*tractat. de liquid. instrument. part. 7. in princip. per*  
*etiam, præscriptim n<sup>m</sup>. 12. & 13.* ubi monet reum, ut  
36 aliquid saltim coloratè opponat contra instrumentum  
ante litis contestationem, & tradit differen-  
tiam inter instrumentum liquidum in materia Prag-  
37 maticæ de Compromissis, ut liquidum sic illud,  
quod exceptione non eliditur, & liquidum in mate-  
ria præsentationis instrumenti, quod dicitur liqui-  
dum, ubi non eget alia probatione extra instru-  
mentum, de qua liquiditate loquitur expressè *Ri-*  
*ess. 167.* quod discrimen in effectu sentit etiam *D.*  
38 *Capyc. decis. 48.* dum refert decism quod in mate-  
ria compromissi dicatur adhuc liquidum instrumen-  
tum, licet non sit de per se liquidum, cum tamen  
esset de brevi liquidandum, etiam per extrinsecam  
probationem, cum esset probanda mors testatoris,  
aditio hereditatis, quæ de facili probari poterant,  
quia tamè nihil adversus instrumentum: testa-  
menti objiciebatur, argumento *text.* in l. *alim.*  
*C. de edit. Divi Adriani*, ibi, n<sup>i</sup>f, & cum *Frecc.* vi-  
39 detur etiam sentire *Gram.* super *DD. Pragmati-*  
*ca*, *odia*, dum n<sup>m</sup>. 6. querit, quid si opponitur  
contra instrumentum, quod non sit publicatum,  
nec scriptum manu publici Notarii, & se remittit  
ad *Alex.* in d. *conf. 166. 2. valv.* prout etiam fa-  
cit *Ursill. ad Afflit. decis. 48. n<sup>m</sup>. 7. & 9.* dum in  
eo, quod dicatur instrumentum liquidum in ma-  
teria compromissi, simpliciter refert, & sequitur  
*Alexand.* quem eo non citato, apertissime sequitur  
l. *Arnonas Regnicola* in suis comment. sub n<sup>m</sup>.  
128. & latè in *Iuis cartelis*, cap. 10. & 17. & idem  
latè probatur in moderna *praxi* *S.C. pars. 1. Gloss.*  
*Graudum* post n<sup>m</sup>. 48. littera *G.* præsertim in fin.  
& optimè *Sardas conf. 451. n<sup>m</sup>. 50.* & ultra præ-  
dictæ exceptiones, est & altera opposita inofficiosa  
dōs, quæ dependet ex facto, scilicet ex valore, &  
pretio Terræ Agrotiaræ, quem prætendit in ter-  
mino clarè ostendere conventus, non potuisse  
ascendere ad ducatos 40. mil. in qua, ultra juris  
præsumptione, quam habet pro se, quia dicens,  
bona, vel ipsorum pretium non sufficere, trans-  
fert onus probandi in adversarium, producit in  
40 promptu relevia soluta parum ante donatio-  
nem ex quibus probatur verum pretium, & ad  
locationem annuorum ducat. . . . . dictæ Ter-  
ræ; quam assert actor; pro nunc opponitur,  
quod debet actor ostendere, fuisse exactam dictam  
pensionem, quia sicut simplex locatio non probat  
possessionem sine actuali solutione, ita pari ra-  
41 tione non probat pretium, quod ex vero redditu,  
non ex instrumento locationis colligitur, sicut  
neque ex singulorum affectione, sed ex vera,  
& communi estimatione probatur, & in termino  
docebitur, quod dicta locatio fuit fiduciaria, & si-  
mulata facta ad alium finem, & nullum unquam

habuit effectum; ex quo saltim negari non potest,  
quod redditus hoc factum dubium, & controver-  
sum, donec ex utriusque probationibus veritas ap-  
pareat, nam per negotiationem facti efficitur res du-  
42 bia, l. 3. cum concord. in *Gloss. in verbo dubium*, *C.*  
*quibus ad libert. proclam. non licet, præsertim*, cum  
non est omnino, & evidenter calumniosa, quæ tunc  
dicitur cum negatur factum evidens, & notorium ut  
si quis negaret, *Bulgarum*, vel *Azonem* mortuum,  
ut exemplificat *Angel.* in l. 1. ff. de transact. vel si ne-  
getur, adesse scripturam, quæ tamen legitur in actis  
ut notant *DD.* in l. 1. *C. de procur.* vel ut dicit *Bald.*  
*ibid. in fine*, quod tunc negatio facit rem dubiam,  
43 quando fit in principio causæ, vel etiam in medio  
cum res est liquidanda, secus si in fine, postquam  
contrarium apparet per probationes, & sic negoti-  
um est liquidatum, quod clare probatur in d. l. post  
rem 11. ibi, si agatur judicatum, vel ignorari potest,  
ubi *DD. omnes*, *C. de transact.* & in l. 1. ff. de transact.  
cum aliis per *Socis regul. 275.* unde stante dubietate  
facti liquidandi, compromissum vigore statuti dene-  
44 gati non potest, quod propriè super facto dubio,  
non super questione juris clara, concedi debet, ut  
per *Bald.* in *l. ancilla* in 3. nosab. *C. de fortis*, *D. Capyc.*  
*dec. 7.* cum aliis congestis per *Blanc.* in d. *transact.* quæst.  
4. in *princ. n. 3. cum seq.* & per *Plotum* in l. si quando  
n<sup>m</sup>. 165. *C. unde vi*, ubi dicit, tunc cessare com-  
promissum, quando partes omnino essent in pacto  
concordes, ut ultra controversiam facti super pretio  
*Agrotiaræ*, est & altera super quantitate onerum,  
scilicet debitorum utriusque parentis, quæ pretendit  
*Marchio* ascendere ad magistrum summam, & in jure  
plures resultant articuli discutiendi, non clari, & cer-  
ti, sed validè difficiles, & dubii ob varias *DD.* opin.  
quæ tanti fuerunt, ut inde sint ortæ; nedum diversæ,  
sed etiam contrarie decisiones ejusdem *S. C.* et in  
45 primis, ut verè dignoscatur, quæ sit dos inofficiosa,  
ad intellectum sit. *C. de inoffic. doribus*, dicit,  
*Bald. Novell.* quod d. tit. à plurisque male intelligitur,  
et habet aliquid difficultatis propter varios intelle-  
ctus, ut ipse dicit, de dote, part. 1. c. 55. vers. quæra  
quando dicatur, & in fine: occurrit deinde in hac  
causa discutiendus ille articulus, utrum *Marchio*  
46 posset conqueri de inofficiosa dote, sorori constitu-  
ta, constante matrimonio, vel tantum ipso soluto,  
in quo licet *Afflit.* dicat decism negativè *decif.*  
86. contra tamen illius opin. tenet *Dom. de Francb.*  
*decif. 104.* ut possit etiam constante matrimonio,  
prætertim excipiendo, *Ursillas* verò in d. *decif. 86.*  
latè invehit contra *Afflit.* et deinde conatur di-  
47 stinguere. Cedit etiam alias articulus, utrum  
*Marchio minor* dotans immodicè sororem, me-  
diante tutrice, si fuit læsus, restituatur, in quo ca-  
dit inspectio facti, an vir sororis fuerit dignus tanta  
dote, de quo per *Bald. conf. 108. lib. 1.* de quo  
agit *Natura* latè *conf. 658.* et an illud paragium pos-  
sit excedere legitimam, nec nè, et transcendere  
usque ad virilem; quæstio satis dubia, quæ depen-  
det etiam à cognitione facti, utrum fuerit ampla,  
vel tenuis hereditas, et in liquidatione istius pa-  
ragii est videndum, an sint connumerandi om-  
nes septem filii, ut prætendit *Marchio*, vel solum  
quinque, quia reliqui deceaserunt ante matrem;  
ut prætendit conventus: insuper prætendit  
actrix, augeri paragium ex rata partium com-  
48 petentium super bonis parentum, fratribus præ-  
defunctis quia Constitutio Regni non habet lo-  
cum in successione fratrū, etiam in eisdem bá-  
nis,

nis, ad tradita per D. de Franch. decis. 87. & 171. Ann. alleg. 81. prætendente Marchione in contrarium, quod cum non adsit in hereditate parentum, nisi solum feudum, quod sit feudum liberatum ab onere vita, & militia per mortem fratrum ad suis filios prius geniti commodum: occurrit etiam articulus invaliditatis, seu inefficaciae decreti S.C. interpositi super donatione, veluti sine causa cognitione, & præter intentionem judicantium, quibus fuit obreptum, & subreptum, cum numquam decretum interposuerit, si constitisset de tali inofficiositate, & lassione: & demum, cum Marchio exhibuerit vinculum adiectum super dote materna tempore constitutionis dotis, quo stante prætendit, illius virtute non potuisse matrem aliquem ex filiis meliorare; astricta inficiatur voluntatem, & potestatem dabantium, qui tale vinculum donationi adjecterunt; super quibus juris 49 articulis controversis, cum equiparentur questio[n]ibus facti, dicunt PP. omnino compromissum esse faciendum, potissimum cum habeant maximam facti misturam, ut per omnes in l. cum proponas, C. de rebus creditis, latè Ias. conf. 25. num. 1. lib. 1. in l. 1. na. 19. ff. de tract. cum concord. per Blanc. in d. quest. 4. in princip. n. 1. 2. & 3. vers. nec obstat, quinimò plus di-  
50 xerunt DD. quod si negetur instrumentum esse liquidum, ut sit locus compromissi, iste articulus, ut cognoscatur, sit, vel ne liquidum, & an sit locus compromissi, compromitti debet, Bart. Fulgos. qui ita dicit judicatum de facto, Castr. Alex. D. Anton. de Alex. & Ias. nam. 21. in l. penult. C. de pacis, D. Capyc, decis. 7. in princ. cum concord. per Plotum in l. si quando, n. 154. ubi hoc declarat n. 263. C. unde vi, & Blanch. d. quest. 4. n. 21. ad 22. & præsertim in vers. & quod causa, Arnonus caput. 6. post Gramm. super d. Pragm. num. 17.

Quoad secundam exceptionem, cessare compromissum, ex quo agitur de dote, & interesse dotium, quod succedit loco alimentorum, in quibus cessat compromissum, dicimus etiam in dote habere locum 51 cum statutum de compromissu inter conjunctos, ut ultrà Alex. in terminis d. conf. 166. lib. 2. concludit disputando Gramm. in nostra Prog. n. 9. Blanc. d. q. 4. in princ. n. 20. vers. causa dotis, ubi subjicit ex Corn. & aliis rationem, quæ plurimum supradicta confirmat quia in causa dotis debent intervenire substantialia judicii, & more aliorum judiciorum tractetur prævio libello, litis contestatione, & aliis, & quia sit pli-

num præjudicium, & sequitur *Surdus de alimento*. tit. 8. privil. 56. num. 34. & 36. & hoc præsertim cum 52 generale statutum comprehendat causam dotis, quæ in illo casu non reperitur specialiter privilegiata, ad latè congesta per Tiraquell. in tract. 9. 1. Gloss. 14. nu. 96. ego vero, nec obest, quod interesse dotis succedit loco alimentorum, in quibus cessat compromissum, ergo & in dote, quia ultra quod haec argumentationes, dos succedit loco legitime, legitima succedit loco alimentorum, & proinde dos succedit loco alimentorum, non sunt simpliciter, & indistincte vere, & præsertim, ubi contrarium reperitur iure expressè decisum, ut in casu nostro, quod bene docet Everard. loco à dote ad alimenta, & patet ex traditis per Loffred.

54 Præterea, sicut in dote in specie dicunt DD. habere locum compromissum necessarium vigore statuti, ita quoque in alimentis, quia quæ sunt necessariae vigore statuti, non regulantur secundum ea, quæ 55 sunt voluntariæ per partes, & quia arbitrii juris succidunt, ut auctoritate Specul. & aliorum, recte concludit Blanc. d. q. 4. num. 19. quem latè sequitur *Surdus de alimento*. d. tit. 8. privil. 56. nu. 33. & 36.

Quoad tertiam, & ultimam exceptionem, quod agatur de paragio super feudo, & sic de re feudal. clara est responsio, quod hic non negatur, deberi paragium, sed agitur de quantitate paragii, quo causa habet locum *Pragmat. nostra de Compromissis inter conjunctos*, & dictum testantur Afflct. decis. 43. Minad. decis. 3. ex quibus omnino locus esse debet petitio compromissi, ut *Pragmat. tam favorabilis incorrecta remaneat*.

### DECISO.

**D**ie Sabbati 5. Novembris 1611. referente Dom. Consil. Georgio cum Domino Didaco Lopez, & Domino Aloysio Xarava, fuit confirmatum primum decretum, ex tempore, & festinanter latum, his non allegatis *quod procedatur in S.C. petitio compromissu non obstante*, & moti fuerunt, ut accepi, quia capitula matrimonialia, de quorum sensu, & validitate agebatur, fuerant confirmata mediante decreto S.C. & sic inconveniens vixit fuit permittere, ut arbitri reviderent provisa per S. C. & etiam quia instrumentum de per se erat liquidum, licet per oppositionem partis redderetur illiquidum.

### FINIS.

DECL.

# DECISIONES PRÆTERMISSE.

## AD CONTROVERS. XIV. DECISIO.

Hujus Controversia Decisio fuit pro altera parte prolata, verum fuit interposita reclamatio, quæ adhuc permanet indecisa.

## AD CONTROVERS. XXXVII:

*In hac controversia ad Decisionem usque non fuit progressum.*

## . DECISIO CONTROVERS. LIII:

Ubi plures aliae decisiones subnectuntur, distinctis casibus in materia Prælationis competentis tam universitatibus, quam Baronibus, & condoninis in venditione universi Castri, & etiam jurisdictionum particularium, ubi forte casus quidam novi subjiciuntur.

### S U M M A R I O M.

- 1 Hecris Copycii Latro R. Confilandæ.
- 2 Deciso R. Camera lata super Controversia Quinqvagefimateria.
- 3 D. Petrus Jordaneus Ursinus S. Neap. Consilii Praes. landat.
- 4 Terminus, sive dilatio ad probandum scđ concedi sicut in supremis Tribunis. Neap. etiam in causis in pando iuris, ubi allegatur aliqua facti misura. Et decisiones reconosciuntur num. 5. & infra art. quinto, num. 25.
- 5 Vendito Castro cum iurisdictione, tam à Rege directo domino, quam à Barone ipsius scili domino, receptam est, compescere universitati iure prælationis, ut fiducio pretio admittatur ad Regium demanum.
- 6 Demasiis petitione iure prælationis competentes Universitati Castri venditi, unius anni inservit finitur.
- 7 Restitutio in integrum etiam Universitatibus denegata post annos lapsum, ex Praga Regni de anno 1588.
- 8 Tempus petendi demanum iure prælationis, pliante Pragmaticem diversimodè statutum.
- 9 Decreti forma consueta in concedendo prælationem pro demanio Universitatibus.
- 10 Demanum introductum sive ex principiis iuris, non principaliter, sed causative, sive potius ex consuetudine, prætor, vel etiam contra iuris principia, num. 15.
- 11 Vassalli demaniales possunt se opponere fisco aliquasi, dicendo, nolle esse Baronis, & evadendi sunt pro strictissime commodo, num. 13. 19. & 21.
- 12 Universitates admissæ iure prælationis ad dominum, eximuntur à pluribus servitio, & oneribus.
- 13 Consecuto tributum retrahunt, sive iure prælationis

- ad consequendam demaniam, orum habent, & sublinetur ex iure competente ipsi Regi.
- 17 Prælatus, sive retractor competens directo Domino, cedi non posse.
- 18 Jus prælationis ex quibus organetur in fraudem propria, remissive.
- 20 Consolidatio utilis dominii cum directa, utilis ob diversos effectus.
- 22 Demanii petitione, directo Domino non assistente, & fortias contradicente, cessat.
- 23 D. Regens Camillus de Curte doctiss. meritis appellatur aberuditiss. D. Garzia Mastrillo.
- 24 Demanii petitioni procurator fisci directi Domini, non debet de facili consenserit, nisi recte libratis viribus, & qualitateibus Universitatibus, & que regisista concurrevere debeant.
- 25 Cives aliqui interdum præcedunt demanum non bono animo, & zelo libertatis, sed ad privatum commodum, ut pauperes opprimant, & bona patricie usurpent.
- 26 Demania non omnibus terris, sive Universitatibus congruum, sed quibusdam prostant, aliis vero maximum damnum inferunt. Et plures ob obscenum demanum, fuerunt coactæ iterum in dominium Baronum redire, num. 27.
- 28 Prælato nulla competit Baronii, contra quem certa subdita obtinat demanum, remissive.
- 29 Cives particulares, quinimq; annis est ipsi proprio arte posset ad libertatem per viam demanii proclamare etiam aliis contradicentibus.
- 30 Civis, qui obtinuit demanum, ceteris contradicentibus, absque spes repetendi premium ab Universitate, utram hoc non obstante repetrere possit utiliter expensa, D. Rovitus concedit, sed hic negatur, & nu. 33.
- 31 Universitas in integro, vel ipsius, major, & junior pars debet

- debet concurrere, ut concedatur petitio domanii, & ita admissa.*
- 32 *Decisio novissima super separatione casalis Palmae a terra Seminariae quoad jurisdictionem, recensetur,*

## A R G U M E N T U M.

## Primi articuli.

De jure prælationis pro consequendo demanio, competenti Universitati terce, vel Castri intra annum, tam in venditione, sive inseuditione, qua sit per Regem directum Dominum, quam per Baronem, cum Regis assensu; an jure sit introducta, & sufficiatur, & quo jure, vel potius de consuetudine præter, vel contra juris principia: quæ concurrere debeant, ut justè concedatur, etiam uni ex cibibus, aliis contradictibus: ex quibus causis sit deneganda, & num cedi possit. Terminus quando denegari possit in causa consistenti in puncto juris, quæ omnia ad veram praxim variis decisionibus etiam novissimis exornatam, deducuntur.

## PRIMUS ARTICULUS.

**P**aret hoc loco hujus controversie exitum commemorare, qui sanè is fuit, ut cum causa cediderim, id ego certè minus gravare tulerim; nam ut ille ait; Est etiam ubi profecto damnum præstet facere, quam lucrum. Cum enim in hac controversia pro adversario contra me stetisset D. Hector Capycius Latro celeberrimus id temporis causarum patronus, nunc vero meritissime Regius Consiliarius, vir sanè tum gentilitia nobilitate præclarissimus, tum juris totius, ac legum scientia præstantissimus, tum morum amicitate suavissimus, tum mihi denique amicitiae arctissimo vinculo, ac propinquitate conjunctissimus; ea re factum est, ut quam-ego in ea pugna cladem accepi, viator æ omnino lo-  
co reputaverim. Decretum fuit latum, referente Præside Salutio die 13. Septembris 1613. confirmando aliud decretum jamdiu latum, his non discussis, sub die 25. Octobris 1605. Et provisum, renovari banna pro venditione dictæ venditionis secundaruū causarum criminalium casalis Ciuranorum, in processu penes Claudiū de Mayo, hodie Carolū de Ma-  
tia, inter Regium Fiscum, & Alphonsum de Antinoro fol. 88. Et cum licitando vicerit postea Dom. Princeps Abbellinatum Camillus Caracciolum quem tuebar, cui fuit addicta jurisdictione prædicta ad rationem ducatorum duodecim pro qualibet fu-  
mante, liquidatis pro nunç juxta ultimam numerationem anni 1595. in focularibus centum, & octo, salvo jure Regii Filci, quatenus constituerit de ma-  
jori numero, ut ex decreto 16. Octobris 1613. fol.  
97. referente Dacissimo, integrissimo, Christiana  
pietate insigni, & omnibus numeris absoluto J. C. Hyspano Nobilissimo Petro Jordano Ursino, tunc Reg. Cam. Præside, hodie vero post supremos Magistratus, in Præsidem S. C. & Viceprothonotarium meritissime assumpto. Et cum exequuto decreto, & possessione capta per Principem, Antinorius in li-  
citione vietus petiisset præferri in dictam emptione secundarum causarum, tamquam utilis Dominus primarum, & prætendisset, articulum dictæ prælationis, veluti in mero puncto juris consistentem, ex-

- pediri absque termino; contrarium tamen fuit deci-  
sum, factò vero in Regia Camera 26. Februarii  
4 1614. fol. 100. & concessus terminus Principi, qui di-  
cebat, non deesse misturam multiplicis facti, qua ra-  
tione rād practicatur in nostris tribunalibus doctrina Innoc. in c. cum inter. de electione, cum aliis per D. de Franch. decis. 221. s. 12. & 262. in fin. siquidem  
ubicumque opponitur adesse aliquod in facto, quod prædæsse potest petenti terminum, saltim exhibitis articulis, ex quibus aliquid in facto resulstat probandum, conducens ad causæ victoriam, & quo prævio  
facilius alter ex litigantibus obtinere posset in pun-  
cto juris, non negatur terminus regulæ inhærendo  
& ita decisum; & concessus terminus in causa consi-  
stenti in mero puncto juris testatur Ann. sing. 470. &  
in causa Duci Lapenzani cum Duce Grumi die  
27. Martii 624, referente Dom. Consil. Jacobo de  
Franchis in banca de Izzo petente Duce Grumi ter-  
minum, sicuti justum quod exhiberentur articuli ad fi-  
nem providendi. Et compilato, processu in præsenti  
causa, licet in termino pro Principe nihil in facto  
fuerit deductum, Antinorius tamen ratus sufficeret  
sibi profuisse Fisco, amplius non instetit pro expe-  
ditione dicti articuli prælationis, & sic pendet hucus  
que indecisus, & meo quidem judicio novus est,  
& pulcher articulus, qui(ni) falor, non est decisus, nec  
ab aliquo, quem viderim propositus, nec disputatus.  
Si quidem DD. in hac materia p̄tēt' tōm̄s in venditio-  
ne Castri, aut jurisdictionis, vel egerunt de prælatio-  
ne competenti ipsi Universitati Castri, vel ter-  
renditæ cum tota curia, & integro ipsius statu, ad  
Gloss. in §. ex ead. lege, De lege Corradi, ubi Isern. &  
DD. & nuncupatim Afflīt. in 2. notab. n. 7. cum seq.  
ubi latifl. Et primò quidem frequentiori calculo itum  
6 est in affirmativam sententiam, ut tam Regi, eodem  
que directo Domino vendente terram demanii, quam  
etiam Baronē utili Domino alienante cum Regio as-  
sensu utile dominium quod habet in Castro semel  
alienato, & per inseuditionem separato à Regio de-  
manio (licet in primo casu major fuerit ratio, quam in  
secundo, rationibus consideratis per Dom. Reg. de  
Curte loco max. citando, n. 39. 40. & 44.) admittatur  
Universitas ad conservandum se ipsam sub Regio  
demanio, sive Regis dominio immediato, intre an-  
num tamen, ex mente §. Titius si de feudo defuncti  
militis, idemque in retractu de jure canonico, c. consi-  
stitus, de in integr. restit. & in certo casu ex confit.  
Regni Sancim. in §. scriptum est, & generaliter in  
jure congrui ex Conf. Neapol. incip. Si quis emit,  
de jure congrui, & sic facultas competens Dominus  
ad revocandam alienationem factam vassallo, durat  
anni spatio, c. i. §. porr̄d. quater olim feud. alien. pot.  
que annal. præscriptio est tam frequens in jure,  
ut in dubio statutum, et si certum tempus non con-  
cineat ad retrahendum, anno tamen facultas peri-  
mitur, quia annus competens dicitur omnibus re-  
bus agendis, latissime Tiraquell. in prima retract. §. i.  
Gloss. 10. ex num. 3. cum seq. cum concord. latè con-  
gestis per Andr. Käichen de judicio jurisdictionali, c.  
5. num. 183. cum seq. & aliis in terminis per D. Reg.  
Moles de demanio. anivers. quæst. 16. ex num. 13.  
8 per D. meum Reg. de Curte d. loco citando, qui me-  
meminit de Pragmatica Excell. Comitis Mirandæ  
de anno 1588. qua sublatum fuit Universitati-  
bus, ut nec etiam per viam restitutionis in in-e-  
grum admitti possint, rationibus consideratis per  
Dom. Reg. Rovitam super dicta pragmatica 64.  
de offic. procur. Cesar. 82. 5. 10. & 11. & fuit subla-  
tum

9 cum arbitrium, quo tempus ad retrahendum statueretur diversimodè arbitrio Collateralis Consilii, ut testatur *Anno in repet. consit. num. 261. in fin. Rovit. super dicta pragmatis 64. num. 6.* Quod sicut practicatum in demanio terræ Summa sub Excell. Duca Ossunæ primo hujus nominis Prorege ( qui præcessit in gubernio Comitem Mirandæ authorem Pragmaticæ) dum fuit admissa ad se redendum, soluto pretio emptori una cum interesse, com-  
10 pensatis in eo fructibus ex terra perceptis pro concurrenti summa, ut plures decimus, & practicatum novimus ex relatis per *D. de Francb. in vulgato dec. 17. sub nam. 2. & D. Reg. Moles d. quæst. 16. artic. 6. vers. sed bis non obstatibus* quod sive ex principiis  
11 juris deduci possit, ut nonnullis placuit, arg. notat. per *Gloss. in l. invius ff. de fideicommiss. libers.* & per *Io. Fabr. in §. Domini, instit. de noxalib. inducendo illum textum*, ut doctè illum expendit *Dom. meus Reg. de Carte in prima parte de feudis, cap. 3. incip. licet autem verissima, n. 42.* & eorum, quæ notantur in l. 2. ff. si liber ingens esse dicatur, in l. 2. C. de patribus, qui filios distinxerunt, cum aliis per *Dom. Reg. Moles dict. quæst. 16. de demanio, ex num. 5. & Mastrill. loco citando, num. 12. cum seq.* sive hoc non principaliter competit vassallis, sed solum causative,  
12 cum homo demanii possit se opponere Fisco alienanti, dicendo (nolo esse Baronis) ex dict. per *Isern. in §. sec Domus, l. Imperiale, citatum per Annam alleg. 27. num. 19. cum aliis per Mastrill. cons. unico, post prim. pars. dec. f. num. 49.* & cum Regis non interfit, habere potius pecuniam ab emptore, quam à vassallis Castri infeudati, non videtur responda  
13 oppositio vassallorum potentium sine Regis damno, immò cum utrinque Regis scilicet, & Castri compendio, & utilitate, conservari sub ipsius immediato dominio, *Regens Moles d. quæst. 16. Mastrill. ibid. num. 49. ante fin. ex quo universitates*  
14 liberantur ab onere præstandi plurima servitia, adjutoria, & collectas, ut advertit *de Francb. dicto decis. 17. num. 3. Mastrill. loco prædicto num. 15. cum & servi appellari possint vassalli Baronum*, ut dicit *Moles d. num. 21. & ratio vitandæ oppressionis vassallorum*, præcipue considerata fuit in hac materia, *Moles ibidem num. 30. vers. bis omnibus*, sive  
15 hoc jus prælationis sit inductum potius ex consuetudine, tamen si præter, vel etiam contra juris principia, ut omnium optimè probat *Dom. meus de Carte d. cap. 3. n. 47. 54. & 68. in fin. post Camer. Loffred. & Ann. ab ipso ci. atos, & Reg. de Ponte de divers. provis. §. 1. ex num. 1. cum seq. & num. 14. quæ consuetudo potest suaderi*, ut ortum habuerit, et sublineatur ex jure competenti ipsi Regi ratione sui directi dominii, ut benè advertit *D. 16 B. c. Moles d. quæst. 19. art. 1. vers. ex alio etiam*, cum licet exerceri videatur, et intentari jus prælationis ab ipsa Universitate, non ab ipso Rege, eodemque directo Domino, unde ex regulis juris non videatur posse cedi hoc jus prælationis ab ipso Rege ad beneficium universitatis, cum jus directo Dominio competens non sit cessibile, ut per *D. de Francb. dicto. 226. cum aliis congestis à Sard. conf. 205. num. 25. lib. 2. et generaliter in quo libet retractu, quod concedi, nec vendi possit, latiss.*  
18 probat *Giurba dicti. 5. 1. ex num. 5. et 8. ubi n. 11. recenset, ex quibus arguatur, jus prælationis pro alio in fraudem intentari*; attamen re vera ipsum  
19 exercitium, et effectus prælationis operatur, et  
20 ergit non minus in beneficium ipsius Regis,

20 quæm, universitatis ex consolidatione utilis dominii cum directo, ut notat *Dom. meus de Carte dicto loco, num. 65. quæ est nimis favorabilis propter diversos effectus utiles Regiae Coronæ, l. 66. §. fundo ff. de legat. 2. & in feudis additio ad Isern. in cap. 1. num. 3. verb. cbimera, de investit. de re alien. facta, & in cap. 1. §. ex quo non servit. de feudo sine culpa non amittit. D. Capyc. decis. 166. num. 1. in fin. & propria terea justè pro Universitate Rex ad sui compendium assistit petitioni demanii, adeò, ut Rege sive ejus Fisci procuratore non assistente, vel coadjuvante, & fortius contradicente, demanii petitio cessat, ut practicatum testatur *Anno in repet. consit. n. 261. in fin.* sed omnium optimè considerat *Dom. meus de Carte d. cap. 3. num. 47. usque ad num. 55.* quem 23 meritò sequitur, & doctissimum appellat, crudiss. *D. Garzas Mastrillus dicto consil. unico post primam partem aureoram decis. Sicil. n. 15.**

Maturè autem, & cum maxima discretione debet se  
24 gerere patrimonii Regii Advocatus, ut non semper, & absque delectu petitionibus demaniorum assistat, nisi rectè libratis, & perennis viribus, & qualitatibus ipsius Universitatis, ut terra sit nedum viribus potens, & uberes habeat introitus ex propriis bonis, vel ex corporibus feudalibus, quæ per demanium à Barone transferuntur in ipsam universitatem, juxta considerata per *Dom. Reg. Moles dicto loco, artic. 5. §. 6. vers. sed bis non obstatibus, Rovit. in dicta pragm. 64. num. 14. cum seq. usque ad num. 20.* & apta ad conservandum demanium pro futuro tempore & non exigua, sed magna, & talis conditionis, in qua timeri non possit,  
25 ut sub prætextu demanii dilaceretur ab aliquo protero civè, seu Notario, qui sub usuris querat pecuniam, ut duo, vel tres ex potentioribus alios decorticent, sub falsa causa, & pauperes quotidie graventur, quod plurius terris evenisse testatur, & experientia quotidie compertum afferit, *Freccia de subscud. lib. 2. art. 2. post num. 26. vers. præserim si aliqua, cart. 272. in noviss. D. Rovit., dicta pragmatice 64. num. 19. de Ponte de divers. provis. in argumento §. dispensant, num. 16.*  
26 unde generaliter à communiter accidentibus demania, quæ in magnis Civitatibus, & terris, quæ nobiles, bonos, & generosos habent cives, qui pugnant pro beneficio patriæ, ut vidimus paucis ab hinc annis in terris Seminarie, Tropeæ, Tabernæ, Amanheat, Graniani, & aliis redemptis opera priorum civium magno pretio pro conservando demanio; si lecus eveniat, ubi vires non sufficiunt, & protervi sint cives, ut evenit in locis parvis, totum resultat in ipsorum perniciem, & exitium, ut benè advertit idem *Dom. de Carte d. cap. 3. in fin. num. 74. & 75. Mastrill. dicto consil. unico, num. 45.* ubi post n. 46. probat, nullum Regis beneficium, sed potius damnum considerari in demaniis, ut nos latè allegavimus pro Fisco Regii patrimonii in tract. de Reg. demaniorum, & vidimus nos plures terras ob  
27 imponentiam coactas iterum petere scipias vendi. Nec ullum competere jus prælationis Baroni, con-  
28 tra quem terra subdita obtinuit demanium benè probat *Reg. de Ponte d. §. 1. ex num. 16. ad finem, carta 578.* Et tria ad demanium necessaria, scilicet voluntas universitatis intra annum explicata, secundò, quod vires sufficiant, & tertio quod expedit Regi illam sub suo demanio retinere, advertit *Moles dicto loco, art. 1. num. 33. vers. bac autem omnia.*

Unde parentibus civibus particularibus demanium, plures fuit judicatum, ipsos esse admittendos, quini-  
29 mò quod unus tantum de populo possit ad liber-  
tatem patris proclamare, cæteris etiam contradic-  
centibus, dum tamen iste integrum onus in se susci-  
piat absque ulla spe repetendi ab universitate, docet  
*Dom. meus de Carte d cap. 3. n. 70.* quod tamen tem-  
30 perat *D. Rovitus*, ut possit taatum repetere quod ex-  
soluit pro rata pretii jurisdictionis, quæ per dema-  
nium reincident in manus Regiae Curie, in quo sentit  
beneficium integra universitas, ac pro rata expen-  
sarum legitime erogatorum in prosequitione licet,  
cujus *D. Roviti* dicto accedere non possum, ut qui  
sciam, ad obtinendum demanium necessario requiri,  
31 quod integra universitas, vel solum major, & senior  
pars velit admitti, & propterea cessante voluntate,  
cessabit demanii petitio, & admisso, ex *Gloss. in  
l. Nulli, & l. planè ff.* quod eisique Univers. nom. &  
fatu laè idem *Rovitus* ibid. num. 13. Et fuit novi-  
32 simè decisum per *Regiam Cameram* 30. Julii 1635.  
confirmando aliud precedens decretum pro Civi-  
tate Seminaria in separatione, & venditione casalis  
Palmæ; ubi non obstante conclusione dicti casalis, in  
qua renunciaverat demanio jam obtenta per dictam  
civitatem pro se, & casalibus, petenda seipsum  
vendi certo Domino D. ill. Marchioni Arena Scriba-  
rationis, Equi non minus genere, quam præclaris  
virtutibus nobilissimo; donando premium demanii  
S. M. adhuc fuit judicatum, quod antequam agatur  
de capienda possessione, exploraretur voluntas dicti  
casalis, penes Actuum Jo: Baptista Salomonem;  
33 unde licet speciali favore libereatis concedatur alio-  
quibus, vel uni ex civibus pro suo commodo, et pla-  
cito ad demanium aspirare, id totum fieri debet  
proprio potenti sumptu; alioquin si participaret  
de pretio jurisdictionis, et essent sibi expense res-  
cienda, per indirectum repeteret ab universitate,  
quod contra ipsius voluntatem obtainuit, et forte in  
damnum ipsius, quod frequenter accidere probat  
*Dominus Rovitus* post *Frec. et Dam. de Carte*, super  
*d. prag. num. 19.* et satis damnum presumitur, cum  
id sit contra universitatis voluntatem, argum. *l. fin. ff.*  
*de usu, & habit. qui ex. est de peculiaribus lsern.*  
cum eum saepissime citet, ut locos congerit Episc.  
*Lipar.* ad eundem, in cap. 1. vers. & si *Dominus*, *nu. 9.*  
in fin. in addit. lit. *F. de milice vassallo.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Vs prælationis ad demanium, vendita univer-*  
*sitas & Castris cum jurisdictione coherentibus com-*  
*petat etiam vendita aliqua jurisdictionis specie*  
*sine universitate Castris, num. 3. & 5. casus iste*  
*magis dubitabilis, & quare num. 7. & 9.*
- 2 *Jurisdictione plurimam velut Castro coherentibus,*  
*cum ipso Castro in feudum concessa possideri solet.*
- 4 *Castrum est quid universum solum facti.*
- 6 *Curia Regis infundat jurisdictiones ob bellorum*  
*impensas.*
- 8 *Libertas est populorum sub Rege vivere.*
- 10 *Prælatio in venditione unius particularis jurisdictionis, remanentibus subditis sub dominio Baroniis, param utilis.*
- 11 *Ratio eadem partis quoad partem, qua totius ad to-*  
*tum.*
- 12 *Ratio eadem ubi militat, idem jus statuendum, quam-*  
*vix major in uno casu, quam in altero.*
- 13 *Libertatis favor maximus.*

- 14 *Subjectio arguit, & producit gravamina, & onera.*
- 15 *Vassallorum interest, quod minor sit quantum fieri*  
*poteſt, jurisdictione Baroniis.*
- 16 *Baro jurisdictionis criminalis si male tractet vassallos, Baro jurisdictionis civilis potest illos defendere.*
- 17 *Universitates, & Castra infundata admittuntur ad*  
*se redemandum etiam in venditione jurisdictionis*  
*particularis, & ita plures decisum, & in-*  
*dubia consuetudo sic judicandi, num. 20.*
- 18 *Decisio in causa terra Seminaria contra Ducem,*  
*relata per D. de Franchis, quare processus denegando*  
*prælationem universitati in venditione secundarum*  
*causarum.*
- 19 *Demanii petitio, siue prælatio cessat lapsu anno, &*  
*concurrente acquiescentia universitatis.*
- 21 *Consuetudo praescripta judicandi, qua declaratus*  
*est, competere Universitatibus prælationem etiam*  
*in venditione unius particularis jurisdictionis, de-*  
*visus à iuri principiis.*
- 22 *Baro propriæ dicitur, habens jurisdictionem ciui-*  
*lem.*
- 23 *Consuetudo in bac prælationis materia, iuri Lom-*  
*gobardi positus exemplum est sequens, quam iuri*  
*communis regulas.*
- 24 *Universitas preferitur in venditione jurisdictionis*  
*particularis, que fit à Barone alteri condonatio.*
- 25 *Decisio R. Camera in caso Baronis Salvia referuntur,*  
*quod Baro habens civilem preferatur omnibus*  
*extraneis in venditione criminalis, vel similia iuri*  
*quod vel à R. Curia, vel à condonatio vendotar.*
- 26 *Divisio jurisdictionis administranda, in vassalle-*  
*ram damnum plura parit absurdum.*
- 27 *Subditorum interest, pluribus Dominis non esse*  
*subiectos.*
- 28 *Prælatio oriens ex dominio, unde prælationis effe-*  
*ctus, puto in empti casti, & in retractu congruere*  
*modi in eadem re, sed etiam in vicina, nu. 29.*
- 30 *Communio, sive in rei dominio confortium operatur,*  
*at habens maiorem partem, in venditione minoris*  
*cesseris preferatur.*
- 31 *Consortis equalis partis in alterius venditione quo-*  
*que preferatur.*
- 32 *Prælatio ubi conceditur, non nisi communione*  
*iure conceditur.*
- 33 *Prælatio iure Hispanico ratione confortii nedam*  
*instabilitibus, verum etiam in mobilibus iuxta al-*  
*quoram sententiam conceditur, licet contra seruer-*  
*tur.*
- 34 *Prælatio ex communione non tantum in venditione*  
*sed etiam in locatione admittitur.*
- 35 *Prælationes huiusmodi in feudis, in quibus nullum*  
*ius sine domini consensu haberi potest, non reci-*  
*pionantur, fallit tamen in casibus à lege feudali spe-*  
*cialiter provisis, vel legitimè per morem, siue con-*  
*suetudinem praescriptis.*
- 36 *Statuta, & consuetudines plura solent confortibus*  
*concedere, qua aliis iure communi denegarentur.*
- 37 *Consortes si discursur, quibus una sors est.*
- 38 *Jurisdictione Castris concessa, appellations non*  
*veniant.*
- 39 *Jurisdictione concessa Baronis in Regno, ex tantum*  
*appellations veniant, quæ oriuntur ex decretis la-*  
*tiis per ejus subfeudatarium, licet non exprimantur.*
- 40 *Baro habens jurisdictionem civilem tantum appellations,*  
*seu secundorum causarum, preferetur in*  
*venditione criminalium eiudem instantia, Baroni*  
*habentem civilem, & criminalem primarum cau-*  
*rum.*

41 Simi-

- 41 Similia sunt ; quibus una inest qualitas , eadem  
verd , quoram una est substantia .
- 42 Similitudo est recta adaptatio , cum sit processus ab  
uno particulari ad aliud , per aliquid , quod utri-  
que est commune .
- 43 Similitudo . ut profit , in genere esse non debet , sed  
in ea specie , ad quam sit comparatio .
- 44 Argumentum à proportione , cum argumento à si-  
mili magnam habeat similitudinem , cum utram-  
que nil aliud sit , nisi duorum invicem facta aqui-  
paratio , sive collatio .
- 45 Argumentum à proportione tunc cessat cum pro-  
portionalia diversam rationem , sive conditionem  
continent .
- 46 Jurisdictio civilis , & criminalis secundarum cas-  
surum identitatem , & utrum demissio confortis  
invicem habent .

## ARGUMENTUM :

Jus prælationis ad Regium demanum compete-  
re Universitatibus , etiam in venditione alicujus  
jurisdictionis particularis , puer secundarum cau-  
sarum , jure Sycæ , Portulanæ , vel similis , re-  
manentibus subditis sub dominio Baronis , intra  
annum tamen , & ita pañim decisum non tam de  
jure , quā de consuetudine , & contraria , quo  
videbatur decisio , distinctione conciliatur . Quā  
maximus sit favor , sub Rego vivere , ut summa  
libertas existimetur . Quid in venditione , qua sit  
per Baronem , puta jurisdictionis civilis alteri con-  
domino habenti criminali : de jurisdictionis divi-  
sione arcenda velut odiosa , & unione ex causa præ-  
lationis favorabili , ex confortio domini , sive com-  
munione , procedenti ; & interdum etiam in feu-  
dis , nedum in allodialibus admissa .

## SECUNDUS ARTICULUS.

**S**ecundò dubitaverunt DD. utrum supposito ,  
Universitates admittendas esse in his casibus ad  
demanum per viam prælationis , sive de jure ,  
sive de consuetudine , an idem sit conceden-  
dum , ubi non agitur de alienatione Universitatis  
1 ipsius Castri , Terræ , sive Oppidi cum jurisdictione  
cohærenti , que ut plurimum cum ipso Castro  
in feudum concedi , & possideri solet , distinguendo  
2 tempora , & species jurisdictionis civilis , & crimi-  
nalis , juxta latè tradita per Dom. meum Capyc. de-  
cif.27. per Frecc. lib.2. aut bar. item 2. ex num.20.  
3 21. & infra , usque ad num.22. & facilius admitti  
cum ipsa Universitate Castri , probat idem Ma-  
sill. dict. consil. uico , num.61. cum vassalli etiam  
inviti , & sic facilius vendantur cum gleba , & toto  
territorio , Loffred. in §. præterea ducatas , versic.  
sec Dominus , cum aliis per Moles dicto loca , vers.  
& quamvis , num.7. quod voluit dicere Vivius 2. to-  
mo comman. opin. cap.637. num.2. licet erraverit in  
exemplio plurium Castrorum ; sufficit enim unicum .  
4 Castrum alienari , cum sit quid universum saltim  
facti , ad latè tradita per Camer. ex Isern. in leg. Im-  
periali , cart.38. column.1. & cart.39. item 1. co-  
lumn. & de Castro loquitur Petr. de Greg. de concess.  
feudi , quæst. 1. num.4. par.7. cum aliis per Kniches  
de originatione terr. cap. 1. num. 239. sed agitur  
dumtaxat de venditione alicujus jurisdictionis ,  
5 puta criminalis , jure Sycæ ponderum , & Mensua-  
rum , Portulanæ , Exituræ , secundarum causa-

rum , vel similis , quo Baro ipse tarens his juri-  
bus querat emere à Regia Curia , quo libenter id  
facit , præsertim his temporibus , quibus Regia Cu-  
ria ob bellorum calamitates , maxima necessitate  
premitur , ad latè tradita in termin. per Gram m.  
voto 28. & alios quos ad hoc citat D. Capiblanc. in  
pragmat.8. part.1. de Baronibus , num.152. utrum  
etiam hoc casu Universitas ipsa præferatur Baroni  
7 in dicta venditione jurisdictionis particularis ; lon-  
gè magis hoc casu dubitatum fuit contra Univer-  
sitatem , quam in præcedenti , ea quippe de causa ,  
quod hoc casu videbatur cessare favor libertatis ,  
qui in præcedenti erat in causa , ut Universitas de-  
manum obtineret : siquidem in præcedenti , ven-  
dito Castro , sive Terra tanquam Universitate , cum  
ipsa jurisdictione , & integro statu , Decian. resp.40.  
8 n.21. vers 2. respond. lib.4. vassalli per viam præla-  
tionis ad integrum libertatis fruitionem pervenie-  
bant , quo sit vivere sub Rege , Moles dicto artic.6.  
num.20. at in hoc posteriori casu , ubi agebatur de  
venditione alicujus jurisdictionis particularis , ad-  
9 hoc concessa prælatione Universitati , remanebant  
vassalli sub Baronis dominio , nec eximebantur , nisi  
ab onere illius particularis gradus , sive speciei juris-  
10 dictionis particularis , in qua nullus , vel parvus  
considerabilis attendi poterat libertatis fructus , vel  
specimen , Anna alleg.27. n.20. & Dom. de Francb.  
d. decis.17. num.13. D. de Curi. d. cap.3. num.67.  
in fin. verū sive ex reg. leg. quæ de tota , ff. de rei  
11 vendic. ut eadem sit ratio partis quoad partem ,  
qua totius quoad totum , ut considerat Anna in  
term. in cap.1. num.153. de vassall. decrep. art. &c. &  
12 quia ubi militat eadem ratio , idem jus statui de-  
bet , tametsi major ratio sit in uno casu , quā in  
alio , vulg. l.1. §. quod autem , ff. de atra lusu , &  
aleas. l.2. §. ex his , juncto §. præcedenti ubi Soc. ff.  
de verb. oblig. & quia favor libertatis est maximus .  
13 l. libertas 107. ff. de regul. juris , l. procurator 8.  
§. ult. ff. rem ratam haberi , Seneca lib.3. Natur.  
quest. & negari non potest , quin etiam hoc casu  
sit in consideratione , licet in illa specie particulari  
jurisdictionis , nè extenditur , sive augeatur sub-  
14 jectio , & cum subjectione præsumpta gravamina ,  
& onera , ex traditis per Francb. d. decis.17. post  
15 num.6. vers. secunda ratio , quanto etenim minor  
est jurisdictione Baronali , tanto minor est subjectio ,  
& præsumpta oppressio vassalorum , ut ex Andr.  
etiam aliis firmat Affili. in cap.1. §. ex eadem lege ,  
num.5. in fin. De lege Corradi , Moles d.art.1. vers.  
bis omib. , & major libertas sub Rege , ut per  
Dom. de Ponte dict. tit. de divers. provis. in princ.  
16 §. dispensant , post num. 17. pro quibus notavit  
Anna sing.61. quod si Dominus jurisdictionis cri-  
minalis malè tractet vassallos , potest Baro jurisdictionis  
civilis comparere , nè subditi vexentur . His  
& aliis de causis , plures fuit decisum in Regia  
17 Camera , etiam : facta relatione in supremo Colla-  
terali Consilio affirmative , admittendas etiam hoc  
casu Universitates ad se redimendum ab onere hu-  
jusmodi particularium jurisdictionum , & casus de-  
cisos recensent , Anna in d. repet. cap.1. de vassall.  
decrepit. art. num.153. & in repet. Constit. consti-  
tutionum divæ memorie , num.261. vers. Nam Dom.  
Regens , & latiss. Moles dict. quæst.16. de demanio.  
art.2. §.3. incip. Majorem autem difficultatem , Dom.  
de Francb. dicta decis.17. post num.3. & D.de Curi-  
se dicta cap.3. num.65. & licet in casu proprio , su-  
per quo edidit decis. Dom. de Francb. fuerit contra-  
rium

18 rium deciso pro Duce contre Universitatem Seminariæ , denegando Universitati prælationem inemptione secundarum causarum ; etiamen cum ibi concurrisset lapsus anni , & acquiescentia Universitatis fine protestatione , quam porro nō nocere de-  
19 maniorum petitionibus , probat Mastrill. dicto consunco , num.47. & alia in factu ibi fuerant considerata , ex quibus idem Dominus de Franeb. te-  
statur , concurresse in negativam plures ex votan-  
tibus , ut per eum post num.21. nec aperit , si ma-  
jor pars votorum necessaria ad proferendam senten-  
tiam , fuerit pro negativa , temotis confederationi-  
bus facti , dicto num.21. verific. alii Domini ; ideo  
circumscripta illa deciso , quæ ex dictis non officit  
prioribus decisionibus , ut advertit Dom. meus de  
Carte d. cap.3. post num.65. sufficit dicere , hodie  
in Regia Camera passim judicari , prælationem con-  
20 cedi Universitatibus , etiam in venditione suorum  
particularium jurisdictionum , ita ut sit induc-  
mos , sive consuetudo præscripta sic judicandi ta-  
21 metu hujusmodi consuetudo non sit fundata su-  
per juris principiis ; nec mirum , quia cum dema-  
nium fuerit inductum extra regulas juris , pariter  
incidentia etiam contra juris regulas determinen-  
tur , ut utrumque discurrendo bene probat idem  
Dominus meus de Carte d. cap. ex num.40. & 26.  
*in fin.*

Tertius fuit casus , ubi jurisdictione particularis , non  
venditur à Regia Curia , sed à Barone alteri con-  
domino , puta si fortasse uenit sit Dominus Castris ,  
22 eum jurisdictione civili teneat , quem propriè Be-  
ronem esse constat , ex superioris traditis eum Dom.  
Capyc. decis.27. & Frecc. in 2. autbor. post num.21.  
alter vero possidet criminalis , ut in casu Anna  
sing.61. qui vendit Baroni civilis , suam quam ha-  
bet criminalis , an etiam hoc casu Universitati Ca-  
stris subditi concedenda sit prælatio , & licet hoc  
casu , ubi vassalli extiterunt forte longo etiam tem-  
porē sub Domino jurisdictione tam civilis , quam  
etiam criminalis , acquiescendo sub uictusque do-  
mino , & imperio , fuisse forte deneganda  
prælatio , quam in casu , ubi noviter Reg. Cu-  
ria deliberasset vendere jurisdictionem criminalis ,  
ex his , quæ præcedenti casu venditionis ipsius uni-  
versi Castris , cum tota Curia discureat distinguen-  
do hoc casus Dom. de Carte d. cap.3. num.39. & seq.  
Mastrill. d. consunco num.47. qua ratione Freccia  
censuit , hoc casu denegandam esse prælationem , in  
2. lib. de subfud. autbor. a. sub num.26. quem refert  
D. meus d. cap.3. num.67. etiamen , quia in hac ma-  
23 teria non omnino consuetudo probavis practicare  
titulum de justitia , & jure , sed potius exemplum  
juris Longobardi , quo receditur à recto juris com-  
munis tramite , ut notat Mastrill. d. consil. unico  
num.45. *in fin.* Rovit. super pragm.64. num.10. *is fin.* & 23. ideo plures fuit deciso pro affirmativa ,  
24 ut etiam vendente Barone jurisdictionem particu-  
larem condomino , præferatur Universitas , contra  
author. & rationes Freccia , teste D. de Carte dicto  
cap.3. num.67. D. Regens Moles d. loco , oratio.2. §. &  
*bene similiter.*

Quartus est casus , ubi non prætenditur prælatio per  
Universitatem , sed Baro puta jurisdictionis civili  
instat seipsum præferri in venditione jurisdictionis criminalis , vel alterius juris consimilis , quod  
vendantur sive à Reg. Curia , sine à condomino Ba-  
rone , & isto casu adhuc fuit deciso affirmativè ,  
ut pro uniendo , sive ampliando dominio utili Ba-

ro jurisdictionis civitis preferatur in emptione ju-  
risictionis criminalis , omnibus aliis extraneis licit-  
atoribus concurrentibus , & ita deciso per Re-  
giam Camer. in Collaterali in favorem Baronis Sal-  
25 vix , testatur Anna alleg.27. num.12. & fuit consi-  
derata uero jurisdictionem in posse ejusdem Baro-  
nis , ad arcendam divisionem , quæ in administra-  
26 da jurisdictione plus parit absurdia in necem val-  
sallorum ; & latius eadem decis. refert idem Anna  
sing.150. incip. Dominus directus ; subditorum enim  
interesse pluribus non subjici Dominis , jux-  
ta illud , solo necor solo , quid erit , si creverit al-  
ter , Croesus. Purpur. & alii relati per Andr. Kni-  
chen. in comment. de Saxon. non provoc. iur. cap. 3.  
num.26. in terminis ex nostris Minadous consil. r.  
num.26. Dominis namque de jurisdictione invicem  
contentibus , de subjectorum luditur capillis ,  
ut novimus in Casali Juliani , cuius plures fuerunt  
Domini , licet divisa subiecto per families , & in  
pluribus aliis Castris , & locis in quibus iurisdictionis  
civilis , & mixta reperitur concessa Ecclesiis , cri-  
minalis vero fuit postea concessa Baronibus , in qua-  
bus dum inter eos , quæ sit verè causa civilis , quæ  
criminalis , & de casibus mixtis controvertitur , sub-  
diti maximis molestiis , & expensis afficiuntur , ad  
latiss. tradita per D. Rovit. super Pragm. Regis Ca-  
tolicæ a. de jurisdictione invicem non turb. qui meminat  
de laudo inter Episc. & Comitem Policastri , & aliis  
laudis , & declarationibus , num.36. & 38.  
Quintus , & ultimus est casus , qui similis est præ-  
dicti , ubi non agitur de prælatione ad beneficium  
Castris , sive Universitatis subditæ , sed inter duos  
Barones , sive Condominos , ubi etiam non certant  
de prælatione in emptione jurisdictionis , in eodem  
27 gradu equali , ut contingit in dicto casu , sed in hoc  
illo distat , ut sicut in proximo Baro jurisdictionis  
civilis prætendit prælationem in emptione causarum  
criminalium coequalium in eodem gradu , scil. in cognitione primarum causarum ; in hoc Baro ha-  
bens jurisdictionem integrum in primis causis , ci-  
libus scilicet , & criminalibus , prætendit præferri in  
venditione , non primarum causarum , quæ integras  
habet , sed secundarum causarum criminalium , quæ  
alter Baro habens secundas causas civiles tantum ,  
sive primas appellations , intendit emere à Regia  
Curia . Et sic dubium est , an in hujusmodi præla-  
tione potius attendatur similitudo speciei jurisdictionis , puta criminalis , tametsi in diverso gradu  
scilicet , ut Baro sicuti est Antinotius , habens pri-  
mas causa criminalis præferatur in emptione secun-  
darum causarum , sive primarum appellations ,  
etiam criminalium , vel potius prævaleat majoritas  
similitudinis coequalis gradus , ut scilicet Princeps  
habens secundas causas civiles præferatur in emptione  
secundarum , etiam causarum criminalium , ut  
fiat unico gradus in appellatione . Et hic mihi vide-  
tur casus novus , ad cuius veram decisionem libuit  
præcedentes casus forte clarius , quam nostri fees-  
tint , subnectere , & distinguere .

Et pro nunc breviter dicam , me eo tempore , quo fuit  
excitatus hic punctus , inclinasse in favorem Dom.  
Principis habentis secundas causas civiles , ea qui-  
dem ratione , quia tametsi hæc prælatio non possit  
metu jure iustificari ex ullo capite , ex quo in iu-  
re illa conceditur ; constat enim , prælationem ori-  
28 ri ex dominio , ex quo forte manant diversi præla-  
tionis effectus , ut in emphiteusi , & aliis discurrat De  
Pouze de diversis provis. §. 1. ex n.6. Mastrill. d. consil.  
*uni-*

unico n.30. & manat etiam ex hac radice retraetus  
29 ratione congrui , sive vicinitatis dominii , nedum  
in eadem re , sed in vicina , & ex diversis aliis fonti-  
bus , sive causis enumeratis per D.de Curte d. cap.3.  
num.49. quarum , cum nulla applicari possit ad pra-  
sentem casum nec magis colorate accedere , quam  
ejusdem rei communio , sive consortium , ex quibus  
30 habens majorem partem , praeferitur in emptione  
minoris partis , l.Sancimus §. ne autem C. de donat.  
Jo: de Platea in l.1. num.1. in fin. vers. & quandoque  
C.de bis qui se defer. & sunt text.in l.2.C.de me batis  
lib.11.& in l.2.C.quando, & quibus quartæ pars deb.  
lib.10. & generaliter etiam in simplici communi-  
31 ne , etiam æquis partibus , appositissime in propo-  
sito dicebat D. meus de Curte d. cap.3. num.68. quod  
32 hæc prælatio , quæ à lege conceditur in casibus , in  
quibus illam dat , non causatur ex alio , nisi ratio-  
ne communionis . Quod legibus hyspanis optimè  
cautum est , ut ratione communionis , vel confortii  
generaliter concedatur prælatio ad text. in l.71. &  
75. Tazri , quæ hodie est lex 14. tit.11. lib.6.nova  
recopilat. quas procedere in omnibus bonis , nedum  
33 immobilibus , sed mobilibus , contendit Guestie-  
res lib.2.practic.qq.ad II.Regias, cap.165. licet in pra-  
etica durum effet obtinere , nisi in solis stabilibus ,  
juxta opin. Greg.Lopez in l.53. tit.5. pars.5. cum  
aliis relatis per Mattbiens. l.13. tit.11. Gloss.3.lib.5.  
nova recopil. & Castill. lib.1. quotid. controvers.  
de usufruct.cap.74. n.27. & non solum dari prælatio-  
nem ratione communionis in venditione , sed in lo-  
34 catione ultra cumulatos per Sard.consil.43. num.12.  
lib.1. agunt Franc.Marc.decis.52.pars.1. Covat. de-  
cis.25. pars.2. de contract. Rendella ad constit. faxi-  
mata , verbo , per locationem , num.17. comprobat  
in term. Reg.de Ponte , sub tit. de diversi.provis. §.1.  
num.11. cart.477. advertens , quod licet iste præla-  
35 tiones regulariter non recipiantur in feudis , in qui-  
bus nullum ius acquiri potest absque domini con-  
senso , fallit tamen in casibus ab eadem lege feudali  
specialiter provis. , & ipse addo , vel per consuetu-  
dinem , vel morem judicandi legitimè prescriptum ,  
introducit. ut patet in caso præsenti ex prædictis :  
solent enim statuta , & consuetudines plerumque  
36 concedere plura consortibus , quæ ipsius jure oom-  
muni sunt denegata , per l.dudum C.de contrab.em-  
ptione , quoniam multa ratione communionis , & con-  
sortii conceduntur , l.commissi liberò ff. de bonis li-  
bert. l.utram portio ff. de affigrandis libertis , Ferro-  
vius in consuet. Burdegol.lib.1. de retrait. §.2.D.Ca-  
puc. Colurius Coppula , & ceteri Addent.ad consuet.  
Neap. Si quis exist. de jure congrui , in addit. incip.  
Nota quod ista , & seq. in verj. quid autem , litt. F.G.  
Nec mirum , quia consors dicitur socius , & domi-  
ni participes secundum Bald. in d.dudum , & se-  
37 condum peritiores , consores dicuntur quibus  
una fors est , & ejusdem sortis , conditionis homi-  
nam signficare , notat Alcyat. in l.proximi 155. in  
fin. ff. de verb. signif. ut ex Quintil. Varro , &  
Festo Pompejo tradit Brissou. super cod. s.1. lib.3.  
verbo consores , unde subjicit , consortium pro so-  
ciate , & communione accipi l.1.C.de consor. ejus-  
dem litt.

Unde cum constet inter Judicem , sive Baronem ,  
qui potiuntur jurisdictione in prima instantia , & Ju-  
dicem appellationis in secunda instantia , sive in pri-  
mis appellationibus , ob notissimam gradus diversi-  
tatem , nullam considerari posse societatem , com-  
munionem , nec consortium , l.ita deinceps C.de pro-

cur. Ieos C. de appellat. cum Baro primarum causa-  
rum nullo modo dici possit ejusdem dominii parti-  
ceps , nec ejusdem fortis , & conditionis homo , cum  
diverxi sint gradus jurisdictionis , & longè distet ju-  
risdictione Judicis à quo ab ea , quæ residet poenes Ju-  
dicem , ad quem , & prima à secunda instantia , Ca-  
str. in l. cum apud 20. in princip. ff. judic. solvi. c. Roma-  
na de appellat. in 6. cum concord. latè traditis per Afri-  
cium in praxi judic. in princ. c. 3. num. 11. & 12. con-  
serunt tradita per D. Francib. decis. 601. sicut om-  
nino diversa est cognitio primarum causarum à cau-  
38 lis appellationis , unde concessa jurisdictione Ca-  
stri , non venire causas appellationum , ex Angel. in  
l.1. §. qui mandaram ff. de offic. et ius , & Freccia lib.2.  
artbor. 12. lat. s. In rigliol. cent. 2. de scudis , cap. 79.  
num.30. quod generaliter procedere , & etiam in  
Regno , explosa contraria opinione Anna alleg. 51.  
num.40. latè tradit perdoctus Capiblanc. noster super  
pragm. 8. p. t. de Baronibus , num. 147. 151. & 153.  
nisi in causis appellationis à décretis latis per ejus  
39 subfendatarium , in quibus Baro habet hoc ex sua  
ordinaria jurisdictione , ut cognoscat de gravami-  
nibus ab ipso illatis , tametsi id non fuerit Baroni  
specjaliter concessum , ut resolvit de Ponte tit. de  
election. offic. §. 1. num. 56. cart. 95. quidquid hæsitave-  
rit Freccia in 24. artbor. Baron. ex hoc necessario con-  
40 sequitur , præferendum esse omnino in hac emptione  
secundarum causarum criminalium Baronem se-  
cundarum causarum civium Baronum primarum cau-  
sarum , quamvis ille habeat civiles , & criminales ;  
licet enim ille videatur habere aliquantum similitudi-  
41 nem in cognitione causarum criminalium , cedere  
tamen omnino cogitur ei qui possidet partem in  
secundis causis ; similia enim sunt , quorum ea-  
dem est qualitas , sed eadem sunt quorum eadem  
est substantia , & nullum simile est idem ; ad Gloss.  
vulg. in l. quod Nerva , ubi DD. omnes ff. depositi ,  
& in c. Sanctæ Crucis, de rescript. & sunt iura clara,  
quæ ad hoc citat doctiss. Everard. in sua topica ,  
loco à simili , num.5. ubi ex Baldo in l.1. ff. de justit.  
42 & jure , docet , quod similitudo est recta adapta-  
tio , quando fit processus ab uno particulari ad aliud  
per aliquid , quod est commune utriusque , & num.6.  
43 & 7. subjicit , nihil prodessere allegare , vel propo-  
nere similitudinem in genere , sed debere esse simi-  
litudinem in ea specie , ad quam fit comparatio ,  
juribus per eum citatis , & num.10. ubi quod affi-  
milatio tunc esse probabilis , quando fit in eadem  
matre , focus si in diversa , & cessare , ubi datur  
dissimilitudo etiam parva , num. 11. in fin. sicut etiam  
44 argum. à proportione , quod constat habere ma-  
gnam convenientiam cum argumento à simili , si-  
eu eti enim argumentum à simili fit ex æquiparatio-  
ne duorum inter se , sic proportio nihil est , nisi  
duarum rerum invicem facta comparatio , seu colla-  
tio , ad notata per Hudeum in l. ius civile ff. de justit.  
& jure , ubi de proportione geometrica , & arith-  
metica : procedit inquam hoc argumentum à pro-  
portione ; quando per omnia , proportionalia sunt  
45 ejusdem rationis , & conditionis , secus autem si di-  
versas , vel adversas rationis , vel conditionis , te-  
ste Baldo in l. si emancipati C. de collat. cum aliisla-  
tè traditis per Everard. in topica , loco à propor-  
tione , per totum , & sic cum clarissima appareat dissi-  
militudo inter gradum jurisdictionis primarum cau-  
sarum , & gradum appellationis , vel si qua considerari  
possit convenientia similitudinis , vel pro-  
portionis , major est sine dubio proportio inter co-

gnitionem civilium, & criminalium causarum in eodem gradu appellationis, ubi datur nedum similitudo, sed identitas, & verum dominii consortium proinde prevalere omnino debet quoad obtinendam prælationem is, qui possidet partem ejusdem gradus jurisdictionis.

## S U M M A R I U M.

- 1 Jurisdic̄tio utrūm possit concedi in feudum super territorio aſſiduali, non mutata natura ipsius loci, super quo jurisdic̄tio conceditur, vel ē contra, num. 11.
- 2 Territorium, sive locus potest poffideri jure privato, jurisdic̄tio verò ejusdem loci iure publico, ab eodem potest in feudum recognosci.
- 3 Jurisdic̄tio super Caſtro censetur quid separatum ab ipſo Caſtro, nec habet aliquid commune cum ipſo Caſtro ſeudali, & corporibus ipſis, num. 4.
- 5 Jurisdic̄tio tō est ſeparata à feudo, ut non dicatur de eſſentia feudi, niſi accedat acquirentis destinatio.
- 6 Jurisdic̄tio conſideratur ut quid ſeparatum à territorio, non tamen ex hoc ſequitur, ut non coparcet ipſi territorio, num. 7.
- 8 Jurisdic̄tio gerit vicem quæcumq; elementorum in territorio, cui adhæret,
- 9 Jurisdic̄tio licet addito feudo dicitur augmentum extrinſecum, & alterius naturæ, & qualitatis,
- 10 Jurisdic̄tio iubaret territorio universali, non in confeſſione certæ rei.
- 12 Successio in feudis antiquis regulari potest diuerſe modo, ut quis ſucceſdat in feudo tanquam antiquo, non in iurisdic̄tione ſuper feudo de novo quaefia.
- 13 Confeſſio primarum caſuarum uni, & ſecundarum caſuarum, ſive primarum appellationum alteri nunquam in Regno facta, ex Reg. de Ponte.
- 14 Merum imperium in eodem loco, miſium, & iuſfima iurisdic̄tio potest diuerſis concedi, & per plures poffideri de generali conſuetudine.
- 15 Jurisdic̄tio individua quoad babitum, quoad exercitium tamen dividua.
- 16 Jurisdic̄tiones ſecundarum caſuarum civilium, & criminalium in Caſtris Baronum, qui ſolas habent primas caſas, in diec venduntur in R. Camera, admissis exterris licitatoribus.
- 17 Merum, & mixtum imperium ante Alphonſum primum non erat ſolitum concedi Baronibus, & num. 22.
- 18 Feuda, & Caſtra ante Rege Aragoneos condeſtantur, retenta iurisdic̄tione, que exercebatur per Capitanus à Rege deſtinatus, cum recurſu ad iuſſitarios provinciales.
- 19 Barones aliquis antiquitas habebant in terris infeudatis exercitium iurisdic̄tioneſ qd vitam.
- 20 Franciscus Carrafa à Sereniss. Alphonſo buius nominis primo, fuit creatus Capitanus quorundam caſalium Urbis Neap. ad uita decurſum, quod Ferdinandus filius ampliavit ad baredes ex corpore,
- 21 Carolus priuus in confeſſione ſ. Etia Carolo filio, Civitatum Surreni, Salerni, Amalpiae, & aliorum, capiſt communicare iurisdic̄tioneſ criminalem Salerni tantam intra muros.
- 23 Princeps supremus an poſſit moderari, & interduum revocare iurisdic̄tiones in terris infeudatis, remiſſiōne,
- 24 Merum, & miſium imperium, tempore Regum Roberi, & Joaquinæ, cengebatur reſervatum.
- 25 Regeſ Sereniss. Aragoneſ iurisdic̄tioneſ M. Curia

- valde coarctaverunt, concedendo iurisdic̄tioneſ cum tot prærogatiuis, Baronibus.
- 26 Privilegia Principum Salerni, & Bifiniani ampliſima, remiſſiōne, & uti nimium exorbitantia non conceduntur, & num. 35, & de ratione, num. 36.
- 27 Caſtro confeſſo, hodie venit merum, & miſum imperium, quiſ ſolent Reges illud concedere.
- 28 Sententiæ etiam tr̄s Curia Baronalis in Regno habent vim unius in praxi, licet de iure aliud effe.
- 29 Caſtra, ieræ, & caſalia, ob bellorum necessitates de anno 1630 vendito, infeudata fuorunt cum iurisdic̄tione primarum caſuarum, & ſecundarum tantum, que prima appellationes dicuntur, & alios iuribus concedi ſolitis, que enumerantur, n. 31.
- 30 Secundæ appellationes que vulgo dicuntur (le terze caue) de ordine S. Maieſtatis prohibentur condeſſi.
- 32 Claſſula (ſi que, vel ſi quo ſunt) adiecta in infeudationibus, iuriuque confeſſionibus, quod hodie Pragmatica regni eſt ſpecialiter proviſum, n. 33.
- 34 Claſſula, qua derogatur deſicioni l. Unice C. quando Imper. inter pup. & viduam, fuit confeſſa, uſe non omnino inſolita.
- 37 Confeſſiones factæ per Principes initio acquisitionis Regni, vel tempore belli, non ex toto firma.
- 38 Jurisdic̄tiones primarum appellationum, vulgo (le ſeconde caue) fuerant ordine S. Maieſtatis expoſita venales ſub Excell. Comite Olivarenſium iuſtiſimo Procur. & vendite cum claſſula (pro baredibus, & ſuccelloribus ex corpore) num. 41.
- 39 Jura Portulanæ per terram antiquitas locari ſolita, fuerunt affignata Universitatibus Regni impoſitiſ granis 12. pro quolibet famante Baronis acili eiusdem terra, licet Universitas duc. 6. contraria obuiſſet, & aliud exemplum num. 42.
- 41 Jurisdic̄tio ſecundarum caſuarum cum conſuetu claſſula (pro baredibus, & ſuccelloribus ex corpore) vendita duc. 8. pro quolibet famante Baronis acili eiusdem terra, licet Universitas duc. 6. contraria obuiſſet, & aliud exemplum num. 42.
- 43 Regia Curia eſt in poſſeffione diuidendi caſalia à ſuis Civitatibus, ut ipſis tanquam à capite ſciuntur, eorum iurisdic̄tioneſ vendat, niſi di monii contratus oueroſus, ſoluto prelio, praecellifet, & afferruntur decreto, num. 44.
- 47 Praetio iurisdic̄tioneſ ex ſubditorum affectione, & calore licitantiū aliquando variantur, ut conſegit in caſalibus Maladonci, & S. Cesarei, num. 45. & 46.
- 51 Servitium non promiſſum, etiam conſuetum, niſi exprimitur, non debetur, cum non ſit de feudi ſubſtantia, nec natura, licet contra in Regno ſervetur num. 52. ut ex decreto, num. 49. & in alio conſtruum obſervatum, num. 48. & qua ratione, n. 52.
- 53 Opiniō negativa, ſcilicet ut ſervitium non niſi promiſſum debeat, procedit, ubi concurrit fula donatarii conſuetudo, non autem ubi uiget generalis, ut ſervitium preſtitur.
- 54 Servitium eſt non exprimatur, tamen à Rege taxari, & declarari potest, ſecundum Petri de Gre gor, ſententiam.
- 55 Actionis, vel iugis electio, alteri ſimiliter competenti renuncioris non videatur.
- 56 Actionibus ex diuerſis cauſis competentiibus, electa una, aliam proprieſtere non prohibemus.
- 57 Concretus conſentiens ratione alicuius officii, ſibi non offici, quia iure ſuo uis poſſit.

58 Pra-

- 58 *Prelationem habens in re, etiam directi dominii causa, si cl. gerit concurrere ut extraneus, & victus fuerit, præstationis iure uti non prohibetur, & ita decisum, num. 59.*
- 61 *Licitator extraneus, qui ob odium, & animositatē in licitatione concurrit, expelli debet, & num. 63. & ita observatum, num. 60.*
- 62 *Compensationes in causis fiscalibus ex diversis stationibus procedentes, iure communi, & Regio admitti prohibentur.*
- 64 *Fraus facit illicitum actum, qui alias à iure fieri persisterat.*
- 65 *Solemnitas subbastationis in forma consueta accessionis candelæ in venditionibus rerum fiscalium, tam de iure communi, quam ex Regiis ordinacionibus omni modo necessaria.*
- 66 *Subbastationis forma in rebus fiscalibus, & debitorum fisci, minorum, Ecclesie, & Republicæ, necessaria, nec posset remitti, num. 67.*
- 68 *Subbastatio in venditione bonorum pupillariorum necessaria, contra Reg. Rovitum.*
- 69 *Lettere, & ordinationes novissime Regis nostri circa adhibitionem subbastationis necessaria in locazione iuriam fiscalium.*

## ARGUMENTUM.

Jurisdiction potest diverso iure concedi, & possideri ab ipso Castro, & territorio, unum scilicet iure privato, alterum iure publico, in feudum, vel & contra, & censeri jurisdictionem, ut quid separatum à territorio, quamvis illi cohærente dicatur. Utrum in Regno sit consuetum separare jurisdictionem secundarum causarum, sive primarum appellationum à primis causis, ut in præiudicium Baronis primarum causarum fuerit admissus extraneus in licitatione appellationum, & quando; in quibus causis, & quomodo fuerit in venditione huiusmodi jurisdictionum, etiam disiunctarum, liquidatum pectum. De concessione meri, mixti imperii, & casalium divisione; & quando à præcis Regibus experit Baronibus communicari, & de quibusdam specialibus prerogativis, & clausulis, tam retentis, quam concedi solitis. De iure Portulanis per terram, Syclæ, ponderum, & mensurarum, & superindicto illorum occasione imposito: servitum non impositum, quando debetur, & taxetur, & de solemnitate subbastationis necessaria de iure, & Regiis ordinationibus.

## TERTIIUS ARTICULUS.

**N**ovissimè pro coro inde, cum supra meminimus de iurisdictione Civili, & Criminali Castro unita, & ab illo separata, non omnitem alias fuisse dubitatum, utrum super territorio allodiali libero, & rusticō sine habitatoribus, vel etiam in quo ad sint habitatores, possit à Rege impetrari iurisdiction civilis, & etiam criminalis in feudum in habitatores presentes, & futuros, & in personas delinquentes in dicto territorio, non alterata natura burgensatica ipsius loci concessi, unde dicatur iurisdiction feudal super territorio libero allodiali, in quo ex Insuc. in cap. ceteram, extr. de judic. in fine, scriptis Cstr. consil. 199. in causa quam, num. 5. in fin. verific. Et quod ista, lib. 1. decidendo affirmative, simul stare posse, quod corpora locorum teneantur iure

privato, nec recognoscantur ab aliquo superiore in feudum, sed sint allodialia, jurisdictione vero iure publico teneatur, & recognoscatur in feudum, sequitur D. meas Capyc. in invest. verific. feudorum allodial. ante fin. verific. stant ergo simul, cor. 43. citat Jacobin. de scadis, in verbo, de Castro, col. 3. qui tamen nihil aliud fundat, nisi generaliter jurisdictionem super Castro, centeri quid separatum ab ipso Castro, num. 6. 8. & sequent. quod docuerant prius Bald. Alvar. & ceteri scadistæ in c. 1. 4. s. è contrario, de investit. de re alien. facta, nihil habere commune jurisdictionem cum feudo, & corporis ipsius Castræ feudal, cum jurisdictione non sit de essentia feudi, & separatum quidpiam à feudi existimetur, Cravest. consil. 547. num. 2. nisi accedit acquirentis diserta destinatio, & expressio, Freccia in 29. autb. num. 4. vers. 3. intellige Bambac. in cap. in generali, quæst. 7. num. 122. quæst. 16. n. 203. cum innumeris per Knibben. de vestit. passion. par. 2. cap. 4. ex num. 22. quod caute est accipendum cum declaratione Domini mei Capyc. decis. 27. post num. 36. scilicet, quod possit considerari jurisdictione ipsa separata a territorio, idest quod unus habeat territorium, alter vero jurisdictionem, & sic possint esse duo domini, unus territorii, & redditivum ejus, sive corporum etiam feudarium de jure Baronis cum ipsius proventibus, & emolumentis, non tamen ex hoc sequatur, quod jurisdictione ipsa idem non cohæreat territorio: quia tamen si territorium, vel Castrum sit unius, & jurisdictione alterius, at tamen jurisdictione dicitur cohærente Castro, alias dominus jurisdictionis non posset punire forensem delinquentem in ipso territorio Castræ; immo non solum dicitur cohærente Castro, sed genere vicem quatuor elementorum ob necessitatem, & utilitatem habitantium, ut ex Bald. subiicit, et probat idem D. Capyc. d. decis. num. 37. comprobat doctr. Cstr. & Capyc. in puncto D. m. s. ficer. Camill. de Medicis consil. 149. num. 11. Et 12. ubi quod jurisdictione licet addita feudo, vel territorio, erit augmentum extrinsecum, et alterius naturæ, et qualitatis, et alteram subiicit notab. declar. ex Bald. num. 12. centeri jurisdictionem inhærente territorio, si territorium sit universale, non in concessione certæ rei, et in additione ad Bald. propria manu Dom. mei scripta, leguntur hæc verba, nota quod jurisdictione criminalis empta, vel concessa habenti Castrum, non videtur cohærente Castro, sed personæ, et ut res separata consideratur, Capyc. d. verbo feudorum augmenta. Frecc. in 2. autbor. post num. 21. v. r. Et jurisdictione criminalis. Hæc ille; unde sequitur, jurisdictionem posse concedi in feudum super territorio burgensatico, et è contra in allodium super loco feudali: idemque ex Cajacio Ausb. damn. et aliis, solvit in terminis Bambac. in cap. generali num. 122. Et seq. si de feudo defunct. milii. ubi infert hoc tanquam singulare prodest, posse ad decisionem plurium feudorum questionum, praesertim in successione feudorum antiquorum, quibus jurisdictiones criminales, vel appellationes de novo acquisitæ sunt, ut diverso iure reguletur successio, scilicet respectu territorii, vel Castræ primo loco concessi, ut in feudi antiquis; in additamento vero jurisdictionum de novo questionum regulabitur successio, ut in feudo novo, quando scilicet utraque concessio fuit facta in feudum, quia uti feendum novum, et distinctum, retinebitur jurisdictione criminalis primarum causarum, vel appellationum

num postea concessarum, ex Baldo, Ascar. Alex. sand. Capyc. Paride, Rayno, et aliis, quos citat, num. 125. ex quibus (ut hoc obiter dicam) est caven-  
dum à dicto Domino de Ponte, dum in titulo de Af-  
fessibus Regis super dote, in §. 2. num. 10. inciden-  
ter dixit (nunquam in Regno tuisse factam conce-  
ssionem primarum causarum uni, et secundarum cau-  
sarum alteri) liquidem de generali consuetudine  
14 unus potest acquirere, merum imperium, aliis mix-  
tum, tertius primam jurisdictionem, Alberic. in l. 1.  
n. 32. ff. de jurisdic. om. judic. et in l. fin. C. cod. licet  
15 enim jurisdictione quoad habitum sit individua; ta-  
men quoad exercitum, et usum est dividua, latiss. Colloq. Bonov. inter conf. Curt. sen. conf. 50. n. 14. in fi.  
et n. 15. et quamvis dicat D. Reg. Moles d. qu. 16. §. 2,  
qrs. 1. vers. & quod vassalli, per plura Regia rescri-  
pta fuisse inhibitam concessionem secundarum cau-  
sarum, attamen in praxi in dies vidimus antiquis,  
16 et modernis temporibus in Regia Camera expomi-  
venales jurisdictiones secundarum causarum civi-  
lium, et criminalium super terris, et Castris Baro-  
num, qui solas habent primas causas, et prævijs ban-  
nis ad offerendum admittuntur etiam extranei lici-  
tatores, ut in praxi sepè evenire testatur noſter Ca-  
pi blanc. supremis magistratib. dignissimus in prag-  
mat. 8. de Baronib. pár. 1. num. 59. idemque passim  
contingere testatur Dom. Reg. Rovitus super prag-  
mat. 2. de jurisdic. non turband. post num. 1., ibi  
& accedit, nisi iidem Barones per viam prælationis  
illos superent, et excludant, idemque observatur,  
quoad Castra, in quibus Barones habent jurisdic-  
tionem civilem tantum, prout antiquissimis  
17 temporibus feudorum concessiones fieri solebant,  
antequam Reges Sereniss. Aragonei cœpissent com-  
municare merum, et mixtum imperium ipsius in-  
terioribus; quo tempore rigide servabatur prohibi-  
bitio confit. dignum, & confit. Ea que ad decus,  
quibus inhibebatur omnibus exercitum meri impe-  
rii absque speciali, et expressa licentia, quæ non  
18 erat solita concedi; et feuda, et Castra concedeban-  
tur, retenta per Reges jurisdictiones, quæ exercebatur per Capitaneos a Regibus destinatos, cum  
recursu appellatio ad justitiarios provinciarum,  
quos hodie praesides appellamus, et plerisque Ba-  
ronibus concedebatur exercitum jurisdictionis,  
durante ipsorum vita sub nomine Capitanei, et  
et in registro Ferdinandi Primi, anno 1458. in Re-  
gio Cancellaria legitur privilegio Alphoni Primi,  
sub data in Castro novo Neap. 18. Iulii 1454. quo  
fuit creatus Franciscus Carrara miles Neap. Guber-  
nator, et Capitaneus casalium Neap. Tauris octa-  
vi, Resinæ, et Portici, ad justitiam, et bellum,  
cum mero, mixto imperio, et omnimoda jurisdictione,  
cum potestate serviendi per substitutum  
idoneum, cum proventibus, fructibus, durante ejus  
vita, et unius ex ejus siliis, quem vivens, vel in  
morte elegerit, quam concessionem Ferdinandus  
Primus filius ampliavit: et prorogavit pro heredi-  
bus omnibus ex suo corpore legitimè descendenti-  
bus, ut ex Regiis litteris in felicibus Castris apud  
Sylvam Bairani die 15. Septembris 1458. quæ ca-  
salia hodie ex successione possidet Excellentissima  
D. Anna Carrara Hostiliani Princeps, et Sabloneta  
Ducissa nupta nuper Excelleutissimo Duci Me-  
dinæ ex familia Guzmanæ inter Hypanos Proce-  
res longè nobilissimo, morum suavitate, animique  
prudentia Philippo IV. Regi nostro invictissima  
(quem Deus optimus Max. diutius nobis servet)

ad eo charo, ut eum à sevix avelli tantisper pateretur  
nisi egregiae illum animi dotes publico orbis bono  
ad Regnorum regimen atque administrationem vo-  
carent, de qua antiqua consuetudine meminit Af-  
flict. in prælud. confit. quæst. 24. sub num. 9. & de-  
cis. 122, verum omnium antesignanus fuit Rex Ca-  
rolus primus, dum occasione concessionis in feu-  
dum factæ Carolo suo filio Civitatis Surrenti, Sa-  
lerni, Amalphia, cum aliis præclaris Civitatibus,  
& terris copicinis, cœpit communicare iurisdi-  
ctionem criminalem intra murorum ambitum Sa-  
lerni tantum, & viduisse investituram refert Fræc.  
autb. 2. post num. 21. car. 267. sed non fuit commu-  
nicatum merum imperium aliis Baronibus usque  
ad tempora Alphonsi, & Sereniss. Regum de do-  
mo Aragonea, & de Alfonso primo meminit ex  
Afflict. Grammat. in suo solemni voto 28. num. 25.  
ante fin. ubi latè de potestate supremi Principis pro  
recursu, moderatione, & interdum revocatione  
jurisdictionis, & imperii infeudati, & scripsi in  
meo tract. de potest. Principis circa revocat. de-  
tempore enim Roberti, & Joanae merum impe-  
rium cœsebat reservatum, ut notat Afflict. in  
dict. confit. ea que ad decus, num. 17. in fin. & 19.  
in fin. & in confit. contingit, natab. 3. sub tit. de ac-  
cusat. coram iustit. dicit, dictos Reges Aragoneos  
25 ad nihilum reduxisse M. Cur. propter merum impe-  
rium concessum Baronibus cum cognitione prima-  
rum causarum, latè Carav. ritu 49. ubi etiam num. 16.  
de amplissimis privilegiis concessis Principibus Sa-  
lerni, B. sinjani, & Duc. Svevæ Magno Capitaneo  
cum aliis congestis per D. de Franch. decis. 370. n. 8.  
& decis. 5. 10. num. 4. & idem hodie concessio Castro  
27 venit merum, & mixtum imperium, quia Reges  
sunt soliti ista concedere, Loffred. conf. 24. Virfill. ad  
Afflict. decis. 122. licet ad refrænandam ipsorum  
Baronum potestatem, & in auxilium subditorum,  
nè adimeretur ipsis recursus, ad superiores, tres  
28 sententie Curie Baronalis habent etiam secun-  
das appellations (quas vocant tertias causas) pro  
una sententia in praxi recepimus est, habendas esse,  
licet de iure aliud esse deberet, ut advertit Confil.  
de Ann. conf. 70. quem probat Reg. de Pont. de divers.  
provis. sub tit. de donis, & expens. 1. n. 18. & dum de  
anno 1630. ob necessitates bellorum Italie fuissent  
29 venditæ multæ terræ, Castra, & etiam casalia Ci-  
vitatis Neap. & infeudata de ordine Regis nostri, me  
agente causas Fisci, fuit per Suam Excellentiam, eius  
que supremum Conf. Collater. ordinatum, concedi  
primas, & secundas dumtaxat causas, quippe quod  
30 concessio tertiarum causarum, ratione prædicta erat  
specialiter inhabita per S. M. nusquam enim fue-  
runt concessæ primæ, & secundæ appellations,  
nisi ob maximum necessitatæ, vel importunitatem  
Afflict. in puncto in cap. 1. §. ex eadem num. 4. de  
31 lege Corradi, & ob id fuerunt dicta loca infeudata  
cum mero, & mixto imperio, quatuor litteris arbi-  
trariis, & potestate poenæ commutandi in omnes ci-  
ties habitantes, & habitatores, cum primis, & se-  
condis causis, iuribus actorum Magistri, proven-  
tibus, Syclæ, ponderum, & mensuræ, Portulanis  
per terram in locis ubi dicta iura non erant aliis  
32 concessa, & cum clausula (si quæ, vel si quæ sunt,  
& ad R. Curiam spectant, & non aliter) quæ de iure,  
etsi non apposita, subintelligitur, Alex. conf. 152.  
in fin. Virfill. ad Afflict. decis. 334. sub num. 6. 388.  
num. 4. quod generaliter hodie quoad omnia cor-  
33 pora in investituris contenta provisum est in  
Progrm.

*Prog. 16. de Baron. & advertit Borrell. de Magistr. lib. 4. cap. 7. num. 51. de quo etiam Rimini. jun. cons. 19. 34. n. 49. lib. 1. verum respectu clausulae derogationis iuris, C. quando imper. inter papill. & vid. fuit concessa ut frequentius consueta concedi, sed prorsus 35 denegat ea clausula contenta in privilegiis olim concessis per Reges Aragoneos Principibus Salerni, & Bisiniani, quarum aliquae sunt adeo exorbitantes, ut concessantur nimis laedere coronam, & Regiam Majestatem: dicitur enim Rex in hujusmodi concessionibus concedere lapidem pretiosum sive coronam, ut ex Baldo dicit Affl. in d. & ex eadem lege post n. 4. de lege Corradi, & quoad clausulam (cum potestate cognoscendi de delictis extra territorium) fuit resolutum similiter non concedi, nisi prout juris, ex quippe ratione, quia sunt nimis onerosae subditis, & per easum concessionem nimis laeditur authoritas, & dignitas Regalis, ut de concessionibus factis in principio acquisitionis Regni, vel tempore belli, quod propterea Rex non teneatur ad obseruantiam, & amplio minus successor, latè tradit Gramm. d. voss 28. loquens in specie de prerogativis concessis per Regem Ferdinandum Primum Principi Salerni, is proprius. & n. 13. c. 11. seq.*

Et iam vidimus de anno 1598. Regem Philippum Secundum immortalis memorie mandasse Excellensissimo Comiti Olivarensem tunc Regni Proregi sapientissimo simul justissimo, et vigilansissimo, 38 quod procederet ad venditionem omnium secundarum causarum Baronibus, et fuerum emissa, et publicata bona per omnes Regni provincias ad offerendum, sub illo insigni locumtenente Ferdinando Fornario, et de anno 1620. Regia Camera ad evitandum vexationem populorum, qua oriebatur ex locatione jurium Portulanis per terram, confidit imponi gran. 12. pro qualibet fociulari, exceptis locis immunibus, vel in quibus dicta jura erant eo concessa Baronibus; vel iisdem Terris, in Consule. 40 Cur. 16. fol. 279. cum per prius de anno 1609. fuisse similia impositio facta pro jure Sycis, ponderum, et mensuræ ad rationem gran. 35. pro qualibet sumante, in Consult. Carta Terra Hydrunti 33. cart. 6. et inter multas venditiones dictarum jurisdictionum secundarum causarum concessas in feudum, cum solita clausula (pro heredibus, et successoribus ex corpore) in provincia Basilicata fuit vendita jurisdictione integra primarum appellationum terre Vigianæ Domino Jacobo Dentice utili Domino ejusdem terræ ad rationem duc. octo pro qualibet sumante, ut ex decreto die 5. Novembris 1598. et instrumento stipulato per Notarium Regia Curia sub die 13. dicti mensis, cum clausulis solitis, in qua licet universitas obtulisset duc. sex, fuit tamen superata per obligationem maiorem factam per Baronem ipsius, et secundas causas itidem civiles, criminales, et mixtas, et cum omnimoda jurisdictione, sub consueta forma, qua similes conlueverunt concedi in Regno, in terra Picentia fuerunt venditas Nicolao Musio, qui non erat utilis dominus dictæ terræ, sed civis ejusdem loci, ad rationem duc. sex pro qualibet sumante, ut ex decreto die 6. Septembris 1601. in Banca Grimaldi per Jacobum Fritacolum.

Quinimodo Regia Curia fuit, et est in possessione separandi, et dividendi casalia à suis civitatibus, ut ipsas à capite dismembratis, vendat jurisdictionem ipsorum, illamque in feudum concedat ad sui libitum, ubi non procedit contractus demanii onerosus soluto pactio, ut servatum vidi instance Regio fisco con-

44 tra Civitatem Litii in casalibus Sancti Cesarei, & Maladunei penes Hyeronimum Terrusium, ubi ad instantiam Fisci in specie allegantis dictam possessionem, fol. 23. fuit pluribus decretis Regiae Cameræ jussum, vendi jurisdictionem Casalis Sancti Cesarei, non obstante oppositione dictæ civitatis, & ejusdem casalis praetendentium habere privilegia Regum Ferdinandi, & Caroli V. Cesarii invictissimi, cum possessione ipsorum vigore habita, & continuata, ex quibus casalia praedita tanquam de Comitatu Litensi non debebant separari, nec vexari, sub jurisdictione plurium Dominorum, ut ex decreto 2. Junii, 17. Octobris, & 16. Novembris 1609. 29. Januarii 1610. quibus fuit provisum, vendi jurisdictionem primarum, & secundarum causarum Sancti Cesarei, & primarum causarum civilium, criminalium, & mistarum, & Bajulationis in casali Maladunei, oppositis per civitatem praedictam, & casalia, non obstantibus; in quo processu libuit vidisse aliqua practicata, meo quidem judicio observatione digna.

Et primum maximum pretii diversitatem locorum praedictorum, quamvis inter se vicinorum, & simul adjacentium, liquidem jurisdictione primarum causarum criminalium, & primarum appellationum, tam civilium, quam criminalium in casalibus Sancti Cesarei, feudi Ceresii possessi per magnificos de Paladinis, quotas partis feudi dicti Philippi, & fociularum, super quibus exercent jurisdictionem civilem Monachi Sanctæ Crucis dictæ civitatis Litii, fuit vendita ad rationem ducatorum quatuordecim pro qualibet sumante, ut ex decreto 2. Octobris 6. 10.

46 cart. 19. jurisdictione vero eadem in Casali Maladunei, in quo fuit tamen amplius inclusa etiam civilis in primis causis cum bajulatione, fuit vendita Ambrolio Paladino ad rationem duc. quinquaginta pro qualibet sum. ut ex decreto 26. Junii 1610. cart. 13. 1.

47 ex quo colligitur, ex qualitate subditorum, affectione, calore licitanti, & aliis circumstantiis variari hujusmodi jurisdictionum pretia, sicut generaliter pretia rerum ex loco, & tempore variantur. I. pretia rerum 63. s. ultimo ff. ad I. falcid. licet enim justum pretium non sit estimendum. ex affectione aliquorum, est tamen arbitrandum. ex rei qualitate, reddituum quantitate, & loco, cap. 1. de empt. & vendit. cum aliis per T'raqn. in primo retroff. s. 1. Gloss. 18. stat. 1. cum non sit possibile, tantam diversitatem, processisse occasione primarum causarum civilium tantum, in hac posteriore venditione inclusarum, quæ in primis locis reperiebantur aliis concessæ.

Quod etiam observatum. vidimus de anno 1630. in venditione jurisdictionis plurium Urbis nostræ, & plurium civitatum, & terrarum demanialium Regni, cum maxima, pretii diversitate, ut infra dicemus.

Secundo, fuisse in venditione casalis Maladunei decreta, quod pro corporibus, & introitibus dicti casalis noviter venditis dicto Paladino, non teneatur solvere adoham, ut ex decreto 17. Julii 1610. cart. 14. 2. sed diversum fuisse provisum in venditione jurisdictionis casalis Sancti Cesarei, feudi Ceresii, &

48 aliorum, pro quibus deeretam fuit sub die 2. Octobris 1610. solvi debere Regia Curia annuos duc. 12. ex causa adohæ, cart. 19. ratio enim diversitatis 50. fuit, quia in ultima oblatione facta pro dicto Casali Maladunei, presentata sub die 19. Aprilis 1601. fol. 106. speciali pacto cautum fuit, ut non teneretur offerens solvere adoham, nec aliud quippiam servitum,

51 tium, onus ordinarium, nec extraordinarium, vel etiam donum, cart. 106. quicquid in prima oblatione, cart. 30. extincta, & revocata, prius oblatum fuisse: & sic immunitas adhuc in hoc casu orta fuit ex speciali conditione adjecta in oblatione, licet enim regulariter servitium non promissum non debatur, etiam consuetum, nisi sit expressum, vel in determinate promissum, cum non sit de substantia nec de natura feudi, juxta opin. *Isern.* in cap. 1. §. *bujus autem generis,* num. 9. ex quibus causis feud. amitt. in cap. 1. §. sed nec alia iustor, in princip. post num. 33. quæ sit prima causa benef. amitt. & in cap. 1. § similiter, post num. 14. de capit. qui cur. vend. d.

52 attamen de more in Regno servatur, ut facta concessione in feudum, fiat taxa adhuc, & sic in præxi potius videtur recepta opinio contraria *Præpos.* & *Martin. Laud.* in cap. 1. in quibus causis feud. amitt. quam videtur probare idem *Isern.* in cap. 1. num. 19. vers. si enim dedisset, de controversi. investit. quam latissime tuetur *Canner.* in extrov. si aliquem, §. in tex. ibi, sub onere, inter quas opin. dissidentes placet nunc concordia *Loffred.* in conf. 1. num. 117. vers. sed in hoc est advertendum, ut opinio negativa *Isern.*

53 procedat ubi concurrit sola consuetudo donatoris, non autem, ubi viget in loco consuetudo generalis non solius donatoris tantum, ut servitium consuetum præstetur, & ideo pro nunc possum accedere opin. negativæ omnino, & indistincte, quam latissime, tuetur *Dom. meus de Curte de feud.* par. 1. cap. 13. c. m. igitur, ex num. 14. sed potius sequor. opin.

54 quam tuetur *Petr. de Greg.* ut etiam si in concessione non exprimatur, nec fiat mentio de servitio, posse per Regem certificari, & taxari, prout in similibus concessionibus determinari consuetum est in regione illa, ut per eum de concess. feud. part. 1. quæst. 11. num. 2. & part. 8. quæst. 2. n. 4. & utrobique optima additio *Mastrill. Ludov. Schrader de feud.* part. 6. c. 6. n. 5. tom. 1. *Knichen de vestitut.* p. 2: c. 5. n. 2. 1. 22. & 28. in fin.

Tertio advero, quod licet extincta candela super venditione jurisdictionis casalis Sancti Cesarei ad beneficium Joannis Dominici Pentini personæ nominatae per offerentem, dicta cart. 191. & 192. fuisse per Joannem Baptisam Guarinum instatum, scipsum debere præferri, tanquam utilem dominum jurisdictionis civilis ejusdem casalis in dicta venditione jurisdictionis primarum, & secundarum causarum criminalium, & secundarum civilium super dicto casali, attamen cum fuisse oppositum ex parte dicti Pentini emptoris, non posse procedi ad datotem termini, nisi auditio Fisco, cui per indirectum adimeretur facultas alienandi, eo quod si hujusmodi prælationes admitterentur, emptores non reperirentur, qua ratione fuisse restrictum jus prælationis competens domino directo in Ducatu Sabaudia, testatur *Ant. Faber.* in suo C. lib. 4. tit. 42. def. 48. in fin. vers. ac sanè, & etiam quia idem Guarinus in litatione comparverat, offerendo tanquam extraneus licitator, & ideo, vicitus à majori oblatione, videbatur prælationi, quæ ipsi competit, renunciasse, ut latè opponitur cart. 195. in fin. à tergo, qua ratione credens fortè Guarinus jus pro suo adversario stare, à prætentis destitit, sicuti destitisse Antinorium à prætensione prælationis jurisdictionis venditæ D. Principi Abbellinatum in casali Ciuranorum, supra adnotavimus: licet vanus fuerit utriusque timor, siquidem electione unius iuris, vel actionis nobis competentis, non vidas-

55 mur alteri renunciasse, l. cum indebito, §. creditor ff. de condit. indeb. non enim id, quod ex arbitrio ago, officit, quin meo privilegio utar, l. voluntariè, C. 56 de excusat. utar. et ubi ex pluribus, et diversis causis competunt plures actiones, una electa, ad alias redire non prohibeor, Afflitt. decis. 60. *Cravett.* conf. 16. num. 9. *Lancell.* de attent. 2. par. cap. 4. limit. 30. num. 1. *Graianas discept.* for. discept. 338. num. 9. tom. 2. eligens viam, vel modum duriorrem, potest redire ad favorabiliorem, *Maurus alleg.* 38. num. 6. & 8. Et in retractu, quod consensiens contractui, ut tutor, judex, vel ratione cuiuslibet officii, 57 sibi non præjudicet, quin jure suo uti possit, & de teste, notario, sive tabellione, & aliis, latè *Tiraquell.* in primo retract. §. 1. *Gloss.* 9. ex num. 141. vers. sed banc nostram, cum seq. & in puncto in eo, cui competit in venditione prælatio etiam ex causa directi 58 dominii, quod si prius elegerit licitare ut extraneus, possit deinde redire ad jus prælationis sibi competens tanquam directo domino, docuit bellissime *Anton. Faber.* in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de jure empbi. 59 teut. def. 62. ubi ita decisum testatur in suo senatus. Tandem; & quarto ex eodem processu patet, quod cum Universitas Maladonei petiisset admitti ad demanum, quo ad jurisdictiones super ipsam terram novissimè venditas Paladino, concessa sibi decreto Regiae Cameræ termino 23. Novembris 1611. & 17. Januarii 1612. tandem sub die 5. Junii ejusdem anni fuit dictus Marius Palatinus absolutus a petitio demanio, quis non probavit extrema necessaria, & propterea nec Fiscus ipsius prætensioni assistere voluit, quibus deficientibus, demandi, petitionem, cesse, superius ostendimus.

Et in Provincia Calabria ultra, cum quidam dives, & potens ex titulatis obtulisset Regiae Curie emere jurisdictionem secundarum causarum civilium, criminalium, et mixtarum in terra Agrotteris suisque casalibus, possessa per D. Don Gasparem Aragoneum de Ayerbe Marchionem ipsius terræ ad rationem duc. sex pro quolibet fumante, et emanatis bannis ad offerendum etiam de ordine Excellentissimi Comitis de Lemos Dom. Petri maxi- 60 mi, et solertia Præregis de anno 1615. Regia Camera agnoscens contineri in oblatione aliquas conditiones Filco onerosas, ipsamque factam fuisse non ab ipso utili Domino dictæ terræ, sed ab extraneo licitatore non sincere, sed malo animo, et ad emulationem Marchionis, ob inimicitias inter illos vigentes, et odium præsumptum ex litibus inter eos jam diu agitatis, die 5. Martii, 1615. decretivit, quod renoventur banna ad offerendum ad finem providendi super dicta oblatione ex causis jam dictis, in decreto etiam expressis, in quo fuit observatum dict. *Bald.* in leg. ad officium C. communis divid. docentis, non esse admittendum animosum licitatem ad impediendum adjudicationem fieri consorti justo pretio; debet enim extraneus animosus, vel odiosus licitator expelli, ut ex *Bald.* Salyc. & aliis probat *Tiraquell.* in primo retract. §. 1. *Gloss.* 18. num. 2. & tandem supplicante Marchione ob ingentia servitia suorum majorum, qui ex Hispania sequuti invictissimum Alphonsum primum de Aragoneis Regibus, & Invictissimis Austriacis fuerunt optimè meriti, quod Prorex admitteret oblationem à se factam ad rationem duc. octo pro quolibet foculari, veluti majorem pretio, & magis congruentem, ne admitteretur ad licitandum, & obtinendum præ-

præminentiam in gradu appellandi sibi infensus, & odiosus, itemque quod summa duc. 5784. ad quam ascendebat pretium dictarum secundarum causarum juxta numerum summatum compensaretur, licetque ipsi retinere pro consimili quantitate debita per Reg. Curiam tam ipsi, quam D. Hyeronimus de Curte Marchionis ejus, uxori, filiis quondam Regentis Camilli de Curte ejus loceri, & mei magistri, & avunculi, ex variis causis, & titulis, obtentoque rescripto, quod Regia Camera de supplicatis se informet, & referat cum voto, prævia consultatione ejusdem Regiae Camerae, qua sub die 30. Junii 1615. penes magnificum Franciscum Bolinum, discussis causis predictis, & creditis, consuluit Proregem, admittendam dictam compensationem, non obstante generali prohibitione de non admittendis in causa fiscalis ex diversa statione compensationibus jure communi, & Regio, ad l. i. & 3. C. de compensatione. juncta decis. Affl. ubi Ursil. decis. 102. de qua non menin Peregr. de jure fisci, lib. 6. tit. 7. n. 15. Et tandem per statum Excellentiam in Collaterali sub die 22. Augusti 1616. fuit provisum, quod Regia Camera Summarie suam exequatur consultationem, registratam in consultarum 6. fol. 211. a ter. & penes Gisellum amandatis Regiis scribam.

Cuius vigore Regia Camera sub die 19. Junii 1617. decrevit, quod factis debitibus notamentis solutionis pretii dictarum jurisdictionum, quae pro fisci, & partium cauclis in computis ministrorum in actis fieri, & alibi passim mandari solet per Presidentes Regiae Camerae, expodiuntur provisiones pro consignando possessione, & per Excell. Ducem Ossuam Proregem vigilantisimum, maximeque nominis sub die 24. Martii 1618. fuit facta venditio dicta Marchioni in feudum pro se, ejusque heredibus, & successoribus, ex eius corpore legitimè descendenteribus pro omnibus causis, & delictis commissis, & committendis in illa terra, eisque Casalibus, & distritu per vassallos habitantes, & habitatores, ut ex instrumento penes Julium Casarem Guadagnum Regie Curie Notarium.

In quo illud adnotare licebit, non esse de facili admit-  
63 tendos extraneos licitatores, presertim quando ad simulationem, & in odium Baronum ad licitandum, hujusmodi jurisdictiones accedunt; multa enim ad simulationem fieri prohibentur, ut in illo, qui par-  
tem sui Castri ad fratribus, vel socii simulationem po-  
tentiori alienavit, ad notata in I. opus ff. de oper. novi.  
ann. in L. de servitus. cum pluribus à Cart.  
Jan. conf. 80. in fin. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cen-  
sus. 2. causa 156. Ioan. Botta conf. 77. licet enim aliquid  
64 sit à jure permisum, non licet tamen id in fraudem  
facere, h. T. itiam ff. ad trebell. plura Camer. in I. Impe-  
rial. car. 6. a terg. col. 4. in fin. de probab. feud. alien.  
& quod excludendus sit animosus licitator preser-  
tim extremerus ad impediendam adjudicationem fie-  
si consueti justo pretio, ex I. ad officium, in fin. cum  
ibi nec. C. commandavit. & l. i. in fin. C. de Metallar.  
l. i. DD. omnes in L. qui Roma s. cohæredes ff. de verb.  
oblig. & plenisque relatis T. iraque in primo retract.  
§. 1. Gloss. 18. n. 2. & 3. & hac ratione id fuisse per Ca-  
meram decisum colligitur tam ex decreto jam di-  
cto 5. Martii 1615. quam ex literis proregis directis  
Regie Camerae 3. Augusti 1615. in actis, fol. 2.  
36. aliisque, fol. 37. & hac de causa fuit affirmativè  
consultum per Regiam Cameram, esse admitten-  
dam oblationem Marchionis, qui erat utilis domi-

nus Terræ, & compensationem cum partitis sibi debitis per Curiam, & per Proregem dispensatum prohibita compensationi, itemque non adhibita solemnitate subhastationis informa consueta in publica auctione accessionis candelæ in venditionibus rerum fiscalium necessaria, tam de jure communi, quam ex Regiis ordinationibus, quibus cum clausula irritanti, & annullativa præcipitur observari generaliter dictam solemnitatem in subhastationibus bonorum, & jurium fiscalium, juxta l. i. & l. si tempora, secundum tertiam lectur. Gl. C. de fide instrum. & jure ba-  
66 st. & fisc. lib. 10. Bar. in l. licitatio, in prin. ff. de publ. cujus subhastationis formam in rebus fiscalibus, siue debitorum fisci, vel quando bona, & jura ad fisci utilitatem venduntur, & sic minorum Ecclesiar. & reipublicæ, necessariam tradunt, Bossius de Principe, n. 131. Rebuff. de praconis, licitat. & subbast. com. 2. ad constitut. Gallia, in princ. n. 7. Pinelli. ad l. 2. C. de rescin. vend. p. 2. c. 2. ex n. 25. Pereg. de jure fisci lib. 6. sit. 4. de vendit. fisci ex n. 5. vers. quarto intervenire debent, & c. post Affl. dec. 340. & in §. ex eadem l. n. 4. ubi dicit, esse id expediendum per Trib. M. Camerae, de lege Corradi, Franc. Clapper. in doc. fiscal. causa 3. q. affl. 1. & causa 3. & 4. nec potest remitti, cum 67 juris publici sit, ut bene probat, Rebaff. d. loco n. 18. & Pinelli. dict. loco, n. 25. in fine subdit hæc verba, (regulariter autem, ubi in alienatione requiritur decretum, subhastatio etiam presupponitur, citat Bart. Bald. Jorda. Plaza, Alex. & Affl.) ex quo dubitari potest de veritate opin. Dom. Rovit. in suis allegat. insertis in comment. ad prag. 1. de tit. abusu, ex n. 104. 68 ubi contendit; ad validitatem venditionis rei stabili. pupilli non requiri de necessitate subhastationes, illationi potissimum innixus, quod tria tantum sint in illa necessaria, decretum, causa, & actus alienum, ut per eum n. 105. Verum in arrendamentis, & locatio-  
69nibus introitum fisci adsunt novissime litteræ Augusti. Regis nostri Philippi Quarti sub die 4. No-  
vembri 1631. & 27. Novembri 1632. occasione ar-  
rendamenti salis Apulicæ, ubi subhastationis solemnitas omnino adhiberi injungitur.

## S V M M A R I V M.

- 1 **D** luisi jurisdictionis, velut sui natura indivisi-  
bilis, existenda, & n. 5.
- 2 **J** urisdictiones secundarum causarum in terris Ba-  
ronum possidentium jurisdictionem in primis cau-  
sis, passim in R. Cam. exponuntur veniales admissis  
extraneis licitatoribus, & n. 12. lices contrarium,  
asseveraverit Reg. de Ponte.
- 3 **B** aro non potest donare, vel legare alteri aliquam  
ex partibus jurisdictionis sibi in feudum concessisse.
- 4 **R** ex non soles jurisdictiones dividere, Proregi vero  
est inhibita divisioni consentire.
- 5 **C** oncessio non operatur in prajudicium tertii ex de-  
fectu voluntatis, & potestatis.
- 6 **R** egula, quod possum nolui, & c.
- 7 **S**ensatio R. Cameræ pro Fisco contra Dom. Princi-  
pem Avetrana evictionis certæ jurisdictionis in  
terris Salicis, & Guagran, refertur, & de-  
claratur.
- 8 **P** retium taxatum in venditione, tam primarum,  
quara secundarum causarum Provinciis Apruti-  
cista, & ultra, conjunctim, & divisim referuntur,  
n. 10.
- 9 **P** retium jurisdictionis criminalis in primis cau-  
sis tam cum officio Magistri actorum venditæ  
D. Ascanio Como in Casali Novo propè Neapol.

AR-

## ARGUMENTUM.

Jurisdictiones secundarum causarum in Castris, & terris Baronum possidentium primas causas, de stylo Regiae Camere exponi venales, etiam admissis extraneis emptoribus, nisi iidem Barones in licitatione vicerint, vel per viam prælationis extra-neos excluderint: divisio jurisdictionis vitanda, quod fieri potest, & plures casus, & decisiones referuntur circa taxationem, & liquidationem pretii, tam primarum, quam secundarum causa-rum junctim, & divisi in diversis Regni Provin-ciis.

## ARTICULUS QUARTUS.

**N**on potest igitur salvari dictum Dom. de Ponte, nisi quod non fuerit solitum ab initio, tempore concessionis eodem tempore, vel parum diverso concedere uni primas cau-sas: alteri vero secundas super eodem Castro, ut quantum possibile fuerit evitaretur divisio, & se-paratio jurisdictionis sui natura indivisibilis, Raud, respons. 8. num. 117. verum ex post facto pro necessitatibus Regiae Curie; vel potentibus, ut plu-rimum iisdem Baronibus, quibus non fuerant con-cessæ causaæ appellationum, vel alia jurisdictionis species, solite aliis concedi ad integrandam jurisdictionis concessionem, fuerunt dictæ jurisdictiones expofitæ venales, & liberatæ licitoribus ext-rapeis, nisi iidem Barones in licitatione vicerint, vel per viam prælationis eos superaverint.

Nec Bambac. ad hoc citatus per D. de Ponte in re-sponsu pro Principe Asculi impressa post repet. cap. omnes filii, aliter sensit, siquidem non aliud inten-dit Bambac. probare, nisi quod facta concessio-ne Castri cum primis, & secundis causis uni, non potest concessionarius legare, vel donare alteri se-cundas causas, ex quo sequeretur jurisdictionis jam concessæ unitæ, & in esse deductæ, quinimò feu-di ipsius, suarumque partium divisio, quod Rex non solet concedere, & Proregi est inhibitum per pragmat. novem capitum, ut per Bambac. in dict. respons. quæst. 2. num. 19. 20. & 23. & sic similiter de divisione, & dismembratione jurisdictionis feudo annexæ agebatur in exemplo, & casu Ducis Suef-sæ, quem subiicit de Ponte post num. 10. cart. 272. col. 1. ubi concessa Baronia Sancti Gregorii Magno Capitaneo cum primis, & secundis causis, & de-muniv evicta dicta Baronia per Baldaxarem Mila-num, cui prius fuerat legitimè concessa cum pri-mis tantum causis, dicitur non potuisse Ducem Suef-sæ obtinere, nec etiam secundas, ne induce-retur divisio; & merito, quia concessio facta Ma-gno Capitaneo jam defecit ex defectu potestatis, & voluntatis, vulg. leg. 3. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. Rex enim illam ipsi conces-serat cum primis, & secundis causis, credens esse suam, unde sequuta evictione, & per sententiam ab-lata Castri possessione Duci successori Magni Capi-tanei, justa ratione Regi visum fuit, jurisdictiones minimè separare, & denegare dispensationem ex re-gula, quod potui, nolui, nec concedere superiorita-tem in appellatione Duci victo contra Milanum vi-ctorem ex quibus boni, & periti letores dijudicent, si ex dictis per Bambac. & exemplo predicto Ducis Suef-sæ posuit generaliter inferri, ut nunquam in Re-

gno fuerit facta concessio primarum causarum uni, & secundarum alteri, contra id, quod in dies practicatur, & observatur in Regia Camera.

Et inter alios multos casus, quos recensere possem, memini, quod evicta per fiscum Principi Avetra-næ jurisdictione primarum, & secundarum causa-rum criminalium, ac secundarum causarum civili-um in Terris Salicis, & Guagnani, eaque reintegrata Regiae Curie, & condemnato Principe ad illam relaxandam una cum fructibus liquidandis, sub die 18. Junii 1612. penes Laurentium Mollum, & provolo, quod non obstante transactio[n]e ob-lata per Principem ob fisci contradictionem, non admitteretur, & proinde fierent banna pro vendi-tione ipsius, 4. Februarii 1614. licet deinde ob exhibitiōnem tituli Regis Ferdinandi Primi cum conces-sione mcri, mixti imperii, gladii potesta-te, omnique iurisdictione, nec non cum banco justitiæ, & cognitione primarum causarum civili-um, & criminalium qualiuncumque, sive mix-tarum de anno 1488. fuerit in reclamatiōne Princi-pe absolitus quoad primas causas criminales tan-dum, referente Domino Ursino sub die 8. Junii 1616. tandem accensa candela remanserunt Consi-liario Jacobo de Franchis ad rationem ducatorum quinque pro qualibet fumante pro persona no-minanda, qui solitis ducatis tribus mille, & octingentis pro focularibus, num. 760. nominavit eundem Principem, cui fuit tradita possessio; pen-det hodie adhuc liquidatio fructuum dictæ juris-dictionis evictæ, prætendente fisco, Principem de-bere restituere nedum fructus perceptos per ip-sum Principem ab anno 1569. quo emit dictas terras, verum etiam à tempore concessionis factæ per dictum Regem Aloysio de Paladinis ejus pre-decessori, dicto anno 1488. eorumque fructuum liquidationem esse faciendam ad rationem interese pro summa ducatorum 3800. solutorum per di-catum Principem pro emptione prædicta, replican-te dicto Principe, nullo modo teneri ad aliud, nisi ad restitutionem fructuum, quos probaverit fiscus ipsum percepsisse, de quibus loquitur de-cretum, non autem ad interesse pretii per ipsum soluti, pro tempore, quo ipse possederat, ante-quam fiscus venales habuisset jurisdictiones præ-dictas.

Et aliæ jurisdictione secundarum causarum civilium; 9 criminalium, & mixtarum in terris Cermignani, Scorrani, & Pecti Provinciæ Aprutii Ultra, infeudiatis, & possessis per diversos Barones, fuit ven-dita ad rationem ducatorum sex pro qualibet fuman-te, & in Casali Sancti Viti Civitatis Lanciani ju-10 risdictio primarum causarum criminalium tantum, & totius, & integræ jurisdictionis in secundis cau-sis, sed primis appellationibus fuit vendita Martio Ugni Marchioni Turricella ad rationem ducatorum duodecim pro qualibet foculari, die 9. Octobris 1632. ut ex actis penes Magistrum actorum Lelium Tagliavia; Scriba M. Antonio de Alessandro, & die 13. Januarii 1633. referente religiosissimo, & integerrimo Præside Blanditio, fuit vendita similiter jurisdictione primarum causarum criminalium, & se-cundarum causarum tam civilium, quam crimi-nalium Castri Frise itidem propè Lancianum Hyero-nimo del Barone Duci Dogliola pro duc. duodecim pro qualibet fumante, cum antea haberet cognitio-nem primarum causarum civilium tantum, cum pro-venti-

ventibus etiam causarum civilium, criminalium, & mixtarum, quæ in pluribus aliis Castris fuerant similes venditiones factæ ad rationem duc. undecim pro quolibet sculari, ut ex aëlis penes Octavium de Crescentio.

Et cum Dominus Ascanius Como possideret Casale novum in districtu hujus Civitatis tanquam partem casalis Afragola in burgensticum, & allodium cum jurisdictione causarum civilium tantum vigore tuli Sereniss. Regum de domo Aragonæ de anno 1592. emit à Regia Curia jurisdictionem criminalem in dictis primis causis tantum, & officium magistri actorum, ut ex decreto Regie Camerae 14. & 18. Julii 1592. penes Josephum Vitalium, in Banca Sebastiani.

Et sic tam in Castris concessis in feudum, quam etiam in allodium cum jurisdictione civili tantum, vel etiam reservatis appellationibus, sicut postea passim vendita per Regiam Curiam iurisdictione criminalis, vel etiam primæ appellationes, admissis etiam extraneis licitatoribus, licet semper primi concessiōnarii, & possessores emere illas procuraverint, & jūste aliis prelati fuerint, nè fieret jurisdictionem divisionis.

### S U M M A R I U M.

- 1 **C**onceffio facta per Regem nostrum Secretaria Joanni de Ziriza referatur.
- 2 **C**asale Montifosi an posuerit separari à Civitate Tarenti, & num. 12.
- 3 **C**astram potest possideri sine iurisdictione.
- 4 **V**enditio jurisdictionis criminalis terra Tarentula referatur, & num. 20. litteræ Proregis, & decreta R. Cam. super hoc, num. 22. 23. 24. & 25.
- 5 **C**onsultationes R. Camerae non revocanda, nisi consulto Rego.
- 6 **D**ivisio, vel separatio territorii cum adiectione confinium facienda, vendita jurisdictione aliquius casalis.
- 7 **T**itulus Marchionalis, Ducalis, vel similis, utrum concedi possit super sola, & simplici concessione jurisdictionis, resolvitur affirmativè, num. 37. ubi exempla, & num. 39. & 41.
- 8 **C**onsultatio R. Camerae super concessione casalium M. et J. Secretario Joanni de Ziriza referatur.
- 9 **D**ominus Regens Dyadicus Bernardus Buzia, & Antonius Caracciulus R. Camerae Praefidens, iudicantur, & num. 10.
- 11 **C**asalia plura urbis Neap. vendita. & infendata pro subveniendis necessitatibus bellicis, diversis pretiis, idemque servatum antiquis temporibus, n. 13.
- 14 **R**ex noster in regno vendit iurisdictiones, & revoeat de manu, cum distinctione tamen casuum, remissivè.
- 15 **V**enditione facta casalium Neap. sub quibuscumque verbis, non censetur compræbendum jus arrendamenti, fruè gabulla vini.
- 16 **G**abellæ, sive arrendamentum tertiarie vini est Regia Curia etiam in casalibus antiquis quodammodo jurisdictionem separatis ab arbe Neap.
- 17 **C**asalia quædam Neap. admissa ad solvendum certam annuam summam, ad evitandam ipsorum venditionem, & separationem à demanio, & quædam alia.
- 18 **C**asalia Neap. per viam prælationis infra annum folio pretio emptoribus, obtinacrant reintegrations ad demanium. Idem quo fecerant plura Castro,

terra, & civitates Regni, & nonnullæ admissæ ad solvendum partem pretiis ex Regis munificentia, num. 19.

- 21 **D**ucis Alba Excell. Regni moderatoris laudes.
- 26 **V**enditio jurisdictionis primarum, & secundarum criminalium terra Sancti Germani cum Castris adjacentibus propè Montecasinum, fieri mandata per litteras Proregis, & consultationes R. Camerae, n. 27. quaratione fuerit Regiis literis revocata, num. 28. & exornatur §. moribus, si de teudo defunct. mil. de concessione feudi viventis, num. 29. in fin.
- 30 **C**asalia habent suos fines, & Castra bodes de consuetudine habent territoria distincta.
- 31 **C**onfines probantur per samam, & iudicia etiam levia.
- 32 **C**onfines appani, & distinguunt debent in re concessa, nisi ubi constat de confinibus.
- 33 **C**onfines probantur per rei evidentiam, & alias verisimilitudines.
- 34 **M**onumenta antiqua in confinibus sequenda.
- 35 **J**udex in adiectione confinium arbitrium suum qualiter regulare debeat.
- 36 **F**orma in distinguendo confines ex Paride, & Afflito, recensetur.
- 38 **D**om. Fulvius Lanarius fasci patr. omissis R. Cam. iudicatur.
- 40 **D**ivisio jurisdictionis quoad Castrum, vel casale fieri potest, remanentibus ipsis agitis, ut prius cum capite respectu territorii.
- 42 **D**ignitates regales, Ducales, Marchionales, & similes ad Regis beneplacitum erigantur.
- 43 **C**omes debet habere sub se decem Barones, Boro autem decem subfideclararios.
- 44 **C**omes verè non dicitur is, qui territorium villarum, & castrorum non habet.
- 45 **J**urisdiction, & regalia fine dominio rerum, & è contra, licet subsistere possint, requirunt tamen descriptionem, & conflationem territorii, nu. 46.
- 47 **T**erritorium dicunt spatiū terræ jurisdictione manutum.
- 48 **J**urisdiction est simplex, glebis inhabere dicuntur, & territorium depositum, nec unum sine altero stare potest, num. 50.
- 49 **M**erum imperium est in surca per modum signi, sicut acidum, & mucidum est in vino.
- 51 **T**itulus dominiori non meretur, qui non habet distinctionem vel territorium.
- 52 **C**omes sine comitatu, doctor sine legibus, dicuntur nulla sententes ex Jas. & aliis.
- 53 **I**ohannes Henrici II. Anglia Regis filius dictus fuit Sine terra.

### A R G U M E N T U M.

De separatione Castrorum, & casalium à suo capite divisione quoad jurisdictionem: servata primæva communione quoad alia: varii casus cum regalibus litteris, & rescriptis, consultationibus R. Camerae, decretis, & decisionibus, ejusdemque Supremi Collateralis Consilii referuntur, quæ ad consonantiam ex facti diversitate reducuntur. De obliterantia Regis nostri in feudatione casalium, & quod non veniant arrendamenta fiscalia. De reintegratione ad demanium per viam transactionis alicujus servitii ex Regis magnificencia. De confinium adiectione, distinctione, probatione etiam judicis arbitrio. Et demum quomodo Regales dignitates super sola jurisdictionis

Dd

dictionis concessione inniti possint, tam de jure, quam de consuetudine, ubi plures casus referuntur.

### QUINTUS ARTICULUS.

**I**nde servatum fuit nedum in Castris jam cretis, quæ per diversos Barones fuerunt possessa; verum idem servari yidi in lecis noviter eretis in singulari casu, dum causas fisci tuebar, quem referre non pigebit: facta enim concessione per invictiss. nostrum Regem Dominum Joannii de Ziriza Secretario sui bellici Consilii unius feudi in Italia devoluti, vel devoluendi cum titulo Marchionis, pretii ducatorum quatuor millium, ut ex suis regalibus literis anni 1626. magis deliberate reperitis, & exequi ordinatis de anno 1629.

Et cum non adesset sepdum devolutum Regiae Curiae, fuissetque instatum pro parte dicti secretarii sibi assignari casale Montis Jasii non adhuc separatum, sed annexum civitati Tarenti, in cujus districtu erat situm, de pluribus fuit dubitatum. Primo an potuerit separati à dicta civitate, ipsa contradicente, & allegante, plurimum sua interesse ab ea minimè separari, maximè cum sui essent preventus jurisdictionis, portulania, ius syclo, ponderum, & mensurarum, nec esse casale formatum, sed partem indivisam ipsius Civitatis cum unione plurium fumanantium. Secundo ob oppositionem eiusdem nobilis de Antoglietta allegantis, casale esse suum, ipsumque ab antiquissimo tempore excedente metam anni 150. fuisse possessum per suos antecessores in allodium, licet absque jurisdictione, quæ fuerat semper administrata per Gubernatorem civitatis praedictæ, cum ex praedictis constet, non esse de substantia fendi, quod sit jurisdictione munitum. Tertio à me veluti Advocato fisci fuit allegatum exemplum, quod alias vendita jurisdictione criminali terræ Tramutule, Monacis Sancti Benedicti monasterii Cassinensis, qui habebant civilem; fuit per supremum Collaterale Consilium revocata venditio quamvis corroborata consultatione Regiae Cameræ, quæ mota fuerat ob evidentem utilitatem tam fisci, quam Universitatis dictæ terræ, ut ex consultatione Regiae Cameræ anni 1626. in consultarum fol. 204. & actis penes Alex. Constantimum quamvis per litteras invictiss. Philippi Tertii, sub data 15. Septembris 1605. fuerit ordinatum, non esse revocandas consultationes R. Cameræ concerentes patrimonium, nisi consulto prius ipso Rège, quod fuit apprime dubitatum, quatenus esset dictum casale separandum quoad jurisdictionem reservando jura competentia civitati, & concedenda ipsi secretario jurisdictione primarum, & secundarum casularum, facta numeratione incolarum sive fumanantium, pro pretio ducat. quadraginta oblatio pro quotibet, quo pacto eslet facienda divisio dicti territorii, & regulanda taxatio pretii, & limitum, sive confinium apposito, infra quos posset jurisdictione exerceri; cum nulla prius adesset divisio, nec erectio in casale formatum. Quinto utrum concessio tituli Marchionalis facta dicto Secretario superfeudo devoluto, devoluendo, vel emendo per Regiam Curiam pro exequenda dicta gratia, potuerit fundari, vel initi super sola ac simplici jurisdictione, quam habebat R. Curia super dicto territorio erigendo in casale, sive Castrum, & si consimiles titulorum concessiones fuerunt alias super sola jurisdictionis con-

cessione absque utilis dominii ipsius Castris translatione fundatæ quidue in hoc fuerit alias observatum.

Verum his non obstantibus Regia Camera prævia consultatione sub die 9. Octobris 1635. referente Do-9 mino præside Antonio Caracciolo olim Advocato inter primarios insigni, & secundissimo, nunc meo collega mira erubitionis, iam confirmata per S. Ex-cell. & exequi justum per supremum Collater. referente insigni doctiss. & integerissimo D. Regente Dy-daco Bernardo Zufia, olim meo collega sub die 6. Junii 1636. resolvit, esse per S. Majestatem concedendum dictum casale in feudum dicto Secretario cum jurisdictione civili, & criminali in primis, & secundis causis in forma fieri solita, & consueta pro pretio ducat. mille, & sexaginta, ad quod ascende-bant fumantes numero quiuquaginta tres, numerati ad rationem ducat. viginti pro quolibet, consideratis loci qualitatibus, & circumstantiis ex quo apparet, præsum harum jurisdictionum variari juxta qualitatem, & diversitatem locorum, cum p[ro]f[essione] fauila Civitatis Neapol. ab ipsa ex Regia fa-cultate amplissimè concessa, pro urgentissimis ne-cessitatibus separata, & vendita de annis 1630. us-que ad ann. 1633. fuerit eorum jurisdictione juxta praedictam formam consuetam, vendita sub diversis pre-tiis, juxta qualitatem locorum, affectionem, & ca-lorem licitantium: siquidem cum fuissent primo lo-co vendita casalia Miani, & Mianelli D. Comitis Gambatesis nobilissimæ, & exemplari matronæ ad rationem ducat. trintigæ sex pro quolibet fuman-te, opponente fisco, vile censi præsum pro exer-cenda, jurisdictione tam prop[ter] Urbem, fuit ex-inde statutum, respuendas esse oblationes, quæ non ascenderent ad ducatos quadraginta: & sic postea fuit vendita jurisdictione plurium casalium ad rationem ducatorum 50. 51. 55. 56. & usque ad ducat.

Unde non mirum si Regia Camera fuerit voti, posse eti erigi dictum locum Montis Jasii in Casale, illudque separari à Civitate Tarenti, reservatis ipsi Civitati iuribus omnibus, quæ in ipso habebat; cum idem fuerit obseratum antiquis, & novissimis temporibus cum Civitate Neapol. separando ab ipsa plura casalia quoad jurisdictionem tantum practicando doct. Covarr. præl. qq. cap. 37. num. 6. vers. supereft, cum concord. per Annam conf. 50. num. 44. cum re-ceptissima sit opinio in Regno, posse Regem nostrum dictas jurisdictiones vendere, & alienare ad libi-tum, etiam revocando privilegia demaniorum con-cessa subditis, cum distinctione tamen casuum, ut latius scripsimus in sep[tem]br. cit. tract. de Revocat. dema-niorum: & maximè cum ille nobilis de Antoglietta nullam jurisdictionem habere prætenderit in dicto casali, & longe, latèque distare constet jurisdictionem ab ipso dominio, & proprietate territorii, ut supra diximus,

Et in venditione casalis Fratris Maioris factæ Domi-no Principi Sancti Severii, fuit decisum per Regiam Cameram in Collaterali, sub quibuscumque verbis generalibus non censi inclusum in venditione ius arrendamenti Vini, quod est penes Regiam Curiam, etiam in casalibus antiquis separatis, ut ultræ casalia Resinæ, Portici, Turris Octavi, sunt etiam casalia Sancti Joannis ad Tedicum, Turris Annauntiatæ, Boschi, Grumi, Meliti, Carditi, Afragolæ, & Casalis Novi: in quibus Regia Curia locat ius tertiariz yini suis Arrendatoribus, in quo

quo non omittam, non omnia casalia fuisse vendita; plura enim obtulerunt solvere Regiae Curiae carole-  
 17 nos viginti quinque annuos pro qualibet fumante loco fiscalium, & sic fuerunt retenta sub Regio demanio, & plura casalia ex restantibus vendita soluto prelio emptoribus, infra tempus statutum se rede-  
 18 merunt, ut à Baronum imperio se liberarent, sicut etiam fecerunt diversæ plures Regni Civitates, & Terræ prout Seminaria, Taberna, Amantea Granianum, Sancta Agatha propè Regium, quæ Regis nostri munificentia fuerunt reiteratè admissæ ad  
 19 Regium demanium, inserviendo pro necessitatibus, bellicis S. M. de tertia, vel etiam plus, minus dimidia pretii, quo fuerunt vendita, ut ex Regiis literis expeditis sub die 17. Decembris 1631. & 19. Martii 1632. executioni demandatis penes Barilium, & alios in Regia Cancellaria.

Nec aliquid ob fuit exemplum suspensa, siè su-  
 20 per secessus venditionis jurisdictionis criminalis Ter-  
 ræ Tramutulæ, quem emere intendebat Monas-  
 terium Cassinense Dominus jurisdictionis civili-  
 lis eiusdem loci, & creditor Regiae Curiae ex cau-  
 sa pretii emptionis itidem jurisdictionis criminis  
 Sandri Germani, & casalium, soluti Regiae Cu-  
 riae tempore Ducis Ossunæ, quæ effectum non ha-  
 buit, quod intendebat compensare in satisfactio-  
 nem dicti ejus crediti, quia tametsi post plures or-  
 21 dines Ducis Albas Proregis vigilantissimi, & pru-  
 dentissimi, qui Regnum summa tranquillitate, &  
 22 justitia rexerit, quibus jussum fuit ex causa utilita-  
 tis fisci, & necessitatis eiusdem Terræ, procedi ad  
 venditionem dictæ jurisdictionis, & corporum Ba-  
 sonialium, ex quorum pretio satisfiebat per Uni-  
 versitatem Regiae Curiae de ingenti debito fiscalium  
 functionum, unde omnibus consulebatur, ut ex  
 litteris prescriptorum sub die 18. Martii 9. & 16.  
 Novembris 1622. & decretis Regiae Cameræ sub  
 die 18. Augusti eiusdem anni; his non obstante  
 buis fuisset postea suspensa venditio, sub praetex-  
 tu, quod dicta Universitas aliundè possit solve-  
 re summam debitam fisco, & pro eo Monasterio fi-  
 23 sci creditori, ut ex decreto Regiae Cameræ, fa-  
 cta relatione in Collaterali die 20. Novembris 1627.  
 tandem comperta impotentia dictæ Terræ, quæ non valebat implere promissa, fuit denud jussum per Suam Excellentiam sub die 18. Martii 1631. venditionem prædictam esse exequandam juxta  
 consultationem Regiae Cameræ in consultacione 17.  
 fol. 204. & facta venditio in faciem Caroli de Fiu-  
 me laici nominati per dictum Monasterium juxta  
 stylum Regiae Cameræ, ut per instrumentum sub  
 die 8. Aprilis 1631. cum omnimoda jurisdictione  
 in primis, & secundis causis in forma consueta,  
 & corporibus descriptis in dicto instrumento; &  
 cum Universitas postea petiisset admitti ad dema-  
 nium, & fuisset per Regiam Cameram concessus  
 terminus, sub die 7. Julii 1632. apponente tam-  
 en Monasterio emptore, tempus anni dati ad se  
 redimendum jam esse elapsum, cum vigore specia-  
 lis pacti in instrumento prædicto adjecti, tene-  
 retur Universitas infra annum nedum petere de-  
 manium, sed facere depositum pretii, quod non  
 erat adimpletum, & cognito etiam, vires ipsius  
 Universitatis deficere, viro statu introitus, & exi-  
 24 tus, qui satis debilis apparuit; tandem decreto  
 Regiae Cameræ, sub die 11. Martii 1633. fuit de-  
 cretum, quod suspenso decreto lato 7. Julii 1632. ex  
 causis non esse locum demanio, & sic fuit expedita

causa principalis, denegato termino, infra quem exi-  
 25 stimavit Regia Camera nihil esse probandum, quod  
 relevare potuisse prætensionem Universitatis prout  
 ex processibus penes d. Constantinum fideliter reaf-  
 sumptis appetit. Et licet dispar fuerit exitus venditionis jurisdictionis  
 26 primarum, & secundarum causarum criminalium  
 Terræ Sancti Germani, & Castrorum circumadjacentium venditorum Eminentissimi Cardinalis Sfor-  
 tiæ pro persona seculari nominanda in feudum pro  
 convento pretio ducatorum 20940. salvo assensu  
 27 Suæ Majestatis obtainendo infra sex menes juxta  
 consultationem Cameræ, sub die 8. Octobris exe-  
 qui jussam per Dominum Ducem Ossunæ, sub die  
 19. ejusdem mensis de anno 1616. in par. 8. fol. 47.  
 penes Scorzellum: in qua venditione sub die 13.  
 Februarii 1617. referente Præside Natali, fuit  
 Universitas prædicta exclusa a perita prælatione,  
 penes Carbonum, & ex summa æquitate deinde per  
 dictum Proregem admissa ad se redimendum, ut ex  
 decreto 15. Martii 1617. pro exequutione dicti  
 ordinis expediti die 14. ejusdem, quæ cum non po-  
 tuerit pretium solvere fuit iterum vendita Doctori  
 Persio Vitali ementi pro Monasterio Cassinensi pro  
 ducatorum 24440. cui consignata possessione, fuit  
 28 venditio revocata ex speciali ordine Regis nostri  
 invictissimi sub die 10. Junii 1620. his verbis: *Tpor que otras vezet que se ha movido esta platica se han ba ordenado, que no se pisse adelante en ella por las conveniencias que dellos se siguen á mi servicio, & posteas: Tdeis la orden que convenga para que á hora ni en ningun tiempo se trate de vender la dicha jurisdiction, ni atos dichos frayles, ni al Cardenal, ni á otra persona, si no que se conserve á mi real demanio por ser á quel puesto de tanta importancia para occasions que se pueden ofrecer, y assi lo executareis en todo caso pues no havendose da vender á nadie, nd tendra el Cardenal Sforza justa causa de queja di que non se venda á el, y a los frayles se le bueva el dinero con los intereses con toda brevedad, y caso que las necessidades apreciasen tanto que obligassen á trattar desta vendita, no se baga sin que primero seano oido los dichos frayles, y darmel á mi aviso dello, y esperar orden mia de lo que se huviere de hazer, ut ex litteris insertis in consultatione sub die 15. Octobris 29 1620., & 8. Februarii 1621. registr. in Consultat. 10. fol. 235. & aliis repetitis regiis litteris pri-  
 mas confirmantibus, sub die 31. Januarii 1524. exequi jussis decreto Regiae Cameræ, sub die 12., & 14. Junii 1624. & iterum sub die 27. Aprilis ejusdem anni, quibus fuit injunctum procedi ad  
 venditionem Castrorum, quæ possidebat tunc Andriana de Sangro vivens, sed carens legitimo  
 successore, quæ de proximo etant devolvenda Re-  
 giae Curiae ob senilem æstatem, prout alias servatum  
 fuit, juxta, §. moribus si de fead. defunct. milist.  
 exoneratum per Afflitt. decis. 292. qui text. declara-  
 tur procedere solùm in supremo Principe, non in  
 Barone, Anna alleg. 45. num. 24. Mastrill. de magistr.  
 lib. 1. c. 25. sed an procedat in officiis, videndum, Soc.  
 conf. 53. lib. 3.*

Et ut redeamus ad defensionem consultationis factæ  
 pro D. Secretario Ziriza, unde d'gressi sumus. Ad  
 quartum oppositum fuit consideratum, nihil ob-  
 stare quominus à Judice cum perito agrimensore  
 potuerint distingui districtus, sive tenementum  
 30 ipsius casalis, cum, & casalia habeant suos fi-

D d 2

nes,

nes, ut ex *Innoc.* & *Bald.* probat *Paris de Puteo de re integr. feud. tit. de finib.* & modo decid. §. quia plerumque nnu. 3. nbi num. 8. & Castra hodie de consuetudine dicunt habere territoria distincta etiam respectu jurisdictionis *Card. Paris. cons. 16. n. 23. lib. 4. Mascard. de probatis. lib. 1. conclus. 217. num. 4.* quod si non ad sint, probantur per famam, 31 & iuditia etiam levia, ut per eundem, §. quia sa-  
pius num. 6. *Mascard. latissimè d. tract. lib. 1. c. 396. 397. cum pluribus seq. usque ad conclus. 404.* & proinde valet concessio etiam finibus non expressis;  
32 cum, & res concessa debeat confirmari, nisi per aliam demonstrationem arguantur de confinibus, l. cum servum, §. fin. ff. de action. empli, *Paris in §. 33 pone quod, in principio, uti per rei evidentiam, & alias verisimilitudines, Paris in verific. si dicatur in invent. num. 2. Mascard. dict. tam o 1. conclus. 403. 34 num. 16. vetera enim monumenta sunt sequenda in confinibus, l. fin. ff. fin. regund. Paris in §. est sciendum, includendo sub jurisdictione concessionarii fundos, & loca, quæ sub districtu, & denominazione ipsius casalis comprehendendi, & denominari 35 prius fuerant solita; regulando suum arbitrium ex variis circumstantiis, & informatione habita à practicis, & senibus habet enim Judex supremum arbitrium in hac finium destinatione, ubi obscura est ipsorum definitio, l. 3. & 4. §. si aliter ff. fin. regund. *Paris in §. & advertendum, ubi tradit formam 36 apponendi confinia; sicut à me facturo fuit in distinguendo, & apponendo fines casalis Miani venditi Domini Comitissæ Gambatesæ nobilissimæ, & prudentissimæ matronæ, & in aliis casalibus hujus Civitatis distractis sub praesidatu Excell. Duciis de Alcalâ de anno 1630. sequutus formam, quam tradit *Paris in d. §. & advertendum, & in §. qualiter prae- 37 buntur, num. 2. & 3. & Afficit. in solemn. decis. 23. post num. 3. & num. 6. ubi Uffil. num. 10. & eorundem casalium hujus Civitatis exemplo eadem Regia Camera in dicta consultacione pro dicto Secreta- 38 rio fuit voti, nihil obstat, quin super simplici jurisdictionis concessione possit inhærente, sive inniti tituli Marchionalis, vel alterius consimilis dignitatis à Rege facta largitio: siquidem super simplici venditione jurisdictionis super dicto casali Miani fuerat translatus titulus, & similiter de novo concessus titulus, Marchionis super jurisdictione terræ Piemontis prope Castrimare Domino Thoma Lanaria filio Fulvii fisci patroni Re- 39 gæ Cameræ doctissimi, & solertissimi nepotis illeius insignis Regentis Lanarii, cuius vestigia egi- giè sequitur, ut dignitates patrum merito consequeretur.***

Et similes etiam allegabantur casu in casali Ducentæ Civitatis Averæ concessso Ferdinando de Fulgure, cuius filius fuit creatus Marchio, & in casali Sanctæ Floræ propæ Catanzarium, cuius est Marchio D. Franciscus Zapatta de Cardines, & de Castro

Belmontis situ intus Territorium Civitatis Amantheæ licet separato quoad Territorium, possessio per Dom. de Kavacherio decoratos titulo Principatus; passim enim contingit, ut remanente unione Territorii cum Civitate, fiat divisio respectu jurisdictionis, ut ex *Cavarr. Domino de Franchis. Cavalc. & aliis probat Consiliarius de Anna cons. 59. num. 44.* super qua jurisdictione Rex ex supra- 41 sua potestate nullo jure prohiberi videtur posse suos subditos dignitate tituli cohenestare, cum ad 42 beneplacitum Regis erigantur similes dignitates, 43 quamvis Comitalis dignitas deberet habere sub se decem Barones, & Baro decem Subfeudatarios, ut latiss. per *Frecc. lib. 2. tis. quis dicat. Comes n. 31. 44 & 34.* nec verè Comes censeatur, qui Territorium Castrorum, & Villarum non habet, *Menoch. cons. 701. num. 29. cum seq.*  
